BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XV
F
33
NAPOLI

XV.
F.
33.

Digitized by Google

NEXUS RERUM
ECCLESIASTICARVM
IVRISDICTIONALIVM

Digitized by Google

NEXUS RERUM
ECCLESIASTICARVM
IVRISDICTIONALIVM

IN QUO QUAMPLURIMÆ ABSOLVUNTUR
Hæſitationes, quæ crebrò æxcitari aſſolent inter Sæculare, &
Eccleſiaſticum Imperium, ac inter ipſas Eccleſia-
ſticas Poteſtates;

*Selectiſſimis SS. Patruum, Theologorum, Sacri Concilii Tridentini,
Rotæ Romanæ, Juriſque Conſultorum ſententiis illuſtratus; ratio-
ribus quoque, fuſiſque Deciſionibus, Caſibus, Hiſtoriis, Mo-
tivis, Mediis, Similitudinibus, Solidiſſimiſque doctrinis
locupletatus, & ad ſingulas, juxtà odiernam
praxim, materias accommodatus.*

AUCTORE

D. FRANCISCO
MARIA CIRINO

PATRITIO MESSANENSI, PANORMITA EX
Privilegio, ex antiquiſſimis Sancti Baſilii, Sanctique Stephani Oppidi Dina-
ſtis; bis in Patria, ſeptennio in M.C.V. Feliciſſimæ Vrbis Neapolis, ſe-
mel in Conciſtorii S.R.C. Tribunali, bis in Supremo M.C. hu-
jus Siciliæ Regni Senatu, perpetuo in Regiis Fideliſſimæ, ac
Fæliciſſimæ Vrbis Panormi Doganis, ex Regio privilegio,
Iudice; pluries in Regno contra ſontes, & bannitos,
cum exercitio omnimodæ poteſtatis, Commiſſa-
rio Generali; Regioque Conſiliario.

OPVS NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT:
*Non alio, quàm Veritatis, Syncero, Intenſo, diligentique ſtudio
elaboratum.*

UTRIQUE FORO PERUTILI, AC NECESSARIO
Cum Summariis, ac Indicibus tam Capitolorum, quam rerum ver-
borumque omnium locupletiſſimis.

PANORMI. Typis Ignatii Calatro Impreſs. MDCC.

Impr. Sidoti V.G.)(*Impr. Giuſinus P.*

INDEX CAPITVLORVM, QVE
In hoc Nexu Continentur.

Cap. 1. *Exemptio Clericorum à quonam jure ſcateat?*
Cap. 2. *Eccleſiaſtici quando tenentur ſolvere Collectas, Tributa, ac alias contributiones à Sæculari Principe indictas.*
Cap. 3. *De Epiſcoporum, ac Clericorum famulis delinquentibus.*
Cap. 4. *De Militari Equite Hieroſolymitano, Jacobeo, Alcanteræ, ac Calatrauæ delinquente.*
Cap. 5. *De Legatorum, ac Delegatorum poteſtate.*
Cap. 6. *De Epiſcopi Diœceſani poteſtate in exemptos, & Regulares.*
Cap. 7. *De Immunitate Eccleſiaſtica.*

Digitized by Google



Digitized by Google

EI, QUI EST.

AD tremendum Altiſſimæ Majeſtatis tuæ Conſpectum, ò Tu, qui ſolus es, mea delaturus munuſcula accedere non auderem. Novi ſanè, quod Moyſi, tam Sancto populi tui Ductori, in flāma ignis de medio rubi apparens, acceſſum interdixiſti; & ità, ut nec ille contrà te aſpicere valens, faciem ſuam abſcondere ſit coactus. Novi, quod populo, etiam præmiſſa trium dierum Sanctificatione, legem per tam magnum tui amicum te daturo, in Sina tandem cum deſcenderes præ igne, in quo thronum formaueras, caligine, fulgoribus, tonitruis, ac orriſonis buccinarum clangoribus totus mons terribilis appaverit: fines, quos ſub inevitabilis mortis pœna trasgredi ne quiret, plebi jam Sanctificatæ præſcripti fuerint; talis, tantuſque timor illi ſit incuſſus, ut nil magis, quam tui alloquutionem pertimeſcens, enixè Moyſen, ut ipſe loqueretur exoraret, certum ex tui colloquio interitum expectans. *Et* quot velamina, quot cortinæ, quot

ope-

operimenta Tabernaculum contegebant? cui aditus, cui ingreſſus patefactus? certè nec quidem Atrium, ante fores extructum, Laicis totaliter permiſiſti: Parte exteriori illis aſſignata, proximiorem Tabernaculo, in qua Altare holocauſtorum, ſoli ingrediebantur Sacerdotes. Hi ſi ad Sanctum, priorem partem Tabernaculi ad Thimiàma adolendum, lucernaſque veſpere accendendas, & manè extinguendas accedebant; Sanctum tamen Sanctorum, partem ipſius intimiorem, nec ipſi Summo Pontifici, niſi ſemel in anno ingredi licebat. Et quid in loco tam Sancto ſeruandum habebatur? Arca, non te, ſed tuas legis tabulas continens, *Urna*, cum Manna, & Virga Aaron. Væ deinde Filiis Caath, quibus ad portandum Sanctuarium, vaſaque involuta cura eſt de mandata, ſi Vaſa ipſa tangere non timerent! Væ quibus aſpicere, quæ in Sanctuario erant, antequam involuta fuiſſent, præſumebant! mortem omnes inevitabilem incurrebant. Quis ergò ad Solium tuum excelſum, & elevatum, quod ad ſimilitudinem Throni, quaſi aſpectum lapidis Sapphiri ſuper firmamentum, in quo non Angelus, ſicut in rubo ardenti, & in Syna, non tua, ſicut in Tabernaculo, ſed tu, cui millia millium deſerviunt, & decies millies centena millia aſſiſtunt, in omni gloria tua Sedes, audeat accedere? Sed audeo ò Incircumſcripta Majeſtas, audeo tam Magnæ molis negotium aggredi, & æquo animo. Ecce nova jam omnia feciſti. Jam Cœli aperti ſunt, jam Paradiſi januæ reſeratæ. *Ecce oſtium*, inquit Joannes, *apertum eſt in Cælo*: paſso enim Chriſto, per eum aditus ad Empireum patefactus. Apoc. 3. *Et ecce Sædes*, indice eodem Propheta, *poſita in Cœlo, & ſupra Sædem ſedens ...... & in circuitu Sedis Sedilia viginti quatuor, & ſuper Thronos viginti quatuor Seniores circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus ſuis Coronæ aureæ.*

Pronus ergo in faciem Ineffabilem Majeſtatem tuam, in tam excelſa Sede radiantem adoro: & quoniam, Doctore Auguſtino, Seniores Catholicam Eccleſiam monemur pręſeferre, cum Senioribus; Eccleſiæ ego minimus Alumnus coronam meam, Lauream, videlicet qua me inſigniſti Doctoralem, in meo hoc qualicumque Opere mitto ante Thronum: meam illorum vocibus vocem addo, & toto corde, *dignus es Domine Deus noſter*, fortiter exclamo, *accipere gloriam, & honorem & virtutem, quia creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt*. Dignus enim es, (vt per Sacros tuos Interpetres docemur,) dignus inquam es, cujus Magnitudo ab omnibus ubique

cele-

EPITOME

RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc Opere continentur.

CAP. I. EA, quæ de jure Divino, Cæſareo, ac Pontificio ad Eccleſiaſticorum exemptionem ſpectant, adducuntur. Chriſtum nunquam exercuiſſe imperium, licet, ut Æterni Patris Filius potuiſſet, ſi ei libuiſſet; idque etiam ad Petrũ haud reliquiſſe directè, ſed indirectè, quatenus ad ſpiritualem perducerct finẽ, quamplurimis Sacræ Scripturæ paginis, Sanctorumque Patrum auctoritatibus comprobatur. Summum Pontificem nequire Regem à ſua dictione eiicere, niſi Catholicæ Fidei conſervatio aliter expoſceret: neque in locum eiecti, in præjudicium eorum, ad quem ſpectat electio, vel ſucceſſio; alium eligere poſſe oſtenditur: niſi illi Hæreticum eligerent, allatamque Eccleſiaſticorum exemptionem in Reipublicæ jactura cedere haud debere: Politicis dogmatibus, variiſque exemplis aſſertur modus ſeditiones comprimendi, quandovè refractarios, turbidoſque Prælatos à Regno eiiciendi ſine Pontificis aſſenſu; & quod iſti Prælati à Rege acciti ſiſtere teneantur, per modicum tamen tempus in Concil. Trident. aſſignatum, aliàs Summi Pontificis neceſſarium eſſe aſſenſum dixit Salſed. leg. polit. lib. 2. cap. 2. num. fin.

CAP. II. De Eccleſiaſticorum exemptione, quoad Tributa, Datia, Gabellas, Collectas, cæteraſque contributiones; quandove ad eas ſolvendas devincantur; ibique modus contribuendi, ac ſe obligandi adducitur, cum eorum electione quando, & coram quo facienda; totaque Tributi, cæterarumque contributionum materia tractatur, ac de præſcriptione ſolvendi, & non ſolvendi, & de privilegiatis ad non ſolvendum: modus procedendi contrà exactores, & Officiales, in officio delinquentes; & quando ſpolientur officio, Reſtauri, ſive mercedis remiſſio Publicanis quandoque indulgenda vanatur.

CAP. III. De *Laicis* Epiſcoporum famulis Ærariis, ac Officialibus communibus in delictis deficientibus fusè tractatur; familiam armatam congruere Epiſcopis; ſed quibus armis oſtenditur.

CAP. IV. *De* Militari Ordinis Hieroſolymitani, ejuſque origine, fundatione, privilegiis, & juriſdictione, exemptione, & ſubiectione; ac de Ordine Iacobeo, Alcantaræ, ac Calatravæ; eorumque exemptione diſcurritur.

CAP. V. *De* veneratione, fide, ac exemptione, Legatis præſtanda, ad ſupremas miſsis poteſtates; ac de eorum libero meatu, & remeatu: de *Legatis* etiam Natis, & miſsis ratiocinatur: & de *Legatis* à Latere, eorumque poteſtate, & juriſdictione in exemptos, ac Regulares; eaq;

quæ

Digitized by Google

quæ de jure ab eis peti nequeunt, deducuntur, ac tractatur de eorum facultate, circà beneficiorum Collationem, & reſervationem. Ibique tota excommunicationis Majoris, & Minoris materia, à jure, vel ab homine juſtè, & injuſtè prolatæ, cum utriuſque effectibus; de pœnis etiam contrà indicentes injuſtas cenſuras; de ejuſdem Legati à Latere poteſtate eligendi Vicarium, ac ſubdelegandi; ibique tota Delegati poteſtas; quandoque perſonæ induſtria ſit electa, exprimitur. De Delegato ſuam excedente commiſſionem, ac de ejus delictis, in, & extrà commiſſionem patratis; curioſæque abſolvuntur hæſitationes, & inter alias: an Eccleſiaſtico ab alio Eccleſiaſtico injuſtè oppreſſo licitum ſit ad ſæcularem occurrere Principem, abſque excommunicationis metu pro ejus auxilio obtinendo? & an Fœminæ Eroinæ ſint capaces ſpiritualis juriſdictionis, cenſuraſque indicere queant: an etiam primæ tonſuræ ſint capaces? Nonnullæ quoque offeruntur eruditiones: Miniſtri, Univerſitas, ac Collegium quomodo excommunicentur. Recenſentur ingentia ſervitia, per Comitem Rogerium Eccleſiæ præſtita; bellaque in hoc Siculo Regno indicta, cum Saracenorum Imperio, ac extirpatione. Aſſertur quoque indultum Comiti Rogerio à Sede Apoſtolica circà Eccleſiaſticam juriſdictionem, ibique perpetuam fuiſſe demonſtratur. Et probatur gratiosè, ex obſervitia conceſſum non revocari abſque juſta cauſa in judicio, parte audita deducta.

CAP. VI. *De Epiſcoporum poteſtate in exemptos, & Regulares quoad prædicationes, proceſſiones, & confeſſiones, ac de venia per Epiſcopum loci Ordinarium Regularibus indulta ſæcularium cõfeſſiones audiẽdi, indefinitè, ad libitum, & pro tempore, de Regularium, aliorumq; Miniſtrorum, ac Titulatorum præcedentia; nec non de delictis intrà, & extrà clauſtra per Regulares antè, in, & poſt probationis annum patratis agitur; ibique oſtenditur poſſe Epiſcopum irruere contrà Regulares, & exẽptos, ejus turbantes juriſdictionẽ, ſed nõ cõtrà Sæculares delinquentes in Eccleſia, vel Cœnobiis exemptorum, & Regulariũ, contrà quos itidẽ ſæculare imperiũ ruit, ſi prævenerit; ipſoſque tamen Regulares, & exemptos, pro Sacramentorum adminiſtratione, ac Ordinibus recipiendis, Epiſcopi ſubiicere imperio; & an pro eis queat Epiſcopus cenſurarum gladium contrà Regulares indicere? Conſervatoria, Hoſpitalia, ac Sæcularium Confraternitates, quando Eccleſiaſtico, vel Laico ſubſint imperio? Monialium Cœnobii conſervationem, tàm in ingreſſu, quàm in egreſſu ad Epiſcopum, Regulareſque Superiores ſpectare tàm materialiter quàm formaliter: ex Bonifacii VIII. conſtitutione inſinuatur; Caſuſque adducuntur, pro quibus Moniales è Monaſterio egredi poſſunt, ac Sæculares ingredi, ſeclusâ Superiorum veniâ, & Pii V. conſtitutio perpenditur; ibique Superiores ingredi poſſe non pro libitu, ſed in caſibus neceſſariis oſtenditur; & quomodo. Eroinas aliaſque fœminas, maxima dignitate fulgentes, de Summi Pontificis indultu, cum aliis Matronibus obſignatis Monaſteria præfata ingredi poſſe; & [illegible] ex obſignatis de recenti Matronis fusè tractatur ibique agitur de Beneficiationibus, donationibus, aliiſque diſpoſitionibus, per Moniales ante in-*

gre-

celebretur, dignus, cui omnes honorem, cultum,& venerationem tribuant, dignus,qui accipias ab omnibus fortitudinis tuæ, atque potentiæ confeſſionem, teſtimoniumque clariſſimum: dignum proinde eſt, ut eam, quam à te accepi legum notitiam, à te Voluminis huius dicatione fatear acceptam.

Tu,qui Evangelicæ Viduæ denariolum cleměti,gratoque animo aſpexiſti,munuſculum meum certè non deſpicies;quo fięt ut inenarrabili letitia ego aſpiciam,ſicut in Sũmi Sacerdotis frõte,in fronte dicati Operis inſcriptũ Ineffabile Nomen Tuum.Felix proinde Liber! liber à legentium quorũcũque unguibus ſemper erit.Sint Seculi hujus periti ſicut Alexander dimicandi virtute,magni, & ipſi doctrina; futurum profectò erit,quod ſicut Magnus ille Macedo,ex equo deſiliens,ad pedes Jaddi Sũmi Pontificis magna cum omniũ admiratione provolutus,Sanctiſſimũ Nomen tuum in illius fronte ſcriptum adoravit;adorabũt, & ipſi in frõte tui potius,quam mei Voluminis devotiſſimè exaratũ.Felix deindè & ego.A Muliere illa de Samaria haurire aquam de fõte Jacob venienti,hauſtum aquæ poſtulãs,Aquam Vivam libere exhibebas;Aquam videlicet,de qua ſi quis biberit non ſitiet in eternũ·Joan:4.Aquam,quæ in bibente fiet fons aquæ ſalientis in vitam æternã.Sed ecce in opuſculo meo aquę rivolum ex ea,ſi id dicere nefax non erit,quã dediſti illis,quos aqua ſapientiæ potaſti. Sapientem me aſſerere non præſumam,ſed multis Sapientum dictis, & ſententiis liber eſt expletus.Aquã igitur tuã,ò Deus *Saddai*, Deus, ſufficientiſſime,copioſiſſime,ditiſſime, munificentiſſime,omniũ bonorum dator ſolum expeto. Tu ſolus torrente voluptatis potare conſueviſti;apud te ſolũ eſt fons vitę,Tu reples in bonis omne deſideriũ noſtrũ,animam te capacem Tu ſolus implere potes.Et quid per multa vagatur cor humanum,querens requiem,& non inveniens. Si gloriam,& divitias inveniat,non ſatiatur,quia non sũt Deus,ſi pulchritudinem,non quieſcit,quia non eſt Deus,ſi ſapientiam,& ſcientiã,non quietatur,quia Deus non sũt,ſi quicquid aliud exoptet,non expletur, quià nihil preter te, Deus eſt. Immo nec gloria,nec divitię, nec pulchritudo nec ſapiẽtia,nec ſciẽtia extrà te poterit inveniri:gloria enim, & divitię in domo tua:fulgebunt juſti ſicut ſol,ſed in Regno tuo,non alibi altitudo divitiarum,Sapientiæ,& ſcientię,niſi in te,in quo ſolũmodo ſatiabimur cum apparverit gloria tua,inebriabimur ab ubertate Domus tuæ.Quid ergo mihi eſt in Cœlo,aut quid volui ſuper terram?Deus cordis mei,& pars mea,Deus in eternũ;& quia,ſi non bene,devoto ſaltem animo in te ſcripſi,non aliam mercedem, niſi te ipſum quęro toto corde.

AMICO LECTORI.

INter tot Eccleſiaſticorum, Sæculariumque rerum, quæ maximè hac tempeſtate verſantur, diſſidia, en Amice Lector valdè elaboratum Nexum Eximius noſtri temporis Vir in lucem profert. Profert quidem, non quia librorum eſſet penuria: (ſcitur enim, quod librorum infinitus eſt numerus; ſcribendorum nullus eſt finis, hac maximè ætate, quæ curioſa Voluminum, turmatim quotidiè prodeuntium fertilitate luxuriat, quam ſterelitate laborat;) ſed ob crebras Amicorum efflagitationes, primevæ Notæ Miniſtrorum impulſus, motus eſt Auctor, vt notabilia, magiſque uſitata coacervando; legis fontes adiens, infinitorumque doctorum utens teſtimoniis, accuratè deſcriberet, Typiſque mandaret. In eo autem (teſtis tibi ſit experientia) haud nugas, fabulaſve; ſed quidquid ad hujus Nexus Concluſiones, & Capitula deſiderari poteſt, ordinata metodu invenies: adeò ut equè hac Scientia Tironibus, ac doctrina Provectis maximo eſſe poſſit emolumento. Nec mirum ſi ammirabilem rerum excellentiam Opus exhibet. Auctoris conſpicuitatem præoculis qui haberet, minoris negotii partus non ſperaret. Iſte nempe eſt, cui Natura ingenii Acumen, Prudentiam, Juris peritiam, doctiſſima Conſilia, Reſponſa prudentiſſima; ſubtilemque in rebus agendis ſolertiam elargita eſt. Hæc enim omnia, non ſolum Meſſana, cujus Sidus eſt legum eruditiſſimus; verum etiam Fæliciſſima Partenopea Civitas, ubi ſeptennio Togam geſſit; totumque Siciliæ Regnum, in Conciſtorio Sac. Reg. Conſc. Magnæ Curiæ Senatu, pluribuſque contra Sontes, & Excurſores, cum omnimoda poteſtate delegationibus, ſub Commiſſarii Generalis titulo, expertum eſt: cunctaque ejus recreata judiciis; in eo Aſilum, qui virtutes tegeret: ſcopulum, qui ſcelera frangeret: Prudentiam, quam mirarentur: Fortitudinem, quam amarent: Temperantiam, quam laudarent: Juſtitiæ demum veram effigiem, quæ bonis ſaluti eſſet, terrori improbis, miratæ ſunt. Nec à ſola, quod quidem valdè etiam preclarum eſſet, ſapientiæ gloriam Auctor eſt adeptus. Ingenii claritatem, ſanguinis nobilitati laudabiliter copulavit. Quem enim latet Nobiliſſima de Cirino familia? Hac itaque, cum ex Hiſpaniarum Regionibus originem trahat; Magnates Heroes, Duces, Togatos, Præſides, Equites diui Jacobi, Barones, Patriæ ad S. C. M. Legatos, bello, paceque inſignes in lucem edidit. Inter quos D. Marius Cirino, Baro Sancti Baſilii, D. Marcelli Cirino, Equitis Diui Jacobi filius, Vir omni virtute, Nobilitate, ſolertia, morū-

que

que probitate præditus; qui ob ſua ingentia, infinitaque ſervitia; bis à S. C. Majeſtate, in Coſentina, ac Salernitana Provincia *Præſes evectus eſt. Non minus quoque D. Thomas Cirino, Baro Oppidi Divi Stephani, D. Marii Cirino Frater, ac Auctoris Pater, qui, inter tot inſignes ſuæ Domus viros, clarior effulgens ſole; ob ſuas eximias virtutes, ſervitia, Avulorumque geſta, Ducali inſignitus titulo; infinita Privilegiorum ſerie à Rege noſtro Catholico decoratus fuit. Tanti Patris veſtigia, Prædeceſſoreſque D. Joſeph Cirino, Baro divi Stephani, Auctoris Frater, imitatus eſt. Nam, Meſſanæ gliſcente bello, ſumma virtute, ammirabilique rerum bellicarum ſcientia; ſub Hiſpaniarum dominiis, Maris, Bellique Capitaneus; maxima cum laude, tam inſignia fecit; ut non ſolum à Catholico Rege habitu inſignitus Jacobeo; verum etiam inſignia conſequutus eſt ſtipendia. Nemo etiam eſt, cui conſpicua, ſatiſque comperta non ſint inſignia ſuæ Domus Conjugia, Privilegiaque: nam tanta, ut ſupervacaneum puto longo recenſere ſermone. Quem enim latet inſigne Conjugium à D.* Petruccia *Cirino, Pauli Cirino Magiſtri Jurati hujus Regni; ac D. Violantis Merulla, filiâ, cum Illuſtri D. Joanne Ruffo, Comite* Sinopolis*, contractum? Quem Privilegia? Nam anno* 1391. *Martinus Aragoniæ, ac Siciliæ Rex, Sancti Baſilii feudum in perſonam Bergi Cirino ſui Familiaris, ac Fidelis confirmavit: & anno* 1444. *Alphonſus* Rex*, officium Magiſtri Jurati Regni Siciliæ, in perſonam Nobilis, & Militis Joannis Cirino contulit: quod etiam,* 1473. *Joannes Rex in perſonam Nobilis* Paulucii *Cirino Filii trāſtulit: & anno* 1444. *Alphonſus Aragoniæ, ac utriuſque* Siciliæ *Rex, Neapolis moram faciens; Regni hujus juſſit Miniſtris, ne ultra Farum, in perſonam Joannis Cirino, ejuſque Familiam juriſdictionem exercere auderent: arma itidem prohibita die, noctuq; concedens; volens, ut ipſe, cum familia, tantummodo à Judicibus penes ipſum Regem exiſtentibus recognoſcatur. In quo peramplo, notorio, ſatiſque honorifico Privilegio, dictus Joannes Cirino, bis verbis, tituliſque decoratur:* Perſona *dilecti Camerarii noſtri Nobilis Joannis Cirino, Militis Regni Siciliæ, ultra Farum; & Mag. Jur. uti apertè videre eſt* Neap *dicto anno* 1444. *ac etiã in Regno, ubi de ordine Ximenis Durrea* Proregis*, per Guglielmum de Monte* Cateno*, Comitem Calatanixettæ, ac* Cancellarium*, regiſtratum apparet. Tanti Auctoris ideo accipe, libenterque hæc perlegito ſcripta, Amice Lector; & ſi quid in eis minus expenſe, caſtigatèque dictum irrepſeris; ſapientius ipſe ſentias, ac erratis parce. Nam Auctor variis deditus occupationibus, hujus laborioſi* Nexus *correctioni aſſiſtere haud potuit: præter quam quod ine-*

vi-

vitabile eſt, quin alia menda aut ob Corrigentis incuriam, Typographorumque negligentiam deeſſe poſſint: difficile eſt enim libros abſque erratis imprimi. Expecta inſuper binos alios Auctoris Codices; unum de Clericatu quandoque amittendo; alterum verò, Diſquiſitiones criminales: quos, Divino annuente Numine, in lucem mittet. Auctori demum ignoſcas, qui nihil aliud in mente habuit in hoc Opere concinnando, quam Divinæ Gloriæ, utrique fori hominum paci, ſaluti, & perfectioni inſerviret. Vale.

D. Marcus Antonius Nicolicchia
Meſſanenſis, Auctoris inter
Alumnos.

Digitized by Google

greſſum Monaſterii facto; ac de validitate, & nullitate profeſſionis, infra quinquennium, & poſt quinquennium tentata, etiam in articulo mortis, ante probationis annum ibiq; tota metus abſolvitur materia; ac agitur de filiis familias criminoſis; & ære alieno gravatis, ad profeſſionem aſcendere cupientibus; de Regularium Prælatorum, ſuorumque Conſervatorum poteſtate, tàm in ſuos, quàm contra turbantes, & impedientes ſuam juriſdictionem; de Eccleſiarum unione, & beneficiorum, illorumque reſignatione, ac permutatione; de capacitate, & incapacitate plura retinendi beneficia; de reſidentia, quando neceſſaria, quandove Beneficialis reſignare cogatur, in cujus manibus, & infra quot tempus reſignatio permittatur; & quando beneficium vacare dicatur, eoque vacante proviſio ad quem ſpectet, oſtenditur. Majora Epiſcoporum crimina ſolum Pontificem abſolvere; Summum Pontificem manus retinere ſolutas eaſque nequire Concilium generale obſtringere, Conciliis Baſilienſe, & Conſtantienſe non obſtantibus, oſtenditur. Agitur etiam de venia Regularibus indulgenda pro novis ædificandis Monaſteriis, Eccleſiis, & domibus, cum, & quando ſine Epiſcopi & Sed: Apoſtolicæ aſſenſu; de novi ædificii diſtãtia; de recuſatione Epiſcoporum coram quo vannanda; ac de caſibus irregularitatem inducentibus, ac de eis quando Epiſcopus diſpenſare queat: Agiturque de pugnante in bello juſto cum, & ſine hominum cede, & an in irregularitate ruat? & Bellum quando dicatur juſtum, & quando injuſtum? variæque afferuntur eruditiones: nec non de tranſitu ad ſtrictiorem, vel laxiorem Regulam; & iſte tranſitus, an, quomodo, quandoque permittatur; de Abbatibus plenam juriſdictionem, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus retinentibus fusè tractatur.

CAP. VII. De Immunitate Eccleſiaſtica, quæ in quatuor dividitur Sectiones in Sect. 1. de iis, qui hac potiuntur immunitate; de Eccleſiis, & locis Sacris eamdem retinentibus immunitatem; quandove ad locum Sacrum attingentes immunitate haud fruantur fusè tractatur. In Sect. 2. de delictis in ipſa, ac propè ipſam Eccleſiam patratis, & de aliis criminibus in Bulla Gregorii XIV. non comprænhenſis. In Sect. 3. de legitima, & illegitima extractione ex Eccleſiis, tàm blandis verbis, quàm violenter, & ſub ſalvo conducto peracta; ibique tota guidatici, & ſalvi conductus vannatur materia. Extractionem ad Epiſcopum ſpectare, itidem in Eccleſiis, & Monaſteriis Regularium, & Exemptorum; & an ad Vicarium Generalem, vel Sede vacante. Imperiũ ſeculare quid facere poſſit, ſi Præpoſitus Eccleſiaſticus in delictis exceptis diſtractionem diſtulerit? Reus in Eccleſia confugiens pro delicto excepto an ligari poſſit funibus, & catenis ſub utriuſque imperii cuſtodia, donec legitima conficiatur extractio? Proceſſus delicti excepti quando ab Epiſcopo formandus ſit, & quando acquieſcere poſſit proceſſui efformato per laicum Judicem; ibique de abſolutione articuli immunitatis Eccleſiaſticæ per Epiſcopum, quando ſecundum ſuæ conſcientiæ dictamen; quandoque cum Aſſeſſoris electione facienda, ac de allati Aſſeſſoris electione ad Epiſcopi libitum, haud ad alterius poteſtatis ſuggeſtionem conficienda, agitur. In Sect. 4.

de

de Clericorum fori declinatoria, quandoque eis concedenda, ac deneganda tàm in bonis patrimonialibus, quàm propriis, & in judicio cum laico defuncto incoato, & contrà Eccleſiaſticum hæredem incoandum: itidem in poſſeſſoriis ſpiritualitatem continentibus, & non; & in Iudicio jactantiæ, ſive diffamationis, & reconventionis, ac tractatur circà modum aſtringendi Clerici debitorem per ejuſdem Clerici creditorem & coram quo: ibique pariter, agitur de ſequeſtro faciendo contrà inquilinos, & Emphiteutas Eccleſiaſticorum, de inventario conficiendo de bonis laici, vel Clerici defuncti, per laicum, vel Clericum hæredem, addita, vel non addita hæreditate, ac de diviſione facienda inter Eccleſiaſticum, & laicum intereſſe habentes. nec non de caſibus, pro quibus fori clypeum Clericis haud adjuvet, cum abſolutione multarum quæſtionum, quæ paſſim inforo occurrere aſſolent, affluenter, fuséque tractatur.

Digitized by Google

NEXVS RERVM

ECCLESIASTICARVM JVRISDICTIONALIVM

In quo quamplurimæ abſolvuntur hæſitationes, quæ crebrò excitari aſſolent inter Sæculare, & Eccleſiaſticum Imperium, ac inter ipſas Eccleſiaſticas Poteſtates.

A U T H O R E

D. FRANCISCO MARIA CIRINO

MESSANENSI PATRITIO, REGIOQVE CONSILIARIO.

CLERICORVM EXEMPTIO à quonam ſcateat Jure?

CAPVT. I.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum exemptio à jure Divino nō pendet.*

2 *Imperium, & ſervitus de jure gentium oriuntur.*

3 *Omnis Princeps in ſua ditione collatus, juſtus eſt Dynaſta, Divinis ſic jubentibus legibus Temporalibus n. 4. 5.*

6 *Chriſtus Servator noſter tēporale non exercuit imperiū. n. 7. 8. 9.*

10 *Paulus, ut omnes ſolverent vectigal Principi, juſſit. n. 11.*

12 *Chriſtus hoc itidem imperavit.*

13 *Filij vacui erant ab onere ſolvendi tributa, & Filij, qui erant. n. 34.*

14 *Chriſtus temporale, quod non exercuit imperium, illud Petro ſuo Vicario haud reliquit.*

15 *Authoritas à Chriſto, Petro ſub Clavium metaphora largita, mera ſpiritualis fuit.*

16 *Paulus capitiū perhorreſcendo iniquitatem ſæculare*

recenſuit imperium.

17 Clerici, jure poſitivo, ab Imperio ſæculari immunes fuere.

18 Verior adducitur ſententia.

19 Clericorum exemptio à jure Divino emanavit.

20 Sacerdotes, Chriſtiani ovilis, Paſtores ſunt. Laici verò quãuis Principes, oves, qui naturali attenta ratione, primis ſubſunt.

21 Concil. Tridentin. in ſeſſ. vlt. cap. 20. expenditur. num. 22.

23 Nonnullæ Sum. Pontificum conſtitutiones afferuntur.

24 Nonnullæ Sacrarum Paginarum authoritates recenſentur.

25 Pauli Epiſtola ad Romanos cap. 13. (Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit) explicatur.

26 Moyſes inſimul cum fratre ſuo Aaron, Pontifex erat, num. 27.

28 Chriſtus ſi ei libuiſſet, Imperium temporale, itidem ut homo, exercere poterat.

29 Nonnullæ Sacræ Scripturæ expoſitiones adducuntur.

30 Chriſtus, vt Homo, Summus, cum excellentiæ poteſtate, Pontifex erat.
Humiliavit ſemetipſum &c. explicantur verba.

31 Judicium adverſùs Chriſtum, Deo abnuente, futile erat.
Pilatus, ob ſui ineptiam, adverſus Chriſtum ſtatuit, quoniam eius ignoravit dignitatem.

32 Chriſtus itidem, vt Homo vacuus erat ab onere ſolvendi tributa.

33 Apoſtoli, tamquam de Chriſti familia, immunes pariter ab hoc onere erant.

34 Filij, ab onere ſolvendi tributa, exempti haud erant.

35 Poteſtas à Chriſto, Petro Vicario ſuo impertita, ſuprema fuit, & de ea tantùm circà modum diſcrepant Doctores.
Verba illa (inſufflavit, & dixit: accipite Spiritũ Sãctum &c.) ac illa, (ſicut miſit me Pater meus &c.) explicantur; ita & alia (paſce oves meas.)

36 Chriſtus ſupremam, abſolutamque poteſtatem, quam retinebat in temporalibus, vt homo, directè Petro haud tranſtulit.

37 Chriſtus hanc poteſtatem Petro indirectè tranſtulit, quatenùs neceſſitudo attigerit ad ſupernaturalem finem, ac ſpiritualem hominum ſalutem.

38 Pontifex poteſtatem haud retinet directè iudicandi cauſas, lites, ac controverſias merè tẽporales inter Principes, ſuosq; Vaſſallos; nec ſuas valet infirmare leges, niſi in eo, quod ad ſupernaturalem finẽ ſpectaret, & ab eo deviaret.

39 Summus Pontifex poteſt indirectè in rebus, & controverſijs merè temporalibus, per modum fraternæ correctionis, abſque præiudicio Poteſtatis ſæcularis ſe intromittere.

40 Pon-

40 *Pontifex hiſce in caſibus non tantum valet cenſuris, verum & ampliſſima uti temporali poteſtate. num.* 41.

42 *Sum. Pontifex, ſi communis boni ſpiritualis conſervatio expoſceret, Reges deponere valet.*

43 *Pontifex nequit in locum talis Regis depoſiti, alium religere, in præiudicium illius, ad quem, in defectu, ſpectat electio, & illorum, ad quos ipſa pertinet electio.*

44 *Niſi infidelis fuerit electus, vel perſona, ob quam ſpirituale bonum valdè periclitetur.*

45 *Joannes XXII. à Pontificali dignitate, non ab Henrico Imperatore ſuſpenſus fuit, ſed à Sac. Concilio (Sancta Synodus quid decernat) quod tamquàm acephalum, ac illegitimum abrogatum fuit.*

46 *Clericorum exemptio, quo ad Sacra, & ſpiritualia, ex Divino pendet jure.*

47 *Cauſæ merè Eccleſiaſticæ, & ſpirituales, quænam ſint, recenſentur.*

48 *Clericorum immunitas in rebus temporalibus, & prophanis, ad Sacra, & ſpiritualia nō tangentibus, ex Imperatorum, & Regum placito emanavit.*

49 *Rerum temporalium jura, penes Imperatores, Reges, & ſæculares Principes reſident.*

50 *Clericorū exemptio in ſtatus perniciem, ac Reipublicæ, cedere haud debet.*

51 *Clericis immoderatè, ſuâ utentibus immunitate cum periculo everſionis Reipublicæ, valet tūc Princeps ſæcularis quieti conſulere, & quo pacto? num.* 52.

53 *Principes ſæculares, præſentaneâ urgente neceſſitudine, valent contrà turbidos, ac refractarios Clericos agere; itidem inconſulto Romano Pontifice. num.* 54.

55 *Præpoſito Eccleſiaſtico conſpirante, Princeps ſæcularis valet ei reſiſtere, licet haud juridicè in eum ſtatuere.*

56 *Contrà Clericos refractarios agere, Imperium haud eſt; ſed neceſſaria medela.*

57 *Principes ſæculares huiuſmodi Clericos, è Republica eijcere poſſunt. num.* 72. 73.

58 *Principes ſæculares hoſce refractarios è Republica arcendo, libertatem haud lædunt Eccleſiaſticam, nec in Bullæ Cænæ Domini cenſuram incurrunt.*

59 *Et an eos in certum Regni locum relegare valent?*

60 *Principes ſæculares nequeunt pro libito contrà hoſcè turbidos Clericos agere, ſed ſobriè, & quomodo?*

61 *Theologi autumantes, Eccleſiaſticos ob exilem eorum poteſtatem inhabiles eſſe ad turbandam Rempublicam, aberrant. Varia adducuntur exempla.*

A 2 62 Ec-

62 *Eccleſiaſtici omnes acciti à Rege, an teneantur Regijs parere mandatis? num. 63.*

64 *Potiſſimùm ſi de rebus arduis ad Reipublicæ tranquillitatem tangentibus tractetur.*

65 *Conſuetudo eos vocādi in Regno ſiculo affertur.*

66 *Et in Regno Neapolis.*

67 *Ac in Hiſpaniarum Regionibus.*

68 *Prælati Eccleſiaſtici, uti Proceres, ac Regij Conſiliarij acciti, parere debent.*

69 *Ità & ſi uti Feudatarij.*

70 *Et ſi eodem tempore à Summ. Pontifice quoque vocati eſſent, ad Regem potiùs accedere debere, aliqui putavere; oppoſita tamen ſententia verior eſt.*

71 *Et quid ſi à Metropolitano vocati fuerint?*

74 *Reges, Supremique Principes in eorum ſtatu patres ſunt num. 75.*

76 *Eccleſiaſtici etiam, Epiſcopali dignitate fulgentes, ſub Regia, politicaque Sanctione devincuntur.*

77 *Et an ſub edicto de vendendo tritico?*

78 *Et an pro reparandis mœnijs, Regni pontibus, & turribus, contribuere teneantur?*

79 *Eccleſiaſtici vbi ad obſervationem tenentur, per ſuos Eccleſiaſticos Iudices compeſcendi ſunt, Sum. Pontifice conſulto, & quando?*

C A P. I.

Adſit principio Virgo Beata meo.

Priuſquam ad noſtri Nexus rerum Eccleſiaſticarum Juriſdictionalium diſcuſſionem exquiſitè abſolvendam ingrediamur, coram DEO OPTIMO MAXIMO, cui aperta ſunt omnia, noſtræ percupimus intentionis aperire dictamen, nihil aliud ſedulò intendentes, niſi cuncta in hoc elaborato opere, Divi Petri, ac Sacr. Sed. Apoſtolicæ nictationi ſubijcere, eiuſque ſacratis pedibus ſubmiſsè dicare; meritò extrà noſtram haud eſſe autumamus orationē, circà eorum Eccleſiaſticorum immunitatem aliquid priùs attexere.

1 CLericorum equidem immunitas, jure Di-
vino perpenſo, ab eo ortum
haud habet, ſed potiùs eorum
2 ſubiectio à Sæculari Imperio.
quippè Imperiū, de jure gen-
tium, quatuor fuit introductū
modis, & cum eo ſervitus;
per electionem nempè, per
hæreditamentum, per dona-
3 tionem, aut per bellum, tali-
ter quod omnes Principes,
qui uno ex iſtis in ſua collati
ſunt ditione, iuſti ſunt Dy-
naſtæ, poteſtatemque reti-
ne-

Digitized by Google

nent à Deo iubendi, leges condendi, tributa exigendi, ac ſubditos puniendi ſuos, abſque alia perſonarũ exceptione, teſte Divo Paulo. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* idem ad Rom. cap. 13. nec aliter idem Chriſtus Servator noſter intellexit, vt mirè Divus inſinuat Chryſoſtomus, ejuſdem Pauli verba explicando. *Fecit hoc Apoſtolus, ut oſtenderet, Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, ut politicas everteret, ſed ut ad meliorem normam redigeret.*

4 Ex cuius Chryſoſtomi judicio, omnes devincuntur Monaci, & Sacerdotes, non tantum ſæculares, ut confeſtim anneƈtendo exprimit, *etiam ſi Apoſtolus ſis, etiam Evangeliſta, etiam Propheta, ſiuè tandem quiſquis fueris; neque tandem pietatem evertit iſta ſubiectio.* quem elatè conſeƈtantur *Sot. in diſtint.* 25. *lib.* 4. *ſentent. Didac. Covarr. cap.* 31. *quæſt. pract.* ubi Innocent. III. Alceat Medin. alioſque cumulat, nec impar cecinit Divus Petrus *in Epiſtol. cap.* 2. *ad Timot.* ibi: *ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſivè Regi, quaſi per excellentiã &c. in lib.* 3. *Reg. Cap.* 2. ubi Salomon, Abiathar Hæbreorum Sacerdotio abſolutè privavit. Et in priſca evolvitur hiſtoria, Levitas ſummum habuiſſe Sacerdotem Aaron, attamen cuncti, in temporalibus, ac judicijs, ſubditi fuere Moyſi Principi eorum ſæculari, ut ponderant nuper laudati, & à Covarr. *in dicta*

6 *quæſt.* 3. *adducti* Inquiunt porrò, Chriſtus Salvator noſter, licèt ut Filius Patri æqualis Rex Regum, Dominus eſt Dominantium, attamen ut mortali indutus tunicâ, Regale, temporaleque Imperiũ nunquàm exercuit. Et ſi Pilatus ei dixit: *Tu Rex es? tu dicis,* abnuendo reſpõdit, ſubiũxitque: *Regnum meum non eſt de hoc Mundo*, quaſi indicaret temporale haud Regnũ meũ

7 eſt: Populique quinque expleti panibus, duobuſque piſcibus, ad eum in Regem eligendum incumbentes, nè raperent, nevè Regem eligerent, aufugit: nèc unquam aliquem iudicare voluit. *Quis*

8 *me cõſtituit Iudicem inter vos?* illis reſpondit, qui in ſuis diſ-

9 ſidijs eum appetebant Judicem, immò Pilatum Cæſaris miniſtrum ſuum cenſuit Judicem: *non haberes in me poteſtatem, niſi data tibi eſſet deſuper,* ut notat Divus Thomas *in epiſtola ad Romanos*, & anneƈtunt quoque Divus Auguſtinus *ſuper* 19. *Joann. in tract.* 116, ac Divus Bernard. *epiſt.*

Digitized by Google

epiſt. 42. Quod Pilati iudi-
cium,quamvis iniquiſſimum,
haud uſurpatū fuiſſe agglu-
10 tinant. Ulteriùs Apoſtolus
Paulus, ut omnes Principi ve-
ctigal ſolverent, juſſit: quò-
niam, qui id Principi ſolvit,
Deo ſolvit; *cui vectigal, vecti-
gal, cui tributum, tributum:*
11 ſunt enim miniſtri Dei ad
tributa; unde Angelicus om-
niū Theologorum Coriphęus,
explanando, annectit, Cleri-
cos ſolutos eſſe à tributis, ha-
ud ex divino Jure, ut exiſti-
mavere aliqui, ſed ex Princi-
pū ſæcularium ſpeciali privi-
12 legio. Nā itidē ipſemet Chri-
ſtus Salvator noſter, ut ſol-
vatur Principibus ſæcularibus
tributū,iuſſit.*Reddite,quæ ſunt
Cæſaris, Cæſari.* Et ſi nonnulli
cenſuere, hoc cum expreſſa
proteſtatione feciſſe. *Num-
quid filij debent ſolvere tribu-
tum?* oſtendendo tunc Princi-
pis temporalis poteſtatē, quæ
ſoluta à contributione erat;
huic tamē obiectioni reſpon-
13 dēt; Naturales eiuſdē regio-
nis, qui ſub filiorum nomine
cōtinebātur, hoc vacuos fuiſſe
onere ex municipali privile-
gio, undè dum ipſe, ac Petrus
filij erant, & ex hac ratione
ſoluti, ideò renitens ad ſolu-
tionem erat; aut ſecundùm
aliorum ſententiam, ſub illis
verbis parabolicè prolatis, ſuā
ſanctiſſimam noluit indicare
voluntatem, exprimendi di-
vinitatem, nempè uti Dei fi-
lius immunis erat, quod qui-
dem excellens, profundumq;
myſterium illi Principum ex-
actores haud percipere pote-
rant.
14 Rursùs, & ſi ipſe met Chri-
ſtus Salvator mundi nūquàm
Principis temporalis exercuit
imperium; congruum haud
eſt dicere, illud Petro ſuo re-
liquiſſe Vicario. Undè elatè
Sotus in *l.4.ſent.*& Card.Bel-
lar. *de auth. Papæ* hanc extri-
cantes materiam, valdè mira-
ti ſunt, quomodò nonnulli
abſque ulla ratione, ac novi
teſtamenti authoritate auſi
fuerint dicere: Papam Domi-
num totius eſſe Orbis, dire-
ctè in temporalibus, at ſi pro
huius ſententiæ tuitione Di-
vum collaudant Thomam *de
Regim. Princ. c.* 10. 19. aber-
rant, quòniàm talis codicis
author, haud Divus Thomas
fuit, ut idem Cardinal. Bel-
larm. *in lib. de poteſtate* notat.
15 Authoritas demùm ab eo-
dem Chriſto noſtro Redem-
ptore, Petro ſub clavium me-
taphora impertita, merè eſt
ſpiritualis, *Dabo tibi claves
regni Cælorum*; haud regni, di-
xit, terrarum; etenim tempo-
rale imperium, ac regendi
modus, ab initio iam erat à
Su-

Supremo omniũ Principũm Monarcha fundatus, taliter quod Chriſtus tantùm ſpiritualẽ fundavit Monarchiam, & quamvis dixerit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra*, attamen cum Petro arctavit, *inſufflavit in eos, & dixit: accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorũ retinueritis retenta ſunt.* Divus Joan. in c. 20. & depromitur ex illa Eccleſiæ oratione. *Qui Beato Petro poteſtatem animas ligandi, atque ſolvendi tradidiſti &c.*

16 Paulus inſuper ſuis indefeſſis laboribus, perhorreſcendo capientium iniquitatem, ſæculare recenſuit imperium, ad idemque audacter clamavit: ad tribunal *Cæſaris ſto, Cæſarem appello.* Queis attentis, apprimè Clericos Iure Divino, potiùs ſæculari imperio ſubditos, quàm ſolutos eſſe cõcludunt.

17 Poſitivo igitur magis iure immunes ab imperio ſæculari fuiſſe Clericos, apertè demonſtratur, quippè in Evangelica, ac novi teſtamenti ſãctione, talis eorum immunitas haud evolvitur; ut edocent *Covarr. var. lib. 1. c. 17. n. 2. & pract. 99. c. 31. n. 2. Widringt. in Apoll. Bellarm. n. 71.* & fatetur *ipſe Bellarm. lib. de Cler. cap.* 28. atticeque *Henn. Arniſe. de ſubiect. & exemp. Cler. cap. 3. n. 4. & ferè per totum Medin. de reſtit. q. 15. Molin. ad Alexand. conſ. 8. lib. 1.* immò ex innumeris Imperatorum Chriſtianorum legibus, & conſtitutionibus potiùs ſcatere præſumitur. Etenim Imperator Conſtantinus in Codice *de Epiſcop. & Clericis*, clericos extraordinaria haud ſubire munera iuſſit; Imperator Valentinus, & Valens, ac Gratian. *in l. 6. Cod. eodem*: eos, quamvis in minoribus, vacuos à tutelis, muneribuſque perſonalibus eſſe ſtatuere. Theodoſianus *in l. 7. Cod. eodem.* Epiſcopos compellendos minimè eſſe ad teſtimonium dicendum, cernuit *& in Aut. presbyteri Cod. eodem* Presbyteri, ſeù ſubdiaconi falſum in civilibus deponentes, tertio à clericatu ſuſpenduntur; In criminalibus verò falſi penâ plectuntur. Archad. & Honorius *in l. 10. Cod. eodem*, contrà irruentes in Eccleſiam, & Miniſtros Eccleſiaſticos, capitali animadvertunt pœnâ & *in Aut. cum Epiſcopo*; interdictum fæminis cohabitare cum Epiſcopo, & Monacis fuit, etiam ſuſpicione carentibus. Juſtinianus ad Epiſcopi Conſtantinopolitani ſupplicationem, clericis tan-

tantum in civilibus fori privilegium, non impedito Epiſcopo impertivit, in Criminalibus autem, ſub ſæculari eos reliquit imperio, ut *ex Nouell. Conſt.* 83. *ut Clerici apud proprios Epiſcopos.*

18 Hanc ſanè ſententiam tanquàm veriorem comitantur Innocentius *in cap.* 2. *de major. & obedien. Petr. Ferr. in pract. tit. de Confeſſ. §. plenam, Alceat. in cap. cum non ab homine de Judic. Lugdun. ad Conſ.* Alexand. 8. ubi multa circà Eccleſiaſticæ juriſdictionis abuſū, cumulat, quæ ſubticere congruit, ac temperanter coacervat Joan. à Medina *in tract. de reſtitut. qu.* 15. & poſt omnes, non minus lepidè, quàm eruditè *D. Didacus de Covarr. qu.* 31. *lib. unico per totum.*

19 Attamen ſecūdū aliorū ſētētiā, Clericos divino poſitivo Jure eſſe ab imperio ſæculari ſolutos, itidem ſacris attentis paginis fundant, haud ineptè, nonnulli. Etenim tritum eſſe, ajunt, Sacerdotes Chriſtiani Ovilis Paſtores eſſe, laicos verò quamvis Principes, & Poteſtates, oves; primi equidem Patres, cæteri filij, & ſecundùm naturale lumen, quod & divinum eſt. Oves ſubſunt Paſtoribus, haud è converſo; queis ſic ſuppoſitis, aptè congruit pulcherrima Sācti Gregorij Nanzianzeni ſententia, in oratione ad populum timore compulſum, & Principem iraſcentem, ab omni ferè Theologorum Cætu Co-

21 mitata, nempè ſicuti in homine coaugumētatur corpus ex ratione, & carne, ità & in Sancta Eccleſia ex poteſtatibus, Eccleſiaſticâ, ſiuè ſpirituali, ac ſæculari, ex quibus myſticum cōflatur ipſius Eccleſiæ Corpus, & ſi in homine ratio carni prævalet, & caro ſuperior haud rationi eſt, niſi ob defectionem; ità quoque, & ſpiritualis poteſtas ſæculari Superior eſt, eamque dirigere, regere, ac punire debet, ſi malè verſatur, nec ipſa ſæcularis ſpirituali Superior eſt, nec eam regere, dirigere, ac punire poteſt, niſi ob Tyrannidem.

22 Et nectuntur pariter ſupradictæ tot ſacrorum Canonum diſpoſitiones, & præcipuè Concilij Tridentini *in ult. ſeſſ. cap.* 20. ubi expreſsè, elatèque indicatur, hanc Clericorum exemptionem Divino eſſe Jure, & in Cōcilio Colonienſi *in p.* 9. *c.* 20. priſcam evolvitur fuiſſe Eccleſiaſticā immunitatem, Divino, ac Canonico, humanoque Jure introductam; ut in Concilio quoque Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. *legitur: nec divi-*

na,

na, *nec humana ratione laici poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas prævalet*, quod antè apertè indicavere *Concil. Lateranenſe ſub Innocent. 3. cap. 44. Concil. Vernenſe anno 755. cap. 18. Concil. Antiſiodorenſe anno 614. cap. 33. Concil. Toletan. 3. capit. 13. Pelagij II. q. 1. eodem tamen tempore, et anno 537. Aurelian. 31. Concil. Epaunenſ. cap. 11. Concil. Venet. anno 460. Concil. anno 460. Concil. Calcedonenſ. anno 453. cap. 9. Concil. Cartagen. 3. cap. 9. anno 397. Concil. Antioch. cap. 11. anno 340.* & uno ore concinuere Nicol. 1. *ad Conſul. Burgar. cap. 70. & cap. 8. ad Michael. Carol. Magn. leg. capitul. lib. 6. cap. 105. 109. Hadrian. 11. q. 1. Greg. Magn. lib. 3. Epiſt. 29. lib. 4. epiſt. 75. lib. 5. epiſt. 25. lib. 9. epiſt. 23. lib. 11. epiſt. 54. Atalar. apud Baron. lib. 7. pag. 134. Hormiſd. ep. 10. Gelaſ. ep. ad Anaſtaſ. Sozoma lib. 6. c. 7. Cyn. 11. Alex. epiſt. ad Synod. Antiochen. Auguſt. ep. 166. Ambroſ. epiſt. 32. Athan. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, Marcellin. epiſt. 2. Caius epiſt. ad Felicem Cyprian. epiſt. 66. Ivo Carnotenſ. anno 110. epiſt. 162. D. Ambroſ. Epiſcop. Luccenſ. in Codice contrà Guibert. Antipapam.*

23 Ulterius juxtà haſce graves ac omni ævo colendas authoritates, Bonifacius Pontifex in capite *quamquàm de Jud. in 6.* hanc, uti notoriam ab omnibus amplexam ſententiam expendendo, mirificè probavit, res perſonaſque Eccleſiaſticas ſolutas eſſe ab Imperio temporali, Divino Jure, Joannes VIII. Pontifex, ut refert Gratian. 96. *diſtinct. Con. ſi Imperator*, edocuit omnipotentem juſſiſſe Deum, Sacerdotes, alioſque Clericos haud eſſe ordinandos, ac judicandos à ſæculari poteſtate; ſed à Pontificibus: Simmacus itidem cum toto Concilio tertio Romano, coram ipſo convocato, de rebus Eccleſiaſticis, hoc idem ſancivit.

24 Similiter diſparem ſenſum haud concinuere ſacræ paginæ, quippè *in c. 47. Gen.* legitur quod Joſeph Patriarcha, uti Regis Pharaonis Vicarius Generalis, Sacerdotes ab oneribus ſolvendis liberos fecit. Et in primo *Exod. c. 7.* Artaxerſes Perſarum Rex immunitatē Sacerdotibus Hebræis impertivit; Unde Alexander III. Pontifex in Concilio Lateranenſi dixit: *immunis Dei Eccleſia, Principum Chriſtianorum tempore, eſſe debet, quàm Pharaonis tempore fuit*; & habetur quoque *in cap. non minus de immunitate Eccleſ.*

Conſtantinus verò Magnus Imperator, Divino accenſus lumine, inquiſitiones contrà Eccleſiaſticos ei exhibitas cõbuſſit, & divino judicio vindictam reſervavit. *Deus vos Sacerdotes conſtituit, poteſtatemque vos judicandi nobis haud tribuit; Vos autem à nemine judicari poteſtis; quia Dei judicio reſervamini*, ut meminere Ruffin. *in* 10. *lib. hiſt. cap.* 2. *Gratian. in cap. futuram*, 12. *q.* 1. quòd cum effectu ſervavit in Inquiſitione per Donatiſtas contrà Sicilianum Carthaginẽſem Epiſcopum efformata, in qua eum ad Pontificem Melchiadem Romanum cum proceſſu miſit, & ſi una cum cæteris Prelatis eum judicavit, neceſſitate ductus, ad majorem Donatiſtarum confuſionem hoc fecit, priùs veniâ ab ipſis Epiſcopis petitâ, ut divinitùs explicat Optatus Milevitan. *in* 1. *lib. contrà Parmenianum.* & ſequitur Divus Auguſtin. *in epiſt.* 18. *&* 162. Hoc autem Conſtantini Judicium ſimile fuit, id quod Deus Moyſi inquit: *te feci Deum Pharaonis, vt eum judices, & corrigas.*

25 Subdunt itaque, pro eorũ ſententiæ confirmatione, minimè refragari expoſita in priori ſententia, quoniam adducta per Divum Paulum in Epiſtola ad Romanos *cap.* 13. de poteſtate loquntur in genere; *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:* imbuitque Apoſtolus divinâ mediante ordinatione, ſubditos Superioribus parere debere, quibus ſubijciuntur ut ex eodem *cap.* 13. *ad Roman.* colligunt *Divus Chryſoſt. Teodoret. Theophylact. & Oecum. & alij*, quos cumulat *P. Iacobus Pignatelli conſul.* 31. *n.* 25. *tom.* 6. haud autem in individuo judicavit, ſæculares Principes à Deo immediatè tales, taleſque retinere ſubditos; etenim abſque hæſitatione omnis poteſtas à Deo immediatè ſcatet, pro ut illa, Moyſis, & Aaron, quæ hodie Pontificis eſt, ità & alia, quæ pariter à Deo ſucceſſione, electione, aut alio humano titulo mediante depromi-
26 tur: Nec aliter Divus Joannes Chryſoſtomus putavit aſſerendo in genere: *Sacerdotes ſuis parere Superioribus teneri*; haud verò Principibus temporalibus blateravit; Et ſi leges Civiles Eccleſiaſticis non adverſantes obſervare tenentur, aſſeruit, rationis cauſſa hoc procedere, haud legis vigore, vt infrà meliùs explicabimus.

27 Agglutinant itidem Moyſem quoquè ſummum, cum

Fra-

Fratre ſuo Aaron Pontificem fuiſſe, immò divinâ extraordinariâ diſpoſitione majorẽ; *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus ejus*; *Pſal.* 98. & *in Exodo. cap.* 40. legitur Moyſem thurea Sacrificia, quæ ad Summum Pontificem principaliter ſpectabant, retinuiſſe & in *Levit. cap.* 8. Moyſes fratrem ſuum Aaron, filioſq; ſuos conſecravit, immò, & Sacerdotes cunctos fecit, ac Sacrificia, ejſque præſentibus obtulit. Vndè Philo doctiſſimus Hæbr. *in l.* 3. *vitæ Moyſis dixit*, Moyſem Principem, Pontificem, Regem, ac Prophetam fuiſſe; Divus itidem Gregorius Nanziazenus *in orat. coràm Gregorio Niſſeno*, ait Moyſem Sacerdotem Sacerdotum, Principem Principum fuiſſe. Et Divus Auguſt. *in quæſt.* 23. *Levit.* Moyſem, ac Aaron Sacerdotes fuiſſe teſtatur, quod repetit *in tract. ſuper Pſ.* 98. Divus Hieronymus *in lib.* 1. *contrà Jovinian.* & antè eos Divus Areopagita *in cap.* 5. *Hierarchiæ Eccleſiaſticæ* idem firmavere. Queis attentis depromunt Moyſes, & ſi Sacerdos erat, nil mirum ſi illius temporis Levites ſibi ſubditi fuere.

28 Ità, & Chriſtus Salvator Mundi, qui licet ut mortalis homo, ut diximus in hoc mũdo Principis temporalis ullo tempore exercuit imperium, tamen hoc fuit, quia advenit, ut inquit, patiendi, ac ſerviẽdi cauſa, & ut cum humilitatis, & obedientiæ exemplo, improbis Paradiſi viam oſtẽderet. *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis.* Matth. 2. *Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Luc. 9. *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde* Matth. 11. cum cõcordantibus; attamen quoque ut homo, ſi ei libuiſſet, rerum temporalium dominium ſumere potuiſſet. *Omnia dedit ei Pater in manus*; aitque Divus Joannes *cap.* 11. *quem conſtituit hæredẽ uniuerſalem*, & Divus Paulus c. 1. Hebr.

29 Tandem comprobant coacervata ex pluribus Sacræ Scripturæ expoſitionibus, ut ex pſal. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes, & hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam, terminos terræ*, quòd ex communi omnium Sanctorum Patrum voto, de Chriſto Domino, prout homine, hæc ſunt intelligenda verba; ut in *Apol.* 29. Chriſtus, ut homo Rex nominatur Regum, Dominus Dominantium; de qua inhæſitabili Chriſti, ut hominis, Monarchia plura

 con-

congeſſere Divus Thomas *de Regimine Principum l.* 3. *c.* 12. Divus Antoninus *in* 3. *p. tit.* 3. *c.* 2. Almain *de poteſt. Papæ c.* 8. Hoſtienſ. *in cap. quod ſuper his, de not.* Novar. *in relection. ſuper cap. novit. de jud. not.* 3. *n.* 8. undè ex his, & ex alijs, quæ pleno calamo adduci poſſunt, inferunt, futile eſſe argumentum contrariū, ſuprà exaratum; immò hanc veriorem eſſe ſentētiam. An-
30 nectuntque, ejuſdem pariter farinæ eſſe; aſſerere; Chriſtū in judicem recenſuiſſe Pilatū: quoniam Chriſtus itidem, ut homo ſummus, cum excellentiæ poteſtate, Pontifex erat, Angelorum, Hominumque caput, & uti talis immunis ab omni poteſtate, ut de jure judicaretur, niſi defacto eo annuente, meritò ſic accipiendus Apoſtolus in illis verbis: *Humiliavit ſemetipsū ad Phil.* 3. & in alijs: *Non haberes poteſtatem adversùs me ullam, niſi tibi data eſſet deſuper*; Ex quibus Chriſtus Pilatum recenſuit in judicem ſibi à Deo datum, ideòque Sancti Patres Chryſoſtomus, ac Cyrillus *cap.* 19. Diu. Joan. enucleantes, ibi poteſtatem pro permiſſione cæperunt, hoc eſt Deo abnuente, futile adversùs Chriſtum Pilati imperium erat. Et ſi Divus Thomas in *cap.* 13. *ad Rom.* de poteſtate à Deo Principibus impertita, intellexit, haud hæſitatur eā, ut Cæſaris miniſtra à Deo procedere, ſicuti & omnis alia legitima, eam autem ſuper Chriſtum extendi ex ſola Pilati ineptia ſcatuit, qui Chriſti ignorādo dignitatem, eum, uti quemlibet ſuæ ditionis privatum, ſtatuit.

31 Affirmantque, levis quoq; ponderis eſſe, dicere; Divum Thomam aſſeruiſſe, Eccleſiaſticos ab onere ſolvendi Principibus tributa, iſtorum placito ſolutos fuiſſe, quippè hoc idem pariter divino procedere Jure; ut ipſemet ibi ſubnexuit.

32 Nec parum rurſus relevare inclamitant, aſſerere; Cæſari tributum Chriſto jubēte, fuiſſe ſolutum, de quo haud ambigitur, dum Principibus à ſolvere debētibus debebatur: *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.* Divus Paulus *ad Roman. cap.* 13. attamen Chriſtum pro ſe, & Petro, id coactè ſoluiſſe, aſſerere, damnata refractarij Marſilij de Paula hæreſis eſt; ut disertè probant ex extravaganti, *licet*; Joannes XXII. ac Cardinalis Torrecremat. *in ſumm. de Eccleſ. lib.* 4. *p.* 2. *c.* 3. quòd itidem, ut homo, ad id non te-

ne-

nebatur, quòniam Chriſtus etiam, ut homo inſimul cum Apoſtolis ad hoc devictus haud erat, induebatur autem ut talis, divinitate potiùs, quàm humanitate, eratque naturalis Dei Filius non adoptivus, & ſic vacuus ab omni onere Regibus debito; quorum ſupremus eſt Rex: undè inferunt infrà laudandi, ſicuti Principes immunes ſuos faciunt filios; ita & Dei filium *Matth. c. 17. vbi Origen. S. Hilar. S. Hieronym. S. Auguſt. lib. 2. q. Evangel. c. 23. Theophyl. Euthym. d. c. 17. Matth. D. Thom. 2. q. 2. art. 2. ad Riccard. Caetan. Bellarm. & alij.*

33 Apoſtoli verò pariter tanquàm de ſua familia ſoluti erant, ut de Clericis Chriſti familiaribus dixere Hieronymus *cap.* 17. Matth. & Divus Aug. *in l. 1. Evangel. q. 13.*

34 Ex recenſitis ideò depromunt, Chriſti exemptionem haud ſcatere, ex quo unus de filijs erat, potiſſimùm, quia iſti nondùm vacui à tali onere erant, immò & ipſi tantùm ad id tenebantur; evolvitur in exod. *cap.* 30. omnibus Iſraëlitis filijs: onus medium ſolvendi Siclum, fuiſſe impoſitum; quod poſtmodùm Romani lucrati fuere; explicat Joſeph *lib. 7. de bello Judaico c. 27.* ſed quia verè Dei filius erat, dicendum eſt.

35 His denique ſic ad invicem reluctantibus opinionibus ſuppoſitis, vltima verior, ac magis ab omnibus ferè Theologis primæ notæ amplexa opinio eſt, quamobrem abſque alia hæſitatione concludendum, putamus Poteſtatem per Chriſtum Petro Vicario ſuo impertitam, ſupremam fuiſſe; ut uno fatentur ore Doctores, licèt circà modũ inter eos tantùm diſſidere videantur, quòniam nonnulli, illam, Petri ſucceſſores uti Principes ſæculares retinere opinati ſunt; alij verò ſpiritualem tantùm, ſed quod licitum ſit Pontificibus, ſecundùm rerum ſpiritualium ordinem, pleniſſima cum auctoritate, manus in rebus tẽporalibus apponere affirmat, ut enodatè exprimit author opuſcul. *de regimine Principũ l. 3. c. 11. 13.* quem Cardinalis Bellarm. *in lib. de poteſt.* abſolutè nõ inficit, Divi Thomæ eſſe; licèt haud parùm hæſitare videtur; cæteri autem, qui ſuper peccato tantùm eam arctam fuiſſe ſuſtinent, ſiniſtrè exponentes verba illa: *inſufflavit, & dixit, accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis* in Div. Joan.

Joan. ad 20. tanquàm Eccleſiæ refractarij hęreſi redarguuntur, etiam ex verbis ejuſdem met Chriſti, jãdudùm ibi immediatè prolatis: *Sicut miſit me Pater meus, & ego mitto vos*; quorum virtute ſolutam, illimitatamque impertivit eis poteſtatem, Eccleſiam pro eo gubernandi; & congruunt uno ore Theologi, ex iſtis nuper recēſitis verbis, jurisdictionem; ut ex primis ordinis poteſtatem fuiſſe transfuſam, quod quoque deſumunt ex alijs Chriſti verbis, eidem Petro in ſequenti capitulo: *paſce oves meas*; ex quibus haùd arctaſſe, uno fatentur conſortio, ſed ampliſſimam gubernandi, ac poteſtatem tribuiſſe exiſtimant: quòniam græco idiomate attento, verbum *paſcere*, idem ſonat, ac illud, de quo Divus Joan. in Apocalyp.c. 19. ſcripſit, nempè; *& ipſe reget eos in virga ferrea*; cui convenit Michæę ſcriptum, à ſeptuaginta Interpetribus traductũ, ſcilicèt: *Ex te mihi exiet Dux, qui regat populum meum Iſräel*: Undè ſecundùm modum loquendi ſcripturæ, Petrus Paſtor, Rector, Gubernator, ac totius Eccleſiæ Princeps fuit conſtitutus: nec eis officiunt alia verba in Div. Matth. ad cap. 16. ibi: *quodcumque ſolveris, & quodcumque ligaveris*; quaſi quod ſecundùm aliorum ſententiam, poteſtatem ei compeſcuiſſet ad peccata, & ad perſonas tantùm; quòniam haud dixit, *quemcũque, ſed quodcumque*, univerſalem exprimendo poteſtatẽ ligandi, ſolvendi, jubendi, leges condendi, diſpenſandi, ac relaxandi, prout neceſſitas expoſceret, ut fidelium animas ad cæleſtia traſmitteret clauſtra.

36 Attamen pro veriori hujus opinionis intelligentia, dicendum eſt; Chriſtum, hanc ſuam ſupremam, abſolutamque poteſtatem, quam jure, actuque retinebat, itidem in temporalibus, ut homo, ſi ei libuiſſet, directè Petro transfudiſſe; ſed potiùs indirectè conceſſit, ut ſuadet ratio; nam ipſe defacto ob humilitatem, modeſtiã, ac bonũ exemplũ, ab hoc ditionis uſu ſe abdicavit, ipſumque in terra habere renuit, ut depromitur ex Diu.Thom.*l.* 3. *de regim.Princip. c.* 12. inconſentaneum ergo eſt aſſerere, eam Petro ſuiſque ſucceſſoribus defactò, ac directè conceſſiſſe, ſed potiùs ſpiritualem ſupremam, ac Eccleſiaſticam, ſupernaturalia directè reſpicientem, haud verò naturalia, & ſæcularia, niſi tantùm indirectè,

qua-

quatenùs neceſſitudo contigerit ob ſupernaturalē finem, ac ſpiritualem hominum ſalutem; ut mirè inſinuat Bernard. VI. *in conſiderat. ad Eugen.* Bernard. II. Bonifatius VIII. in Extravaganti, *unam ſanctam*; & habetur *in Deuteronom.* 17.

38 Infertur ideò, Summum Pontificem, non habere poteſtatem judicandi directè cauſas, liteſque, & controverſias merè temporales inter Principes, ſuoſque ſubditos; nec ſtatuere in eos, nec ſuas infirmare leges, quæ à ſupernaturali fine haud deviant; preterquàm in ijs, quæ ad finē
39 ſupernaturalem pertinēt, & ab eo deuiarent. Poteſt tamen indirectè, per modum fraternæ correctionis, in rebus, & controuerſijs merè temporalibus ſe intromittere, abſque præjudicio fori ſæcularis, pro ut in cap. *novit. de judic.* ubi etiam alij inferiores Prælati, & ibi Innocentius III, Alexāder III. *cap. cauſam 2. extrà qui filij ſunt legit. & in cap. ſi duobus 2. denique de appellat.*
40 Queis in caſibus pro conſeruatione earum rerum, quæ ſupernaturalem finem, & cōmunem ſalutem ſpiritualem reſpiciunt, poſſe, aſſerendum eſt, Suprema, & ampliſſima uti temporali poteſtate, quam
41 tunc annexam haberet, ac ſpiritualis ex parte finis, haud laica, appellatur; & hoc non tantùm cenſuris cogēdo, ſed quoque pœnis externis vi, ac armis, pro ut quiuis alius ſæcularis Princeps, ità Catholicæ fidei, ac communis boni ſpiritualis conſeruatione expoſcente, poſſe ſummum Pontificem Reges deponere, eoſque è ſuis ditionibus, & adminiſtrationibus priuare, depromitur *ex capite alius 15. q. 6. cap. venerabilem 34. Gloſſ. in verbis tranſtuliſti de elect. & cap. Apoſtolicæ de jure jurand. in 6.* ubi ejectum fuiſſe Fidericum III. ab Inno-
42 centio IV. euoluitur, & ab Innocentio III. Otthonem, & à Greg. VII. Henricum, & referunt Sotus *in 4. diſtinct. q. 2. art. 1. Victor relect. de poteſtate Eccl. qu. penult*, alioſque caſus exponit. *P. Nicolaus à S. Joan. Baptiſta Ord. Reform. D. Auguſt. in Epitom. Theolog. Scolaſt. tit. 8. de Fide in 2. p. pro reſponſione propoſitionibus Eccleſiæ Gallicanæ.* Molin de juſt. *tract. 2. q. 29. tom. 1.* Torrecre. *l. 2. ſumm. c. 113. n. 114.*
43 qui abnuunt in relectione in locum depoſiti, tam in præjudicium illius, ad quem, in defectum depoſiti, jus Regni pertineret, quàm illorum, ad
44 quos electio ſpectaret, niſi elige-

gerint aliquem, per quem ſpirituale bonum valdè periclitaretur; vel infidelem, tunc, ſi ad congruam electionem faciendã admoniti haud deſiſterent, poſſe ſummũ Pontificẽ itidẽ, renuentibus Electoribus, alium in locũ electi cõſtituere, congruunt nuper laudati DD. Nequire tamen ſum. Pontificem alium conſtituere Regem in Regno alieno, ut ex Lipſio in ſententia 2. *ad Belg. in epiſt. illuſtrem Præſidem* D. *Joa. Larrea tom.* 1. *deciſ.* 8. *n.* 45. *Hermenegild. Roxas de Incompatibil. in append. adp.* 7. *c.* 2. *n.* 99. edocent.

45 Et ſi Joannem VII. à Pontificali dignitate depoſitum fuiſſe aſſeritur, hoc haud Imperiali Othonis authoritate euenit, ſed Sacri Concilij *Sancta Synodus quid decernat*; quod quidem concilium tanquàm acephalum, ſpurium Sacrilegum, ac Iniuſtum abrogatum fuit, imo depoſito, ac obiurgato Leone VIII. Joannes reſtitutus fuit, quippè iſte, haud hæreſis deformitate, ſed reprobâ defecit vitâ *Platin. vita Pontif. anno* 964. *& ibi Onufr. Panivi. Illec. P. Jacob. Gordon. opus Cronol. anno.* 964. *& enodatè Card. Baron d. an-* 964. *tom.* 10.

46 Exaratis denique perpenſis, lucidè depromitur, Clericorum exemptionem, quò ad ſacra, & ſpiritualia, à Divino, ac Evangelico emanaſſe Jure, quòniam à Chriſto, Evangelica lege mediante, Petro, ſuiſque ſucceſſoribus cõmiſſa fuit; haud verò à Principibus ſæcularibus; ideò diſtincta prorsùs eſt à laica poteſt. cap. *duo ſunt diſtinct.* 96. ubi Gloſs. *& ſeq.* cap. *ſolitæ de major. & obedient.* cap. *decernimus de Jud.* D. Thom. *opuſc. contrà errores Græcorum cap.* 32. *tit. quod Pontifex Romanus cum ſeqq.* Divus Anton. *tom.* 1. *opuſcul. tract. de Auth. Papæ. c.* 1. Victoria *de poteſt. Eccleſiæ relect.* 1. *ſect.* 1. *ſect.* 7. *verſ. tertio propoſuit*, Dom. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 2. *ar.* 1. Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſpat.* 21. *uſque ad* 29. *tom.* 1. Suarez *in defen. fidei. adverſ. error. Anglican. lib.* 3. *c.* 6. *&* 7. *cum ſeqq. & lib.* 4. *c.* 2. Saijr *in clau. Regi. lib.* 12. *c.* 7. *n.* 6. Rodoric. *tom.* 2. *regul. quæſt.* 62. *art.* 7. Duare. *lib.* 1. *de Eccleſ. c.* 1. *&* 2. Mart. de *Juriſd. p.* 1. *c.* 9. *& ſeq. Ramos. ad leg. Jul. & Pap. lib.* 3. *c.* 43. *n.* 2.

47 Cauſæ verò Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, ſunt: Creatio Sacerdotum, & Epiſcoporum, Diſtributio Diœceſum, & Parochiarum, aliaque ad ordinum gradus, ad Sacramenta, per

fidem, legem Chriſtianam, ac ad aliarum rerum Eccleſiaſticarum quæſtiones, & controverſias ſpectantes, vel ab eis dependentes Molin. ubi nuper dicto *tom.* 1. *diſput.* 21. Covarru. *dicto cap.* 31. *n.* 2. *verſ. prima concluſio*; Duaren. *lib.* 1. *dicto cap.* 2. Parladorus *inſequicentur. different.* 9. *§.* 1. Suar. *in defenſ. fide. adversùs error. Anglic. dicto capite* 6. *&* 7. *lib.* 3. Saijr. *in tract. clau. Regi. lib.* 12. *cap.* 7. *n.* 6. & communiter omnes Canoniſtæ, ac Theologi.

48 In rebus verò temporalibus, & prophanis ſiuè civilibus, ſiuè criminalibus ad ſacra, ac ſpiritualia haud attinẽtibus, humano tãtùm, & canonico Jure exemptos, quoad perſonas, ex condecenti ratione, Divino congruente jure, quo verò ad res temporales, & bona, à laico Imperio ſolutos fuiſſe Clericos, nimirùm ex Imperatorum, Regumque placito, depromitur ex authoritate Divi Thomæ *in Epiſtola Paul. ad Roman. c.* 13. *lect.* 1. ac ex Innocent. *in dicto cap.* 2. *de Majorit. & obed.* ac ex Alciat. Medin. Covarr. Lugdun. Ferr. & ex deſuper laudatis. Queis adde Cajetan. *opuſc. tract.* 1. *de poteſt. Papę cap.* 27. Carlevar. *diſp. Jur. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 1. *n.* 395. *ad* 402. *Salsed. leg. polit. lib.* 1. *cap.* 3. *à n.* 1. 7. *Humad. Cened. Villalob. & alij per D. Franc. Montemajor in ſuo propugn. pro R. Juriſd. §.* 28. *n.* 12. 13. *& ſeqq.* Victor. *dicta relect. de poteſt. Eccleſ. ſect.* 7. *per totum n.* 3. Sotus *in* 4. *diſput.* 25. *quæſt.* 2. *artic.* 2. & quoad tributa, Clericorum exemptionem, à Principum largitate ſcatere, conveniunt omnes, ex Divo Thoma, *ad Apoſt. Paul. ad Rom. c.* 13. *lect.* 1. *ad finem.* ſuprà allati, quibus adde Ramos ad leg. *Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 43. *n.* 3. explicitè antè eum Gratian. *poſt cap. ſi in morte* 20. *§. ecce* 23. 9. 8. Sotus *in* 4. *ſenten. diſtint.* 25. 9. 2. *art.* 2. Suar. *contrà Reg. Angl.* 4. *cap.* 3. *& cap.* 8. *n.* 2. 6. *& cap.* 9. 11. *&* 12. & nos in ſequenti capite, luculenter commoſtrabimus.

49 Rerum autem temporaliũ jura, penes Imperatores, Reges, ac ſæculares Principes reſident, ad eoſque humana, temporalia, ac naturalia, humano generi diſtribuenda, ſpectant; legitur in cap. *quo jure diſtinct.* 8. quod eſt Divus Auguſt; & *in cap. ſuſcepiſti diſtinct.* 10. quòd eſt Divus Gregor. Nazianz; *& in cap. quòniàm eadem diſtinct.* ex Nicol. Papa 1. in epiſt. 7. ad

Michaelem Imper. & ex Gelaſio Papa in capite *duo ibi*: *Duo ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic regitur mundus, Authoritas ſacra Pōtificum, & Regalis poteſtas, quæ quidem diverſa eſt à Papali poteſtate; quòniam hæc, mediante conſenſu, electione, aut ſucceſſione, à Deo Regibus, pro adminiſtratione rerum naturalium, finem temporalem reſpicientium, ſe confidere debuit; Papalis verò à Deo per Chriſtum, ad regimen rerum ſupernaturalium dumtaxat.* Molin. *tract.* 2. *diſp.* 29. *n.* 11. *tom.* 1.

50 Quo ad ſummi Pontificis perſonam, conveniunt porrò Theologi omnes, eam, diuino jure, eſſe ab imperio ſæculari ſolutam; fatentur Victor. Cajetan. Suar. Salas *de legibus diſput.* 14. *ſect.* 11. *concluſ.* 11. *cap.* 17. Molin. *dicta diſput.* 31. *§. quarta concluſ. & n.* 8. qui quoque in ſuis Provincijs, hanc temporalem retinet poteſtatem, ſicuti & cęteri, ſuperiorem non recognoſcentes, non ut Pontifex; ſed ut ſæcularis Princeps.

51 Hæc planè Clericorum, Jure Divino, Canonicò, ac Principum ſæcularium placito, introducta exemptio, in perniciem ſtatus, ac Reipublicæ, cedere nefas eſt; quòniam Eccleſia, in rebus ei non lædentibus, immunitatem haud introduxit *cap. cum ad verbum in fine* 6. *qu.* 8. Gratian. *poſt cap. conſtituit.* 17. *quæſt.* 4. *Bonavent. de ſacra fide lib.* 2. *lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 7. *ibi Eccleſijs devotione fidelium conceſſa ſunt poſſidenda; ſalvo tamen jure terrenæ poteſtatis.* Ipse autem met Chriſtus Redemptor noſter, in ſpiritualibus, ſuâ ſi exercuit Monarchiam, ſuaſque condidit leges, non ex hoc, politicam, ac Regna introducta gentium evertere intellexit, cum è Regum Imperio nil excerpere maluit, quamvis per eum, Reges regnarent. *Proverb.* 8. *ſap.* 6. ſed tantùm Chriſticolas in ſacris, & ſpiritualibus, jure ademit ſuo, ut ad meliùs inſtitueret. Matth. 22. *verſ.* 23. Paul. 1. *ad Roman. cap.* 13. *& ad Thimot. c.* 2. & ad Titum *cap.* 3. *Petri epiſt.* 1. *c.* 2. *verſ.* 13. Chryſoſtom. *Homil.* 23. Auguſtin. *tract.* 115. & Joan. Eu. *cap.* 18. & Eccleſia, inter ſuas Canonicas horas, illum canit Hymnum: *Crudelis Herodes, Deum Regem venire quid times? non eripit mortalia, qui regna dat Cæleſtia.* Diſertè Ramos *de Epiſc. Portuenſ. in prælud. in* 81. *cum ſeqq.* & antè eum *Covar. var. dicta qu.* 31. *n.* 2. idem Ramos *ad leg. Julij Pap. lib.* 3. *c.* 42. *n.* 1. *& ſeqq.*

52 Et

52 Et ſi Clerici immoderatè ſua utuntur exemptione, maximaq; cum libertate in apertam Reipublicæ perniciem navarent, Eccleſiaſtico diſſimulante Judice, vel connivente, Summo priùs admonito Pontifice, ſi remedium diſtulerit; poſſe tunc Principes ſæculares ſuorum ſubditorum quieti conſulere, Clericorum privilegio, ac immunitate minimè refragante, Inſinuant Sotus in 4. *diſtinct.* 25. *q.* 2. Victoria *in relection.* 1. *de poteſtate Eccleſiæ quæſt.*
53. *ult. n.* 3. Potiſsimùm ſi præſentanea prefferit neceſſitas, tunc Pontifice itidem inconſulto, per modum juſtæ defenſionis, eidem ſæculari licere Principi id peragere, quod recta expoſceret ratio, ad impediendum Reipublicæ imminens damnum. Salas *de leg. polit. tract.* 14. *diſput.* 14. *ſect.* 9. *n.* 111. Tanner. *n.* 22. *diſp.* 4. *dub.* 1. *n.* 1. Cevall. *de cognit. per viam violent. p.* 2. *q.* 77. *n.* 9. Ugolin *in Bulla Cœn. Dom. cap.* 11. *p.* 2. *verſ. aut eos* §. 1. *n.* 3. *in finem* Dian. *tract.* 1. *de immunit. reſol.* 17.
54. *verſ. valet*; quòniā ubi de totali Reipublicæ corporis perturbatione agitur, nè ſeditio acerbiùs incrudeſcat, ac pars ſincera trahatur, Princeps ſæcularis in dictis circumſtantijs, enſe, incurabile vulnus, recidere valet, immoderatas Clericorum factiones, extraordinariâ itidem poteſtate, reprimendo. Eſt ſanè in ſedanda Republica, Princeps ſimillimus Deo, cum vires, opeſq; componit, & arcet; undè nuncupantur ab Oppiano *verſ.* 45. *Reges cæleſtes, muri terræ,* ab Hierocle Pytagorico, *Deorum filij illuſtres, ac omnimoda virtute pollentes*, à Diogene *de Regno, Lex animata, ſimulacrum juſtitiæ, ac Dei Imago*, à Theocrito *ap. Strab. Ser.* 46. *Singulorum nemorum Pan.* ab Echanta Pythagorico. *Numinum Præſides, ac Orbis columnæ*; à Plutarcho ad Princip. Ind. *Dei Adminiſtri ad tuendā hominum ſalutem.* Opportunè equidem Princeps occurrat, in hiſce ſedandis factioſis, ut ad inſtar Julij Cæſaris ſit, diſertatorum, ac ſeditioſorum, & Inquiſitor, & punitor acerrimus. Sveton. *in Cæſar. cap.* 64. cum Imperare naturâ eſt, præſtantioris. Teſte *Democrito apu Strabon.* Subduntque, qui de Regno philoſophantur, Plebs dum inflata effluxit, fluxa tētat incaſsum, & cum commota irruit, non flatus, ſed acta Principis obſtent. undè conſulunt ne irrideatur, quod itidem admonet Tac. *lib.* 5. *hyſtor.* in felicis.

ſimum Muſonij Rufi recenſendo exitum. *miſcuerat ſe legatis Muſonius Rufus, Equeſtris Ordinis, ſtudium Philoſophiæ, & placita ſtoicorũ æmulatus, captabatque permixtus manipulis bona pacis, ac belli diſcrimina diſſerens, armatos movere id, pleriſq; ludibrio, pluribus tædio; nec deerant, qui propellerent, procul; carentque ni admonitu modeſtiſſimi cujusque; & alijs minitantibus omiſiſſet, intempeſtivam ſapientiam.* Alexander inſuper, Auguſtus, ac Marcus, ob nullam aliam cauſam, ad tantam pervenerunt gloriam, niſi quod non procùl à paludamentis pallia verſavere; Princeps autem dum differt, cum vita, & Imperium perdit, Neronis, namque exemplum *Suetonius in cap.* 27. memorat, qui, dum viliſsimè de fuga, vel pietate contendit, tempus amiſit, & Imperium; quibus haud parum conferunt mirè expoſita per Salluſtium in Catilinam, ubi pro ſedanda ſeditioſorum audacia, hæc inſinuat: *cætera maleficia tunc proſequere, ubi facta ſunt, hoc niſi prævideris, nè accidat, ac ubi eveneris fruſtrà judicia implores*, Valer. max. *lib.* 3. *de fortitud.* inſipidum enim erit, tanto imminente periculo, futile navare tempore, infrà quod factioſorum audacia, inter inſciam populorum turbam, gliſcente ſecum irreparabile damnum traheret, porrò imperitus erit medicus, qui tumentes vulnerum ſinus, pendente manu contractaret, & in alto receſſis viſceribus vulnus incluſum dum ſervat, exagerat, & ſi principia tolerantur in ſeditionibus, fines dein curari haud poterunt; cum tumultus incrementa ſumunt; ut fluvij, qui initio exigui ſunt fonticuli, paulatim verò in craſsiſsima transformantur flumina; & ſi connivent ad tempus, imprudentia, & ſenſus adeò augeſcunt, ut nulla eis vis poſsit reſiſtere; *ex parvis, orta ſeditione, de rebus magnis diſſideatur*; ait Tac. *ann. lib.* 12. & *in lib.* 4. *eodem.* Populorum ergò dum murmur incipit, caveant Principes, nè ſileant; quòniam tonitrua aëre, ac tinnitu eiaculantur, ait Plutarc. & Populus tanquàm apis, dũ ſecedit ſubmurmurans, aëris ſonitu revocatur, inquiunt Ariſtotel. Plato, ac Diogen. *de Regno*, cenſeturque Princeps Reipublicæ Agricola, ſubdit Tull. *de officijs ex Xenophont. In Cyropæd.* dum denique reſonat, murmuris cauſam repellat, quod ad noſtrum exprimit ſenſum Alexander Põtifex III. *in cap. memor. ſum.*

24.

24. *quæſt.* 5. *& in cap. teneamur de præſb.* ibi *ſi non poteſt eis, ſine ſcandalo provideri, æquanimiter ſuſtinemus, ſi mãdatum noſtrum non duxeritis exequendum*; quem ſequuntur Syluest. *verb. obedient.* & Cordub. *lib.* 3: *quæſt.* 13. *reg.* 3.

55 Quæ quidem expoſita itidem militant, ubi Præpoſitus ipſe Eccleſiaſticus conſpiraret, cui reſiſtere valet Princeps, ob ſtatus cõſervationem, licet in eum haud juridicè ſtatuere, Salomon autem Abiathar ſum. Sacerdotem è templo, ac ab Urbe arcuit *Reg.* 3. *& cap.* 2. *verſ.* 26. Felin. & *Dec. in cap. ſi quãdo de reſcrip.* Socin. Jun. *in cap. nulli de ſent. excomun.* Navar. *in cap. cum contingat remed.* 2. Ortiz. *part.* 2. *oppoſit.* 1. Sot. *in* 4. *diſtint. n.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 2. *n.* 23. Victor *de Poteſt. Papæ in regul. moral. tit. de præcept. Decalog.* idem *in cap.* 10. *de unit. Eccl.* Cordub. *lib. quæſt.* 10. *diſtin.* 13. Torrecrem. *lib.* 2. *cap.* 106. Caetan. *de poteſt. Papæ cap.* 27. Bellarm. *de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 29. *repoſit. ad verſic.* Quod ſi licitũ eſt invadenti corpus reſiſtere, ità & animas invadenti, vel turbanti Reipublicæ tranquillitatem, qui aut ob ſuperioris conniventiam, vel abſentiã abſque proximæ medelæ metu, in apertam incidunt ſeditionem, & ſi Clerici eſſent.

56 Hiſce enim in caſibus ſæcularis præventio, Imperium, nec poteſtas eſt, ſed neceſſaria medela, inſinuant *Suar. ad Reg. Anglican. lib.* 3. *cap.* 3. *Baldell. lib.* 5. *diſp.* 10. *n.* 7. *& diſput.* 35. *Dried. de libert. Chriſti cap.* 2. *ſalas diſput.* 14. *ſect.* 11. *Pat. Ludouic. Molin. de juſt. d. diſput.* 31. *tract.* 2. *tom.* Et tunc licitũ pariter eſt ipſis ſæcularibus Principibus, ſupremi Patris munus, in politicis gerentibus, licet filij in ſpiritvalibus, eade m ęconomica, non tamen contentjoſa potetestate, turbidos, refractarioſque Clericos, tamquàm putrida membra, è republica eijcere, eosque arcere, ob communem pacem, et quietem ſui ſtatus, cui non tantum Patres, Miſticique Regni Capita, ac tutores ſunt, juxtà tradita per Diu. Hieronym. in cap. reſecandæ ibi *reſecandæ ſunt carnes putridæ, & ovis ſcabioſa ab alijs repellenda, nè tota Domus manſa, pecus, & corpora ardeant, corrumpantur, intereant. & cap. Ecce* 24. *quæſt.* 3. *& Gregor. Lop. in l.* 57. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. Azaued. lib.* 4. *l.* 4. *n.* 12: *tit.* 1. *recop. Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *n.* 62. quos

quos cumulat. *D. Franc. Ramos* del Mazan. *ad leg. Juliam. Pap.* 57. *lib.* 3. *cap.* 47. immò cor, & anima, ut mirè ait Diu. Thom. *de regim. Princip. cap.* 12. ac inſinuat Senec. *lib.* 1. *de Clem. cap.* 4. & 5. Lucan. *lib.* 5. qui tenetur regere, & tveri totum ſui ſtatus corpus, cum Imperium nil aliud ſit, niſi cura alienæ ſalutis, ut prædiximus, & conducit tex. *in lib.* 3. *ff. de offic. Præ. vigil.* & à Deo non ſimpliciter collatum, ſed cum attributo, & qualitate naturaliter adhærente, nempè auxilio, & protectione oppreſſorum; adeò ut in ipſis Principibus inſeparabile ſit, non tantum regimen, verum, ſed & refugiū. tex. *in Aut. ut judices ſine quo ſuffrag. in principio, & in Aut. conſtitutio. quæ de dignitatib.* eſtque eorum obiectum pax publica, & Vaſſallorum tranquillitas Bellarm. *contro.* 5. *cap.* 6. *lib.* 3. *tom.* 1. Bald. *in l.* 2. §. *nouiſſimi. ff. de orig. ver. & in conſ.* 333. *n.* 1. & *conſ.* 327. *n.* 7. *lib.* 1. Guerr. *in Theſaur. Chriſt. Religion. cap.* 54. *n.* 1. *Greg. Lop. in l*, 9. *tit.* 1. *part.* 2. *Ramos. ad leg. Iul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 47. *n.* 8.

58 Nec ex hac Clericorum refractariorum ſejunctione, immunitas; ſeù libertas læditur Eccleſiaſtica, nec in Sacras incurritur cenſuras; etenim *in cap.* 10. *Bull. Cæn. Domin.* interdicitur Eccleſiaſticos expelli abſque juſta cauſa, nempè violenter, injuſtè ac tyrannicè; at ſecus, ubi neceſſariò occurritur ad evitandum imminens Reipublicè damnum, vel ad effrenandum eorum exitioſum exceſſum; cum tunc ex allato Canone, Regio Imperio nihil diſtrahitur, quin per modum naturalis dēfenſionis, ac extrà judicialis cognitionis æconomica, ac politica authoritate, Regnum, Vrbem, ac Provinciam ſibi ſubiectam tveatur; itidem cum Eccleſiaſticorum expulſione *tex. in cap. perpendimus* 23. *verſ. & non propulſando deſent. excomun; cap. liguribus* 43. *ad finem* 23. *quæſt.* 5. Salicet, *ad Bernard. Diaz. in pract. Crim. cap.* 102. *lit. A.* Joſeph Seſſe *de inhibition. cap.* 8. §. 3. *ſub n.* 100. & *ſeqq.* quos laudat, & ſequitur D. Mar. Cutell. *in Cod. Reg. Fideric. cap.* 22. *not.* 24. *n.* 5. & *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 18. Bobadill. *lib.* 2. *polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 62. *lit. A.* Gaſp. Rodriq. *de ann. reddit. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 23. Sauſ. *ad Bull. Cæn. Domin. cap.* 16. *diſput.* 82. Solorzan. *de indi. gubern. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 54. Gars. *de Nobilit. & exempt. Gloſ.* 9. *ſub n.* 33. Humad. *in lib.* 65. *tit.* 5. *part. quæſt.* 8. *n.* 3. Salgad. *de Reg.* pro-

protect. part. 1.*cap.*2. *an.*267. *Archiep. Felician. de Vega in cap. cum ab homine,de Judic.n.* 18.*D. Franc. Montemajor. in ſua propugn. pro R. Juriſd.* §. 26. *n.* 5. 6. Hoc equidem, quòd ex enarratis explanatum remanet, affabrè comprobatum ex Sacris, prophaniſque Hiſtorijs evolvitur;etenim *in canon.*8. *&* 9. *Concilij* 16. *Toleti* notatur, Regem Gothorum Egicam Sisbertum Archjepiſcopum Toletanum ſeditiosũ è Regno expulſiſſe, imo per Conciljum detentum,ab ipſamet dignitate denudatum remanſiſſe, affert. *Petr. Greg. Syntagm. lib.* 35. *cap.*2. parilesque in Hiſpania adducuntur caſus per *Marian lib.* 6. *Hiſtor. cap.* 18.*Salſed. lib.* 1.*polit. cap.*10. *à n.*62. *et ſeqq.* quos omnes cumulat *Monte Major ubinuper* §. 21. In Gallia *Guillel. de Bened. in c. Rainuſius, verb. uxorem. decis.* 2.*n.* 157. *Boër. de ſedit. c.* 1.In Italia *Corſet. de poteſt. Reg. q.* 34. *n.* 60. *p.* 3. *Juclar.* §. *læſæ Majeſ. n.* 7. *&* *q.* 36. *n.* 22. *Boſſ. eodem tract. n.* 87. *Tiber. Decjan. tract. crim. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 6. *Gigas de crim. læſæ Majeſ. tit. qualiter in crim. læſæ Majeſ. procedat. q.*16.*n.* 2.267. *cum ſeqq. Ludovic. Molin. de Juſt. & Jure tom.* 1.*tract.*2.*diſput.*31. *concluſ.* 4. nec diſcrepat urgente neceſſitate,*P. Ant. Dian. d. tract.* 1. *de immun. Eccleſ. reſ.* 17. *&* 18. *&* *poſt eos*.

59.Imo &,ſi Principis Magiſtratibus debitum non conſeruauerint honorem, ejuſqve turbaverint juriſdictionem, & publicam qvjetem, itidem valere tunc eâdem œconomicâ poteſtate,Principem Sæcularem,hosce Clericos,cum honore tamen,è Regno pellere, donec reſipuerint ex. *tex. in l. qvicumqve C. de Epiſcop. & Cler. firmant. Caſſan. cathal. glor. Mund. p.* 5. *conſider.* 24. *caſ.* 138. *&* *cum conſvetud. Burg. rub.* 1. §. 5. *n.* 49. *Cual. Commun. quæſt. in diſcurſ. ad D. Regem. n.*46.ibi *aſta echarlos de sus Reynos.* potiſſimum ubi ſvus Eccleſiaſticus Præpoſitus,vel deſes eſt, aut deeſt. *Cap. Princeps,& ibi gloſſ.*23.*q.* 5. *cap. filij, & gloſſ. verb. Regij* 16. *q.* 71. *cap. nec liquit.* 17. *diſtinc. Oraſc. Decis.* 180.*n.*14. *Clarus* §. *fin. q.* 36. *n.* 20. 24. Ramos del Mazar *ad leg. Jul. Pap. lib.* 3. *cap.* 47. ubi aliam tangit quæſtionem,an eâdem œconomicâ, ac politicâ poteſtate,ſæcularis poſſit Princeps tales contumaces, refractarjos, ac turbidos Clericos,ac Prælatos Eccleſiaſticos,certum in locum infrà Regnum demandare? & ibi vtramque *in cap.*

48.

48. cumulat, ſententjam, negativam in ſeqvendo, qvam edocvere *Suar. de cenſ. diſp.* 22. *ſect.* 1. *n.* 31. 4. 8. *Sayr. de cenſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 8. *Fermos. in cap. Eccleſia* 10. *queſt.* 25. *de conſtit.*

60 Verùm enim verò cuncta ſuperius enarrata, ſub hac intelligentia, recipienda ſunt, nempè talis politica poteſtas in hoſce Eccleſiaſticos crebrò haud exercenda erit, nec pro libito, ſed tantum ſobriè, ubi, & quando Eccleſiaſtica diſciplina connivendo, celerem ut Regni ſalus expoſceret diſtulerit animaduerſjonem, vel ubi inſtantanea pro Reipublicæ conſeruatjone preſſerit neceſſitudo, ut inſignis docet Theologorum magiſter Mich. de Palatjo *in* 4. *diſtint.* 25. *concluſ.* 5. Gars. *de Nobilit. & exempt. Gloſſ.* 9. *n.* 30. Ramos *vbi ſupra n. fin.* nèc diſcrepant Cutell. *in locis indicatis. Molin. de Juſt. & jur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 31. *concluſ.* 4. *Salas deleg. tra.* 14. *diſp.* 14. *ſect.* 9. *n.* 3. *Pignatell. conſult.* 31. *n.* 31. *tom.* 6. *Creſpes de Valdaur. deceſ.* 3. *tom.* 1. *n.* 25.

61 Et ſi non nulli autumavere Theologi inter quos *Dian. reſ.* 17. *p.* 1. *tom.* 1. *tract.* 2. caſus hoſce eſſe metaphiſicos, dum obexilem Ecclesjaſticorum poteſtatem adturbandam, ac evertendam Reipublicę tranqvillitatem, eos idoneos haud eſſe, errant herclè, ut mirificè contra Dianam innuit *Creſp. de Valdaur. in d. deciſ.* 3. *an.* 25. *cum ſequent. tom.* 1. & notat Anaſtas. Germon. *de Sacr. immun. lib.* 3. *cap.* 12. & ante eum inſinuat *Nicephor. Breu. Hiſtor.* ubi Antjochi, & Theophilaſti operam apud Conſtantinum Imperatorem adversùs Patriarcham Conſtantinopolitanum memorat; fuitque Cæſar ante ſignanus, qui Sacerdotjum ſubſelljum in Urbem; & Pompeum prouocauit, ad cuius exemplum, Anna, & Caiphas plebem, Scribarumque turmas, in Chriſtum excitarunt, ac ſedictione factâ, mortis cauſam evulgarunt Seruatoris, & innocentiam, vt ipſi tamquàm larvæ poſt iuſtitiæ ſolis occaſum regnarent; ſed incaſſum, quònjam utrumqve perdidit eorum ambitio, nam ille libertatem Romanam amiſit, iſte Hjeroſolyma Urbjum Regina ſub Romanorum haſta proſtrata, ſimul Pontificatus culmen perdidit; nos autem, noſtra tempeſtate ſat experimento notavimus, non nullos Clericos: Specje Divini cultus, vel boni publici, ſuis turbulentis ſuasjonibus præſentaneam

Re-

Reipublicæ tranquillitatem
revolvere, ac mutare, & ſub
palliato, ac ſpecioſo patriæ
tutaminis prætextu, plebati-
cam turmam ſeduxiſſe; quod
anteà philoſophauit Diu. Agu-
ſtin. *in cap. nemo quippè* 83.
diſtint. & elicitur *in Cap.* 46.
Reg. & narrant denique Hi-
ſtorici, exteras tot exarâtes ſe-
ditiones, Eccleſiaſticorum
operâ excitatas; quoniam no-
ſtris temporibus, aperta ſunt
vulnera Meſſanæ, eorum ope-
râ inflicta.

62 A noſtro haud diſtat inſu-
per inſtituto; hic attexere, an
Eccleſiaſtici, quacumque di-
gnitate fulgentes, acciti; Re-
gijs parêre mandatis, ac ſiſte-
re debeant? cum ſint, qui bla-
terent, in tangentibus, ad Re-
gem, Regnum, ac Regimen
Eccleſiaſticos Regibus ſubijci;
de quo videre eſt Divum
Thom. 1. 2. *quæſt.* 4. Sot. *de
iuſt.* & *iur. quaſt.*4. *art.*2. Ro-
driq. Suar. *in Repetit. l. quoniam
in prioribus lim.* 2. *leg. Regn. n.*
24. *c. de in off. teſtem*, Nouar.
in man. cap. 25. *n.* 9. Azeued.
in leg. 13. *n.* 6. *tit.* 13. *lib.* 4.
Recop. Bobadil. *in lib.* 2. *polit.
cap.* 18. *n.* 61. & *ex tex. in
cap. petimus* 11. *quæſt.* 1. *cap.
Princeps*, & *cap. adminiſtra-
tores* 23. *quæst.* 5. *cap. tributum*
& *ibi Gloſſ.* 23. *quæst.* 8. Ca-
ſtelli apud quos Regiæ ad
ſunt leges 29. *tit.* 4. *lib.* 2. &
in l. 8. *tit.* 7. *quæſt.* 3. *l.* 1.
ibi aunque Prælatos laxèque
D. Jacob. Pignatelli. *Conſult.
Canon. Conſult.* 6. *tom.* 3. *per
tot.*

63 Nam contrà non ſiſtentes,
ad bonorum temporalium
captionem, ac originis priva-
tionem deveniri poſſe, teſta-
tur Azeved. *in d. l.* 13. *n.* 5.
& *in l.* 1. *n.* 5. *tit.* 1. *lib.* 4.
64 *recop.* immò ad obedientiam
fidelitatemq; Regi & ad Rei-
publicæ trâquillitatē, ac pa-
cē præſtādā teneri, aſſerit Du-
rand. *de mod. Concil. Gener. ce-
lebr. rub.* 71. eIque ſubditos
eſſe, ait, ratione domicilij Gre-
gor. Lop. *in l.* 4. *tit.* 15. *part.*
4. *Gloſſ. Magna* Azeved. *in
d. l.* 13. *n.* 5. Bobadil. *polit.
lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 62. imò & ſi
acciti fuerint, non ad expedi-
tionem, ſed ad conſulendum
ſuper arduis Regni negotijs,
annuit poſt multa *Pignatel-
li d. conſult.* 6. *n.* 57. meritò aſ-
ſuetum est, eos accerſiri, quā-
65 do de rebus arduis ad com-
munem Reipublicæ tranquil-
litatem conſervandam, age-
retur, & apud nos Regia ma-
net Pragm. unica §. 5. *de ærar.
Epiſcopor. tom.* 3. quos pluries
66 accitos notavimus, tàm
in noſtro Siculo Regno, quàm
in Fidelisſima Parthenopæa
Urbe, ubi inter cæteros, Ill. ac

Digitized by Google

eruditiſsimus D. Raymundus de Puteo, Hieroſolymitanus Eques, Veſtienſis Epiſcopus, ac Parci Princeps, in Patria unus ex primæ Claſsis, Proceribus, ac noſter avunculus, qui ſic ab Ill. Domino Marchione Aſtorgæ Prorege accitus, paruit, undè pacato confeſtim Marchione, Summo cum ſuo honore, ad ſuam remigravit Eccleſiam.

67 Parilem pariter Hiſpani adducunt morem, teſte Bobadill. *d. lib.* 2.*polit.cap.*18.*n.*61. Solorzan. *de Jure Indiar. lib.*3. *cap.* 25.*n.* 67. qui ſic apud illos moderatores, ob alteram Regiã epiſtolam ann. 1073. emanatam ſervari referunt, & faciunt. Joſeph.ſeſſ.*de inhibit. cap.* 8. §. 3. *à n.* 48. *& cap.* 9. §. 1.*n.* 2. Ant. Oliban. *de jur.fiſc. cap.* 10.*n.*36. Portul. *in ſcholis ad Molin.* §. *appellacio. n.* 10. Cevall. *in cognit. per viam violent. Gloſſ.* 16.*n.* 10. Salgad. *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 2.*n.* 275. Torreblanc. *de Mag. lib.* 3. *cap.* 26.
68 *n.*30. qui ſic in nonnullis alijs Provincijs ſervari, teſtantur; potiſſimum ſicuti Proceres, ac Regij Conciliarij acciti fuere, Calicius *in Margar. Fiſc. dub.* 8. *verſ.* 174. Oliban. *d. cap.* 10.*n.* 7. Bobadill.*ibidem n.* 61 *& cap.*17.*n.* 15. annuentes cuncti, in hoc tantum, caſu admittendos eſſe Paſſant. & Azon; quos laudat, & ſequi-
69 tur *Diana*, vel ſi Feudum à Rege poſſederint, Oliban.*n.*6. Carol. de Graſſa.P. *Reg. Frãc. lib.* 2. *verſ.*13. & agunt Solorzan, *ubi deſuper. d. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 58. *tom.* 2. Salſed. *de leg. polit. tom.* 2. *cap.*12.*n.*10. *cũ ſeqq.* nam pro feudo à Rege obtento, coram eo tenentur reſpondere, *cap. cum verum* 7. *cap. extranſmiſſa* 6. *de form. compet.* cum ratione feudi vaſſalli ſint, quidquid in oppoſitũ autumavit Dian.*reſ. mor. tract.* 1. *reſol.* 6. *verſ. notandum.* At ſi eodem tempo-
70 re à Sum. Põtifice acciti fuerint, ad Regem potiùs accedere debere, ſentiunt Olib. & de Graſſal. ubi deſuper. Quod nullo pacto admittendum eſſe, putamus, cum prælatio in ſpiritualibus politicis polleat, & deſumitur *in cap. reprehenſibile* 19. *verſ. cum militum* 23. *quæſt.* 8. *& cap. ſolitæ de major. & obedient.* & mirè innuunt Marth. *de juriſd. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.*18.*n.*22. Dian. *reſ.mor.tract.*1. *de immun. Eccleſ. par.* 3.*reſol.*6. Ramos del Mazan. *ad leg. Jul. Pap. lib.*3. *cap.*46.*n.*3. Etenim prius Sũm. Pontificis, dein Regis mandato obtemperandum eſſe ait *Pignatelli dicta conſult.* 6. *n.* 44. *tom.* 3. Niſi à Metro-

po-

politano acciti fuerint, nam
potiùs ad Regiã vocationem
accedere debent, inſinuat ex
Innocent. & Panormitan. *in
cap. cum parati 19. de appell.*
Ramos. ubi nuper *Pignatelli*
72 *n.* 61. Quod itidem ſub eadẽ
dictum ſit lima, ſi non pro li-
bito, ſed quandò, & ubi de
pacando tumultu in Republi-
ca, eorum operâ excitato, age-
retur, adeo ut ob eorum per-
tinaciam, magna immineret
ſtatus everſio; vel ubi Regis, ac
Regni maxima urgeret neceſ-
ſitas, tunc nulla juſtâ excuſa-
tionis causâ accedente, parẽ-
re debent; & ſi renuerint, cun-
ctis priùs ſedulitatibus ſtudio-
sè adhibitis, ut eorum ani-
mus ad optatam ſtatus tran-
quillitatem reverteret, & ni-
73 hil peragendum ſi remanet,
poſſe ſæcularem Principem,
non juriſdictionali, ſed æco-
nomicâ authoritate, jure natu-
rali, ad politicum corpus tuẽ-
dum, hoſce tumultuarios in
obedientes, ac refractarios
Clericos, è Regno pellere, ut
ex Divo Thom. *in 2.2. quæſt.*
40. *art.* 1. magiſtraliter edo-
cet *Cardin. Bellarm. lib.* 8. *de*
laijc. cap. 13. *verſ. probatur*
74 Etenim Eccleſiaſtici, uti filij,
in æconomico Imperio, de fa-
milia Principis patris ſunt, &
in ea manent, nec eximuntur,
niſi quo ad contenſioſam ju-
riſdictionem, *cap.* 2. *de for.*
compet. l. ſtatuimus c. de Epiſc.
& cler. meritò coërctione po-
litica, nempè æconomica, ab
75 ipſo ſæculari Principe plecti,
in dictis caſibus poſſunt; ut
prẹter laudatos, inſinuant
Ramirez *de leg. reg.* §. 12. *n.*
11. 12. Covarr. *pract. quæſt.*
32. *n.* 3. Garz. *de nobilit. gloſſ.*
9. *n.* 31. 32. de Graſſal. *in*
d. lib. 2. *Regal. Franc. cap.* 16.
Bobadill. *n.* 62. Giurb. *conſ.*
49. *n.* 16. *verſ. ſed licet*, etiam
è Regno eos expellendo l.
1. *quicumque* C. *de Epiſcop.*
& Cleric. Caſſan. conſuet. Burg.
rub. 1. §. 5. n. 49. *& Cathal.*
glor. mund. part. 5. *conſider.*
24. *caſ.* 138. *Gugliel. de Bene-*
dict. in cap. Rainutius verb.
Uxorem, nomine, Adelaſiam
decis. 2. *n.* 155. 161. 449.
458. Cevall. *cõmun. quæſt. par.*
4. *in diſcurſ. ad Regem. n.* 46.
& com. quæſt. 899. *n.* 173.
Cancer. *lib.* 3. *reſ. c.* 10. *n.* 37.
Carol. de Graſſ. *effect. cler. ef-*
fect. 1. *n.* 1011. alioſque re-
fert Giurb. *ſub. n.* 16. & poſt
omnes Ramos del Mazan *d.*
lib. 3. *cap.* 47. *per totum.* Rur-
76 ſus itidem, ex lege gratiæ, per-
miſſum evolvitur, ob læſæ
Majeſtatis humanẹ facinus,
fori Clypeum haud refragari;
ut graphicè inſinuat Fr. Se-
raph. de Freitas *de juſt. Imp.*
Luſitan. Aſiatico cap. 6. *n.* 92.

D 2 &

Digitized by Google

& ſequuntur Suarez *contrà Angliæ error. lib.* 4.*cap.* 34. *n.* 10. *Roderic. de Acuñas de Conſeſſar. ſollicitan. q.* 24. *n.* 74. & refert Clemens III. Pontifex Maximus *in cap. perpendimus* 23. *de ſent. excommun.* Comitem B. qui Præsbiterum quemdam fuſtigari mandavit, eumque jugulavit, ex quo [ſe Regis filium falſo nominare auſit] armiſque ſuſceptis, bellum attẽtavit, in excõmunicationem haud incidiſſe & referunt *Boſſ. de for. compet. n.* 139. *Fachin. contr. lib.* 9. *c.* 28. *Clar. q.* 36. *n.* 36. *verſ. quæro.* Ulterius ſub politicis ſanctionibus per ſæcularem Principem, ob ſtatus conſervationem, & ad promiſcuum humanæ ſocietatis beneficiũ emanatis, devincuntur Eccleſiaſtici; itidem Epiſcopali dignitate fulgentes, ut ſub edicto, de vendendo tritico, ſtatuto pretio, gliſcente ærumna,
77 aut de non extrahendo illud, dixere Guttier. *lib.* 1. *pract. q.* 22. Menoch. *conſ.* 137. *n.* 9. *lib.* 2. *& conſ.* 1000. *lib.* 10. *n.* 13. *cum ſeqq.* Preſ. de Frãc. *deciſ.* 9. *n.* 3. Maſtril. *deciſ.* 17. *n.* 2. 3. & in collectis tempore belli, Gabriel. *conſ.* 37. *lib.* 2. Menchac. *contr.* 5. *lib.* 1. Mexia *in pragmat. pan. concluſ.* 5. Hieronym. de Leo *deciſ.* 20. Bobadill. *polit. lib.* 2. *d. cap.* 18. *n.* 24. Chacher. *deciſ.* 68. *n.* 5. Guttier. *lib.* 4. *quæſt.* 38. & in reparatione murorum, Pontium, ac Turrium anne-
78 ctunt Ancher. *conſ.* 96. Cutel. *de imm. Eccl. lib.* 2. *quæſt.* 39. Borrell. ad Petr. *in ſpeçul. Princip. rubr.* 16. *lit.* A. Quod tamen intelligendum eſt, ſi cõſuetudo ſic vigeret, aliàs conſulendus eſt Sum. Pontifex, vel Epiſcopus, ſi mora nocua non eſſet, ſicque fecere Piſani, anno 1600. quibus Clemens VIII. reſpondit teneri eorum Clericos ad reparationem Civitatis murorum, ac pontium, laicorum bonis non ſufficientibus, inſinuat Mart. *de juriſdict. part.* 4. *cent.* 1. *Ca.* 1. *n.* 58. quem refert Dian. *de Parlam. reſ.* 22. & nos me-
79 lius *in cap. ſequenti*; cuncti attamen congruunt, ubi Eccleſiaſtici, ſub politicis ſanctionibus devincuntur per ſuos Eccleſiaſticos Judices cõpellendos eſſe. Dian. *reſ. mor.* 45. Cutell. *de immun. Eccl. lib.* 2. *q* 8. *n.* 48. qui quidem Judices Eccleſiaſtici pro paratæ ærũnæ opitulatione, cõſulto Sum. Pontifice, eos ad tributa adſtringere valeãt. *Leſſ. de juſt. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *n.* 33. Caſtill. *tom.* 2. *contr. cap.* 9. *n.* 32. ſi ævi prolatio nociva haud fuerit Vaſq. *de privileg. paup. quæſt.* 24. *n.* 5. Cavalc. *deciſ.* 37. *p.* 2. *n.* 67.

2. *n.* 67. append. *ad prax. Papian. in rub.* 20. *n.* 2. Menoch. *d. conſ.* 1000. *n.* 22. 29. 44. Surd. *conſ.* 301. *n.* 34. 35. Gratian. *diſcep. for. tom.* 1. *cap.* 149. *n.* 44. 45. Petr. Caball. *reſol. crim. tom.* 1. *cent.* 1. *Caſ.* 9. *Preſ. de Franch. deciſ.* 9. *n.* 3. Theſaur. *ad Theſaur. deciſ.* 244. Cacher. *deciſ.* 181. *n.* 8. 22. Dian. *reſol. mor. tract. de imm. Eccleſ. reſ.* 8. Salg. *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 14. *n.* 103.

80 Verùm enim verò, ubi talis exequutio ad Eccleſiaſticum ſpectat Judicem, & ad eum utcumque recurrendum eſt, ſi ipſe effectum diſtulerit, vel agiliter, exactionem, vel coerctionem diſsimulaverit, flagitationibus, laicisq; petitionibus in caſſum erogatis, poſſe laicum Principem contrà clericos, in vim defenſionis, ſuum experiri jus. autumavere Sanch. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *conſ.* 55. *n.* 23: Salſed. *ad leg. lib. c.* 4. *n.* 20. Cutell. *ubi deſuper lib.* 2. *cap.* 42. Villalob. *in ſumm. verb. Eccl. n.* 2. Papp. *deciſ.* 68. *n.* 23. Anguian. *de leg. lib.* 2. *contr.* 15. per bonorum captionem indicat Theſ. *ad Theſaur. deciſ.* 234. *verſ. dubitari ſolet.* Silvan. *lib.* 1. *reſp.* 5. *par.* 3. *n.* 35. ſi inſtantanea preſſerit ærumna. Chacher. *deciſ.* 118. *n.* 23. Morl. *empor. tit.* 9. *quæſt.* 1. *in fin.* Hermoſ. *ad Lop. leg.* 3. *tit.* 5. *Gloſſ.* 1. *ſub n.* 68. quod reticuit Dian. *d. reſol.* 41. comptèque tantum exactionis munus Eccleſiaſticis tribuendo.

81 In hoc autem Sicanio Regno, pro exigendis donativis, in generalibus comitijs triennalibus, it idem per Eccleſiaſticum Cœtum Regi noſtro invictiſsimo, ſpontè oblatis, juxtà formam Apoſtolici Brevis per eamdem majeſtatem, ſeu per ſui vicem Gerentem Æconomus eligitur, quod diſponitur per cap. Reg. 136. Reg. Alphonſ. prævia Sum. Pontificis approbatione, de qua quæſtione, meliùs infrà.

LAVS DEO, BEATEQVE VIRGINI MARIÆ.

EC

ECCLESIASTICI QVANDO DEVINCVNTVR AD Solvendas Collectas, Tributa, ac alias Contributiones à ſæculari Principe indictas.

S V M M A R I V M:

1 *Contributionum ſolutio à primis Regibus ortum habuit.*

2 *Chriſtiani Principes mites exſtitère in tributorum impoſitione.*

3 *Tributorũ impoſitio congruit bono publico.*

4 *Tributorum impoſitio ut non ſit immoderata, congruit.*

5 *Principes tenentur Urbes defendere, ac cives protegere.*

6 *Immoderata tributorum impoſitio, tyrannia dicitur.*

7 *Contributiones, & collectæ, ex ſe, ſunt odioſæ.*

7 *Imponantur cum juſta cauſa.*

6 *Juſta cauſa imponendi collectas, & contributiones, quę ſit?*

10 *Nemo eximitur à collectis, ſi juſta ex cauſa procedant.*

11 *Quando clerici eximuntur à collectis?*

12 *Vicini habitantes, quomodo tenentur ad collectas?*

13 *Quando forenſes non tenentur ad collectas?*

14 *Principis prædia ad collectas tenentur.*

15 *Principes curent, potiùs ut amentur, quàm metuantur.*

16 *Populi amor, & fidelitas eſt firmiſsimum propugnaculũ.*

17 *Subditi haud nimium graventur à Principibus, ne deficiant.*

E X O R D I V M.

1 ONus equidem cõtributiones ſolvendi, à primis ditionum incunabilis ſcatuiſſe, omni fere ævo, inſtruunt Hiſtoriæ, evolvitur planè in ſacris paginis, & in *in* 1. *Sam.* 8. *v.* 9. *Hoc eſt jus Regis. v.* 15. *fruges, & vineas veſtras de*cimabit 2. *Sam.*8. *v.* 2. *factus eſt Moab David ſerviens ſub tributo*, ſicque de alijs ſucceſſivis tempeſtatibus uſque ad Nabuchodonoſor, qui Judęæ tributum impoſuit; & ſi Cyrus, & Cãbyſes Perſarum Reges tributa haud conſtituère; eis tamen ſubditi ſpontanea obtulere munera; Darius verò, Hiſtaſpis filius, cæſis jam Magoris, in viginti ſcidit Provincias Imperium, ſúb aureo, argenteo, & alterius ſpeciei tributo, undè Quæſto-

ſtoris agnomen lucravit *Herod. lib. 3. Xenophont de Pædia Cyri lib. 3. n.* 22. Imparis herclè animi Alexander Magn. fuit, ſprevit, oditque haſce impoſitiones; imò, & ad eas imponẽdas excitatus reſpondit: *odi, qui radicitus olera exſcindat*; annectitque, *Regnum horti, populares verò arborum, & plantarum inſtar eſſe, equidem quandiu radix vivat colligi fructus poſſe, exſecta verò plantam areſcere*: fuerunt benè verum ſub Perſarum, & Grecorum ditione moderata, ac tolerabilia; Monarchico autem Romano excreſcente Imperio, ſub Auguſto Imperatore, totũ terrarum Orbem ſub cenſu poſitũ fuiſſe, legitur, *in Luc. 2. verſ.* 3. confecta deſcriptione, per Præſidẽ Syriæ Cirinum, ut deſcriptis omnium Civitatũ capitibus, innoteſceret; cætera verò tributa, alij dein Imperatores, ad æqualitatem reduxere. *Carolus Sigon. de antiqu. Rom. lib. 1. cap. 14. Bod. de Rep. lib. 6. cap.* 1. Reliqui autem Princi-
2 pes Chriſtiani pij, ac prudentes ſuorum ſubditorum ſalutẽ optantes, leviter omni tempeſtate, ſe in tributorum impoſitione gexere, recordantes, ſe eſſe Eccleſiarum nutrices *Eſa. 49. v.* 23. Patres patriæ, paſtores populi, 2. *Sam. 5. v.* 2. Tutores ſubditorũ, & utriuſque tabulæ cuſtodes, & executores ſalutis publicæ procuratores, & miniſtri.

3 Conſentaneam porrò tributorum impoſitionem eſſe, fatendum eſt; Etenim Regum Majeſtas publicum ſuſtinet munus; quo mediante, ut pax conſervetur publica; patria ab hoſtium inſidijs tuetur, Civitatis mœnia, fontes, pontes, & ſimilia pro communi comercio opportuna inſtaurantur navare debent; merito, &
4 quantum neceſsitas expoſcit, extorquere debent ex univerſalis Reipublicæ, & privatorũ bonis. innuit ideò Juſtin. Imperator; *ut ſacris tibutis non illatis impoſſibile eſt, alioquin Reſp. conſervari*: & poſt quam cũctas enumeraverat curas, pro rectè regenda Republica ſubdit. *Nobis autem prorsùs nihil indè, præter iſtarum rerum curas, habere contingit*; *ut in Novell.* 149. *c.* 2. *§. ac ſanè*; bonâ itidem Romanos imbuit doctrinâ Mævius Agrippa, edocuitque: *quemadmodum totum corpus, alimentis ventriculo denegatis, ad tabem redigi neceſſe eſt*; *ita tributis magiſtratui denegatis, extremã Reipublicæ perniciem impendere*: *neque quietem gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine*

*ſine tributis haberi poſſe Tac. lib.*4. *ann.* Undè vectigalia, Imperij patrimonium, appellavit *Flor. lib.* 3. *cap.* 13: Ornamentum pacis,ac belli ſubſidia. *Cicer. pro L. Manil.* Jure ad Principes igitur ſpectāt tributa,& collectæ, ad eoſque pariter protectionem deferre, ut ex oraculo Pauli *ad Rom.* 13. *v.* 6. dixere *Afflict. in cap.* 1. *quæ ſint regal.n.*7. 8. *Mart. de Juriſd. p.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 10. *n.* 8. & antè eos, edocuit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. ibi: *Quintò tenetur ille, qui nō obſtat, cum obſtare tenetur.* inferentes cuncti Principes, qui receptis neceſſarijs ſtipendijs, ut territorium, à latronum incurſu,cuſtodirent, non cuſtodiunt,ad damna tenentur: recenſita attamen collimanda veniunt. Etenim ad hanc tributorum, & collectarum impoſitionem Principes devenire debent, quomodò tamen & quando, infrà melius expreſſabimus, verùm haud avaritia, aut libidine impulſi; ſed quantum neceſſitas, & publica expoſceret utilitas, ni ultra vires ſuos gravent ſubditos, aliàs ſua Majeſtatis plenitudo, plenitudo iniquitatis diceretur. ut inſinuant *Card. in Clement. paſtoralis de ſent. & re judic.Decian.reſponſ.*25. *n.* 27. *vol.* 1. cum aperta Tyranniæ, & impietatis nota *Bald. in l. ex hoc jure ff. de Juſt. & Jur. Natt. conſ.* 380. *n.* 3. *& conſ.* 38. *n.* 13. *Jacob de Aiell. de Jur. adohæ n.* 47.

6 Sunt planè Principes, qui juſtis vaſſallorum quæremonijs inſurdeſcunt, eoſque deglubere navant,Tirānelli *Weſemb. conſ.* 45. *n.* 17. *Kopp. deciſ.* 2. *n.* 2. parili porrò ſcelere ſe coinquinavit David, nam potiùs tributorum potētiâ confiſus,quàm divina protectione, meritò ſeverè à Nathanio Propheta repræhenſus, & peſtilentiæ flagello adoptans, objurgatus, punitione condigna, remanſit *San.* 24. *v.* 1. *Reg.* 2. 1.0.

7 12. ſunt Tributa, Collectæ, & cæteræ contributiones omnes odioſę; quoniam ſervitutis retinent ſpeciem. *Oſaſ. deciſ. Pedem.* 4. *n.* 56. *Sixtin. de regal. Abb. in conſ.* 69. *lib.* 1. *Angel. conſ.* 385. meritò juſtâ, ac legitima accedente, cauſâ ſunt impo-

8 nendæ,nimirùm ſic expoſcēte neceſſitate, ac publica utilitate; quæ abſolutè cauſa impulſiua, ac finalis in harum contributionum impoſitione eſſe debet. *Lucan. de privileg. fiſc. Oſaſc.deciſ.* 31.*n.*26. *Mōtan. de feud. lib.* 6. *cap.* 5. Nimirùm, ſi totus periclitetur ta-

ſtatus *P. Lud. Molin. de Juſt. & jur. tract. de trib. tom. 3. p.*
9 *1. diſp.* 667. *n.* 1. ſi hoſtium invaſio immineret; patriæ, cõtrà hoſtes inundantes, neceſſaria defenſio ſuaderet; vel ſi de ære alieno ſoluendo, refectione pontium, fontium, viarum, aggerum, fluviorum ageretur. Gaill. *obſer.* 52. *lib.* 2. *Myſing. lib.* 5. *obſerv.* 21. *Roſent. de feud. p.* 1. *cap.* 5. *concl.* 73. *& ſeq. Menoch. de arbitr. caſ.* 181. *&* 178. *n.* 2. Aut pro diſſipandis, ac interimendis locuſtis; pro quorum cæde, rectè ordinantur collectæ *Bobadill. polit. lib.* 1. *cap.* 18. *fallen.* 18. *n.* 292. *Amajá lib.* 3. *obſer. cap.* 3. *n.* 8. *Mexia pragm. tax. pan. concluſ.* 5. *à n.* 44. *& ſeqq.* eorum etenim damna, & devaſtationes, inter Divinæ Juſtitię flagella cumulantur, ut ex ſacris paginis indicant *Marquez. Chriſtian. gubern. lib.* 2. *cap.* 22. *Ceved. Canon. quæſt.* 9. 19. *n.* 2. *Dian. reſol. mol. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 41. *& p.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 146. *n.* 1. 2. *Cutell. de Imm. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 41. *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 230. *n.* 78. *tom.* 4. à
10 quarum contributione nevè exempti vacui remanent, ut fundat ex recenſitis *Balmaſed. de collect. quæſt.* 53. *per totum. n.* 6. 7. Niſi pro eis diſſipandis famulos, aliaſque perſonas ſumptibus eorum mitterent. *Flores. de Menaxar. lib.* 2. *q.* 21. *Ꝺ.* 2. *n.* 117. *Klock. de contrib. cap.* 17. *n.* 192. *Balmaſ. n.* 11. à quo mutuauit *Cortiad. ubi nuper n.* 82. vel ſi pro reparandis, aut ædificandis Eccleſijs ageretur, nam pro earum reparatione, aut ędificatione, collectari poſſunt omnes, quacunque nobilitate, & exem-
11 ptione fulgentes, etiam ſi Clerici eſſent; depromitur *ex cap.* 24. *v* 4. *Paralipom. & Reg. cap.* 12. & facit tex. *in l. ad inſtructionem C. de Sacro. Sanct. Eccleſ. Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *caſu* 54. *n.* 135. *Epiſc. Frances de Eccleſ. Cathedra. cap.* 13. *n.* 12. *Scaño in propugna. Hieroſolymi. diſcep.* 12. *cap.* 2. *n.* 14. quos affabrè adducit *Balmaſed. ubi ſupra. quæſ.* 56. *per totum* pro bonis, & facultatibus uniuscuiuſque *Solorzan. de Gubernio Jodiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 9. *Balmazed. n.* 12. Si tamen ibi habitave-
12 rint; tales namque collectæ imponuntur perſonis, principaliter ibi habitantibus, licet habità conſideratione ad bonorum portionem: undè porrò fluit, forenses itidem ſi immobilia ibi retinerent, ad haſce ſolvendas collectas vacui ſunt, ut apprimè erudiunt *Pek. de Eccleſ. reparat. cap.* 11. *n.* 4. *& ſeqq; Theſaur. deciſ.* 149.

149. *Coſta de rata quæſt.* 204. *n.7. Balmaſed. n.* 14. & ante eum *Gaſp. Klock. de Contrib. cap.* 10. *a n.* 57. *cum ſeq.* ubi cum alijs firmat, hoc onus eſſe

13 mixtum. Niſi forenſes domicilium haberent, ibique pro majori parte anni habitaverint, & ageretur de conſtruenda, aut reparanda Eccleſia, in qua Sacramenta fidelibus miniſtrantur. *Auguſt. Barb. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *n.* 10. *Tondut. Sanleger. reſ. Canon. benef. cap.* 38. *n.*4.5. *tom.* 1. *Bobadill.* ubi nuper, qui de Eccleſia Parochiali racjocinatur. Verum enim verò vicini habitantes, nimirum in illo loco, tunc ad haſce tenentur Collectas, quoties portio ad fabricę uſum deſtinata, decimę, & fructus beneficiorum, demptis alimentis, haud ſufficerent ad Eccleſiam reſtaurandam, & ſic in ſubſidium. *Marta de Juriſdict. d. par. cap.* 9. *cent.* 1. *n.* 19. *ex Guiter. alleg.* 10. *Chriſtina deciſ. Belgic.* 18. *pertotum.* & quando Rector eſt pauper, ratione fructus beneficij, non proprij patrimonij, ut ad intellectum *cap. Pontifices* 12. *q.* 3. *dixere Bero. conſ.* 3. *n.* 19. *vol.* 1. *Surd. con.* 62. *Coſta de rat. rat. q.* 157. *n.*9. *& ſeqq. Mart. ibidem* quos affert. *Gaſp. Klock. de contrib. q.* 10. *n.* 55. 56. 57. Et ageretur de reſtauranda vel ædificanda Eccleſia Parochiali, at ſecus quo ea amplianda, vel melioranda; nam tunc forenſis non tenetur, ut ex *Natt. conſ.* 215. *n.*7. *verſ. ex quo infero probat. Klock. de Contrib. cap.* 10. *n.* 65. *ſect.* 1. Pro reparatione inſuper recenſitarum rerum ad publicam conducentium utilitatem, omnes ad collectas tenentur, & à ſolutione earum nemo liber euadit *per tex. in l. abſit C. de priuil. Dom. Aug. l. ad portus C. de operibus public. l. fin. C. de exact. tribut. l.* 1. *C. de præd. & omnib. reb. nauicular. lib.* 11. *l. Jubemus C. de Sacr. San. Eccleſ. l. unica C. ut nemo lice. in empt. ſpeci. ſe excuſ. lib.* 10.

14 Imo itidem Principis poſſeſſiones, & prædia fiſco incorporata, allatas collectas, & contributiones ſoluere tenentur tex. *in l. fin. C. de Collat. fund. fiſcal. vel rei priuat. lib.* 11. *l. rem priuatam C. de priuileg. Dom. Aug.* quod pariter depromitur *ex tex. in l. ad inſtructiones. C. de ſac. Eccleſ. Klock. ubi ſupra cap.* 9. *n.* 69. & repetit *in cap.* 11. *n.* 207. & ante eum *Sixtin. de regal. cap.* 14. *n.* 96. *Berthac. in l.* 1. *C. de nauic. lib.* 11. licet parum conſtans oppoſitũ firmauit in loco infra, attamen huius opinionis fuit, ſicque conſuluit *Barth. conſ.* 226. *lib.* 1. Oppoſitam vero ſen-

ſententiam ſuſtinuere ex *Bald. conſ.* 102. *Paul. de Caſtr. conſ* 50. *lib.* 1. *Aym.Crauett.conſ.* 25.*Bertach. de gabell.n.* 25.*&* 26. *p.* 7. & ſequuntur. ex *tex. in l.licitatio, ſeu locatio §.fiſcus ff. de publican. & vectigal. Azaued.ad l.* 3. *tit.* 18.*lib.* 9.*& l.*4:*tit.* 17.*lib.eodem recopil.Laſart.Girond.Bertha. in ſpecial. tit.de gabell. Parlador. rer. quotid.lib.* 1.*cap.*3.§.1. *n.*31.32. *Bart. & cæteri ſcripturenſes in d.l.locatio §.filius Bóbadill. lib.* 2.*polit. cap.*16.*n.*173. tàm ſi Regis nomine adminiſtrantur gabellæ, quàm ſi locatæ fuerint,ſubdunt nuper allati, & alij per*Heu.Vallañ.Cur.Philip. lib.*1.*commercio terreſte* §. 14. Quorum opinio tanquàm germana, & communiter uſu recepta,nobis arridet.etenim loquentis perſona non comprehenditur in generali ſermone. *Barth.in l.Paulus §.fin.ff. depignor.Parlad.n.*35.*Boër.deciſ.* 213.*n.* 16. neuè in generali conceſſione à quacumque perſona effecta, exigendi tamen gabellas, cæteraque vectigalia loquentis perſona includitur. tex.*in l. obligatione generali depignor.l.inquiſitio C. deſolut. Gloſſ. iu l. emptor. C. de hæred.* Abſurdum planè, imo incompatibile eſt,eodem tempore, dari Actionem, & paſſionem in vno, eodemque ſubiecto. *tex.in l. à quo* 13. §. *tempeſtiuũ.*4.*ff.ad S.C.Trebell. Ant.Gomes.var. tom.*2.*cap.*13. *n.*20. *&* annuere *Donel.enucliat. lib.*16.*comment.cap.*4.*lit. B.& ibi Oſuald.affabrè Snelues conſ.* 48. *n.*10. *in ſemicent. & conſ.*20:*n.*11. *inpr.centur.* cũcti firmantes, nullum ſibi ipſi debere. *ex tex.in l. hæres* 21: §.*quod ſi ſtipulator.*3. *& l. granius.*71.*ff.de fidejuſsor.Henring. de fideiuſs.cap.*7.*ann.*10.ſicque deciſum refert anno 1651. in R.A.Ciuitatis S.Dominici,Inſulæ nouis orbis. dictæ la Spañola *D. Joan.Fran.à Montemajore Cueua in deciſ. Reg, Cancell. Hiſpan.Pſephiſmat.*9. *vigilia* 9.*per totum, & magis è nodatè Conſil.Illuſtria German. conſ.*1.*n.*98.106.*lib.*1.

15 Omnes, namque Principatus,& regales Dynaſtas,ad beneficium ſubditorum ordinatos eſſe, ſubdunt alij; non autem populus,Regis,cauſa conſtitutus eſt; ſed Rex in populi gratiam, ut cuncta ſua conſilia, dicta, ac facta ad ſalutarem boni publici conſeruationem dirigat; immò proprio poſthabito commodo, & ſalute,pro communi conſeruanda ſalute,nauare debent, congloborant *Vaſq.Ill.contr. in præfat. lib.*1.*n.*102.104.*& q.*1. *n.* 20. *& q.* 82.*n.*2.idemque repetit *in tract.de ſucceſſ. in præfat. n.* 158.

Digitized by Google

158.& *ſeqq.Garz. de expenſ. & melior. cap.21.n.52. Guil. Bened.in cap. Raynutius. verb. condit. de teſtam.pag.* 1.*n.*41. Conducũt allata per *Ludouic. Molin. de Juſt.& Jur.tom.3.p. 3. de tribut. diſp.* 667. *n.* 1.& *per Marium Salamon.lib.* 3. *de princip.* Factum porrò eſſe Principem propter bonum,ut proſit, non ut obſit,inſinuat Alphons.Moditius *Magiſtratus n.*1.*lib.*1.&Principem malum non poteſtatem,ſed tempeſtatem eſſe; annectit *Vaſq. d.lib.*1.*cap.*1.*cap.*20. & *lib.* 2.
16 *cap.* 51. *n.* 65. ex cuius Regimine bonus non eſpectetur euenctus,ſed cuncta pericula, & calamitates. Principiquè conuenit, ut ametur; non ut metuatur *Aldouin. Aldouin. conſ.* 20. *n.* 23. nullum planè propugnaculum ſolidius, ac certam eſſe cuſtodiam,populi amore, & fidelitate: amari equidem à ſuis Regem non terrore Ciuium, ſed beneuolentia ſeptum eſſe, malunt communiter, qui de Regum philoſophantur gubernio; ſolus inſuper amor in eſpugnabiles Reges efficit. Tãtum denique præpotens Principis amor in ſubditos eſt, ut ipſorum corda, & intimos affectus plerunque poſſideant inſolidum, videndi omnino ſunt *Thom.Lans. de Principatu Europæo,in orat. pro Gallia ſ.n.c.*191.*Scip.Amirat diſcurſ. lib.* 15 *cap.*7. & *lib.*17.*c.*5.& *alij per Beſold. in diſſert. polit. de Arcan.Rerũpublic.fol.*244.

17 Ex quibus omnibus deſuper recenſitis firmiſſimum depromitur dogma: prudentiſſimi Principis eſſe, ſubditos leviter, & quantum vires ſuppetunt, & neceſſitas expoſcit gravare functionibus tributarijs, ne ponderoſo onere preſſi deficiant, ut advertit *Lucas de Peña l.* 1.C. *de omn. agr. diſert.* undè laudabile, ac æquitatis plenum fuiſſe communiter autumant, Tiberij, Pertinacis, Hadriani, Mithridatis Imperium, & Regnum, qui onera ob repentinas clades, impoſita,ceſſante neceſſitate, ob ſubditorum amorem remiſerunt in totum, aut in partem. *Petr. Greg. lib.* 3. *de Repub. cap.* 9. *n.* 12. & *ſeqq.* Deteſtabile,ac omni ævo blaſphemãdum fuiſſe putant, Peſcennini Nigri Imperium,qui rogatus, ut tanta intolerabilia populo nõ imponeret onera, reſpondit.*Non tantum terræ, verum etiam aëri, & vento vectigal imponerem*; & ad noſtrum inſtitutum apprimè conducunt tradita *per Jo: Parafox.in allegat. pro imm.Eccl. n.*45. & *Matth. Lopez Brabo. in tract. de Rege, & regendi*

di

Digitized by Google

di ratione lib. 3. *verſ. exactionum.* quos affert Balmaſed. *de collect. quæſt.* 2. *n.* 27. ac multum pertinent bocardica dicta, nimirùm: moderata durant, immoderata ruunt; Arcum nimium tẽſum frangi, dixit Plutarc. funem tendendo obrumpi. Lucian. in Dialogo: naſum nimiũ emungendo ſanguinem elici; & omne nimium vertitur in vitium, *Marſigl. in ſingul.* 385.

Digitized by Google

ECCLESIASTICI QVANDO DEVINCVNTVR AD Solvendas Collectas, Tributa, ac alias Impoſitiones à ſæculari Principe impoſitas?

C A P V T II.

S V M M A R I V M.

1 *VBi diſtinguitur, veritas magis depromitur.*

2 *Principes ſeculares ſub varijs nominibus exigunt contributiones, ſolutiones, & impoſitiones, per eos impoſitas. Et quæ ſunt recenſentur.*

3 *Vectigal cui, de quibus bonis ſolvitur, & in qua portione?*

4 *Pedagium à quo dictum eſt, & à quibus ſolvitur?*

5 *Ponte deſtructo, an debeatur pedagium?*

6 *Guidagium à quibus, & qua ratione ſoluitur?*

7 *Quidagium exigens, an teneatur ſalvare ſolventem, loca tuta, & ſecura tenendo?*

8 *Tranſiens per pontem palam, & in viam rectam, an teneatur quærere exactorem? Et quid dicendũ de mercatore? ibidem.*

9 *Tributum cui, & ſuper quibus rebus ſolvitur?*

10 *Gabella ſuper quibus ſolvitur bonis?*

11 *Qua ratione appellatur tributum?*

12 *Munera perſonalia appellantur quoque Gabellæ.*

13 *Tributum aliquando dicitur novum vectigal?*

15 *Munera, quædam dicuntur merè perſonalia.*

16 *Quædam merè realia, & quæ ſint, recenſentur.*

17 *Munera quæ ſint ordinaria, & quæ extraordinaria, & quæ mixta?*

18 *Munera, quæ ſint neutralia?*

19 *Munus perſonale; cui imponitur? Et an civis in dignitate conſtitutus, teneatur ei ſubire? ibidem.*

20 *Forenſes pro hiſce muneribus perſonalibus, an collectantur? & an pro realibus? ibidem.*

21 *Et quid de Italiæ conſuetudine. Rot. Roman. deciſio penes Cenc. de cenſib. perpenditur. Onus quando dicitur reale, & quando perſonale? ibidem. Gravatus in loco, ubi bona ſita ſunt quando gravari poſſit in loco domicilij? ibidem.*

22 *Munus, ordinarium Indictum nuncupatur, & aliquando ſuper*

Digitized by Google

per Indictum.

23 *Ordinarum Indictum, ſivè munus, Quiritum tempeſtate, cum populi notificatione imponebatur.*

24 *Munus impoſitum univerſitati, in eadem quantitate exigitur, in qua impoſitum fuit, itidem extinctis focularibus, & debitum ſolvendũ per mortuos, ſolvere debent cæteri.*

25 *Ex hoc Indicto ortum habuit Indictio, & quæ ſit explicatur. Intellige ibidem.*

26 *Græcorum tempore, anni numerabantur per Olympiadas, & quæ erant recenſentur.*

27 *P. D. Andreas Cirino, Auctoris avunculus laudatur.*

28 *Extraordinariũ munus, quodnam ſit? explicatur.*

29 *Ex quibus nominibus appellari ſolet.*

30 *Contributiones generaliter quomodò appellari aſſolent? Et ad quæ onera reducuntur? ibidem.*

31 *Tributum licèt in ſubiectionis ſignum ſolvatur, ejus attamen ſolutio plenam haud facit probationem, pro ſubiectione inducenda: ſed vide ibidem.*

32 *Cæſar primus fuit, qui tributi, ſolutionem mandavit.*

33 *Exactores tributorum, quibus nominibus denominabantur.*

34 *Impoſitiones iſtæ abſque publica, & legitima auctoritate non indicuntur, aliàs injuſtæ, ac inutiles ſunt, & imponentes, in excõmunicationes illatas per Bullam Cænæ Domini, irruunt.*

35 *Facultatem imponendi tales Collectas, & penſiones, qui retinent? recenſentur.*

36 *Civitates ſubditæ, abſque ſuperioris placito, haſcè contributiones imponere nequeunt; niſi immemorialis cõcurrerit præſcriptio.*

37 *Contributiones iſtæ tuta conſcientia imponuntur, quoties juſta accedit cauſa, & excuſſo priùs Regis patrimonio.*

38 *Fraudantes gabellas iuſtè impoſitas, mortaliter peccant.*

39 *Si cauſa, ob quam fuit facta impoſitio, ceſſaverit, ceſſare debet ipſa impoſitio. Intellige ibidem.*

40 *Impoſitio, ſi pro neceſſitate urgente, ſat non erit, quit Princeps ſæcularis impoſitum augere, pro quantitate opportuna.*

41 *Princeps ſæcularis ad ſuperflui reſtitutionem tenetur, & quandò.*

42 *Rex ſi in maximam inciderit inopiam, quia ſuum diſſipavit patrimonium, nequit ſubditos alijs impoſitionibus gravare, ſi alia via quit ſibi conſulere. n. 43.*

44 *Eccleſiaſtici immunes ſunt ab iſtis contributionibus, tàm de Jure Divino, quàm humano.*

45 *Omne id, quod Deo conſecratur, Sãctũ Sanctorũ Domino erit.*

46

Digitized by Google

46 *Jura Canonica per Pontifices publicata, circà Eccleſiaſticorũ exemptionem, recenſentur.*

47 *Jura Quiritium ad id afferuntur.*

48 *Imponentes tributa, aliaſque collectas Eccleſiaſticis, eorumque bonis, in quas pœnas irruant?*

49 *Acta confecta per Principes ſæculares circà impoſitiones, & Collectas, Eccleſiaſticis, eorũq; bonis impoſitas, nulla, irrita, ac inania ſunt: Etiam Eccleſiaſticà perſonà non reclamante.*

50 *Clauſula* 17. *Bullæ Cœnæ Domini exponitur.*

51 *Eccleſiaſtici itidem ſacris paginis attentis, tenentur aliquando ſolvere contributiones, per ſæcularem Principem impoſitas; ſub quibuſdã tamen clauſulis infra adducendis.*

52 *Cap.* 47. *Geneſ. perpenditur.*

53 *Cap.* 7. *lib.* 1. *Eſdræ explicatur.*

54 *Eccleſiaſticos, ubi publica urgeret neceſſitas teneri ad cõtributionem collectarum, aliorumque onerum per Principes ſæculares impoſitorum, etiamſi eos immediatè non tangeret, qui dixerint. ibidem.*

55 *Pontificis tamen aſſenſu interveniente.*

56 *Conſenſus Pontificis haud requiritur, ubi imminens id non permitteret periculum, & neceſſitas urgeret, & vires ſæcularium non ſuppeterent.*

57 *Eccleſiaſtici non tenentur ad onera per Principem ſæcularem impoſita, ſi neceſſitas eos immediatè non tangeret, ſed remotè, & ſecundariò.*

58 *Reipublicæ membra tunc ſentiendo commodum, ſentire tenentur incommodum, quoties privilegiata non ſit?*

59 *Eccleſiaſtici ubi utilitas eos immediatè tangit, tenentur conſentire ad contributionem onerum ex juſtitia, & naturali jure.*

60 *Et tunc Epiſcopi aſſenſus eſt neceſſarius.*

61 *Et etiam quando periculum non eſt in mora, conſulendus eſt Sum. Pontifex.*

62 *Periculo non imminente cum Romano conſultum eſt Pontifice apud nonnullos.*

63 *Eccleſiaſtici, ubi neceſſitas, ſeu utilitas principaliter reſpicit beneficium publicum, ſecundariò verò commodum privatorum, non tenentur ad contributionem.*

64 *Verum ſi laicorum bona non ſufficerent, cum Pontificis aſſenſu obligantur.*

65 *Et ſi neceſſitas immineret, taliter, quòd poſſibile haud eſt abſque periculo exactionem differere, impoſitio tunc perficitur per Epiſcopum loci ordinarium, & Eccleſiaſticos, ſecluſo Pontificis aſſenſu & n.* 74. *&* 75.

66

66 *Exactio, & coërtio Eccleſiaſticorum, per ſuum Eccleſiaſticum Antiſtitem loci ordinariũ perficitur.*

67 *Epiſcopo loci ordinario diſtulente, vel agiliter diſſimulante, vbi periculum eſt in mora, coërtio ſit per ſeculare Principem, in Eccleſiaſticorum bona.*

68 *Ratio affertur.*

69 *Suppoſita neceſſitate laicus, mulier, & Maurus, ac Hæreticus queunt baptizare; ſi id quod facit Eccleſia habeant intentionem faciendi.*

70 *Eccleſia quæ aliter incaſtellari non poſſit, tempore neceſſitatis, milites queunt eam*

71 *Incaſtellare; dummodò neceſſitate ceſſante damna reficiant.*

72 *Famis acutus eſt gladius, & eam patiens non tenetur ad iuriſiurandi obſervationem.*

73 *Bello urgente quit Princeps ſæcularis calices, cruceſque capere ſi nullum penitus habeat ſubſidium, dummodò quod tempore pacis reficiat.*

74 *Quando poſſint Eccleſiaſtici inconſulto Summo Pontifice ſe contribuere?*

75 *Præſumitur in dictis caſibus conſenſus Pontificis.*

76 *Neceſſitas ubi remotiſſimè tãgit Eccleſiaſticorum intereſſe, quia principaliter reſpicit utilitatem totius Regni, & ſecundario privatorum, tunc Eccleſiaſtici non tenentur ad haſce contributiones.*

77 *Intellige.*

78 *Eccleſiaſticorum conſenſus, quandò dicitur legitimè intervenire?*

79 *Laicorum bona quandò dicantur verè non ſufficere, ad ſolvendas haſcè Collectas, & Impoſitiones?*

80 *Bona privatorum quandò non ſufficiant?*

81 *Eccleſiaſtici pro oneribus mixtis, & perſonalibus non collectantur.*
At quid pro oneribus realibus; eorum bonis afficientibus? ibidem.

82 *Per mutationem perſonæ, quãdò mutatur rei qualitas?*
Militum hoſpitalitas, an ſit onus perſonale, an vero reale? ibidem.

83 *Eccleſiaſticus agros alienos conducens de fructibus quandò teneatur ſolvere gabellam?*

84 *Et quid ſi pauper ſit Eccleſiaſticus conductor?*

85 *Eccleſiaſtici an aliquãdo collectentur pro venditione ſuperflui, deducta portione neceſſaria pro eorum ſuſtentatione?*
Et an Collectari debent ſuper rebus eorum patrimonialibus? ibidem.

86 *Eccleſiaſtici vinum proprium vendendo ad minutum cum cõſideratione gabellæ, tenentur ſolvere gabellas; ratio affertur.*

87 *Eccleſiaſticus uvas alterius*

agri, vel lanas alterius gregis emens, ut vinum, vel pannos conficeret, tenentur ad gabellæ ſolutionem.

88 *Eccleſiaſticus ſi ferri venam habuerit, & ex eo ferrum conficeret, an teneatur, & quandò, ſolvere gabellas?*

89 *Negotiator non dicitur qui emit, & mutatâ exindè formâ vendit.*

90 *Eccleſiaſticus agrum plenum fructibus emens, an ad ſolutionem gabellæ teneatur? ſi ſuperfluum vendidit? ibidem.*

91 *Eccleſiaſtici negotiantes, in his, quæ ad mercaturam, ſeu negotiationem pertinent, pro laicis habentur. Et quandò dicitur verè negotiator? ibidem.*

92 *Et ut deſiſterent, an neceſſaria ſit trina monitio?*
Cognitio declarandi Clericum eſſe negotiatorem ad quem ſpectant? vide ibidem.

92 *Pro hiſce negotiationibus corã Eccleſiaſtico Prælato plectendi ſunt Eccleſiaſtici.*

94 *Conſuetudo imponendi Collectas contrà Eccleſiaſticos per Principem ſæcularem, irrita, ac nulla eſt.*
Clerici ſunt immunes à ſolutione gabellæ impoſitæ ſuper carnem, panem, & vinum. ibidem.

95 *Eccleſiaſtici omnes ad ſolutionem horum onerum exempti ſunt, etiam primâ tonſurâ initiati.*

96 *Tonſura, & habitus requiruntur pro fori privilegij fruitione, non autem pro gabellarum ſolutione.*

97 *Intellige.*

98 *Clerici latini conjugati à ſolutione harum taxarum, gabellarum, & Collectarum immunes non ſunt, & quando ſint?*

99 *Et quid de Clericis Græcis Conjugatis? & de penſionarijs? ibidem.*

100 *Clericus feudatarius pro feudo Domino feudi ſubijcitur.*

101 *Clericus tenetur oſtendere gabellario rem, quamquàm ad proprium ejus uſum ducat.*
Clericus in fraudem gabellarum habitum reaſſumens, an exemptione potitur?
Donatio facta Clerico, quandò dicitur in fraudem.

102 *Novitij Religionis, exemptionis Clypeo fruuntur prout cæteri Eccleſiaſtici; ratio affertur, oppoſita ſententia refellitur.*

103 *Exactores Tributorum, ſi conſcij nihilum fiſco deberi, ſi exegerint, furtum committunt, Itidem ſi plus exegerint, & publicani nomen, ac latronis publici merentur. ibidem. n. 104.*

105 *Ratio affertur.*

106 *Aliàs plus exigendo, furtum committunt, potiſſimum ſi cum vi, exactionem fecerint. n. 107. 108.*

109.

109 Exactores Tributorum formam ſuæ commiſſionis ſervare tenentur.

110 Et ſi formam non ſervaverint, & pecuniam ſibi traditam retinuerint plectuntur.

111 Itidem ſi poſt maturatum fiſcale debitum, debitori dilactionem dederint. & quâ pœnâ? vide ibidem.

112 Graviori tamen objurgantur multa, ſi ſecundo in eodem ruerint crimine.

113 Exactores Tributorum, & Collectas regias uti nequeunt fiſcalibus pecunijs. ibidem.
Et ſi juſtum legalemque compotum ſuæ adminiſtrationis haud dederint, uti falſi puniuntur, & capitali coërctione, ſi aliquid occultaverint. ibidem.

114 Quænam probationes requiruntur, ad boſce puniendos exactores in hiſce labentes criminibus? vide 115. 116. 117.

118 Mediatori negotij licet nullam adhibendam eſſe fidem, quoniam de ſuo commodo agit, attamen contrà officialem probat.

119 Officialis objurgatus pro hiſce criminibus ſi fuerit, ipſo jure tanquàm infamis officio privatur.

120 Si fraus tamen intervenerit. & quandò dicitur fraudem adeſſe? vide ibidem.
Officialis ex ſola negligentia dicitur delinquere. n. 121.

122 Officialis dicitur in officio delinquere fervore, colore, auctoritatis pretextu, vel intuitu, & contemplatione ipſius officij.

123 Ad hoc ut Officialis officio privetur, quænam probationes requiruntur? vide n. 124.

125 Officialis ab adminiſtratione ſui muneris quando ſuſpenditur?

126 Quænam requiſitæ occurrere debent, ad hoc ut officialis ab adminiſtratione ſuſpendatur? vide 127. 129. 129.

127 Et an privari poſſit itidem quo ad proprietatem?

130 Et quid ſi officiũ fuerit emptum, vel gratis ob ſervitia datum?

131 Princeps tunc an tenetur ad pretij reſtitutionem? 132.

133 Hæreditas Clerici adhuc jacens, an poſsit Collectari?

134 Hæreditas laici, ſi Clericus hæres non adiverit collectatur.

135 Et quid ſi laicus Clerici hæres malitiosè adire diſtulerit, animo collectas evitandi?

136 Decimarum Collectores, pro earum ſolutione pulſandos eſſe coram Judice laico.

137 Oppoſita verior eſt ſententia. n. 138.

139 Coloni, & Conductores Eccleſiæ, & Clericorum pro Colonia conveniri poſſunt coram utroq; Imperio.

140 Coram Eccleſiaſtico autu-

mant nonnulli, & qui ſunt recenſentur. Verior qualis ſit opinio, refertur ibidem.

141 *Et quid ſi informa* Cameræ *fuit ſtipulata obligatio?*

142 *Coloni, & Conductores Eccleſiæ, & Clericorum ſtatutis Principis laicis ligantur.*

143 *Iſti in Principis laici aduentu non excuſantur, vt perſonaliter inſeruiant.*

144 *Et antenentur hoſpitare milites? Iſti pro fructibus in eorum portione tangentibus, tenentur ad onera, & Tributa & interſia eorum porſione n.* 145. *Oppoſita refertur ſententia n.* 146.

247 *Et quid ſi partitarij eſſent?* 148. *n.* 149. *vide n.* 151.

152 *Gloſſ. in Clementina præſenti de cenſ. perpenditur.*

153 *Eccleſia haud potiri exemptionis priuilegio, ſi negotietur.*

154 *Fictarij, & Conductores pro fructibus Eccleſiæ vel Clerico ſoluendis immunes ſunt. vide n.* 155.

156 *Datia, & impoſitiones ſi in tanto fuerint exceſſu, obquas Eccleſia, vel Clerici non facili valent inueuire fictarios, & colonos, abſque eorum iactura, fictarij, & coloni tunc immunes ſunt.*

157 *Emptores frumenti Eccleſiæ, vel Clerici, Vectigalia ſoluere debent.*

158 *Priuilegium Exemptionis non tranſit ad eum, adquem bona transferuntur, neuè ad ſingularem ſucceſſorem. Intellige.*

159 *Vaſſalli* Eccleſiæ, & *Clericorum* Emphiteutæ, *quando tenentur talia ſoluere onera vide.*

160 *Collectæ, Tributa, ac cæteræ contributiones, quæ Principi inſignum recognitionis, & ſubiectionis ſupremi dominij debentur, non præſcribuntur.*

161 *In reliquis vero contributionibus præſcriptio releuat. & quæ ſunt, recenſentur.*

162 *Ea quæ libertatem inducunt præſcribũtur, cum ſola non petentis negligentia.*

163 *Ex actis negatiuis, ubi deducitur animus praſcribendi ob non ſolutionem, interpellatio non requiritur.*

164 *Sed ſolum ſufficit per immemoriale tempus immunia prædia poſſediſſe, caſuſque ſolutionis pluries eueniſſe. Si de alijs contributionibus, non inſignium ſupremæ dignitatis, & dominij debitis ageretur.*

165 *Proquarum præſcriptione, tempos* 30. *nel* 40. *annorum ſufficit.*

166 *Abſque vlla tamen proteſtatione, recuſatione, aut interpellutione, ſi de immemoriali præſcriptione tractetur.*

167 *In actis negatiuis, & mere facultatiuis, per immemorialem, preſumitur quæſita quaſi poſſeſſio rerum incorporalium, cum*

pre-

præcedentia legitimarum qualitatum. 168.

169 *Nec Principis contra quem ſic præſcribitur, requiritur ſcientia, vel patientia.*

170 *Ratio affertur.*

171 *Si titulus ab initio validus, ſit, & non vitioſus, & quid in præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum?* 272.

173 *Tempus immemorabile quãto temporis ſpatio definitur?* 174. 175.

176 *Immemorialis præſcriptio quomodo probatur, & quando dicitur interrupta. ibidem remiſſivè.*

Ne ſcribam vanum duc pia Virgo manum.

1 INſtituti igitur noſtri in areã deſcendẽtes, ne inconſulti in ſcribendo videamur, ut ad calcem rectò progrediamus tramite; à capite omninò exordiri oportet, quã noſtràs veritati innixas opiniones, peracuto in Roſtos, & Ariſtarchos, defendamus calamo; operæ pretium facturi putamus, ſi veluti in armorum palæſtrâ Eccleſiaſticorum cum ſæcularibus pugnam, cuique legentium præferamus, crebrò digladiari cõſpiciuntur, Eccleſiaſticis cũ ſæculari imperio, circà contributiones faciendas per Eccleſiaſticos, in ſolutione Tributorum, Collectarum, Munerum, ac aliorum vectigalium, per ſæcularẽ Principem impoſitorum; etenim Eccleſiaſtici mordicùs ſuam tuentur exemptionem, tanquàm à Divino, ac poſitivo Jure emanatam, ſæculares verò ex eiſdem fundamentis, quibus Theologi nituntur, in aliquibus caſibus talem reſpuunt exẽmptionem; meritò, ut ex eorum diſpari ſententia, germana; ac uſu recepta opinio, eliciatur, caſus, qui ſæpè cõtingere ſolent enarrabimus; enucleatis, tamen cũctis hiſce contributionibus, ad hoc ut magis veritas dignoſcatur, ut benè erudit *Ariſt. 7. Metaph.*

2 Sub varijs herclè nominibus ſolutiones ſivè contributiones iſtæ, per ſæculares Principes exiguntur; quippè adſunt, Vectigal, Archimandia, Tholomia, portorium, pedagium, guidagium, Tributum, gabella, indictum, ſuperindictum, Novum vectigal, vectigale prædium, & munus; quod munus dividitur, in ordinarium, ac extraordinarium.

3 Ap-

3 Appellatur planè vectigal, quæcumq; penſio fundi. tex. in l. *lex vectigal fundo ff. de pignor.* & propriè dicitur octava pars ejus quod vehitur, quę quidem pars ſub vectigalis nomine Fiſco præſtatur *l. univerſali, & l. allegatis. l. à præſtatione C. de vectigal. Comiſſ. Gloſſ. in l.* 1. *§. hic titulus ff. de public. Azor. in Sum, Cod. de Vectigal; Gloſſ. in l. eum, qui vectigal; de verb. ſign.* & exiguntur non ſolùm de rebus, quæ vehuntur de loco, ad locum, *ex Gloſſ. in l.* 1. *§.* 1 *ſtatione, d. l. allegatis C. de vectig. & cōmiſſ.* de quibus fusè *Mol. de Juſt. & Jure tract.* 2. *de tribut. diſp.* 662. *n.* 3. *ad finē tom.* 3. & alij infrà, ſed etiam de his, quæ in Civitate, vel oppido ſunt, ob identitatem rationis, ut erudit Salic. *in. l. vectigalia C. nov. vectig. impon. nō poſſ.* & refert Sveton. *de vita Caij Caligulæ verſ. vectigalia nova* ibi: *ex gerulorū diuturnis, quæſtibus*; fuitq; Cajus Caligula, qui prior vectigal auxit, ex diuturnis quęſtibus gerulorum; Et meminit Divus Thoma *ſuper epiſtol. ad Rom.* 13. *ſect.* 1. Eſtque igitur vectigal id quod tribuitur pro reparatione, & cuſtodia de mercimonijs tamen, & appellatur communiter Archimandia Bald. *in cap.* 1. *in princ. quæ ſint regal. in uſib. feud.* itidem dicitur theolomia à tollendo, *d. cap.* 1. *& ibi Bald. & Gloſſ. in cap. ſuper quibusdam, de verb. ſignific.* atque denominatur portorium ut indicat *D. Didacus Balmaſed. de Collect. q.* 1. *n.* 6. Et in Italia ex barbaro vocabulo Dohana, à priſcis I. C. tis, & à linguæ latinæ profeſſoribus penitus incognitum teſte Card. de Luca *de feud. diſcur.* 67. *& in ſum. de regal.* 4. *n.* 54.

4 Pedagium verò à pede dictum eſt, & à tranſeuntibus ſolvitur, *d. cap. ſuper quibusdam, & ibi Gloſs.* & faciunt DD. *in cap. quāquam de cenſ. in* 6. *Luca de regal. diſcur.* 131. 156. *& in ſum. §.* 4. *n.* 59. Quod quidem Pedagium nō eſt ſervitus debita colligenti, quòniam de Natura ſervitutis eſt, pati, non agere, *l. quoties §. fin. ff. de ſervit.* ſed eſt quædam jurisdictio circum-

5 ſcripta loco; hinc fluit quod ponte deſtructo, ſinè ſpe tamen refectionis, pedagium haud debetur à tranſeuntibus, propter aquam ibi, ubi, pons erat, ſiſtentem Reg. Moles *in ſuis deciſ. tit. de jur. paſſuum, §.* 14. *quæſt.* 4. *n.* 19. 20. 21. Si pedagium tamen conſtitutum fuerit ſuper certo loco; at ſecùs ſi in territorio,

rio nam, tunc illud jus cohæret toti territorio. *Moles n.*37. aliàs nevè pro novo pōte, ſi infrà, vel ſuprà ædificatur, exigitur pedagium, quòniam juriſdictio eſt limitata, & pons deſijt, ac in rerum natura haud extat, & naturaliter cuncta loca ſunt tranſeuntibus libera *ex l. ſi locus* §.*fin. ff. de ſervit. amitt.* At ponte in veteri loco refecto, pedagium ipſo jure, abſque alia reſtitutione in integrum exigitur *d. l. ſi locus*, *&* *Bald. in l. ſi plures C. de condit. inſer.* licet hæſitavit Alber. *in l. hoc jure*, §. *ſi aqua*, *n.*1: *ff. de aqua quotid. & eſtiv.*

6 Ad hanc equidem ſivè pedagij, ſiuè portorij materiā notādū eſt, quod ſi navis ex vi tempeſtatis ad portum tranſlata fuit, ubi deſtinata haud erat, ob onere ſolvendi pedagium, & portorium immunis eſt *ut ex Bart. in l.* 1. *C. de naufrag. & ibi Platea. dixit*, *Franc. Marc. deciſ.* 889.*n.*12. *p.*2. annuitque Conſil. Rocc. *reſp.* 32. n. 4. *centur. p.* Nec ad vectigalium ſolutionem devincitur, ſi aliquo juſto timore, hoſtium nimirùm, vel tempeſtatis, ad portum appulerit, nevè jus fiſco competere, dixêre: *Mart. de Landen. tract. de fiſc. q.* 171. *Scacc. de Mercat. tit. de nauib. p.* 2: *n.*26. affluenter *Galeat. contr.* 46. *&* 47. *lib.* 1. *Rocc. ibidem n.*3.8. ubi nec tenetur ad ſolutionem gabellę; imò relevatur ab onere denunciandi; Etenim violenter appulit. *tex. in l. Cæſar. & l. fin. ff. de public. & vectigal. & reſp.* 37. *n.* 4. ſicque deciſum affert *Rocc.* Et ſi onerata infrà Regnum ut itidem in eo exoneretur, Intempeſtivo tamen inpulſu, extrà Regnum advenerit, ibique exonerata fuerit, gabellas ſolvere minimè tenetur *tex. & ibi Gloſſ. in d. l.* 1. C. *de Naufr. lib.* 11. *Franc. Marc. ubi ſuprà n.* 12. *Rocc. reſp.* 37. *n.* 2. neque in commiſſum incidiſſe autumāt; ſicque pluries deciſum adducit. Voluntas enim coacta, nō dicitur volūtas. *Galeot. ibidē contr.* 46. *n.* 10. *ad* 16. nec fiſco aliquid cōpetere fundat.

7 Guidagiū porrò eſt id, quod datur alicui, ut tutè, ac ſecurè conducatur per loca alteriùs. *Gloſſ. in d. cap. ſuper quibuſdā de verb. ſignif. Abb. in cap. innovamus de cenſib. in* 6. undè infert Guid. Pap. *deciſ.* 413. quod exigentes guidagium devincuntur tenere loca tuta, & ſalvare ſolventem in perſona, & in rebus *& Matth. de afflict. in Conſtitut. utriuſq; Siciliæ*: *Comes*, *& Baro*, *ac* Bald. *in tit. qui feud. dar. poſ-*

ſunt

ſunt §. *Abbatiſſ.* & *in tit. de pace Juram. firm.* §. *conventiculas*, ajunt quod ſi furta committuntur in terris juriſdictionalibus, aut Comitũ Comes, aut Baro tenetur exhibere fures, & furtum reſtituere, nec diſcrepant Capyc. *in Iuveſt. feud. verb. colligentes pedagia, Bertachin. de gabell.* & *vectigal part.* 4: *qu.* 7. *n.* 14.

Verùm hodiè hoc onus cuſtodiendi, & ſalvandi itinerantes per regni loca, ad Regem ſpectat. inſinuant Bart. & Scribentes *in l. ne quid ff. incend.* & *ruin. Moles in ſuis deciſ. tit. de Jure paſſuum.* §. 14. *quæſt.* 4. *n.* 29. 30.

8 Ex quibus notandum venit tranſientem palàm, & via recta per portam, ſeù pontem non teneri; exactorem quærere, nec vectigal ſolvere; durũ nàq; eſt advenas devincere ad exactores quærendos, & ad tributa ſolvẽda, probant *ex Cordub. ſumm. q.* 95. *art.* 2. & 10. *Angel. in florib. quæſt. Theol. p.* 2. *q. de reſtit. uectig. Sanches conſ. mor. lib.*2. *d.cap.* 4. *dub.* 10. *n.* 7. Nevè Mercator ſolvere tenetur gabellã in conſcientia exactore nõ petente, neque eum quærere *Ledeſm.* 2. 4. *q.* 18. *art.*3. potiſſimum ſic dictante conſuetudine *Parlador. de reb. quotidian. cap.* 3. *n.* 13. *Couarr. reg. peccat p.* 2. §. 5. *n.* 5. *Angleſ. in florib. quæſt. Theolog. p.* 2. *quæſt. de reſtit. uectigal. Sotus de Juſt.* & *Jur. q.* 6. *art.* 4. *uerſ. de illo autem*, ſi de re minima ageretur; ſecluſo tamen dolo, & fraude concludunt cũcti, quos recẽsẽt *Sanch. cõſ. Mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 10. *de tribut.* Et licèt nonnulli autumavere itidem cum dolo, & fraude non teneri ſolvere gabellam exactore non petente; Etenim hodie gabellæ communiter ſunt injuſtæ, pro quibus multæ cõficiuntur extorſiones, ut *cum Nauarr. Armill. Caiet.* ait *Dried. lib.* 2. *de libert. Chriſtian.* Attamen oppoſitã ſententiam probabiliorem, eſſe putat *Sanch. ubi proximè* nam dolus, & fraus nemini patrocinari debet.

9 Tributũ autem eſt quod ſolvitur Fiſco, vel Principi pro bonis immobilibus, *tex. in l.* 2. §. *ſi quid. ff. de hered. vel acti. vend. Gloſſ.* 11. *quæſt.* 1. *C. de Sacros. Eccleſ. l.* 1. & 2. *de ann.* & *trib. lib.* 10. Et ſub vectigalis nomine impropriè comprehenditur, *Gloſſ. Angel.* & *cæteri ſcribentes in l. Imperatores ff. de public.*

10 Gabella verò ſolvitur pro bonis mobilibus, nimirum pro his quæ vehuntur *d. l. uniuerſ.* & *l. allegatis* & *l. à præſta-*

ſtatione C. *de vectig. Commiſs.* Et dicitur quoque vectigale prædium, ex eo quod Fiſco præſtatur vectigal *l. etiam,& ibi Gloſſ. C. de præd. Min. & tot. tit. ff. ſi ager vectigal. l. vectigal de pign.* undè ait Archidiac. *in cap. ſi in Morte*, §. 1. *quæſt.* 23. tributum eſſe quod ſolvitur pro regione, vectigal, quod datur pro bonis, quę vehuntur per patrias, & facit *Gloſſ. ad Romanos in cap.* 13. ubi tributum eſſe, quod domi ſolvitur, vectigal verò
11 quod ad domum vehitur; aut ex eo quia priùs ſolvebatur per ſingulas Tribus, ut edocent Alberic. *in addiction. verb. tributum. Otalor. de nobilitat. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 4. & tribuni denominabantur, qui præerant tribus populi partibus inter Romanos, Archid. *in d. cap. ſi in morte*, §. 1. *quæſt.* 23. cuius ſumptus appellabātur tributa; quibus neceſsariò ſubijcimur lege, more, vel Imperio, *l.* 2. *ff. de verb. ſignif.* & itidem Collectæ dicuntur, de quibus affluenter de Luca *de regal. diſcurſ.* 69. 70. *& in ſumm.* §. 4. *n.* 63.
12 Dicūtur etiā Gabellę munera perſonalia, quæ imponūtur perſonis pro rebus, ut firmat Bar. *in l.* 1. §. *hic tit. ff. de pub. & in l.* 1. *C. de Manum. & in q.* 10. *lib.* 11. ubi ait munus eſſe reale, *l.* 2. *C. de privileg. vete. l. fin. C. de Can. larg. lib.* 10. quod Græcè τελος indè telonion, & latinè talonium appellatur.
13 Denominaturq; tributum à tribuendo, pariter quoniam privato in publicū tribuitur, Cicer. *de offic.* 2. *Ulpian. in l. ager.* §. *ſtipendium ff. de verb. ſignif.* & quoque cenſus, ut probat Molin. *d. diſput.* 661. *tract.* 2. *tom.* 3. *n.* 3.
14 Aliquando novum dicitur vectigal, quia de novo imponitur, ſivè ultrà ſolitum augetur vel minuitur, *l. vectigalia C. nova vectigalia imponi non poſſe.*
15 Munera ſanè, quædam dicuntur merè perſonalia, quòniā indicūtur perſonis propter perſonas, & conſiſtunt in labore *l.* 1. §. *aquæ, & l.* 18. §. 1. *& ſeq. ff. de Muner. & honor.* & hęc pariter vocātur angaria *l. neminem* C. *de Sacroſ. Eccl. l. Nemo* C. *de angar. lib.* 12.
16 Quædam dicuntur munera realia, quæ rei imponuntur propter rem, & contrà rei poſſeſſores cōmittuntur, quæ propriè tributa nuncupantur, & conſtituunt prædia tributaria, de quibus faciunt Molin. *diſput.* 661. *tract.* 2. *tom.* 3. *Sanch. Conſ. Mor. tit. de tribut.* alioque tamen vocabulo, patrimonialia appellantur, *Gaſp. Klock. de contribut. cap.*

2. *à n.* 2. *cum plurib. ſeqq.* ubi affluenter de iſtis raciocinatur muneribus, licet permixtè, quæ civibus tantum imponũtur, & aliquandò exteris *l. præſcripto* ⸹. *fin. ff. de honor. & oner.* à quibus realibus muneribus ſæcularis nemo excuſatur *l. fin.* ⸹. *patrimonium ff. de munerib. & honor. l. fraudem ff. de ann. & tribut. l. omnes. & l. fin. C. de exact. l. ſunt munera ff. de vacat, & exequut. mun.* Nevè ex filiorum numero *l.* 2. ⸹. *qui patrimonium ff. eodem.* Nec pro eis cõcedi poſſit immunitas; etenim aliàs præjudicium publicæ utilitati induceretur; ut cõtrà quemdam Officialem inſinuat Reg. Moles *in ſuis deciſ.* ⸹. 2. *q.* 4.

17 *à n.* 22. 23. *& ſeqq.* Si ordinaria ſint munera à lege, more, vel imperio Regis indicta, ac certam, perpetuamque haberent præſtationem; at secùs, ſi extraordinaria eſſent, ob varias impoſita neceſsitudines, nam pro iſtis conceditur excuſatio, & exemptio *l. hi, qui l. in honoribus* ⸹. *qui muner. de vocat. mun. l. cui muneris ff. de mun. & honor. l.* 1. *C. de indict.* & de iſtis realibus muneribus plura aſtruit Card. de Luca *de regal. diſcur.* 96. & 97. & *in ſumm. de regal.* ⸹. 4. *n.* 63. & ante eum Gaill. *obſer.* 52. *lib.* 2. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 12. *Mant. de tac. & amb. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 9. Alia itidem munera denominantur mixta, conſiſtentia in perſonæ labore, & in rebus; nimirum, quoties quis cum bobus, mulis, vel curru in exercitu iret, vel quandò ruſtici conducuntur ad lapides, calcem, & ſimilia pro arce ædificanda; ut ex auctoritatibus ſuperiùs recenſitis.

18 Quædam verò ſunt neutralia ad prędia, licèt in rebus cõſiſterent, & aliquando inducũtur perſonæ propter perſonas, ut ſi perſona laboret, ſeù ut ſolvat ſolidũ añuũ pro quolibet, & hæc capitatio nuncupatur *l. Sacro Sanct. C. de Sacr. Eccleſ. l. fin. C. ſi propter penſion. pub. Card. de Luca de regal. diſcur.* 96. & 97. & *in ſumm. de regal.* ⸹. 4. *n.* 63: *tex. in l. fin.* ⸹. *Divus Veſpaſianus ff. de cenſib.* & habentur in Rub. *Cod. de annon.* dicebaturq; apud Romanos tale ſolvẽs munus, capite cẽſitus, Otalor. *de Nobilit. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 7. Quod onus fuit à Romanis Judęorũ capitibus ad *Didrachmam* impoſitum. teſte *Matth:* 7. & quanti emolumenti tale cenſum fuit, *vide Juſt. Lipſ. lib. de magnit. Rom. n.* 29.

19 Quod quidẽ perſonale munus civibus indicitur tex. *in l. libertas* ⸹: *ſola ratio ff. ad muni-*

cipal. l. cum neque, & l. privileg.C. de Incolis, & ibi Gloſ. in l. 1. C. *de Mul. & in quo loco, & in qua par.Alex.Conſ.* 68. *vol.*2. nimirum apud Romanos, maſculi pro capite à quatuordecim annis aureum, fęminę à duodecimo uſqve ad 65. annum,dimidium ſolvere cogebantur, ut poſt Tertull. *Cujacius ad Rub.* C. *de amon. & tribut.* Et quando allato muneri perſonali, civis in dignitate conſtitutus, devincitur vid. *tex. in l.fin. ʔ. adjudicandi ff.de muner.& honor. l. in digeſtorum ʔ. fin. ff. de interdict. & releg. l. bonor. ff. ad municipal.* ubi hiſce recenſitis muneribus ſubijciunt, cives exiſtentes in quacunque dignitate, ſi abſque dedecore, imò cum honore, quit Civis in dignitate conſtitutus, ſuum exercere officium, *tex. in l. Curiates C. de decur.* & ſcribẽtes *in l.*1 *.C.de Mulier. & in quo loco, & in qua part.*

20 Forenſes verò pro hiſce collectis perſonalibus, quæ ſolvuntur à perſonis, quæ in loco vivunt, non collectantur, licet bona in territorio haberẽt,alibiq; verò viverentCard. de Luca *de regal.diſc.* 61. 62. 65.67. *et in sũm. de regal. lib.* 2.*diſc.*189.Pro muneribus autẽ realibus,de Italię conſuetudine, forenſes collectantur; licet oppoſitum deciſum fuit per Rot. Rom. *deciſ.* 3. *poſt cenc. de cenſib. die* 16. *Maij, &* 27. *Junij* 1583. de qua meminit de Luca *eodem loco diſcurſ.* 73. *et* 77. *et* 83. *et* 92.*et in ſumm.de regal.diſcurſ.* 189.*n.* 2. ratio verò, quæ per allatã Romæ deciſionem affertur potiſsima eſt; Etenim Collecta eſt munus,quod imponitur perſonę pro rebus, undè ſi perſona non eſt ſubdita,vel ratione domicilij, vel originis, ei imponere nefas eſt ex defectu juriſdictionis, quod fuit de mente Bartol. *in l. libertus ʔ.ſola ratio*, *n.* 1.*ff. ſola ratio*, *n.* 1.*ff. ad municip.* & ſcribentium *in l. reſcripto, ʔ.fin. de muner.* quam concluſionem veriſsimam eſse, ajunt, *Corn. conſ.* 22. *vol.* 1. & alij per Gabriel.*de jur. Imm. concluſ.* 2.*n.* 1. 2. Etiam ſi forẽſes habent bona ſub collectantis dominio *d. l.* 1. *et ibi Bart. n.* 3. C. *de Mulier. et in quo loco, lib.*10. quia Collecta, perſonæ pro rebus imponitur, & obligatio in perſonam dirigitur, licet cauſa finalis ſit ipſa res; & ſic attendi debet potiùs perſona, tanquam dignior,quàm res ipſa, ita *Bald. in l. unica.* C. *de eo, quod inter. n.* 44. *verſ. dicimus.*& ſequuntur recẽſiti per *Nat. conſ.*105. *n.* 8. *l.b.*1. Niſi collectans ſpecia-

ciale haberet privilegiũ, Bart. *in l. numerum, §. patrimonium, n.*4.*de muner. & honor. & in d. l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco. lib.* 10. *n.* 28. & alibi per Gabriel. *d. concluſ.* 2. *n.* 2. vel ſi ſpeciale adeſſet ſtatutũ. Bald. *in d. l. unic. C. de ſent. quæ pro eo, & inter nu.* 43. & alij per eamdem deciſ. Rot. Rom. *n.* 5. aut ſi contraria vigeret conſuetudo immemorabilis. Bald. *in d. l. cum neque, in fine C. de incol. lib.* 1. triginta, vel quadraginta annorum, dixit Alex. ſibi contrarius *in conſ.* 68. *nu.* 13. *vol.* 2. & ſequitur Curt. *conſ.* 61. *nu.* 6. *vol.* 1. Immemorabilem eſſe voluit ex Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 58. *cum ſeq. & n.* 82. & 101. Rot. Rom. *ibidem n.* 9. probandam adeſſe in loco, de quo agitur Aret. *conſ.* 123. Natta *conſ.* 160. *n.* 14. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 185. *n.* 7. Oldr. *conſ.* 137. Aym. *conſ.* 96. *n.* 4. Mohedan. *deciſ.* 209. & 276. Gabriel. *de probat. concluſ.* 4. firmantes, cuncti neq; Doctori, de tali conſuetudine atteſtanti, ſtandũ eſſe. Verum enim verò ſolidam eſſe fatemur ſententiam autumantium, forenſes ad contributiones perſonales ſolvẽdas nõ teneri, ſed ad reales; ut affabrè edocent Card. de Luca *ibidem* Salenger. *reſ. Canonic. cap.* 38. *n.* 3. *tom.* 1. Balmaſeda *de collect. q.* 62. *n.* 4. 5. Contributio autem, quæ indicitur pro reparatione pontiũ, viarum, aggerum, fluminum, aquęductuũ, Civitatis mæniorũ, & ſimiliũ, quę ad publicam Civitatis utilitatem, & neceſſitatem elevandã concernunt, perſonale onus haud eſt, ſed reale, & patrimoniale, ſolvendum ſecundùm qualitatẽ bonorum, non autem perſonæ, ut ex Tuſc. *concluſ.* 448. *n.* 3. *lit. C.* fundat Gaſpar Klock. *de contrib. cap.* 9. *n.* 75. edocens ea, quæ ad præſens periculum avertendum, aut ad futurum incommodum præcavendum, verè pertinent, cõmunem reſpiciunt utilitatem; meritò itidem, & forenſes ad eorum contributionem devincuntur, ſi prædia in eodẽ territorio poſſederint, quod ante eũ apprimè erudiere. Peregrin. *conſ.* 102. *n.* 7. *lib.* 1. *Add. ad Guid. Pap. in deciſ.* 7. & 87. *lit. B.* Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 74. Bocer. *eodem cap.* 3. *n.* 231. nec aliter cenſuere, ex multis, Joſeph de Roſ. *conſult.* 26. *n.* 14. 15. & Silveſt. ac Angel. *in ſumm. verb. Gabella.* Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 1. 9. 19. *punct.* 4. Sanch. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 20. Caſtill. *de terſ. c.* 9. *n.* 34. Azaved. *l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 800. *n.* 4. Vic. *tom.* 2.

2. *Pragm.* 8. *tit.* 20. §. 4. *&* 5. Vivald. *ad Bull. Cœn. Dom. caſ.* 18. *n.* 5. Balmaſed. *d. qu.* 62. *n.* 21. ubi utilitas forenſiũ tangeret bona, aut de totius ſtatus tuitione ageretur. In hac tamen re notandum eſt: gravatum in loco, ubi bona ſita ſunt, ad ſolvendas contributiones, gravari nequaquàm poſſe, pro eiſdem bonis, in loco domicilij, cum iniquũ ſit, duplici onere, quempiã gravare: probat Roſenth. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 83. *nu.* 1. *& lit. A.* Rolant. à Vall. *conſ.* 1. *n.* 25. *vol.* 2. Facchin. *conſ.* 11. *n.* 10. *vol.* 1. Baet. *de decimis tut. Hiſp. præſt. cap.* 30. *nu.* 4. Gaill. *obſer.* 53. *n.* 9. 10. *lib.* 1. Oſac. *deciſ.* 68. *n.* 10. ibique Balb. *in ſuo conſil.* onerari geminis incommodis haud oportere edocet, & ſemel decimatus, ampliùs nõ decimatur, *cap. fin. extra de decim.* Niſi ex diverſis cauſis, & obligationibus quis præſtare teneatur. Natta *conſ.* 114. *nu.* 13. Petr. Heig. *quæſ. Jur. q.* 18. *n.* 36. *par.* 1. Sixtin. *d. regal. c.* 14. *n.* 162. Vel ſi Univerſitas ob ſpontaneum placitum, & privatas pactiones, onus ſolvendi injecerit, tunc utilitas, & neceſſitas ſi acceſſerit, tenẽtur, probat Klocke *d. cap.* 11. *n.* 29. *& c.* 17. *n.* 198. *cum ſeq.* Allata inſuper munera aliquando itidem imponuntur perſonæ, non propter perſonas, ſed propter res poſſeſſas, & hæ vocantur collectæ, ut prædiximus, & aliquando dicuntur ordinaria, aliquando extraordinaria.

22 Ordinarium autem munus, indictum nuncupatur tex. in *l.* 1. *C. de indict. lib.* 10. *& ibi* Bart. eſtque, quoties per legem, vel generalem proviſionem mandatur, ut ſingulis annis, vel menſibus quiſque allibratus ſolvat ſolidum unũ pro libra, nam tunc, ex quo ordinatio tractum habet ſucceſſivum, & regulatum, & nõ cõcernit tẽpus præſens; ideoq; dicitur ordinariũ: & Romanorum ævo provinciales ſolvebant aurum, vel ferrum, ut notatur *in Rub. Cod. de indict. lib.* 10. Nimirum in primo quinquennio ſolvebant certam auri quantitatem, in ſecundo argenti, in tertio æris Gloſſ. *in d. Rub. Cod. de indict. lib.* 10. Gloſſ. *in Auten. præponatur nomen Imperatoris. verb. indictionis.* Gloſſ. *in cap. inter dilectos, de fid. inſtrum. verb. indictionis*, Gloſſ. *Codicis, de Cod. Juſtiniani confirmand. verb. ſeptimæ indictionis.*

Etſi huic unico ſolido ordinario adijciatur aliquid ſingulis temporibus ſolvendum, ut ſi impoſitum ſit duplum, vel de-

decuplum quolibet anno, vel menſe, tunc adjectum vocatur ſuper indictum, & quoq; ordinarium eſt munus, *l.* 1. *C. de indict. lib.* 10. etſi extraordinariè apponatur, de neceſſitate tamen.

23 Ordinariũ verò hoc indictũ, ſivè munus, Quiritum tempeſtate, haud imponi poterat abſque populi notificatione, ut ſe prępararẽt, indicat Gloſſ. *et* Bart. *in l.* 1. *C. de ſuper indict. lib.* 10. ubi ponitur notificationis faciendæ forma, *& in l.* 2. *C. de indict. lib.* 10. & notat Bart. *ibidem*, quod hodiè haud ſervatur.

24 Ex quibus ſciendum eſt, quantitatem impoſiti muneris deberi, & exigi poſſe ab uniuerſitate, itidem diminuto focularium numero, imò mortuorum, ac extinctorum debitum ſolvendum eſſe per alios, edocet ex *tex. in l.* 1. *C. nullus ex Vicarijs lib.* 10. *l. legatorum ff. de legat.* 2. Etenim debitum eſt Univerſitatis, quæ sẽper exiſtit, & ſicut onus nõ augetur, auctis Civibus, ita nec diminuitur, extinctis eis. *l. præponebatur ff. de Judic. l. ex mille, §. totus ff. de evinct. l. fin. C. de ſolut. Reg.* Moles *in ſuis deciſion. quæſt.* 1. *§.* 3. *& conducit tex. in l. ſicut §. fin. ff. quod cujuſqueuniver. nom. l. ſi grege, §. de legat.* 1. Franc. Claper. *in cent. deciſ. Fiſc. cauſ.* 27. *q.* 1. *n.* 11. Cam. Borell. *conſ.* 70. *nu.* 27. Sim. de Petr. *lib.* 3. *conſ.* 100. *nu.* 8. *& ex eis* Gaſpar Klock. *de collect. cap.* 17. *nu.* 153. Uno firmantes ore, recenſita haud militare, in tributis præſtandis à ſingulis perſonis præ viribus earum patrimonij. Montiſpel. *conſ.* 1. nam in eis, ſi immunitas alicui fuerit conceſſa, vel ſi aliquorum poſſeſſiones ſteriles effectæ fuere; tunc Principi nihil detrahitur, nec Univerſitas, ſed cæteri Cives defectarum ſolvunt portionem ſi Univerſitatis Corpori onus indictum fuerit; at ſecùs ſi perſonis ſingularibus, tunc unus pro alio non tenetur. *l.* 2. *C. de Apoch. pub. lib.* 10. *Aut.* Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 12. *diſt.* 40. *n.* 4. Kloker. *ibidem & in conſ.* 5. Thomæ Merckel. *poſt tract. de collect. ejuſdem* Klok.

25. Ex hoc demum indicto originem traxit Indictio, quæ apud Romanos computatio erat dierum, nempè annorũ quindecim, quibus tripartitis per luſtra, ſcilicet, per quinquennia ſolvebantur Imperatori, aurum, argentum, & ferrum, ut ex Gloſſ. *ordinaria prim. conſtit. Codicis Rub. Cod. de indiction. lib.* 10. & fusè Specul. *tract. de inſtrum. edict. §.* 1. *verſ. poſt annos, & verſ.*

bre-

breviter, *cum ſequenti*: *R. P. Jacob. Gordon. Op. Chronolog. anno Chriſ.* 313.

26 Græcorum rursùs tempore computabantur per quinquennium, quod temporis ſpatium Olympiadem appellabant, ex quo in Olympo monte, in quarto anno ſpectacula fiebant, quem ludum Herculis filius inſtauravit, ſingulo tamen anno in Olympo; incipitque prima recenſita Olympias anno 408. poſt deletam Trojam, ante verò Urbem conditam anno 28. qua tempeſtate Rex Joathan regnabat, & ex illa ortum habuere Romulus, & Remus, ut evolvitur *in Hiſt. Scholaſt. &* *anno* 2. Pharee, meminitque Molin. *d. diſput.* 661. *nu.* 7.

27 *tract.* 2. *tom.* 3. verùm amantiſſimus meus Avunculus R. P. D. Andreas Cirino C.R. in ſuo Codice *de Urbe Roma lib.* 1. *cap.* 32. *erudit.* 409. Cunctas inter ſe diſſidentes opiniones affert, eaſque abſolvit.

28 Extraordinarium verò munus eſt, quoties ejus impoſitio non proviſione, vel lege generali, ſeù regulari, nec ob ordinariam, & ſucceſſivam prodit cauſam, ſed ob extraordinariam occurrentem, ut ſi pro Haſtiludijs, vel latrunculis, nè damna inferant, vel ob aliam parilem cauſam momentaneà reiterationem non expectantem, & ſic accipiendus eſt *tex. in Gloſſ. l. ſcripto* §. *fin. ff. de muner. & honor. et in l. placet C. de vac. mun. lib.* 10. ut bene inſinuat Salicet. & ſequitur Jaſon. *in l. placet*, *C. de ſacr. Eccleſ.*

29 Quod extraordinarium munus appellari itidem ſolet Collecta, præſtantia, & talia, in Gallia, & Italia, in Hiſpania verò nuncupatur *derramas*, de quo vide apud Sylveſt. *verb. Gabella*, Gabriel. *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 1. *Notab.* 4. & faciunt alij per Otalor. *de Nobil. cap.* 2. *n.* 15. *et* 21.

30 Omnes igitur contributiones, quæ Reipublicæ ordinariè debentur, penſiones publicæ nuncupantur, Tributa verò à Civibus, & à Civitatibus, vel à Baronibus Cæſari, ſivè in auro, vel ſpeciebus, in ſubjectionis tamen ſignum, quæ vulgariter cenſus itidem denominatur, Bart. *in l.* 2. *C. ſine cenſ. vel relic.* Archid. Jo. Andr. *et alij in cap.* 1. *de immun. Eccleſ. lib.* 6. Gabella verò generaliter ad omnes extenditur exactiones, ad vectigal, pedagium, & ad illas penſiones, quæ dantur ab uno Populo ad alium, vel quæ ibi venduntur. Sanches *conſ. mor. lib.* 4. *dub.* 1. *num.* 3. 4. *cap.* 4.

Om-

Omneſque demum recenſitæ contributiones ad tria reducuntur onera alia nimirùm, quæ prædijs infixa ſunt; perſonalia,quæ præſtantur à perſona propter perſonam; & mixta, quæ debentur à perſonis propter rem; *tex. in l. ult. ff. de muner. et honor.* Bal. *in l. omnes, C. ſin. cenſ. rel reliq. etc. n.* 4. 5. & de tributis dixit Mart. *de juriſd. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 11. *n.* 11.

31 Verùm tributum quamvis in ſubjectionis ſignum ſolvatur,attamen ejus ſolutio plenam haud facit probationem, pro ſubjectione inducenda, *tex.in cap.recepimus, de privil.* Gloſſ. *in cap. magnum,* 11. *q.* 1. Innoc. *in cap. præterea de tranſact.* Bald. *in marg. verſ. cenſus, et in l.* 3. ubi Angel. *C. de natur. et in l. data opera, C. qui accuſar. non poſſ. et in Auten. quib.mod. nat. effic. ſui,* §. *ſi quis,et in cap.*2. ubi Abb. Siculus *de cenſ.* Alex. & Imol. *in conſ.* 33. *p.* 4. Gloſſ. *in cap. tributum* 23. *qu.* 8. ſed vide Maur. *Alleg.* 58. *nu.* 1. Attamen Collectarum impoſitio, & exactio ſublimioris dominij,ac fructus eminentiæ atteſtatio, nota, ſymbolum,atque fundamentum eſt, ut affabrè edocent *ex cap. licet cauſas de probat. cap. magnum* 11. *q.* 1. Surd. *conſ.* 275. *n.* 11. Natt. *conſ.* 636. 78. Decian. *conſ.* 41. *vol.* 1. immò poſſeſſionẽ ſuperioritatis contra adverſarium, & contra ſubditos importat, ut ex Weſecub. *conſ.* 45. *n.*8.20.38. probat Klock. *de contribut. cap.* 14. *ſect.* 2. *n.* 2. 3.

32 Cæſar equidem Auguſtus, ut prædiximus, fuit primus, qui tributi ſolutionem ordinavit. *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, ut ſcriberetur totus Orbis, fuitque apud Romanos intollerabile* Clhipid. *in Neron.* Chriſtuſque Redemptor noſter, pariter præcipit, ut Cæſari tributum ſolvatur. Imò nè ſcandalum inſipientibus daret, ipſe itidem ſolvit, licèt vacuus, quia nemini fuit ſubjectus, Gloſſ. & Archid. *in d. cap. magnum* 11. *q.* 1.

33 Horum deniquè munerũ, Gabellarum, Tributorum, ac aliarum contributionum Exactores Publicani denominantur, ex eo quia publica retinẽt conducta vectigalia, *l. quanta* §. *fin. ff. de public.* & talis fuit Matth. Apoſtolus, Gloſſ. *in l. eum, qui vectigal. ff. de verb. ſignif. l.* 1. §. *hic titulus ff. eodem* Molin. *d. diſput.* 662. *n.* 1. *tract.* 2. *tom.* 3. Caſſane. *conſuet. Burg. rub.* 1. §. 4. *tit. le droit de indire n.*30. vel quia fruuntur publico,ut Fiſco ſolvant, omnes inſuper, qui à

Fiſco

Fiſco aliquid conducunt, publicani appellantur *d. §. hic titulus.* largo autem vocabulo dicuntur publicani, quaſi publicè peccantes. *Abbas Siculus, & Joa: Andr. in cap. Novit.de Judic. &* ibi *Gloſſ.*ac dicuntur quoq; Ethnici à mõte Æthna igneo, quaſi vox inferni *Caſſan. ibidem.* de quibus in fine affluenter loquimur.

34 Cæterum haſcè gabellas, munera, tributa, ac collectas cunctas ſuperiùs recenſitas legitima, ac publica accedente auctoritate, & utilitate imponendas eſse, innuunt infrà citandi. Eſtq; planè gabella onus, quod ſubditi tribuunt publica, ac legitima auctoritate impoſitũ *D. Thom. de regim. Princ. cap.* 11. *Dom. Larr. alleg.*59. *n.* 1. *& alij per Balmaſ.de Collect.q.*2.*n.*1. *Leſſius de juſt. lib.*2. *de tribut. & vectigal Sãches cõſ. mor. lib.*1. *dub.*1. *de trib. cap.*4. *Vaſq. Molin. Sylveſ.& alij per Azor. p.* 3. *lib.* 5. *cap.*18. *Card. de Lug. tom.*2. *de Juſt. & Jur. diſp.* 26. *ſect.* 1. aliàs injuſtas, ac futiles eſse autumãt,imò imponentẽ in cenſurã Bullę Cænę Domini irruere,ſubdunt,*ex cap. ſuper quibuſdam §. propterea de verb. ſignif. cap. innovamus de cenſib.* maximè ſi monitus nõ deſiſteret, & non ſatisfaceret *cap. ſi quis Romipetas,* 24.*q.*3. *cap. innovamus de cenſib.* & de Quiritum jure, perpetuo objurgatur exilio; *tex.in l. fin.C. vectig. nova impon. non poſſe Card. de Luca de regal. diſcurſ.* 62. *n.* 3. *& in Miſcell. diſcur.* 43.*ſub n.*6. *Fauſt. in conſil.pro ærar. claſs.* 18. *conſ.* 49. *Balmaſed. de Collect. quæſt.* 10. *nu.* 3.

35 Talemque porrò retinent facultatem, gabellas, ac cętera deſuper allata onera imponendi Principes, non recognoſcentes ſuperiorẽ, ut Imperator, Rex, Principes abſoluti, Dynaſtę cum de regalibus sũt, Collectas, ac alia onera imponere *c.* 1. *quæ ſint regalia in vſib. feud. l. vectigalia* 6. *de publican. & vectigal. Maſtrill.de Magiſtr.lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 219. *Caſtill. de tertijs c.*41. *n.* 78. *& alij per Balmaſed. ubi nuper q.* 2. *n.* 2. licèt *Klock cap.* 4. *n.* 332. autumat jus collectandi inter minora, non verò majora, & merè Regalia referri; ideo illud Ducibus, Marchionibus & Comitibus perpetuam, regalem, & ad ſuos tranſmiſſibilem dignitatem habẽtibus, competere: de qua re faciũt. *Caſtrenſ. conſ.* 34. *n.* 2. 4. *vol.* 2. *Cravett. conſ.* 135. *n.* 2. *& conſ.* 404. *n.*15. *& conſ.*411. *n.* 48. *& conſ.* 983.*n.* 1. *Ko-*

land. conſ. 86. *n.* 20. *& ſeq. vol.* 1. *Decian. conſ.* 5. *n.* 17. 18. *vol.* 4. *Menoch. conſ.* 601. *n.* 1. *Oſaſc. conſ.* 9. *n.* 2. 3. *Peregrin. conſ.* 2. *n.* 17. *vol.* 1. *& conſ.* 9. *n.* 44, *vol.* 2. *& alij per eum.* Veritas tamē concluſionis eſt, omnes Principes inferiores Superiorem recognoſcentes, licèt vaſſallos retineant, Jus collectas imponendi non retinent, ut ex multis fundet Luca *de feud. diſcurſ.* 64. *n.* 5. *tom.* 1. *Lagunez de fructib. c.* 14. *§. unico. n.* 6. *Balmaſed. q.* 4. *n.* 1. Niſi hoc eis competeret ex privilegio, cōſuetudine, prẹſcriptione, ut apprimè fundat *Illuſt. conſil. Germaniæ*, *conſ.* 1. 2. *lib.* 1. *& in q.* 5. *à n.* 21. neceſsitatem ad Collectas imponendas extricat, cum moræ periculo. Reſpublicẹ autem ut Veneta, & Januenſis, ea queunt imponere, ac itidem Civitates ſuo ſubiecto Principi, ex ejuſdem Principis placito nova imponere valent onera, ac gabellas, aliâque tamen urgente neceſsitate, vel publica ſic expoſcente utilitate, edocent. *Vaſq. Caet. Molin. & alij, quos magiſtraliter expendit R. P. D. Salvator Marcheſio C. R. in ſuis aureis reſolutionibus pro immunitate Eccleſiaſtica reſ.* 1. & poſt eum Card. de Luca *de regal. diſcurſ.* 43. *& in Miſcell. rer. Eccl. diſcur.* 5. *ac in ſumm. de regal. §.* 4. *n.* 66. *tom.* 1. *ſupplem.* noviſsimè *Balmaſed. de Collect. q.* 2. *n.* 2. *& in q.* 5. *à n.* 21.

36 Secluſo autem Superioris placito hoc perficere interdictum eſt, *ex d. cap. innovamus, & d. cap. ſuper quibuſdā, & ex tex. in l. vectigalia ff. de public. l.* 2. *&* 3. *C. de vectigal. nova impon. non poſſe Ludovic. Molin. d. diſput.* 667. *n.* 1. 2. *tract.* 2. *de tribut. tom.* 3. *Maximilian. Fauſt. in Conſilio pro ærar. claſſ.* 18. *conſ.* 48. *per totum* quem citat *Balmaſed. q.* 5. *n.* 1. 8. Niſi in oppoſitū immemorabilis vigeret conſuetudo, centum ſcilicet annorū *Molin. diſput.* 75. *tom.* 1. Etenim ex ea cuncta, ad id opportuna, interveniſse prẹſumitur, ſi ex conjecturis mala non detegatur fides *d. cap. ſuper quibuſdam §. præterea, de verb. ſignif. & ex Panorm. ibidem indicat idem Molin.* Attamen bello gliſcente, & publica utilitate ſic poſtulante, quit Civitas collectas imponere, Principe inconſulto, ut inſinuant. *Luc. de Penn. in l. fin. q.* 24. *C. de quib. mun. & præſtat. nem. lice. ſe excluſ. lib.* 10. Bart. *in l. unica n.* 24. *& ibi Celſus in addit. de mulie. & in*

quo

quo loco mul. nu. & *alij quos affert. Illuſtr. Conſil. Germaniæ, conſ.* 9. *n.* 179. *lib.* 1.

37 Juſta igitur accedente cauſa, ac excuſſo priùs Regis patrimonio, *Thomat. de Collect. verſ. noviter n.* 6. *Valenzuel. conſ.* 99. *n.* 20. & alijs noviter adducit *Balmaſed. de Collect: q.* 2. *n.* 20. 21. ubi magiſtraliter de more edocēt exhauſto patrimonio; ac urgente neceſſitate pollet Domin. Rex divites compellere ad mutuandum, quod ante eum dixere *Valenſuel. n.* 17. *Cevall. in commun. tom.* 4. *q.* 906. *n.* 44. *Paſqual. de vir. cap.* 1. *à n.* 6. immo tuta conſcientia allata tunc imponuntur onera, *ad Roman.* 3. & 1. *ad Cor.* 9. *ibi: Quis paſcit gregem,* & *de lacte nō comedit Balmaſ. n.* 7. ad quorū ſolutionē ligantur ſubditi in conſcientia antè Judicis ſententiam; etenim tributa non ſunt pœnæ, ſed inſtituta ſunt tanquam premiū, & Principis merces pro labore, quem ſuſtinet in conſervanda, & gubernanda Republica, ut *in* 13. *ad Roman. cui Tributum, Tributum etc.* quam ſententiā ſtrenuè tuentur *D. Hieronym. ex Theophilact.* ſuper illud *Matth.* 22. *Quæ ſunt Cæſaris Cæſari, D. Thom. opuſc.* 20. *de Regim. Princip. lib.* 1. *c.* 12. & *lib.* 3. *cap.* 5. & 11. & *ſuper cap.* 13. *ad Rom. lect.* 1. Et qui oppoſitū ſentiunt aberrant ſubdit *Caſtr. lib.* 1. *de leg. pæn. cap.* 11. *Coroll.* 2. quē ſequuntur *Ledeſm.* 2. 4. *q.* 18. *art.* 3. *Medin. de reſtit. q.* 13. *Summiſtæ ferè omnes, verb. vectigal, et verb. gabella, Parlad. de reb. quotid. cap.* 3. *n.* 13. *Trigon. ſing.* 89. *et alij per Sāch. conſ. mor. lib.* 2. *dub.* 1. *et*

38 2. *cap.* 4. *n.* 9. ubi cum alijs firmat fraudantes gabellas mortaliter peccare, & ad reſtitutionem teneri, quia peccatum eſt contrà juſtitiā, etiam ſi non Regi, ſed ementibus, & cōductoribus ſolvatur; quoniam ſemper Regi vendenti, & locanti fraudatur: annuitq; *Balmaſed. n.* 9.

39 Si tamen quantum neceſſitas expoſceret exigatur, & ſubditorum vires ſufficerent, ſubdit. *Lucan. de privil. fiſc. tit. de collect. p.* 3. *n.* 2. quòniam ſi juſta haud acceſſerit cauſa, & illegitimas eſſe contributiones, & vectigalia, eaq; fraudantes, vacui ſunt à peccato, & legitimè fraudari poſſunt. Hech. Felic. de Societ. *cap.* 21. *n.* 72. imò & ceſſare etiam debet onus ſolvendi Collectas, cauſſa legitima ceſſante *at ex l. unica, C. de caduc. tollend.* innuunt Auendaños. *de metu lib.* 2. *q.* 23. *Solerzan. de Gubern. Indiar. t.*

Digitized by Google

2. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 16. nevè ad alium poſſit applicare finem, ut mirificè inſinuat *ex tex. in l. fin. C. de his, quæ ex public. collat. lib.* 10. *Merlin. Pignatel. contr. cap.* 2. *n. fin. cent.* 1. *& faciunt Cochli. de contrib. conſ.* 7. *à. n.* 34. *Balmaſed. n.* 25. vel ſaltem pro
40 rata minuere; *Marquez de Guber. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 23. *§.* 1. nec diſcrepat *Balmaſed. q.* 2. *n.* 16. ubi Sereniſs. Philipp. IV. elogium affert, & ante eum Klocki *de ærar. fic. lib.* 2. *cap.* 50. Verum enim verò cuncta tributa tempore pacis indicta, cauſa neceſsitatis, eà ceſſante, adimère periculoſa res eſt, etenim Reſpublica Phyſico aſsimilatur corpori, & ſub perpetuo cœleſtium motu gubernatur? ideò incolumi ſtatu ſemper permanere nequit, quin morbis, plerumq; lethalibus non incutiatur: habent enim Regna ſuas fatales periodos divinitùs conſtitutas; ideò quovis tempore parata eſſe debent remedia, ut confeſtim adhibeantur; paratæ debent eſſe pecuniæ, ut tãquàm nervi rerum gerendarum, pro opportuna morbi medela, applicentur. Reſpuit herclè Senatus Neronis indul-dulgentiam, initio ſui imperij omnia vectigalia redimere volentis, ut graphicè racionatur Gaſpar Klokhi *de contrib. cap.* 7. *à n.* 132. *& ſeqq.* & à pari Schemate, ſi id quod Principibus Populi ſolvũt pro expenſione neceſſaria, aut quantum publica utilitàs expoſceret, haud ſufficeret, quit tunc Princeps nova imponenere onera, & iam impoſita augere, quantum, & quoties neceſsitas efflagitaverit *Cajet. in ſumm. verb. vectigal. Medin. de reſtit. q.* 13. *et* 14. *Dried. de libert. Chriſtian. lib.* 2. *cap.* 5. *Caſtr. lib.* 1. *de leg. pœnal. cap.* 5. *et* 10. *Sylueſtr. verb. gabella, et alij per Sot. de Juſt. et Jur. lib.* 3. *q. fin. artic. ultim. Covar. reg. peccat. p.* 2. *§.* 5. *in fine D. Anton. p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 13. *D. Thom. in epiſtol. ad Duciſſ. Barbant. opuſc.* 21. *In reſponſ. ad* 6. *interrog. P. Ludouic. Molin. d. diſp.* 667. *n.* 1. *tract.* 2. *de trib. tom.* 3. licet ad ſuper-
41 flui reſtitutionẽ teneatur, onera cũ exceſsu imponens. *Molin. n.* 2. Si onera non ſint perpetua, at ſi perpetua fuerint, & deberentur quaſi ex pacto, ſub quo Princeps in ſe ſumpſit cuſtodiam Regni, Civitatis, & maris, tunc itidem bello, haud gliſcente, ac ſolida vigente pace Princeps oblatum ſibi tributum exigit, ſi paratus ſit tempore opportuno tueri, & cuſtodire *Molin. n.* 6. Verum debet Princeps pe-

pecunias conſervare, ut adveniente neceſſitate expendantur, nè novis impoſitionibus ſubditos gravaret. Sotus, Covarr. *& alij ubi ſupra, quos affert.* Molin. *d. n.* 6. Nevè in alium quit Princeps uſum convertere, & tanquam hujuſce pecuniæ cuſtos, & diſpenſator, illam in finem deſtinatum expendere debet: *Tex. in l.* 1. *C. de his, qui ex public. collat. lib.* 10. aliàs eâ abutendo, graviter adversùs Deum peccaret Coler. *conſ.* 1. *n.* 241. & ad reſtitutionem tenetur. Molin. *tom.* 3. *de tribut. diſp.* 667. *n.* 2. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 5. Renat. Choppin. *de doman. Regn. Fran. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 13. Heigi. *lib.* 1. *quæſt. Jur.* 18. *nu.* 10. Erneſt. Cothman. *conſ.* 3. *nu.* 58. *vol.* 3.

Subditi verò ſecluſo exceſſu ad reſolutionem tenentur pro portione congrua, ut ſupra expreſſatum eſt, & faciunt Caſtr. *ibidem* Medin. *d. q.* 13. *& alij per* Sanch. *conſ. mor. d. lib.* 2. *dub.* 1. *&* 2. *cap.* 4. etiã ſi probabile contra Principem adeſſet dubium, & probabile pro vaſſallis ſuper impoſitione collectarum, Principe tamen impoſitionem collectarum eligente, ad ejus tenentur ſolutionem vaſſalli; hoc enim operari Principis authoritatem inſinuant. Dian. *reſol. mor.* 21. *tom.* 1. *tract.* 3. Noguer. *alleg.* 32. *n.* 169. Gibalin. *de univerſ. negot. lib.* 2. *n.* 16. *quos affert* Balmaſed. *n.* 26.

42 Et ſi Rex in maximã inciderit inopiam ſuâ tamen culpà, quia ſuum diſſipaverit patrimoniũ, nequit novũ ſubditis imponere tributũ, *D. Thom. in d. Epiſt. ad Duciſſ. Barban.* Medin. *d. cap.* 13. *de reſtit. verſ. ſecund. requiſ.* Ludov. Molin. *d. diſput.* 667. *verſ. deinde*, Salon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *de vectigal. art.* 1. *contr.* 4. Palatios Rub. *cap. per veſtras, de donat. notab.* 3. §. 27. *nu.* 12. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 13. §. 2. *caſ.* 3. Si alia via quit ſibi conſulere, quoniam cum fuerit in culpa diſſipationis patrimonij tenetur, quod in ſe eſt facere, nè ſuâ culpâ ſubditis damnum ſequatur. D. Thomas, & alij per Sanch. *conſ. mor. d. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 2 *num.* 8.

43 & ut prædiximus ante quam Princeps ad collectarum, aliarumve contributionum impoſitionem deveniat, ſuum tenetur excutere marſupium, alioſque redditus, & tributa expendere, hiſce verò non ſufficientibus non deglubare, ſed tali arte debet ſubditos. Rebuff. *in l.* 1. *C. de Exact. tribut.* Surd. *de alimen. tit.* 7. *qu.*

qu. 22. *n.*6. Muños Eſcob. *de ratioc. cap.* 25. *n.* 23. *et ſequ.* Seſſe *lib.* 2. *deciſ.* 183. *n.* 12. gloriari ſe debet Princeps, tãquàm pater communis patrimonium neceſſitatibus communibus expendere propriũ. Jacob. Ayello, *de jure adohæ in princ.* Borell.*de Cathol.Reg. præſtant. cap.*2. *num.* 38. Menoch. *conſ.* 487. *nu.* 9. 10. *et conſ.* 75. *n.* 34. *et ſeq.* Greg. Cabed. *deciſ.* 49. *n.*3. *p.* 2.

44 His igitur attentis, ad noſtrum redeundo inſtitutum, inquimus,Eccleſiaſticos mordicùs ſuſtinere eos ad tributorum, collectarum, aliorumq; onerum per ſæcularem Principem impoſitorum non eſſe devictos,ſuamque exemptionem non ſolùm ex Divino, quàm humano, poſitivoque jure ſcatere demonſtrant, ex Divino namque jure probant *ex cap.*47.*Geneſ.relato in cap. tributum* §. *quamvis* 23. *q. fin.* ubi Pharao ærumnoſa famis tempeſtate, Joſeph miniſterio univerſam Ægyptiorũ emit terram, quam vendentibus poſtmodùm obſignavit ſub penſione,Regi ſolvendi quintam fructuum partem, ſub qua univerſali Regis ſanctione vacuæ ſacerdotales terræ remanſere; *in Eſdra lib.* 1.*cap.* 7. *evolvitur. Nobis quoque notum facimus de univerſis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathineis,& Miniſtris domus Dei hujus, ut vectigal,& Tributum, & annonas non habetis poteſtatem imponendi ſuper eos.*

45 Planè omne id, quod Deo conſecratur, ſivè homo, ſivè anima, ſivè ager ſanctum ſanctorum Domino erit, & ad ſacerdotale ſpectat jus, indicant *ex cap. convenior* 23. *q. fin. cap. nulli liceat* 12. *q.*2. Gloſſ. *in cap. tributum,*§. *quãvis* 23. *qu. vltim.* nec diſcrepant Quiritum ſanctiones, *ut in Inſtitut. de reb. diviſ.* §. *nullius, &* §. *ſequenti, & in l. in tantùm,* §. *ſacræ, ff. eodem.*

46 In poſitivo itidem jure parilis evolvitur diſpoſitio; in Pariſiẽſi namque concilio ſtatutũ fuit Præsbyterum haud teneri pro Eccleſię agro cenſum ſolvere, nec aliam redhabitionem temporalem correſpondere, *ut per cap. ſecundũ canonicum,& cap. ſancitum* 23. *qu. fin. quod idem diſpoſitum fuit in Lateranenſi concilio per cap. non minùs, & cap. adverſus, de immun. Eccleſ.& in Vienenſi Clement. unica de immun. Eccleſ. in* 6.*& in cap. penult. & ibi* Gloſſ. *verb. Divino de cenſib. in* 6. *& in cap. ſi diligenti, et cap. ſignificaſti, de foro compet. cap. at ſi Clerici,*

cap.

cap. cum ab homine,cap. quali-
47 *ter, de Judic.* ac de Quiritum
jure *in Autent. ſtatuitur, et in*
Autent. ſtatuimus. de Epiſc. et
Cleric. et in Autent. non nulla
communitas, eodem tit. ex qui-
bus interdictum expreſsè eſt
ab Eccleſiaſticis haſce colle-
ctas, ac tributa à Principe ſæ-
culari indicta, exigere; unoq;
congruunt ore Theologi, ac
Summiſtæ ferè omnes penès
Caſtr. Palaum *par.* 1. *de reve-*
rentia debita perſon. Eccleſiaſt.
diſput. unica P. Ludou. Mo-
lin. *tract.* 2. *de trib. diſp.* 670.
per totum tom. 3. Martin. Bo-
nac. *de cenſur. in Bull. Cœnæ*
Domin. diſput. 1. *qu.* 19. §. 3.
punct. 3. *n.* 15. *tom.* 3. *et poſt*
eos R. P. Marcheſius *in ſuis*
reſolut. pro immun. Eccleſ. in
48 *præludio*, agglutinantq; cun-
cti, tales imponentes tributa
ſuper Eccleſiaſticos, eorumq;
bona, peccatum committere
mortale ſacrilegij, adverſus
perſonas Eccleſiaſticas, & ob-
jectum intuitu religionis pro-
hibitum; imò peccatum mor-
tale injuſtitiæ adversùs jus
debitum ipſis Eccleſiaſticis
perſonis, quoniam toti ordini
Eccleſiaſtico præjudicant.

49 Subduntque inſuper, cun-
cta acta per ſæculare Impe-
rium pro hiſce oneribus Ec-
cleſiaſticis impoſitum confe-
cta, eſſe nulla, ac irrita, ex eo
quia prodeunt ab Imperio ju-
riſdictione carente; etiam ſi
nulla fuerit oppoſita appella-
tio, vel ſi Eccleſiaſticus paca-
tus,contentuſque nullam pro-
poſuerit exceptionem, ſolvē-
do id, ad quod devictus haùd
erat *Autent. ſtatuimus C. de*
Epiſc. & Cler. cap. adversùs,
de immun. Eccleſ. cap. ſæcula-
res de for.compet. Covarr. *pract.*
qu. cap. 33. *n.* 2. Salzed. *pract.*
cap. 62. *n.* 2. Farinac. *tit. de*
Inquiſ. qu. 8. *n.* 15. dictus P.
Marcheſius Concivis noſter
in allatis reſolutionibus pro im-
mun. Eccleſ. reſ. 4. ubi diſertè
erudit, hoſce Exactores ad re-
ſtitutionem reneri, ſine qua
abſolvi nequeunt, *d. cap. ad-*
versùs, & cap. non minùs, de
immun. Eccleſ. & ante eum
dixere Paſqualig. *cent.* 1. *qu.*
86.& concinūt relati per Mo-
lin. *d. diſp.* 670. *ſub n.* 2. *tract.*
2. *de trib. tom.* 3. Imò in cen-
ſurarum gladium irruunt, ta-
men lata per Summum Pon-
tificem in Bulla Cœnæ Dñi
reſervata, quàm in ea *in cap.*
quamquam de cenſib. in 6. con-
tenta,non modo imponentes,
verùmetiam omnes, qui quo-
modolibet ad exactionem cō-
currunt, conſulēdo nimirùm,
auxiliando, & favorem præ-
bendo, ac cuncti alij Miniſtri,
Officiales,Collectores, & Exa-
ctores directè, aut indirectè
con-

contrà Eccleſiaſticos haſce collectas, onera, & tributa imponentes, vel exigentes, ut expreſsè habetur *in d.cap.unico de Cler. conjug.in 6.* Et per enunciatum Lateranenſe concilium excommunicationem incurrunt mandantes, Rectores, Conſules Civitatum, Eccleſiaſticas perſonas pro tali contributione, & exactione inquietantes; etiam ſi à ſpontè dantibus exactio allata perficiatur, non autem quia vetitum ſit, Eccleſiaſticis ſpontè, liberèque dare, ſed quia interdictum ſit, hoc intuitu dare, ut evenit quando Eccleſiaſtici, ad evitandas contentiones, & mora tributum ſolverent, ad quod devicti haud erant, ut mirè exprimunt Suarez *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. Steph. Gavant.& Martin. Bonac. *de cenſur. in gener. diſp.* 2. *punct.* 2. *&* *de cenſur. in Bull. Cœnæ Dñi diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 4. *per totum tom.* 3. Quod luculēter evoluitur in clauſ. 17. ejuſdem Bullæ Cœnæ Dñi

50 ibi. *Excommunicamus, qui collectas, decimas, talias, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi, abſque Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt, & diverſis etiā exquiſitis modis exigunt, aut impoſita, etiam à ſpontè dantibus, et concedentibus, accipiūt; nec non qui per ſe, vel per aliū, ſivè alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem, aut votum, ſeu ſuffragium, palam, vel occultè præſtare non verentur, cujuſcunq; ſint praeminentiæ, etc.* quam refert Molin. *d. diſp.* 670. *verſ. poſtremò.*

51 Hiſce porrò recenſitis rationibus per Eccleſiaſticos, pro eorum exemptione adductis, reſpondetur, ac lucidè probatur contributionem allatorum onerum, collectarum, tributorum, & aliorum per ſæculares Principes propoſitorum per Eccleſiaſticos aliquando faciendam eſſe, ſub clauſulis tamen infra adducēdis, itidem ipſis ſacris attentis paginis, ex quibus depromitur ex *Edra lib.* 2. *cap.* 2. Nehemias Artaxerſis Regis Perſarum pincerna veniens Hieruſalem, & videns murum Civitatis diſſipatum, & portas igne conſumptas, dixit Judæis, & Sacerdotibus. *Vos noſtis afflictionem, in qua ſumus, quia Hieruſalem deſtructa*

eſt,

eſt,& portæ ejus, igne conſumptæ ſunt, venite,& ædificemus Hieruſalem, et non ſimus ultrà opprobrium; *& in cap.ſequenti*, evolvitur. *Surrexit Eliaſib magnus Sacerdos, et fratres ejus Sacerdotes, et ædificaverunt portam Regis*; *et in cap.5. cum clamaret Populus propter famē adjuravit Nehemias Sacerdotes, juxtà quod dixerat, videlicet, nè, et ipſi exigerent à Populo centeſimam frumenti,vini, olei; quam exigere ſolebat, quin potiùs darent, nè fame periret Populus*.Ex quibus elicitur Sacerdotes, ubi publica urget neceſſitas, aliquando ſe contribuere deberēt pro reparanda ærumnoſa calamitate, pro ut ſe contribuere debuerunt in recenſitis ſacris paginis.

52 Nec herclè relevat *cap. adductum* 47. Geneſ. Etenim penſio ſolvendi quintam fructuum partem terræ ſacerdotali ibi impoſita,haud fuit,ceù prædijs aliorum, non ex eo quia terra erat Sacerdotum, ſed quia Sacerdotes compulſi, ad vendēdas terras Regi propter famem, minimè fuere, quoniam eos Rex ultrà poſſeſſiones eis aſſignatas,de opportunis cibarijs providere mandavit; ideòque ex hac ratione vacui de recenſita penſione remanſere.

53 Cætera autē jura ſuperius allata,*ac cap. 7. lib. 1. Eſdræ*, regulariter procedunt ubi cōmunis, ac publica neceſſitas haud imminetet,& non aliter, ut atticè conciliando opiniones edocent *ex Panorm. in d. cap. non minus, de immun. Eccleſ. Lucas de Penn. Joa. Platea, & alij in l.fin. C. de Exactor. trib. lib.*10. *Angel. Summ. verb. immunitas. verſ. diſtingo. Bapt. Villalob. in ſuis comm.* 1. *q.* 4. *Sanch. tom.* 1. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 52. *n.* 13. *Innoc. in d.cap. non minus,Ancher. conſ.* 96. *Alex. conſ.* 68. *n.* 13. *vol.* 2. *& alij per Dian. tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 38. *& in tract.* 2. *de parlam. reſ.* 22. *& tom.* 2. *tract.* 11. *de imm.*

54 *Eccleſ. reſ.*11. Qui tamen addunt Eccleſiaſticos teneri ad cōtributionem prędictā onerum, & Collectarum pro publica utilitate,etiam ſi eos immediatè non tangeret, undè inferunt devinci Eccleſiaſticos ad onera pro reędificatione pontium, civitatis mœniorum, aquæductuum cōmunium, viarum publicarum, & ſimilium *tex.in l. ad inſtructionem.* 7. *C. de Sacr. Eccleſ. l.ult. de quib. mun. nem. lice. l. abſit. C. de privileg. Dom. Ang. lib.* 11. & in Hiſpania binæ ad hoc adſunt particu-

lares ſanctiones, *ut in leg.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recompil. & in leg.* 54. *tit.* 6. *p.* 3. *iuncta leg.* 20. *tit.* 32. *p.* 3. *de quibus fusè Dueñas regal.* 100. *Mexia pragm. tax. pan. Concluſ.* 1. *n.* 61. *Guitterr. pract. q. lib.* 1. *q.* 3. *& in alleg.* 10. *Silua. reſp. Jur. lib.* 1. *p.* 3. *reſp.* 5. *à n.* 12. *Azaved. ad d. l.* 11. *Cevall. commun. contr. comu. q.* 415. *tom.* 1. *& q.* 578. *n.* 10. *& q.* 726. *n.* 19. *Borell. de Mag. edict. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 57. *Vaſq. de ſucceſſ. lib.* 3. *limit.* 7. *n.* 181. *Carol. de Graſſ. effect.* 3. *n.* 227. *ad* 248. *Rot. Rom. Recen. deciſ.* 42. *n.* 3. *p.* 4. *& deciſ.* 338. *p.* 6. *Recenſ.* quas refert *Sanleg. reſol. Canon. cap.* 30. *n.* 6. *vol.* 1. ubi octo concurrentibus annuere videtur, quæ itidē affert Ventrigl. *prax. Eccl. annot.* 14. *§. unic. ſub n.* 25. *Ant. Theſaur. deciſ.* 235. *n.* 10. *Gaſ. filius lib.* 1. *q.* 13. *& q.* 93. *lib.* 3. *idem, & in loco à perſona ad locum diff.* 9. *§.* 4. *n.* 9. annuitque *Gloſſ. in cap. non minus in verbis relevandis, & ibi Innocent. n.* 6. *D. Anton. in ſum. p.* 3. *tit.* 12. *§.* 2. *de immun. perſonar.* ſicque deciſum affert Oſaſc. *deciſ. Pedem* 181. in qua annuere nonnulli Præſules, Epiſcopi, alijque Eccle-
55 ſiaſtici Prelati ibi præſentes, nec cæteri Canoniſtæ diſsident, ſi tamen Pontificis aſſenſus, & clauſulæ infrà exprimendæ intervenerint, ut ſervatum fuit Piſis anno 1600; ex ſpeciali Clement. VIII. reſponſo, per quod permiſſum evolvitur collectari Clericos ad reparationē Civitatis murorum, ac pontium, laicorum bonis non ſufficientibus, ut inſinuant *Mart. de juriſd. p.* 4. *centur.* 1. *Caſ.* 1. *n.* 58. *& refert Dian. de parlam. reſ.* 22. *Cutel. de imm. Eccl. lib.* 2. *q.* 39. *Borrell. ad Petr. in ſpecul. Princip. rub.* 16. *Cavalcan. d.* 44. *n.* 200. *p.* 1. imò agglutinant cæteri, quod ubi publica utilitas, ac neceſsitas præſſerit ſine Sum. Pontificis veniâ conſentientibus Epiſcopo, & clericis factum tenere, quamvis delinquatur contrà Eccleſiaſticam Immunitatē. Etenim in enunciatis Canonicis juribus, clauſula irritans haud legitur, ut graphicè erudiunt *P. Suarez ad Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 17. *Bonac. in Bull. Can. Dom. diſp.* 1. *punt.* 3. *q.* 19. *§.* 3. *tom.* 3. *Azor. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. Quod quandò laicorum vires non ſuppeterent, & periculum eſset in mora, nam tunc Epiſcopi, & Cleri, conſenſum ſufficere, ſubdunt *Angel. ſumm. verb. Immunitas n.* 37. *Oſaſcus n.* 21. *Molin. de tribut. tract.* 2. *diſp.* 672. *n.* 5. allati, & *Bonac.*

nac. n. 16. licèt hoſce delinquere affirmet ex *Suarez lib. 4. de imm. c.* 26. *n.* 17. *ad finem.*

57 Et ſi oppoſitam ſententiam conantur tueri nonnulli non inferioris tamen notæ, affirmãtes, Eccleſiaſticos haud teneri ad contributionem onerum per ſæculares Principes impoſitorum, quoties utilitas, & neceſsitas non immediatè, ſed remotè, & ſecundariò ſuũ tangeret intereſse, quatenus Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonę ſunt partes ipſius Reipublicæ; quę pariter fruuntur eo bono, ac commodo, ceù cęteræ perſonæ, quæ cõtribuũt, ut quando onera imponuntur ad reficiendos muros, ad conſtruendam arcem, ad conficiendum, vel reficiendum publicum puteum, pontem, vel fontem, aut aquæductum, ut *ex Panorm. in d. cap. non minus de Immun. Eccl.* inferunt infrà citandi, ſubdentes, quod aliàs minus anguſtum, & propè nullum foret in hiſce oneribus publicis Eccleſiaſticorũ privilegium *Leſs. tit. de tribut. & vectigal. cap.* 4. *dub.* 5. *n.* 25. Nevè allatam rationem membra Civitatis inficere putant, quoniam Reipublicæ

58 membra tunc ſentiẽdo commodum, ſentire debent incõmodum, quoties privilegiata, nõ ſint, ac ſecus ſi privilegiata, alioquin nullius roboris eſset Eccleſiaſticorum privilegiũ, & tantum ad haſce contributiones Eccleſiaſticos admittũt, ubi neceſsitas, & utilitas eos immediatè tangeret, conſulto itidem Rom. Sum. Pontifice, & ſi bona laicorum non ſufficerent pro expenſis opportunis, requiſitis priùs omnibus Eccleſiaſticis, cunctiſq; annuentibus in allata impoſitione, & onerum exactione, ut inter alios mirificè inſinuant *Caſtill. de tertijs tom.* 7. *c.* 9. *Guttier. de gabell. q.* 92. *& conſonant. P. Marcheſius in reſol.* 7. *pro Immun. Eccleſ.* ac antè eos dixere *Marchinus de peſte p.* 4. *cap.* 4. *P. Ant. Dian. reſ. mor. tom.* 4. *tract.* 1. *de Imm. Eccl. reſ.* 12. *& p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 40. *& reſ.* 133. & refert deciſum per Rot. Rom. Farinac. *deciſ.* 22. *Cavalcan. d. deciſ.* 44. *n.* 100. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 27. ut quandò fluuius inundaret agros Eccleſiaſticorum, & laicorum, pro cujus reparatione, aut pro expurgatione Aluceorum, aut pro diſſipatione locuſtarum, quandò damnum, & utilitas eſt etiam privata reſpectu Clericorum, cuncti coguntur ſe contribuere ad expenſas neceſſarias tam Eccleſiaſtici, quam laici pro viribus, tamen per æs, & libram,

cum Epiſcopi conſenſu erudiunt *Tabien. verb. excomm. 5. caſ.* 18. *n.* 4. *Ludou. Lopes in prim. inſtruct. novi cap.* 190. Mexia *pragm. tritici concluſ.* 1. *n.* 61. Cæſ. Panimoll. *deciſ.* 6. *nu.* 24. nullaque adhibita inquiſitione, an univerſitatis bona ſufficiant, concludit Sanch. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 7. & ex concordiali, & partili repartitione fit cõtributio Molin. *d. tract.* 2. *de tribut. diſp.* 672. *in* 2. *concluſ.* Card. de Luca Miſcellan. *diſcurſ.* 2. 3. 4. *tom.* 14. hoc idem concludentes in bello, fame, & peſte Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. Dian. *p.* 1. *reſol.* 40, *&* *tom.* 4. *tract.* 1. *de immun. Eccl. reſ.* 11. Molin. *ibidem. ſumma Angel.* Abb. Heu. Tabien. Sanch. & alij, Dian. *tom.* 2. *reſ.* 40. Cun-

59 cti affirmantes in hiſce caſibus, Eccleſiaſticos non tantũ poſitivo teneri jure, quam ex juſtitia, & naturali jure; etenim bonum, quod perficitur, & ad quod contribuitur, directè ac proximè Eccleſiaſticorũ utilitatem, eorumque bona reſpicit, nec diſcrepat Bonacin. *de cenſur. in Bull. Cœn. Dñi diſp.* 1. *punct.* 3. *q.* 19. *§.* 3. *n.* 17. *tom.* 3. qui cum *Suarez tantũm* in ſolutionis nomine diſ-

60 ſidet; caſu igitur recenſito adveniente prævia conſultatione inter Eccleſiaſticos, & ſæculares, omnibus annuentibus ſit taxa pro rata, & cum Epiſcopi ordinarij conſenſu, ex pacto rationabilis perficitur Eccleſiaſticorum obligatio pro expenſis neceſſarijs, nevè hoc dicitur tributum, ſed contributio, quam ipſimet imponunt propter intereſſe,

61 quod habent; at ſi Eccleſiaſtici renuerint, vel pars eorum diſcrepaverit, tunc conſulendum eſſe Sum. Pontificem, firmant Card. de Lugo, & alij ubi ſupra, niſi periculum eſſet in mora, quo caſu Epiſcopi ſufficere concenſum concludit Dian. *tom.* 4. *tract.* 1. *reſ.*

62 21. imò periculo haud imminente ſemper conſulendum eſſe Pontificem, erudiunt Caſtill. *de terſ. tom.* 7. *cap.* 9. Guitter. *de gabell. q.* 92. Marchin. *de peſte p.* 4. *cap.* 4. & factitatum indicat Mart. *de juriſd. p.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 1. *n.* 52. ut fecere Florentini, qui pro reparanda Arni fluvij inundatione Clementis VIII. conſenſu impetravere. Et in Urbe feliciſſima Panormi pro ærũnoſa peſtis calamitate poſt diuturnam Theologorum cõſultationẽ Urbano VIII. reſcriptum fuiſſe refert P. Dian. *p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 40. & ita ſervatum fuiſſe teſtatur anno 1622. in Ducatu Mediolanenſi, ac in Etruria eodem

an-

Digitized by Google

anno. Et quamvis hæc recenſita eorum ſententia ex regula exemptivà à publicis oneribus, quæ Eccleſiaſticis aſſiſtit, de qua fusè *Rot. Rom. recenſ. coram Dom. Corrado in deciſ.* 412.*p.*9.& Card.de Luca *de regal. diſcurſ.* 58. *nu.* 4. vera ſit, & à majori Canoniſtarum, & Moralium calculo amplexa; ferè omnibus edocentibus, ſecluſa proxima, & immediata Eccleſiaſticorum utilitate,& damno communi, & ubi principaliter publica
63 reſpicitur utilitàs,& ſecundariò, effectu jam conſumato commodum, & privatorum beneficiũ, Eccleſiaſticos neutiquàm teneri, quam ſententiam expendit Card. de Luca *Miſcell. diſcurſ.*2.*n.* 42.*in fin.* etenim Eccleſiſtici cum orationibus,jejunijs,& vigilijs æqualance contribuũt, & nunquam forſosè, ſed tantùm voluntariè, humiliter per laicos rogati, ut in *cap.non minùs de immun. Eccleſ. & ibi Panorm. n.* 18. *&* 20.*& conſ.*3.*vol.*1. Gloſſ. *in cap. generaliter* 16. *qu.* 1. *verſ. collationibus*, Lopes, & Tabien. *ubi ſupra* D. Anton. *p.* 3. *tit.*22.*cap.*3.§.2.
64 Attamen eorum enunciata ſententia locum ſibi nõ vendicat, ubi commune imminet periculum, tam reſpectu Eccleſiaſticorum, quàm laicorum, ut elarè firmavere. *Ant. Butr. in cap. pervenit de immun. Eccleſ. & ibi* Bohic.*in d. cap. Archidiacon. in c. juxtà* 1.*il.* 2. 16.*qu.* 1. Deci. *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtit.* Angel. *in ſum.verb.immunitas n.* 35. 37. Tiraquell. *de Nobil. cap.* 20.*nu.* 161. Petr. Ubaldiſ. *de collect. q.* 21.*n.*36. Gigans *de penſion. qu.* 90. & alij quos afferunt *Illuſtria conſilia Germaniæ,conſ.*9. *pertum. & conſ.* 12.*ferè per totum,& poſt eos* D. Micha.Cortiad.*deciſ.* 230. *à n.*75.*& ſeq.tom.*3. potiſſimũ quoties laicorũ vires nõ ſufficerent,ut elatè ratiocinãdo erudiũt Mencha.*controverſ. uſufreq. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. Guttier. *alleg.*10.*n.*2. Queſad. *quæſt. jur. Civ. cap.* 4. *nu.* 15. 16. ut in trãnſitu publico, & frequenti indicat Rebuff. *tom.* 1. *conſtit. Reg. Franc. tit. de ſenten. proviſ. art.* 3. Gloſſ. 6. *n.* 3. 4. Gloſſ. *in l.ad inſtructiones C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ante eos Abb. *in cap. non minùs nu.* 18. *de immun. Eccleſ.* Cavalcan. *deciſ.* 44. *nu.* 100. Diana *par.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 11. quos affert Antonell.*de regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 27. ſi ibi Eccleſiaſtici bona retinerẽt temporalia Bald. *in d. l. adinſtructiones*, Rebuff. *n.* 5. Cæpoll. *de ſervit. ruſtic. præd. tit. de ſervit. viæ q.* 25. *n.* 47. 48.

ita

ita quoque parili ſchemate militat reſpectu laicorū, in hiſce oneribus, in quibus principaliter Clerici devincuntur, nā ſi publica adeſſet utilitas, laici tenentur ſe contribuere, ut in charitativo ſubſidio ab Epiſcopo impoſito dixere ex *cap. cum Apoſtolum prohibemus extr. de cenſ. Cap. cavendum, et ibi Archidiacon. in par.* 17. *q.* 3. quam cōcluſionem veram, ac communem eſſe dixere Imol. *in C. Roman. de cenſ. in* 6. Franc. & Gemin. Decian. *reſp.* 14. *n.* 25.

Bonis igitur laicorum nō ſufficientibus, de Pontificis aſſenſu, obligantur Eccleſiaſtici, Cæſar Panimoll. *deciſ.* 6. *nu.* 28. etiam ſi damnum, & utilitas eos immediatè, & proximè non tangerent; Menoch. *conſ.* 1000. *n.* 21. 29. 44. Surd. *conſ.* 301. *n.* 34. 35. Gratian. *diſcep. tom.* 1. *cap.* 149. *n.* 44. 45. Caball. *reſ. crim. cent.* 1. *caſ.* 9. *n.* 11. P. de Franc. *deciſ.* 9. *n.* 3. *Epiſc. Venerus de examine Epiſc. lib.* 9. *cap.* 37. *de immun. Eccleſ. n.* 3. *in fin.* Bonac. *de cenſur. in Bull. d. diſp.* 1. *punct.* 3. *q.* 19. *§.* 3. *n.* 16. 17. & exactio per loci ordinarium Antiſtitem perficitur, ut ex celebri *conſ.* 3. *p.* 1. Abb. Fagnan. *in cap. non minùs, de immun. Eccl. n.* 23. Card. de Luca *de regal. diſcurſ.* 58. *n.* 12. & *diſcurſ.* 51. & 59. & *in* Miſcellan. *diſcurſ.* 2. 3. & 4. *tom.* 14. quam ſententiam germanam, veramq; eſſe prædicat, & ſępè per Sacr. Sedem Apoſtolicam approbatam.

65 Imò ſi tanta immineret neceſſitas, quod abſque aliorum ſcandalo, & periculo poſſibile haud eſt, priùs Romanū cōſulere Pontificē, tūc ſat eſſe Epiſcopi, & Clericorū deliberationē, exallatis inſtruit Sanch. *conſ. mor. d. dub.* 55. *n.* 28. omnibus tamē annuētibus Eccleſiaſticis. Dian. *reſolut.* 133. *p.* 1. *tract.* 2. *et p.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 11. ubi erudit, hāc neceſsitatē verificari ad unū actū perficiēdū intrà tamen breve tempus, at ſi ad longium tenderet tempus, ſemper Romanū conſulendum eſſe Pontificem, ad oneris continuationem, nec diſcrepat. Antonell. *de regim. Eccleſ. d. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 29.

66 Hanc porrò exactionem, & Eccleſiaſticorum coërctionem pro recenſitarum collectarum ſolutione, omninò per Eccleſiaſticum loci ordinariū faciendam eſſe, dixere communi voto Theologi, Canoniſtæ, ac Juriſconſulti, inter quos Card. de Lugo *tom.* 2. *diſput.* 36. *ſect.* 8. Sanch. *lib.* 1. *conſ. mor. de gabellis, & vectigal. cap.* 4. *dub.* 55. *nu.* 32. 33. P. Dian. *tom.* 1. *tract.* 2. *de* im-

immun. Eccleſ. reſol. 41. Leſſ. *de trib. & vectigal. dub.* 3. *nu.* 24. Thom. del Bene *de Parlam. dub.* 4. *ſect.* 19. Covarr. *pract. quæſt. cap.* 33. *in fine*, Sarment. *lib.* 7. *ſelect. cap.* 13. *per totum.* Etenim in recẽſitis caſibus Clerici devincuntur ex vi directivæ rationis, non autem coactiva vi, & coram ſuo Eccleſiaſtico Prælato pulſandi ſunt, ut itidem cum allatis concinuit Antonell. *ubi ſuprà n.* 32. alioſque affluenter laudat D. Mich. Cortiad. *deciſ.* 201. *n.* 7. *tom.* 4. *et deciſ.* 230. *n.* 79. Sunt ſanè Eccleſiaſtici, ut ſacri imperãt Canones, prorsùs ac radicitùs à ſæculari Jmperio immunes, meritò ſemper pulſandos eſſe coram ſuo Eccleſiaſtico Judice, tam quo ad perſonas, quàm quo ad bona, ut firmant nuper citati.

67 Verùm enim verò, ubi in moræ periculo talis exequutio, ad Eccleſiaſticum ſpectat Judicem, & ad eum, ut cumq; recurrendum eſt, ſi ipſe effectum diſtulerit, vel agiliter exactionem, vel coërctionem diſſimulaverit, flagitationibus, laicisque petitionibus in caſſum erogatis, poſſe laicum Imperiũ, ſeù Principem contrà Eccleſiaſticos in vim defenſionis ſuum experiri jus, autumavere Salzed. *de leg. polit. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 20. Cutell. *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 42. Villalob. *in ſumm. verb. Eccleſia nu.* 2. Pappon. *deciſ.* 68. Anguan *de leg. lib.* 2. *contr.* 15. Sanch. *conſ. mor. d. dub.* 55. *n.* 33. *lib.* 2. *cap.* 4. & poſt eos cõprobat Cortiad. *deciſ.* 201. *n. fin.* quem præ manibus recepimus poſt hoc exaratum Opus. Per bonorum captionẽ inſinuant Theſaur. ad Theſaur. *deciſ.* 234. *n.* 35. Cortiad. *deciſ.* 230. *nu.* 81. *tom.* 4. ſi inſtantanea prçſſerit ærumna Oſaſcus *deciſ. Pedem.* 181. *n.* 23. Morl. Empor. *tit.* 9. *q.* 1. Hermoſil. *ad Lopes leg.* 3. *tit.* 5. Gloſſ. 1. *ſub n.* 68. *& in prælud. tit.* 1. *p.* 5. *n.* 15. Caſtillus *de terſ. cap.* 9. *à n.* 26. Salgad. *de retent. Bull. part.* 1. *c.* 1. *§. unico n.* 69. ubi abſolutè ſuſtinent, urgente neceſſitate, ac moræ periculo concurrente, ſolus Rex hoc perficere quit, cum quibus annuit Balmaſed. *de collect. q.* 19. *n.* 39. quod reticuere Canoniſtæ tãtùm exactionis munus ad Eccleſiaſticum loci ordinarium tribuentes.

68 Ratio autem cur Princeps ſæcularis quit in hiſce imminentibus periculis, communẽ diſſipationem minãtibus, diſſidente tamen Eccleſiaſticò Antiſtite, opportunum adhibere remediũ, neceſſitatiq; cum

cum Eccleſiaſticorum coërctione, quo ad bona tantùm ſuccurrendo,ea eſt, quam ipſimet Theologi, & Canoniſtę admittunt, pro excuſanda cõſultatione cum Rom. Pontifice, ubi periculum imminet, nimirùm propter neceſſitatẽ;
69 neceſſitas enim facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum; *cap. quod eſt illicitum, de reg. jur.* ipſaque ſuo tempore legem haud recognoſcit, *cap. ſicut, de conſecrat. diſtin.* 1. *l. unica ff. de off. proconſ. et ibi* Gloſſ. *verb. expedire*, undè ſuppoſita neceſſitate quit laicus baptizare, *cap. conſtat, & cap. ſanctũ eſt de conſacr. diſtin.* 4. Felin. *in cap. cum dilecta, extra de*
70 *reſcript.* Etiã ſi fuerit mulier, Maurus, vel Hæreticus; dummodò habeat intentionem faciendi quod facit Eccleſia, & qui auſus fuerit oppoſitum aſſerere anathema erit, *per Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *can.* 4. *Epiſcop. Venerus de examin. Epiſcop. lib.* 2. *cap.* 3. *de Baptiſmo, & Juſtif. n.* 11.
71 Et Eccleſia, quam aliàs incaſtellari vetitum eſt, urgente neceſſitate, queunt milites eas incaſtellari, ut actiicè alios cumulant caſus in caſu neceſsitatis *Petr. de Greg. Sintagm. ultim. Tiraquell. de retract.* §. 1. *Gloſs.* 6. *n.* 32. *&* 26. *Gloſſ.* 1; *num.* 18. *& in tract. de pœn. caſ.* 33. *Caſſan. de conſuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *n.* 15. ubi de fame loquitur, quę acutiſsimus enſis eſt, ob quam patiens ad ju-
72 risjurandi obſervantiã haud tenetur. *Bald. in l. pactum fin. C. de Collat.* Quod pariter cõprobavere primi Sancti Patres in veteri teſtamento; etenim tantum Sacerdotibus licitum erat Propoſitionis comedere panem, attamen Chriſtus Dominus noſter non condemnavit David, nec ſuos eſurientes, qui non habentes panes laicos, comederunt Propoſitionis panes *Matth. cap.* 12. *&* 4. *Reg.* evolvitur, & Aſia Judę Rex, ut ſe tueretur à Baaſſa Iſrael Rege, qui in Judeã cũ gente venerat, & omne argẽtum, & aurum, quod remanſerat in domo Domini tulit, ut Sacris evolvitur paginis, pari leſque caſus affert *Socr. lib.* 6. *cap.* 12. *Victor de perſec. Vãdal. lib.* 1. *Ant. Nebriſſ. Hiſtor. ver. Hiſp. lib.* 4. *cap.* 2. *decat.* 1.
73 Rursùs inſinuant Doctores valere Principem ſæcularem gliſcente bello, nec ſufficientibus ſæcularium bonis, etiam inconſulto Rom. Pontifice, ſi mora non permittitur calices, cruceſque capere, ac cuncta alia Eccleſiæ bona pro ſubvẽtione, dummodò quod tempore

pore pacis reficiat, *Cyn. in l. neminem C. de Sacr. Eccleſ. C. Afflict. tit. quæ ſint regal. de uſib. feud. n. 78. Chacheran. Oſaſc. d. Pedem. 181. n. 23.*

74 *E*x quibus depromitur, imminente periculo, adeò ut neceſſitas vehemens, & magna cognoſcatur, ità quòd veriſimiliter à periculo, quod imminet, evadere poſsibile haud eſt, niſi opportunum, celereque adhibeatur remedium, & urgens neceſsitas excludat expeditum recurſum ad Pontificem, ob loci diſtantiã, ſi Eccleſiaſticus Prælatus inter haſce damnoſas moras diſtulerit neceſsitati ſuccurrere cũ Eccleſiaſticorum contributione, & dãnũ, quod imminet ęqua lance Eccleſiaſticos percutit, quàm laicos, & horum facultates non ſufficerent, queunt ipſimet Eccleſiaſtici ſe concordialiter contribuere abſque Pontificis placito, ut ſat explanatum eſt, ſic & ipſe Epiſcopus hoc idem perficere quit inconſulto Pontifice;

75 *Venerus de exam. Prælat. lib. 9. cap. 37. de imm. Eccleſ. n. 4. & 12.* potiſsimum in hiſce cõtributionibus momẽtaneis, & non continuis, ut ſuprà explanatum eſt; & agitur pro eſtinguenda peſte, fame, & bello, ac pro ædificatione Civitatis mœniorum, & ſimiliũ provenientium ex inevitabili neceſſitate, & ex accidenti, in quibus cõſultationi locus minimè eſt. *E*t ſi in eis totum peragere poſset *E*piſcopus; ità ne tota univerſitas miſerrimè pereat, efflagitat ęquitas, rei humanę fulcrum, ne videlicèt deficientibus nervis pars prorſus exhauſta fatiſcat; ideò valet ſęcularis Princeps, ad quem ſui ſtatus cõſervatio principaliter tãquam pater ſpectat *ut cum Caſtill. Salgad, & Hermoſill. concludit Balmaſed. ubi ſupra* adhibitis priùs humiliter omnibus flagitionibus opportunis, diſponere omne id, quod veriſimiliter credatur eſse de mente Sum. Pontificis, pro conſervatione ſubditorum, & imminentis periculi medela, & proindè exactionem rationabilem, & Juſtificatam inter Eccleſiaſticos modeſtè facere, eiſq; renitẽtibus, per eorũ bonorũ captionẽ (perſona sẽper ſalva;) Nec herclè credẽdũ eſt pietatẽ, ac Sum. Põtificis ſedulitatẽ, aliter ſentire, cũ alienũ, ac prorsùs improprium à ſuo Paſtorali affectu aliàs foret.

76 At ubi neceſsitas tangit communiter *E*ccleſiaſticorum, & laicorum utilitatem remotiſſimè tamen, quia reſpicit utilitatem, ac totius Regni neceſſitatem, *E*ccleſiaſtici hoc

in caſu non tenentur ad contributionem faciendam; etenim aliàs ad omne ligarentur tributum, cum hoc ut juſtè imponatur, publicam debet reſpicere utilitatem,& ſic Eccleſiaſtici ſemper tenerentur, quod aſſerere nefas eſt,ut graphicè rationcinantur Ricard. *quolibet* 3. *q.* 27. Caiet. *verb. vectigal.* Dried. *de libert.Chriſtian. lib.* 2.*cap.* 5. Caſtr. *lib.*1. *de leg. pœn. cap.* 11. *concluſ.*2.

77 attamen ſi neceſſitas urgentiſſima fuerit, & cõmunis laicis, & Eccleſiaſticis, & bona laicorũ nõ ſufficerent,cõmuni accedẽte cõſenſu,conſulto tamẽ Sum. Põtifice, ligãtur Eccleſiaſtici ad expenſaũ ſolutionẽ rata, Sãch.*cõſ.mor.lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 35. 36. 37. vide Fermoſ. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitution. quaſt.*11.*n.* 10. ubi affluenter, & ante eos Hipp.Rimin. *conſ.* 2.*n.* 11. & *conſ.* 4. *num.* 21. Surd. *conſ.* 301.*n.* 3. & *conſ.* 490.*nu.* 2. Weſembec. *conſ.* 42. *num.* 3. Decian. *reſp.* 14. *n.* 12.

78 Ad hanc demũ perſolvendam materiam inquimus,Eccleſiaſticorum conſenſus tunc rectè accedere dicitur, quoties Epiſcopi, ac Capituli Eccleſię Cathedralis conſenſus intervenerit, Suarez *ad Reg.Angliæ lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 17. & *ſequ.* Caſtr. Pala. *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *punct.* 9. licèt aliorum Eccleſiaſticorum conſenſu indigere, ex magis tuta, ac probabile ſententia erudiunt Barboſ. Belec. Magal. Bonac. & alij relati per Diã. *tom.*4.*tract.* 1. *de immun. Eccleſ. reſol.* 11. ſicque in Ducatu Mediolanenſi ſervatum fuiſſe, ac deciſum per *Rot. Roman. affert* Marchin. *de peſte p.*4.*cap.*11. *n.* 17. Cum conſenſu Epiſcopi, Capituli, & foraneorum Vicariorum addit Bonac. *de cenſur. in Bull. Cœn. diſput.* 1. *q.*19.*punct.*3.§. 3.*n.* 16.*tom.*3. Verùm primam opinionem in praxi amplexam eſſe notavimus.

79 Laicorum rursùs bona tũc non ſufficere dicendum eſt, quoties bona Civitatis patrimonialia, & privatorum non ſufficerent,ut ex Urbani VIII. reſcripto ad Mediolanenſes depromitur ibi. *Quando facultates Communitatum,& hominum illius Civitatis non ſufficerent.* Sicque pariter autumavere Card.de Lugo,Pat.Dian. *reſ.* 11. *tract.* 1. *tom.* 4. Fermoſin. *in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ q.* 12. *à n.* 59. *cum ſeq. de conſtit. D. Micha. Cortiad. deciſ.* 230. *n.* 86. *tom.* 4. *ſed Caſtr.Palaus tract.* 12. *pun.* 9. *tom.* 2. admittit ut probabile, ſufficere, ut bona communi-

tatis

tatis non eſſet ſufficientia, cũ difficile ſit pervenire ad particulares.

80 Subditque equidem *ex Megal.& alijs Diana*, laicorum bona nõ ſufficere, quoties iſti, pro ſolutione gabellæ imponendæ, cogerentur ſuis facultatibus privari, quę quotannis pro eorum indigent ſubſtentatione: *P. Diana p. 1. tr. 2. reſol.* 134. *& p. 5. tract. 1. reſol.* 11. quem affert. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.4. cap. 5. ſub n.* 27.

81 Cęterum Eccleſiaſtici pro oneribus mixtis, & perſonalibus non tenentur itidem, Quiritum attento Jure *tex. in l. 1. & 2. C. de Epiſc. & Cler. Antonel. de regim. Eccleſ. lib.4. d. cap. 5. n.* 8. ubi nonnulla recenſentur onera, quę perſonalia dicuntur, & quę impoſita ſunt perſonis propter bona, à quorum ſolutione exempti ſunt Eccleſiaſtici, ut dixere *Ciarlin. contr. cap. 5.* 103. *n.* 21. *& ſeqq. Duard. in Bull. Cæn. can.* 18. *q.* 6. *n.* 6. 9. *& alij per Ventrigl. in prax. ann.* 14. *§. un. n.* 12. at ſecùs promerè realibus eorum afficientibus bona, ſequuntur nãque iſta Eccleſiaſticos, & exẽptos, ſi onus perpetuum ſit, fixum ac invariabile, *cap. ſi tributum,* 11. *q.* 1. *cap. tributũ* 23. *q.* 8. *cap.* 1. *in fin. de cenſib. Auth. item prædium C. de Sacr. Sanct. Eccl. l. fin. C. de Exact. trib. lib.* 10. *Abb. in cap. ex literis, de vit. & hon. Cler. Ricc. prax. p. 3. reſ.* 130. *&* 134. *& in Collect. deciſ.* 504. *p.* 3. & hanc communem autumãt eſſe ſententiam, *Bellet. diſquiſ. cleric. tit. de exemptione cleric. & eorum bon. à mun. publ. §.* 3. *Bonac. de contractib. diſp.* 2. *q.* 9. *pun.* 2. *n.* 2. *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 42. *n.* 11. 12. *p.* 4. *Paul. Rub. annot. ad deciſ.* 41. *n.* 13. *p.* 9. *recenſ. Caſ. Panimoll. deciſ.* 6. *n.* 7. 8. etiam ſi ejus ignoretur initiũ Card. de Luca *de regal. diſc.* 50. *&* 51. *& in ſumm. ibidem* ubi ità paſſim Sacr. Congregatio ſic ſtatuere conſuevit Molin. *tract.* 2. *de trib. diſp.* 672. *n.* 3. *tom.* 2. Etenim licet per mutationẽ perſonæ, rei qualitas mutetur. *l. licitatio §. ff. de public. & vectigal.* attamen rei qualitas, quę ratione ipſius rei inhæret, haud mutatur, vt affluenter probat *Perez lib.* 1. *ord. tit.* 5. *l.* 1. *§. præterea*, & ſic res tranſit cum ſuo onere *Alvar. Velaſc. de jur. Emph. p.* 1. *q.* 17. *n.* 7. *Ægid. Thomat. de Collect. cap. exactio n.* 35. *Otalor. de nobil. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. 10. *& poſt eos Sanch. lib.*2. *cap.* 4. *dub.* 57. *n.* 1. ut ſi res ſit affecta onere tributorum, ratione ipſius rei ante quàm

ad Eccleſiaſticos deveniret, ea tributa ſolvere tenentur Eccleſiaſtici, ad allata ſuccedentes bona, quę cum ſuo jam efformato, ac certo onere, tanquam lepra ad leproſum tranſit. *L. cum poſſeſſor 5. §. fin. ff. de cenſib. Lud. Molin. de trib. diſp. 672. n. 3. Marot. de Collect. c. 5. à n. 1. Caſtill. de terſ. c. 36. n. 55. Klocker de Collect. c. 12. n. 87. Balmaſed. eodem tract. c. 19. n. 25.* alias tenentur dimittere, *Ventrigl. prax. ann. 14. §. unico n. 30.* ità & ſi ad clericū legata fuerit res, cum onere Collectas ſolvendi, eo caſu eas ſolvere tenetur Clericus, ut mirificè edocent *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ n. 77. de conſtit. Azor. Inſtit. mor. lib. 5. cap. 13. verſ. ſecundo Mart. de Juriſd. p. 4. caſ. 14. Antonell. n. 21. Panimoll. n. 7. 8. Sanleger. d. cap. 30. n. 8. 13.* vel in actu acquiſitionis, ſub fœdere ſolvendi talia onera, ſe obligaverit, Eccleſia, vel Eccleſiaſtici, nam tunc immunitate non potiuntur Rot. Roman. Recen. deciſ. 339. *n. 62. p. 6. Sanch. oper. moral. lib. 2. c. 4. diſp. 57. n. 8. Sanleger. n. 13. Britus de locat. p. 3. cap. 21. n. 36.* at ſecùs ſi ratione perſonę, ut ſi tributis obnoxia ſit, ex generali legis obligatione, & hypotheca, ex quo Regi ſunt tacitè devicta omnia prædia privatorum, *ut ex tex. in l. 1. & 2. C. in quibus cauſ. pign. tac. contrab.* nā tunc ſi tale obnoxium prędiū ad Eccleſiaſticum perveniret, abſque ullo onere tranſit, ut in figuratione caſus de ignobilis prædio, ſuper quo ratione, & obligatione ignobilium ſolvitur aliqua ſervitij sūma, ſi ad Eccleſiaſticum pervenerit, abſque allato onere pervenire debet; tale etenim onus, non ratione rei, ſed perſonæ, debetur, quod ex perſonæ mutatione mutatur, *Guttier. Otalor, & omnes Summiſtæ Perez d. l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. §. ſi pater tributarius, Azaved. l. 11. tit. 3. lib. 1. recop. n. 18. & alij per Sanch. d. d. 57. n. 3.* ubi reprobata *Bart. Cautela in l. placet, n. 4. C. de Sacr. Eccl.* hoc idem firmat *Antonell. d. lib. 4. cap. 5. n. 11.* quod idem aſſerendum eſſe, inquimus, in oneribus mixtis, pro quibus Eccleſiaſticos non teneri, & firmavere ex Quiritum jure per *tex. in l. 1. & Auth. item nulla cōmunitas C. de Epiſcop. & Cleric. & ex cap. adverſus de imm. Eccl. & cap. 1. eodem in 6. Bellet. d. §. 1. n. 11. Bero. conſ. 37. n. 17. vol. 1. Antonell. n. 9. 10.* ubi firmat Clericos immunitatis clypeo gaudere pro collectis, quę impo-

ponuntur perſonis pro rebus; etiam ſi perpetuò eſsent impoſitæ à Principe,& ante eum dixit *Belleci. ubi ſuprà ʒ. 5. Merlin. deciſ. R. R.* 902. *per totum* onus autem Militum hoſpitationis cum reale ſit. *l.* 3. *ʒ. ult. ff. de mun. Franc. Mar. deciſ.* 457. *n.* 10. *p.* 1. *Vall. conſ.* 66. *n.* 3. *vol.* 1. *Petr. Greg. Syntag. lib.* 18. *c.* 20. *n.* 2. *Anton. Fab. in* C. *lib.* 9. *tit.* 29. *diſin.* 26. quatenus rei cohęret, tenentur Eccleſiaſtici, ſuſtinet *Thomat. de Collect. ʒ. ſubijciūt n.* 22. *conſ.* 158. *n.* 8. oppoſitam verò ſententiam veriorē eſse putamus, eamq; tuentur ex tex. *in l.* 1. *C. de Epiſc. et cler. Gloſs. ibidem Mart. de Juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *c.* 86. *n.* 9. *de Pont. de pot. prin. tit.* 1. *ʒ.* 6. *n.* 54. *Vintrigl. prax. ann.* 14. *n.* 36. de qua re nos alibi plura atteximus.

83 Eccleſiaſticus agros conducens alienos, ut per operarios coleret, ſi fructus ex eis venderet, ad gabellę ſolutionem tenetur; hoſcè namque fructus, quamvis ſuos eſſe cōſtet, attamen ex quo haud decet Clericos alienos conducere agros, & ex eis fructus vendere, cum eis hoc perficere interdictum ſit, *cap.* 1. 21. *q.* 3. *& cap.* 3. *ibidem*, *& cap.* 1. *ne Cler. vel Monac.* ideò ad gabellæ ſolutionem tenentur, quod idem eſt, ſi redditus alterius conduceret, ut venderet; at ſecùs ſi fructus de proprio ejus agro fuerint, nam eos liberè vendere poſſet Eccleſiaſticus, abſque ulla gabellæ ſolutione, *Laſſart. de decim. vend. cap.* 19. *n.* 62. 67. *n.* 5. *verſ. item dicendum, Bonac. de cenſur. in Bull. Cœn. diſput.* 1. *quæſt.* 19. *punct.* 3. *ʒ.* 3. *nu.* 6. *tom.* 3. ex recenſitis equidem fluit, Eccleſiaſticorum prędia, cujuſcumque contractus ad laicum tranſacta, immunitatem amittere,& novos poſſeſſores ad contributiones obnoxios eſſe. *tex. in l. locatio* 9. *ʒ. fin. ff. de public. et vectigal.* ex perſonæ quippè mutatione, mutatur ſtatus rei *c. privilegiū, de reg. jur. in* 6. *Cravett. conſ.* 770. *n.* 1. ut ſupra explanavimus.

84 Verum tamen eſt, quod ſi Eccleſiaſticus pauper, qui aliundè commodè vivere non poſſit, niſi cum alieni agri cōductione, cujus fructibus partim veſcendo, & partim eos vendendo, ſuam ſuſtinet vitam, tunc de hiſce venditis fructibus ſolvere nequaquam tenetur, quoniam talis negotiatio à Sacris haud improbatur Canonibus, ideò licitam eſſe aſſerunt, *ex cap. dilecti, junta Gloſſ. de decim. & Gloſſ. in cap. pervenit verb. conductiones* 86. *diſtin. Molin. de contract. diſp.* 342. *n.* 11. *tom.* 2.

2. *& ante eum Laſſar. d. cap. 19. n.* 78.

85 Nec rurſus deſunt, qui affirmant, valere Eccleſiaſticum opportuna ad proprium, ſuorumq; uſum emere, & ſuperfluum vendere, tàm de fructibus ſuorum agrorum, vel proprij beneficij, & patrimonij *Ventrigl. in prax. annot.* 14. *ʒ. unico ſub n.* 27. quàm ſi aliundè undecumq; illa habuerit; imò poſſet Eccleſiaſticus aliquid vilius emere; non animo revendendi carius, & ſi pretium auctum fuerit, quit illud vendere carius, & ſe lucrari, abſque gabellæ ſolutione, ut de communi omnium ſententia edocet *Molin. ubi ſupra n.* 14. *in* 2. *concluſ.* etenim propriè tunc negotiator neutiquàm dicitur *Gutierr. de gabell. qu.* 93. *n.* 18. *Gaſp. Klockler. de collect. d. cap.* 12. *nu.* 266. quã ſententiã procedere ſubdit, Molin. etiam ſi pretio magno venderet, ſi poſtmodùm vilius res ſimiles emere poſſit; etenim hoc ad æconomicam gubernationem refertur, quod Clericis, & Epiſcopis congruit, iuxtà *Pauli ad Timoth.* 3. 5. & faciunt *Bellect. diſq. Cleric. ʒ.* 4. *de exempt. Cler. Carol. de Graff. de effect. Cler. eff.* 2. *Bonac. de cenſur. in Bull. diſp.* 1. *q.* 19. *ʒ.* 3. *n.* 6. *verſ.* 3. ex recenſitis planè, ac infrà expreſſandis, fluit Clericos immunitatis beneficio potiri, non ſolùm quo ad bona Eccleſiaſtica, verùmetiam, & patrimonialia, ob quæ relevantur ab onere ſolvendi collectas, & contributiones, *Natt. conſ.* 280. *n.* 5. ex cujus oraculo idem edocuere *Surd. deciſ.* 20. *n.* 10. *Petr. Greg. de repub. lib.* 2. *cap.* 7. *ſect.* 8. *Marta de juriſd. par.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 11. *n.* 25. *& caſ.* 10. *n.* 16. *& caſ.* 49. *n.* 9. *Caſtill. de terſ. c.* 9. *n.* 18. *Camill. Borrell. conſ.* 74. *n.* 25. ubi itidem pro bonis, quæ ex beneficio Eccleſiaſtico retinent; quam ſententiam veriorem eſſe blaterant, nec diſcrepat *Klockler. de collect. cap.* 12. *nu.* 61. *& ſeq.* generali immunitate ipſis per *c.* 1. *de imm. Eccleſiaſt. in* 6. tributa, affabrè nixi, cũ quibus annuit *Balmaſed. de collect. d. cap.* 19. *n.* 11. *Ventrigl. prax. annot.* 14. *ʒ. unico ſub. n.* 27.

86 In venditione autem proprij vini ad minutum, vel aliter, ac in venditione aliorum victualium, ſi vltrà pretium naturale, & intrinſecum Eccleſiaſtici vendiderint, exemptionis beneficio minimè potiuntur, gabellamque ſolvere tenentur, *Card. de Luca de regal. diſcurſ.* 58. *n* 2. ut puta, ſi pro qualibet tritici menſura, pretium duorum aureorum ſta-

ſtatutum ſit, unumque verò aurum pro regio donativo, ſi Eccleſiaſticus pro tribus vendiderit aureis, & ad ejus beneficium aurum Regi applicatum converteret, ad reſtitutionem hujuſce aurei Regi debiti tenetur; etenim Populus, & Univerſitas aureum Regi ſuo, non autem Eccleſiaſticis, & exemptis ſolvere obtulit, & ſi ad eorum beneficium id applicarent, furtum committerent, mortaliterque peccarent, ut inſtruit *Ludov. Molin. diſp.* 374. *n.* 1. *tract.* 2. *de tribut. n.* 1. *tom.* 3. *&* 304. *n.* 14. *Sot.* 4. *ſent. diſtin.* 25. *qu.* 2. *art.* 2. *verſ.* 4. *concluſ. Ventrigl. in prax. ann.* 14. *§. unic. n.* 35. *Venerus de exam. Præl. lib.* 9. *cap.* 37. *de immun. Eccleſ. n.* 21. etenim Eccleſiaſticorum exemptio paſſivè perficitur, circa ea, quæ ad neceſſariam propriam, ſuæq; familiæ ſubſtentationem, opportuna ſunt, non autem activè ad effectum lucrandi, & ſe locupletandi cum eo, quod aſcendit gabellæ ſummas per Regem impoſitas, vendendo ultrà intrinſecum valorem, nam hoc eſt manifeſtè Regis intereſſe decipere, ut mirè explicat *Card. de Luca de regal. diſcurſ.* 53. 54. *& diſcurſ.* 61. *& in Miſcellan. diſcurſ.* 5. *nu.* 18. *tom.* 14. meritòque ad reſtitutionem ejus quantitatis, in quã aſcendit gabella, tenentur, ut firmant nuper laudati DD.

87 Ulterius Eccleſiaſticus ſi uvas alterius agri, vel lanas aliarum pecudum emeret, ut de illis vinum, & pannos conficeret ad gabellæ ſolutionem tenetur, ita pariter ſi ex lana ſuorum pecudum per laicos operarios pannos attexerit, tunc gabellam ſolvere tenetur, ac ſi laicus eſset. *Sylvan. ſum. verb. Clerici*, 3. *q.* 3. *Navarr. manual. cap.* 25. *nu.* 111. *§.* 34. *Molin. de contract. tract.* 2. *diſput.* 342. *nu.* 6. *tom.* 2. nec ſecùs erit, ſi greges alienas, vel ſalinas conduceret, ut ex eis ſales venderet, & lanas, nam, & ad gabellæ ſolutionẽ tenetur, niſi propria eſset ſalina, vel grex, ut affirmat *Leſſar. cap.* 19. *de decim. vend. n.* 62. 67. *Molin. n.* 8. *Bonac. de cenſur. in Bull. d. q.* 19. *diſp.* 1. *punct.* 3. 3. *§. n.* 6. *tom.* 3.

88 Hinc eſt, ut ſi Eccleſiaſticus, vel Monaſterium venam ferri retineret, & ex materia ferrum conficeret per Miniſtros conductos, & venderet, haud ad gabellæ ſolutionem tenetur, hæc namque non dicitur negotiatio *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 13. *n.* 11. *Antonell. de regim. Eccl. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 8.

nec

nec tamen tenetur gabellam ſolvere, ſi recenſitam ferri venam emeret, & Monachos ex materia ferrum effecerit illudque vendiderit, niſi ex vena ferri empta ferrum per laicos conductos formaverit, & vendiderit, nam iſta dicitur negotiatio, & ex ea ſolvitur gabella. *Sylveſ. verb. excom.* 21. *verſ. Nota Navarr. d. cap.* 27. *n.* 128. *Carol. de Graſs. effect.* 2. *n.* 108. *Duard. Bull. Cæn. q.* 8. *n.* 16. *Bonacin. eodem tr. diſp.* 1. *q.* 19. *§.* 3. *pun.* 3. *n.* 6. *verſ. hinc patet tom.* 3. Verum *ex Panormit. Belleđ. diſquiſ. cler. §.* 4. *& Fideric. de*

89 *ſenſ.* 107. putant eum non eſſe negotiatorem, qui aliquid emit, & mutata exindè forma vendit; *Navarr. verò loco indicato*, veram eſſe autumat allatam ſententiam, ſi ſolam emeret venam ferri Monaſterium, at ſecùs ſi prædium, ubi aderat vena, putans hanc nō eſſe negotiationem, meritò nec gabella deberi; *Molin.* autem *in diſput.* 342. *n.* 9. hoc idem firmat in utroque caſu.

90 Ulteriùs Monaſteriū, ſivè Eccleſiaſticū, ſi agrū plenū fructibus jam maturis emeret, ſuperfluumq; vendiderit, ad gabellæ ſolutionē obligari cenſet. *Leſſer. de decim. vend. cap.* 19. *n.* 60. eum tamē increpat *Molin. d. diſp.* 342. *n.* 10. exiſtimans venditionem illam ſuperflui fuiſſe per accidens, & de fructibus productis ex agro jam effecto proprio, nec allatam emptionem negotiationem eſſe firmat.

91 Eccleſiaſtici deniquè negotiatores in his, quæ ad mercaturam, ſeù negotiationem pertinent, nulla fruuntur exemptione, imò pro laicis reputantur; *cap. quamquàm, de cenſib. in* 6. *Clement. præſenti, eodem, cap. ultim. de vit. & honeſt. cleric. Epiſc. Belleđ. diſq. cler. tit. de cler. exemp. §.* 4. *n.* 1. *Luca de regal. diſcurſ.* 53. *et* 70. *&* 131. *n.* 3. *eo in Miſcell. diſcurſ.* 5. *n.* 19. *n.* 14. *Bonc. de cenſ. in Bull. Cæn. diſp.* 1. *qu.* 19. *punct.* 3. *§.* 3. *n.* 6. *tom.* 3.

92 Trina tamen monitione præcedente dixere, *Ricc. p.* 3. *reſol.* 133. *Ventrigl. prax. ann.* 14. *§. unico. n.* 27. *Leſſar. ubi ſupra n.* 79. *Sauſ. cap.* 19. *diſp.* 93. oppoſitum verò inſtruunt *Molin. d. diſput.* 343. *ſub n.* 5. *&* 10. *Duart. in Bull. q.* 8. *n.* 9. *Alter. diſput.* 16. *cap.* 6. *q.* 3. *Carol. de Graſſ. effect.* 3. *n.* 148. erudientes abſque monitione Eccleſiaſticum negotiatorem amittere exemptionis privilegium: primam autem ſententiam probabiliorem eſſe inſinuat *Bonac. de cenſur. in Bull. d. diſp.* 1. *cap.* 19. *punct.* 3. *§.* 3. *n.* 8. *tom.* 3. eamque non appro-

probant *Sot. de Juſt.* 4. *diſtin.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *Angles in florib. quæſt. Theolog. p.* 2. *Mater. de reſtit. de fraud. gabell.* & alij quos refert, & ſequitur *Sanch. conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 52. etenim Jnnocent. III. *in cap. fin. de vit. & honeſt. cleric.* Epiſcopo Ambianenſi ſcribẽs de trina monitione mentionẽ haud fecit, & generaliter dixere *Sanleger. reſol. Canon. cap.* 30. *per totum, tom.* 1. *del Bene de Immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 1. *fusè Vela diſſert.* 45. *n.* 58. *Salgad. de reg. protect. p.* 4. *cap.* 14. *n.* 103. ubi & ſi hæſitare cõtingit, an clericus negotiator ſit tamen ad ſæculares Judices cognitionẽ ſpectare inſinuat, quam quidem ſententiam veram non eſſe autumamus, ſicque putavere *Sanch. conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 52. *del Bene ubi nuper dub.* 4. *per totum* licèt cum *Salgad.* conveniet *Alphar. de off. Fiſc. Gloſſ.* 20. §. 3. *n.* 64. *vide Velam. ubi ſupra n.* 56. & quod plures actus intervenire debent, nec unum ſufficere ait *Alfar. loco indicato, vide Mantic. dialogo Relat. p.* 3. *c.* 82. *n.* 2. *Ventrigl. n.* 29. Cæterum negotiator eſt, qui rem acquirit, animo, ut eam iterum integram vendat, lucri tamen gratiâ; at ſecùs ſi eam in aliam reducere intendit formam *cap. mercatorem* 88. *diſtinct. Roland. à Vall. conſ.* 17. *n.* 11. & 12. *vol.* 4. *Köppen deciſ.* 50. *n.* 30. *Mart. de Juriſd. par.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 3. *num.* 10. *Gaſp. Klockler. de collect. cap.* 12. *nu.* 265.

93 Coërcendos tamen eſſe coram Eccleſiaſtica poteſtate, advertunt *Lup. in Clement. præſenti de cenſib. in* 6. *& ibi Imol. n.* 11. *Card. n.* 6. *Salzed. ad Bernard. Diaz. pract. Can. cap.* 55. *n. fin.* §. 3. *erit tamen, Sanch. ubi ſupra*, ſi de negotiatione non dubitatur.

94 Conſuetudo autem imponendi collectas, ſivè taxas Eccleſiaſticis, improbatur, etiam ſi longiſſima fuerit; etenim conſuetudo nequit id, quod de jure Divino eſt, derogare, imò tanquam contraria libertati Eccleſiaſticæ irrita, nulla, ac caſſa redditur, *Auth. caſſa, C. de ſacr. Eccleſ.* aliaſque rationes affert *Filiuc. tract.* 16. *cap.* 11. *q.* 2. *n.* 293. *Suarez lib.* 4. *de immun. cap.* 22. *Reginald. lib.* 9. *n.* 381. *Duard. in Bull. q.* 10. *n.* 5. *Alter. cap.* 6. *dub.* 11. *Bellect.* §. 6. *de excpt. n.* 1. *de Graff. effect.* 2. *n.* 110. *& ſeq. R. P. D. Salvat. Marcheſ. C.R. de immun. Eccleſ. reſol.* 6. Niſi talis conſuetudo fuerit introducta cum ſcientia, & Sum. Pontificis tollerãtia, firmant *Carol. de Graff. Ugolin.*

golin. & alij quos Bonac. de cenſur. in Bull. *d.diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. §. 3. *num.* 14. *tom.* 3. meritò objurgat; per recenſitam namque Bullam Cœnæ Domini, diſertè omnes derogantur conſuetudines, decretis ejuſdem Bullæ adverſantes, ſunt pariter immunes Eccleſiaſticæ perſonæ, & clerici ab onere ſolvēdi gabellas impoſitas ſuper rebus venalibus, nimirùm carne, pane, & vino, ad quas non tenentur ſe contribuere, ut edocet ex *Rot.Rō. in deciſ.* 159.*n.*8.*par.*7.*recenſ. Sanleger. quæſt.canon. beneſ. c.* 30.*n.* 11.

95 A relatis planè contributionibus, taxis, collectis, & gabellis omnes Eccleſiaſtici immunes ſunt, ſub quorum nomine etiam primâ initiati tōſurâ includuntur, & minoribus inſigniti ordinibus, quia verè Eccleſiaſticæ ſunt perſonæ. *Clem. fin.de conſtit.de vita, & honeſt. cler. & ibi Panorm. n.*4. *Tabien.Sylveſ. Armil.Angel.& omnes Summiſtæ, Torrecremat.in cap.illud, diſtint.* 77. *Dian. p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 32. *Caſ. Panimoll. deciſ.* 6. *nu.*20. oppoſita conſuetudine non obſtante, ſi conſenſus Sum. Pontificis non adeſſet *Panimoll. n.* 34. *& in annot.* 1. *&* 2. *ibidem*, ubi ſic deciſum offert *Ventrigl.prax.ann.* 14.*n.*1. item ſi tonſuram non deferūt, nec clericalem habitum geſtarent; etenim oppoſitū in jure Pontificio haud evolvitur, ſaltem niſi trina prçceſſerit monitio, *ex cap. contingit il* 2. *de ſenten.Excom. Jo: Imol.in cap. fin. de vit. & honeſt. cler. Tabien. verb. excommunicatio* 5: *cap.* 1. *n.* 24. *Covarr. q.pract. cap.* 31. *n.* 9. Tonſuram etenim, & habitum requiri pro fori privilegij fruitione juxta terminos *deciſ. Concil.Triden. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. & pro ut edocet *Sanch. conſ. mor.lib.*2.*dub.* 53. *cap.* 4. *n. fin. quod repetit in dub.* 49.*n.*6.*Dian.ubi ſupra, & p.* 1.*tract.*2.*reſol.* 37.*Ricc. prax. Eccleſ. par.* 4. *reſol.*459. *Garcia de beneſic.par.* 2.*cap.*3. *n.* 5. *Antonell.de regim.Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 5.*n.*17.18. allataq; immunitate non ſolvendi gabellas, cæteraſque contributiones potiuntur clerici in minoribus, etiam ſi excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, vel verbaliter degradati fuerint, nam & iſti clerici adhuc ſunt. *Duard.in Bull. Cœn. Dñi Canon.*18.*q.*14.*n.*3. *Ventrigl.prax.ann.* 14.§. *unico n.* 1.

97 Expoſita autem intelligenda ſunt, ſi poſt dimiſſionem habitus, ſæcularibus non ſe ingeſſere negotijs, aliter cuncta amitterent privilegia, ut inſtru-

ſtruunt ad explicationem, *Gloſſ. in cap. tuæ 3. de Apoſt. Jo: Petr. Anan. ibidem nu. 3. Cæpoll. prax. crim. q. 8. n. 14.* & alij, quos affert doctiſſimus *D. Jo: Leonard. Rodoer. ad Marin. obſer. 48. à n. 8.* & ante eũ *Aug. Barb. de jur. Eccleſ. univerſ. cap. 39. §. 2. lib. 1. tit. de privileg. cler. n. 10. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. Rom. 2. cap. 9. dub. 35. ſect. 1. n. 18. Fermoſin. in cap. diligenti q. 11. de for. comp. Curell. de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 19. n. 17. 18, cum ſeq. & alij per Cortiad. deciſ. 12. n. 30.* quos nos *in cap. 1. ſub n. 101. & 102. de cleric. quandoque amitt. adduximus,* verùm enim verò oppoſitam ſententiã, nimirùm Clericos in minoribus requiſitis Sacr. Cõcil. Trid. carentes à ſolutione gabellarũ, aliarũve contributionũ liberos minimè eſſe probabiliorẽ eſse autumavit Rot. Rom. ut indicat *Card. de Luca in add. ad Concil. Trident. diſcurſ. 24. n. 45.* quem affert *D. Carolus de Luca ad Ventrigl. in prax. obſervat. n. 4. ad annot. 14. §. unic.* & ante eos edocuere *Homob. de exam. Eccleſ. p. 1. tract. 7. cap. 29. q. 120. Laiman. Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 6. n. 3. Azor. par. 3. lib. 5. cap. 19. q. 6. Riginal. tom. 1. lib. 9. c. 27. n. 376. Filiuc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. nu. 298. Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 19. lib. 5. c. 6. dub. 10.* cuncti innuentes requiſita Concilij Trid. ad omnem effectum eſse neceſsaria.

98 Clericus Latinus conjugatus à ſolutione, harum collectarum, taxarum, & gabellarum immunis haud eſt, ſed tantùm Canonis, ac fori privilegio potitur, *cap. clerici, de Cler. conjug. in 6.* ſi tamen expreſsata *in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* obſervaret *de Graſ. effect. 3. n. 4. Covarr. pract. q. cap. 31. n. 9. Altier. diſput. 19. cap. 6. dub. 9. Duard. in Bull. q. 31. n. 1. Suarez de immun. lib. 4. cap. 28. Bellect. §. 9. de exempt. cleric. n. 4.* verùm mortua uxore unica, & quæ fuerat virgo, cuncta recuperat privilegia, quæ Clerici non conjugati retinent, verè namque Clericus eſt, nõ conjugatus, nec bigamus, ſi habitum, mortua uxore, reaſſumpſerit, *Franc. in cap. unico, §. Cæteris n. 4. de cler. conjug. Covarr. quæſt. pract. cap. 31. n. 8. verſ. 5. Sanch. conſ. mor. lib. 2. cap. 4. dub. 53. in fin. vide Flor. de Men. lib. 2. prac. quæſt. 21. §. 4. n. 199. & alios per Balmaſed. de Collect. q. 19. n. 4.*

99 Clerici equidem Græci cõjugati, ex eo quia Eccleſiaſticæ ſunt perſonæ, immunita-

tis privilegio, alijs Eccleſiaſticis indulto, fruuntur, *de Graſs. effect.* 3. *n.* 46. *&* 137. imò pariter eorũ uxores, *Quarant. verb. vectigal. in princ. Azor. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *Coriol. Durand.* & alij, quos rejecto *Tuſco, concluſ.* 114. *§. bona, affert Bonac. de cenſur. in Bull. diſp.* 1. *q.* 19. *pun.* 3. *§.* 3. *n.* 3. Imò eorum uxores *Ventrigl. in prax. ann.* 14. *n.* 2. Nevè imparis ſortis ſunt Penſionarij Eccleſiaſtici beneficij, habitũ tamen, & tonſuram deferentes, ut erudit *Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. cap.* 11. *nu.* 7. *& ſeq. lib.* 3. *& faciunt Sperell. deciſ.* 132. *n.* 34. *Tondut. de Penſion. cap.* 33.

100 Clericus ſeudatarius tenetur ad onera, quæ feudi ratione Domino debentur, uti nãque feudatarius pro feudo Principi ſubijcitur ſæculari, *Mart. de Juriſd. p.* 4. *Caſ.* 10. *n.* 13. *& p.* 2. *cap.* 6. *n.* 45. *Giurb. de feud. §.* 2. *Gloſs.* 4. *n.* 45. *Craſſ. d. effect.* 3. *n.* 279. *& ſeqq. Bonac. n.* 4.

101 Clericus tandem tenetur oſtendere gabellario res, quas ad proprium uſum ducit, licet ad gabellę ſolutionem non teneatur, *Bald. conſ.* 97. *n.* 4. *lib.* 2. *& conſ.* 71. *n.* 22. *lib.* 4. *Achill. de Graſſ. effect.* 1. *n.* 257. *Bellect. d. §.* 6. *n.* 1. *Bonac. ibidem Ciarlin. contr. for. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 58. *& lib.* 2. *c.* 146. *n.* 15. 16. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 233. *Anſald. de Juriſd. p.* 5. *tit.* 4. *c.* 3. *n.* 35. *Fermoſin cap. Eccl. S. Mariæ q.* 14. *n.* 30. *& ſeqq. & q.* 48. *n.* 17. *de conſtit. Reg. de Marin. reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 6. 7. ut fraus & colluſio evitetur. *Epiſc. Ventrigl. in prax. annot.* 14. *§. unic. de gabell. n.* 24. *Cod. de reſtit. in integr. lib.* 2. *q.* 82. *n.* 35. *Queſad. Pilo differt.* 22. *n.* 89. niſi aliter cõſuetudo dictaret. *ex Gratian. diſcep. for. cap.* 17. *n.* 9. *& ſeqq.* fundat *Cortiad. deciſ.* 205. *n.* 2. Aliàs res Clericorum non denunciata in commiſsũ incidit de veriori, ſeclùſis aliorum diſtinctionibus; ſi dolus interfuit, concludit *ex Gratiano deciſ.* 148. *n.* 21. 22. 23. *Fermoſin. ubi ſupra num.* 17. de quo dolo affluenter aſtruxit *Ciarlinus cap.* 146. *à n.* 19. *ad* 26. 27. 28. *& alij per Cortiad. deciſ.* 205. *n.* 8. de quibus rebus extrahere interdictis ſęculares Miniſtri queunt Clericos alioſque exemptos non revelantes, vel in fraudem extrahentes ſpoliare *Bobadill. polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 117. *Mauſon. de contrab. q.* 8. *n.* 11. *Marla empor. p.* 1. *tit.* 2. *q.* 16. *n.* 19. *Salſed. de contrab. c.* 32. *Reg. Cala de Contrab. Cleric. à n.* 275. *Cortiad. deciſ.* 209.

n.

n. 43. ubi ſic decíſum adducit oppoſita cõſuetudine non reſiſtente.

Clericus tandem animo fraudandi gabellas, ac cęteras contributiones habitum aſſumentem Clericalem, immunitatis Clypeo haud potiri inſtruunt ex tex. *in l. qui ſub prætextu C. de Sacr. Eccl. Coriol. in expoſit. Bull. excomm.* 18. *Stephan. Quarant. in ſum. verb. vectigal. verſ. etiam limita, & ibi Proſp. de Auguſt.* Et ſi hanc ſententiã ſtrenuè oppugnavit P. *Dian.* & antè eũ *Duard. in Bull. Can. canon.* 18. *q.* 7. *n.* 2. *lib.* 2. & poſt eos *Ventrigl. in prax. ann.* 14. *§. vnic. n.* 31. autumantes eos veros eſſe Clericos, ſi requiſitis Sacr. Concilij Trid. præditos eſſe, parum refragante fraude, imò requiſita allata pro fori fruitione eſse necesſaria, haud verò pro gabellarum exemptione, ut ſubdit *Duard.* Nobis autem prima arridet opinio; etenim in conſentaneum eſt ex dolo, & fraude, in qua quis verſatur, beneficium extorquere, contrà diſpoſitionem tex. *in l. emptorẽ §. qui autẽ ff. de action. empt. l. ex dolo.* 12. *ff. de dol. cap. ad noſtram, de empt. & vendit.* equidẽ præmium non meretur, qui fraude, aut dolo nititur tex. *in l. ita demum,* 13. *ff. de recept. Arbitr.* ex quibus, ac alijs medijs luculenter demõſtrat. *D. Mar. Giurb. obſ.* 1. *n.* 25. *et obſer.* 49. *n.* 5. *et obſ.* 76. in fine, ſuppoſita fraude, aut dolo beneficium, aut præmium ceſsare inſinuat, perniciofum planè eſſe agnoſcitur patrocinium præſtare fraudolentibus, potiſſimùm ab Eccleſia, quæ juſtitię, ac veritatis cultrix eſt, eoſque non recipere, minus favere debet, ſed prorsùs expellere.

Bona pariter in fraudem gabellarum, & contributionum Clerico donata, collectantur, & ad gabellarum ſolutionem tenentur. tex. *in l. in fraudẽ ff. de Jure fiſc. Bart. in conſ.* 180. *n.* 3. *Dueña regal.* 100. *n.* 5. data tamen fraude, quę ex prẹſumptionibus, & conjecturis elicitur. *Giurb. conſ.* 54. *n.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.* 815. *n.* 5. *& concluſ.* 815. *n.* 5. *& concluſ.* 559. *n.* 1. *Mantic. de conjectur. lib.* 3. *tit.* 39. *n.* 11. *Menoch. de præſũpt lib.* 3 *preſũpt.* 24. *n.* 4. *Anton. Gomeſ. var. c.* 14. *n.* 4. *Hermoſil. ad Lop. gloſ.* 6. *leg.* 2. *tit.* 4. *p.* 4. *n.* 17. nimirùm ſi immoderata, & ultra virilẽ fuerit *Quant. in ſumm. verb. vectigal. Ventrigl. n.* 32. vel ſi albaranum adfuerit inter donantem, & donatarium. *Quarant. ibidem. Ventrigl.* vel ſi omnium bonorum fuerit collata.

tex.

tex.in l.omnes ꝭ.1.ff.de his qui, in fraudem Steph. Gratian. diſcept. cap. 479. n. 69. Specul. de Cler. cōjug. lib. 4. n. 17. Nicol. Marot. de collect. cap. 5. à n. 25. vel majoris partis bonorum *Hemoſild. ad Lop. l. 59. tit. 5. Gloſſ. 1. à n. 3. Balmaſ. de Collect. quæſt. 19. num. 34.* vel ſi à patre fuerit confecta, plures habente filios, unique totum dederit, vel ſi poſſeſsionem de rebus donatis ſibi reſervaverit donans *l. ſicuti ꝭ. ſuper ff. quib. mod. pign. vel hypothec. Sol. Ventrigl. ibidem Noguar. alleg. 20. n. 170.* vel adminiſtrationem, in modo tamen non neceſsariò nec ſolito pro ſe retinuerit *l. etiam C. de Jur. dot. l. matrem C. de probat. Ventrigl. n. 33.* aut facultatem revocandi donationem ſibi reſervaverit donans, itidem ex quacunque cauſa probanda per Jusjurandum *Gratian. diſcep. cap. 479. n. 7.* Verum tamen eſt, quod ſi Clericus donatarius per modum relatum ad ſacros aſcenderit ordines, ad titulum dictorum bonorū donatorum, & titulus non eſset exceſsivus, ab onere gabellas, & collectas ſolvendi eximitur *Belleƈt. diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. de exemp. Cleric. & eor. bon. ꝭ. 5. n. 9. Ventrigl. n. 34.*

102 Novitij antē Religionis, eodē exēptionis privilegio potiuntur, quo ceteri Religioſi, licet revocabiliter pro ea tempeſtate in Religione permanent; ſunt, namque verè Eccleſiaſticæ perſonæ, ideò à recenſitis impoſitionibus immunes ſunt, *cap. duo ſunt 12. q. 1. cap. nullus de elect. lib. 6. cap. religioſ. 22. ꝭ. quamvis, de ſent. excom. in 6.* & benè innuit *Molin.* ubi ſuprà, acriter increpans *Leſſar.* oppoſitum blaterantem, inſuper quoad forum verè reputātur Religioſi, & Eccleſiaſticæ perſonæ Novitij, comprobant *Tiber. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 24. verſ. undecimo extende, Hipol. de Marſil. ſing. 534. in fin. Caball. reſol. crimin. caſ. 108. n. 20. D. Carol. de Graff. effect. 1. n. 78. Paſqual. de virib. patr. poteſt. p. 1. cap. 3. n. 92.* de alijs verò uti ſæculares haberi Novitios, firmat *ex Felin. in cap. cum deputati, de judic. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 84. de arbitr. caſ. 436. n. 21. & ex eis Scopp. ad Gratian. obſer. 35. n. 12.* nec ad Religionis ſtatuti obſervantiam devinci, nec ad caſus ejuſdem Religionis reſervatos ligari, concludit atticè de more *Scopp. n. 16. 17. 18.* quod antè eum dixit *Barthol. à S. Fauſto in Theſaur. Relig. lib. 5. quæſt.*

204.

204. *Azor. Inſtit. mor. p. 1. lib. 12. cap. 2. q. 10.* nevè activam nevè paſsivam vocem retinere *Moſcovi. de Majeſtate Eccl. p. 4. c. 2.* ex quibus depromunt deſuper recenſiti, ante professionem Novitium verè haud eſſe Religioſum, & proindè feudum non amittere *Reg. Tapp. Capyc. & de Graff.* quos cumulat *Scopp. n. 22.* nec in anno probationis beneficium vacare dicitur, ſubdit *ſub n. 23. ex cap. Beneficium, de reg. jur. in 6. ubi Geminian.* Queis igitur attentis verior eſt affirmare, novitiũ exemptionis privilegio haud potiri, quo ad ſolutionem gabellæ, ac cæterarum regiarum contributionum, *Gutierr. de Gabell. quæſt. 95. à n. 22.* ubi tranſactione mediante hanc fuiſſe abſolutam litem inſinuat. Verùm reputandi ſunt eo modo quo cæteri Religioſi, ſi aliquo ordine fuerint initiati; de iſtis tamẽ novitijs plura atteximus in Capitulo ſequenti. Priorem verò Germanam eſſe ſententiam autumamus, eamque tuentur *Sanch. in Decalog. præcep. tit. 2. lib. 2. c. 10. n. 16. Ubald. de collect. cap. unico, n. 36. del Bene de immun. Eccleſ. tit. 1. cap. 1. dub. 9. nu. 2. & ſequ. Dubal. in explicat. Reg. San. Auguſt. tit. 2. q. 3. diffic. 7. n. 48.* & poſt omnes *Scaño in propugn. Hieroſol. diſcep. 12. c. 3 n 9.* quos affert *Balmaſed: de collect. q. 12. per totam.* ſi aliquo ordine initiati nõ fuerint.

103 Demùm pro integra, ac finali hujuſce materiæ abſolutione, ſubnectimus, Exactores tributorum ſcientes nihilum Fiſco deberi, ſi exegerint furtum cõmittere, ac furti actione teneri; ait *tex. in l. etiam 8. C. de furtis*, creditor namq; falſus, ſi aliquid ſubdolè recepit, furtum patrat *l. falſus creditor ff. de furt.*

104 Nevè plus exigere quit *tex. in l. 1. C. de ſuper exactor. lib. 10. l. 1. C. de exactorib. lib. 10. l. etiam 8. C. de furt. l. 1. §. dixerit ff. de public. l. locatio 9. §. quod illicitè, ff. de Publican. l. falſus creditor. 44. ff. de furt. D. Franc. Alfaro de offic. fiſcal. Gloſ. 34. §. 1. n. 37. Franc. Rocc. de delict. Perceptor. n. 8. & ſeq.* & ante eos *Capiblanc. pragm. de Baron. ſingul. 55. n. 103. et ſing. 146. n. 233. tom. 1. R. Reverter. deciſ. 260. vol. 8. in manuſcriptis, & in re collectis per R. de Marin. deciſ. 14. vol. 1.* Tenentur tamen exactores tributorum ſcire quantitatem debitam; ideò non excuſantur in exactione ſuperflui *Alfarus ubi nuper Gloſſ. 34. §. 1. n. 35. in fine.* Et furtum patrant plus exigendo *Bald. in d. l. etiam n. 1. C. de furt. Bart. ibidem,*

po-

potiſſimum cum vi exactionem perficerent. *Farinac. de furt. quæſt.* 170. *n.* 39. *par.* 2. ac Publicani, & latronis famoſi nomen merentur plus extorquendo, & uti tales objurgantur, *Ferret. de Gabell. nu.* 216. *Ludov. concluſ.* 15. *verſ.* 2. *ratio. Franc. Marc. deciſ.* 421. *p.* 2. *Farinac. in prax. tit. de furt. q.* 133. *n.* 53. *p.* 2. *Muſcatell. prax. crim. tit. de Judic. corrupt. Solorz. de Gubern. Indiar. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 4. *t.* 2. *Antaja var. q.* 21. *n.* 156. *lib.* 2. *Galgane. de Jur. pub. lib.* 4. *tit.* 8. *n,* 15.16. *Fauſt. in concl. pro ærario: claſſ.* 10. *conſ.* 1. & rejecto *Cephal. conſ.* 317. *n.* 28. *tom.* 3. *Balmaſ. de Collect. q.* 105. *n.* 4. & *antè eũ Klock. de contrib. cap.* 18. *n.* 259. & *n.* 271. ubi paternali modo cum miſellis, & pauperibus ſe gerere debeãt, aliàs hoſcè iniquos exactores, filios Belial eſſe indicant *Eccl.* 1. *Sam.* 2. *ver.* 12. Leones rugientes, Urſi eſurientes, Lupi rapientes prædam, *Ezech.* 19. *verſ.* 2. *c.* 22. *v.* 27. Signum Dei iræ *Eſa.* 3. *v.* 12. *Luc.* 11. *v.* 58. *Habac.* 1. *v.* 8. *Pſalm.* 74. *v.* 13.14. Cetæ, & Dragones, *Jerem.* 5. *v.* 6. Pardi vigilantes *Amos* 4. *v.* 1. Hircos *Zach.* 10. *v.* 3. & apud Romanos per annum eligebantur, niſi contraria vigeret conſuetudo, nimirùm per biẽnium *tex. in l. Neminem* 8. §. *fin. C. de Canon.*
108 *largit. titular.* Et tandem improbior eſt talis Officialis, quã Publicanus *Giurb. cons.* 44. *n.* 6. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 44. *Galeot. reſp. fiſc.* 15. *n.* 152. *S. Felici decis.* 45.
108 *tom.* 1. *n.* 3. Itidem effectù nõ ſequuto, *Galeot. n.* 152. *Giurb. n.* 19. *Amod. de Sind. ver. item quod multas barattarias n.* 167. *Caball. ros. Crim. C.* 99. *n.* 56.

109 Taleſque exactores ſcire tenentur quantitatem debitã, ut prædiximus, imo formam ſibi traditã ſervare tenentur, ut clamat *Solorçan ubi ſuprà t.* 2. *lib.* 5. *cap. unico n.* 121.

110 Et ſi pecuniam ex fiſcalibus functionibus exactã penes eos retinuerint, ex hac plectuntur mora *tex. in l. unica C. de aur. publ. lib.* 12. *l.* 1. *C. de Canon. larg. mut. lib.* 12. *Capiblanc. de Baron. p.* 1. *ſing.* 147. *n.* 135. capitali tamen pœna, & per manus amputationem, §. *coges Authen. de mand. Princip. Soccin. cons.* 46. *vol.* 1. *Revert. decis.* 14. *p.* 1.

111 Imò ſi poſt jam maturum fiſcale debitum, dilationem debitoribus pecunia, vel promiſsione mediante, conceſserint, Crimen coërctione dignum committunt *l. qui Romæ* §. *Callimacus ff. de verb. ſign.*

ſign. ſuoque periculo interim perit. *Balmaſed. q.* 108. *n. fin. tex. in l.* 3. *et l. in fraudem* C. *de ann. lib.* 10. *Capiblanc. ſing.* 146. *n.* 233. *tom.* 1. *Rocc. de delict. percep. n.* 50. *& ſeqq.* graviori tamen mulctantur pœna, ſi ſecunda vice, in hoc ruerint crimen; itidem ſi judicialiter non fuerit antea delatus, cum ſufficit ut pluries delictum cõmiſerint *Lucas de Pœna in l.* 1. *C. de ſuper exactor. lib.* 10. & tũc itidẽ capitis pœna mulctari poſsunt. *Menoch. de arbitr. caſ.* 586. *Facbin. cõſ.* 41. *lib.* 2. *Gratian. diſcep. C.* 304. *n.* 11. *& alij per Klocker. de collect.* C. 18. *n.* 258: 259. ubi ſi libros Collectarũ mutilaverint, virgis cędi poſſe cum relegatione perpetua, vel cum amputatione manuſ. *Cæpoll. in Auth. ſed novo jure, n.* 15. C. *de ſeru. fugit. Rom. ſing.* 379. & faciũt *Bart. c.* 222. *& in l. inficienda* §. *infans*, *l. eum qui*, §. *item dicitur ff. de furt. Bald. in Auth. ſed novo ju* C. *de ſerv. fugit. & alij per Roc. ubi ſuprà.* Nevè fiſcalibus pecunijs uti poſsũt. *l. ut qui* §. *nõ tãtũ ff. de neg. geſt. Scobar. de ratioc. c.* 14. *n.* 28. *& c.* 35. *n.* 19. *Salgad. laboryn. cred. p.* 1. *c.* 13. §. 1. *à n.* 2. *Balmaſed. de collect. cap.* 111. *n.* 4. 6. ubi plures diſtinguit caſus circà lucrũ, ex hac pecunia fiſcali retractum, & ſi in rem ſuam fiſcalem verterent pecuniam, de peculatus crimine objurgantur. *tex. in l.* 1. *&* 3. *ff. ad leg. Jul. peculat. ibi Nevè in rem ſuam vertat. Clar.* §. *fin. q.* 68. *n.* 30. *& ibi Bajard. Decian. lib.* 8. *cap.* 29. *& ſeqq. Berlinch. pract. quæſt. tom.* 5. *concluſ.* 57. *n.* 13. *Carzpo. pract. crim. q.* 85. *n.* 4. *par.* 2. arbitrio judicantis, plecti hoſce exactores, arcarios, Theſaurarios, Depoſitarios, & ſimiles, Magiſtratum verò ultimi ſupplicij, depromitur ex *leg.* 1. C. *Theod. ad leg. Jul. pecul.* licet pro cõſumptis administrans non peculatus, ſed de reſiduis tenetur, ſi periculo ſuo, præſtita cautione, ipſis pecunia fuit tradita fiſcalis edocet ex *Farinac. & Carzop. Mattheu de re crim. quęſt.* 77. *n.* 11. *Belſod. conſ. Tubigenſ. p.* 3. *conſ.* 141. *Gaſp. Klocher. de collect. cap.* 18. *n.* 146.

113 Falſi itidem ſunt, & uti tales puniuntur, ſi juſtam, legalemque haud dederint ſuæ adminiſtrationis rationem. *l.* 1. §. *Tutores ff. de falſ. & ibi Bart. Gabriel. Berat. ſpec. viſ. cap.* 26. *n.* 63. *Daumad. de tutor. cap.* 3. *n.* 4. *Ant. Peres in tit.* C. *de ſuperexact. n.* 27. & capitis mulctãtur pœnà, ſi aliquid occultaverit, ſubdit, *ex* §. *coges. Novell.* 17. §. *item*

Digitized by Google

lex peculatus Inſtit. de public. Jud. Revert. deciſ. 14. *vol.* 1. *& ibi Marin. Sanfelic. deciſ.* 166.

114 Notandum planè ad recenſitam materiam eſt, pro hujuſcè criminis clarificatione, unũ ſufficere de viſu teſtem, dixere *ex Ruberti Regis capitulo Regn. Neapolis. Uulgaris famæ proloquium, Capyc. deciſ.* 12. *Giorg. alleg.* 42. *n.* 30. *Reg. Rovit. deciſ.* 36. *n.* 25. *Merlin. contr.* 29. *n.* 3. 4. 5. Clam etenim, haud palam patratur. *Merlin.* 5. *Reg. Marin. obſerv. ad Revert.deciſ.*46. *tom.* 1. Pręſumptiones meritò, & conjecturæ concluden-

115 tes ſunt probationes *Paris de Put. de Sind. verb. teſtis.cap.* 2. *n.*7. *Gramm.conſ.* 35. *n.*34.

116 Retinentque Officialium delicta, cuncta alia privilegia, quæ cætera occulta, & difficilis probationis delicta habent *Bart. in l. qui, & mente ff. de furt.* & quæ lęſę Majeſtatis crimini indulgentur. *Muſcatell.in prax.tit. de Jud.corrup. n.*41. *&* 33. 34. *Gramm. cõs.* 35. *n.* 34.*R.de Marin. ubi nuper n.* 5.

117 Imò duę conjunguntur ſemiplenę probationes ad plenam faciendam probationem contrà Officialem, *Gramm. not.* 3. *n.* 3. *Bobadill. polit. lib.* 5.*cap.*1. *n.*212. 222. *D.Larr. alleg.* 48. *n.* 14. *Giorg. alleg.* 42. *n.* 31. 32. *R. Rovit. decis.* 36. *n.* 35.*n.* 10. ubi elatè ſubdit negotij mediatori quidem

118 contrà Officialem pręſtandam eſſe, & ante eum autumavere *Gabriel. commun. tit. de teſt. conclus.* 1. *n.* 18. *Maſcard.de probat. q.*11.*n.* 11. *Ludovic. decis. Perus.*70. licet regulariter nullã faceret fidem, de ſuo namque commodo, & exoneratione tractat. *tex. in l. deferre §. idem ff. de jur.jurand. nec diſcrepat de Marin. ubi ſuprà, & in reſol. cap.* 29. *n.* 5. *&* 7. ſubdit ex ſolo deferentis juramento probari pecuniæ ſolutionem.

119 Et ſi officialis objurgatus pro hiſce criminibus fuerit, ipſo jure tanquàm infamis officio privatur, itidem ſi in ſententia de officij privatione nihil pronunciatum fuerit, edocent extex. *in l. ſi quando C.de ſuſcept. lib.* 12. *l.* 2. *de Palat. ſacr. larg. lib.* 12.*l. ſi quis C.de offic. Præfe. Præt. Lancell. de attent. cap.* 4. *n.* 35. *Montan. de regal. offic. n.*69. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 4. *n.*20.*Cappell. Toloſ. deciſ.* 370. *ubi Aufrer. Gramat. deciſ.* 15. *nu.* 8. *Oſaſc. deciſ.* 29. *n.*12. *Ant.Perez tit. C. de ſuſcept. lib.* 10.*n.* 17. *Giurb. conſ.* 65. *n.* 45.60. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 12. *Ant. de Ball. var. lib.*

5.

5. *pragm.* 1. *n.* 3. 17. Cuncti uno firmantes ore, delinquẽtes in officio, illo privari. Ni-
120 mirùm ſi fraus intervenerit, tex. *in l. ſi aliquid C. de ſuſceptor. & arcar. lib.* 10. & ſi modica fuerit *Lucas de Peña in d. l. ſi aliquid*, *Ant. Peres n.* 40. ubi hanc explicat fraudẽ; ſubditq; *Maſtril. n.* 12. fraudẽ adeſſe, ſi extorſio adfuerit, nec heſitat *Farinac. conſ.* 5. *n.* 9. *tom.* 1.
121 Ex ea ſola namquè negligentia in officio, dicitur delinquere officialis, ſuſtinent rejecto Capyc. *Giurb. n.* 45. *Farinac. n.* 23. *Surgen. de Neap. Illuſtr. cap.* 17. *n.* 2. *Sanfelic. deciſ.* 61. *n.* 12. *R. Revert. deciſ.* 2. *ubi R. de Marin. Merlin. contr. cap.* 28. *n.* 3. *tom.* 2.
122 Dicitur tandẽ in officio delinquere officialis, fervore, favore, calore, colore, auctoritatis prætextu, vel intuitu, & contẽplatione ipſius officij. *Merlin. d. c.* 28. *n.* 3. *Farinac. de delict. et pœn. q.* 29. *n.* 44. *et q.* 24. *n.* 59. *& conſ.* 5. *n.* 1. *vol.* 1. *Giurb. n.* 47. *Novar. prag. de abolit. n.* 41. *& pragm.* 5. *de offic. Jud. n.* 5.
123 Notandum quoque eſt, in hiſce criminibus, ad hoc ut officialis privetur officio, præſumptiones, & conjecturæ, Judicis remiſſæ arbitrio probant, *Luc. de Peña in l. ſi illi nu.* 51. *C. de decurion. lib.* 10. *Innoc. in cap. per ſuas, il primo, de Simon. Pont. conſ.* 16. *n.* 10. *Merlin. Covar.* 29. *n.* 8. 9. 10. *lib.* 2. *ubi ſub n.* 25. Addit ad privandum officialem officio, convinctionem haud requiri, ſed talem, qualemque ſufficere probationem, & ante eum inſinuavit *Giorg. alleg.* 42. *n.* 30. *& nu.* 31. *&* 32.
124 firmat binas jungi ſemiplenas, ad faciendam plenam clarificationem, nevè diſcrepat *Rovit deciſ.* 36. *n.* 23. Inhabilitatiq; teſtium ſuppletur per veriſimilitudinem, adminicula, & præſumptiones adnectit *Merlin. n.* 16. *ubi deci-*
125 *ſum ſic affert.* Interdicitur tamen adminiſtratio officialis, etiam ſi juriſdictionem haud retineret, ſi de crimine, privatione dignũ, attinctus fuerit. *R. Sanfelic. deciſ.* 61. *et ibi Jo. Bapt. Mucci n.* 1. & ante eos *R. Moles deciſ.* 6. *tit. de pœnis, Merlin. d. cap.* 28. *cent.* 2. *Paſqual. de virib. patr. poteſt. p.* 3. *cap.* 9. *n.* 39. *Ruert. deciſ.* 2. *n.* 301. *ubi Marin.* Fa-
126 cta tamen priùs probatione de crimine delato, nervosè de more ſuſtinet ex *Merlin. cap.* 28. 29. *et* 30. *ex P. de Franch. deciſ.* 8. *& Conſil. Franc. Prat. reſp. Fiſc.* 2. & ex alijs *D. Joſeph Mareſca in ſuo aureo patrocinio Comitis Ligardæ*, & poſt eum *Caffar. Illuſ. quæſt.*
127 2. ubi itidẽ quo ad proprie-

Digitized by Google

tatem tunc denudari officialem edocet, & ante eum dixere *Pont. deciſ.* 7. *n.* 38. *&* *de poteſt. Proreg. tit.* 3. *de elect. offic.* §. 1. *n.* 6. 7. *Rovit. conſ.* 104. *n.* 14. *lib.* 2. *Mont. de regal. offic. nu.* 7. *Cayc. deciſ.* 121. *nu.* 17. 18. 19. *Revert. deciſ.* 440. *tom.* 2. *& ibi de Marini Galeot. reſponſ. Fiſcal.* 15. *n.* 120. *Merlin. contr. cap.* 30. *nu.* 4. *tom.* 2. *Giurb. conſ.* 44. *n.* 37. 38. *Ant. de Ball. var. lib.* 5. *pragm.* 1. *n.* 3. *Mut. ſuper Pragm. Regni Sicil. tit.* 13. *à n.* 12. *Lancellot. de attentat. cap.* 4. *declar.* 4. *n.* 35. *Franc. Marc. deciſ.* 648. *n.* 1. *par.* 1. *& deciſ.* 299. *n.* 3. *p.* 4. Quidquid dicant *Cravett. conſ.* 6. *nu.* 109. *Roland. à Vall. conſ.* 18. *n.* 16. *lib.* 3. *& Camill. de Medic. conſ.* 143. *n.* 17. Ete-
128 nim contrà eos cõmunis obſtat ſententia ferè omni ævo in cunctis ſubſellijs amplexa, ut latè exarato calculo ex multis tuetur *Franc. Rocc. de delict. Perceptor. concluſ.* 4. *n.* 294. *& ſeq.* Concurrentibus tamen nuper allatis requiſitis, ut delictum privatione dignum ſit, & quod per probationes conſtaret, ut prædiximus ex *Marin. ad Revert. deciſ.* 301. *& Grivell. deciſ. Dola.* 60. *n.* 13.
129 & quod Fiſci Patronus ſuſpenſionem præponat, antequàm officiali fuerit datus terminus ad ſe defendendum ſubdit *ex Franc. & de Marin. in obſer. ad Revert. deciſ.* 2. *Jo. Bapt. Mucci ad R. Sanfelic. deciſ.* 61. *n.* 1. *& n.* 2. adne-
130 ctitque tam ſi officium fuerit emptum, quàm gratis datum, ſemper ab eo ſuſpenditur officialis, quod ante eum dixit *Pont. deciſ.* 7. *n.* 33. licèt oppoſitum inſinuat *Capyc. Latr. conſult.* 33. *n.* 36.
131 Nevè Princeps tenetur ad pretij reſtitutionem *Cabed. deciſ.* 20. *n.* 4. *part.* 2. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 27. *&* 39. *Marin. ad Revert. deciſ.* 440. *Merlin. cap.* 30. *n.* 4. *Conſil. Paul. Staiban. reſ.* 100. *n.* 71. *tom.* 1. quoniam in quali-
132 bet officij conceſſione cenſetur adjecta clauſula intrinſecè annexa (donec, & quandiù benè, & fideliter ſe geſſerit) erudiunt *Surgen. in ſua Neap. illuſ. lib.* 1. *cap.* 17. *poſt n.* 36. *Ponte deciſ.* 28. *Galeot. reſp.* 15. *n.* 122. *Revert. deciſ.* 448. *nu.* 2. *& ibi Marin. R. Conſtanti. in l.* 1. *n.* 106. *C. pœn. offici. credit. præfer. lib.* 10. *P. de Franc. deciſ.* 457. *in fine, Merlin. n.* 5. *Mont. n.* 69. *Mut. n.* 15. *Rovit. conſ.* 104. *n.* 14. *lib* 2.

133 Ad noſtrum deniquè redeũdo inſtitutum, inquimus, clerici hereditatem jacentem, non additam, non collectari, ete-

etenim tunc defunćti clerici perſonâ talis repræſentat hæreditas, tex. in l. 1. §. ſcævola, ff. ſi quis teſt. lib. 1. hæreditas, 34. & 61. ff. de acquir. rer. domin. l. non minus 31. in fin. ff. de hæred. juſt. l. denique 13. §. quæſitum, ff. quod vi, aut clam, l. non minus 31. §. 1. de hæred. inſtit. ejuſque fugitur perſona, l. mortuo 22. §. de fidejuſſ. l. cum hæreditas, C. de poſit. Non futuri hæredis, §. ſervus etiam, 2. inſtit. de hæred. inſtit. l. legatum 116. §. ſervos 3. ff. de legat. 1. l. hæreditas 34. de acquir. rer. domin. l. quod ſervus 36. ff. de ſtipulat. ſervor. & probat. P. Ludov. Molin. de juſt. & jur. diſp. 663. nu. 11. Carlevar. de Jud. lib. 1. tom. 1. diſp. 2. quæſt. 5. à n. 342. Barry. de ſucceſſ. ab inteſt. tom. 2. lib. 11. tit. 8. n. 8. Ciarlin. contr. for. lib. 2. cap. 171. à nu. 12. Tuſch. lit. H. concluſ. 19. n. 1. Feder. Pruckam. conſ. 5. n. 220. vol. 2. & conſ. 2. n. 357. vol. 1. Cothm. reſp. 11. nu. 3. vol. 3. Cloker. de collect. cap. 12. nu. 79. & ſeq. Aug. Barboſ. de jur. Pontif. lib. 1. cap. 8. n. 88. Salgad. Labyr. part. 1. cap. 2. §. unic. n. 49. & ſeq. & p. 1. cap. 32. à n. 34. Virgil. de legit. perſon. cap. 15. nu. 15. Ventrigl. prax. annot. 14. nu. 10. Cald. Pereja de man. Reg. cap. 16. n. 28. & poſt eis rejectis Guttier. de gabell. quæſt. 88. à n. 4. Laſſart. cap. 19. à n. 38. in eodem tract. Buttigler. de ſucceſſ. ab inteſt. theor. 12. cap. 1. n. 14. Girond. part. 11. nu. 3. hanc tuetur ſententiam Balmaſed. de collect. quæſt. 19. n. 8. & nos lato calamo probavimus in hoc libr. in cap. 7. Miſcell. à n. 201. cum pluribus ſequentibus, ubi de Inventarij Confectione egimus.

134 At ſi clericus laici hæres, adhuc non advertit, bona hereditaria ejuſdem laici collectantur; ſequuntur porrò bona conditionem, & privilegium perſonæ, confectâ iam addictione, aliàs defuncti perſonam repræſentat, ac ſi in humanis ageret: depromitur ex tex. in l. 2. C. quibus, et quando lib. 10. & faciunt nuper relatis, additis Mart. de juriſd. par. 4. cent. 2. caſ. 122. à nu. 14. & ſeq. Cocher. de juriſd. part. 2. quæſt. 10. tom. 1. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 18. nu. 179. part. 1. Marin alleg. 23. nec diſcrepat P. Dian. q. mor. par. 4. tract. 1. de immun. Eccl. reſ. 110. Conſil. Petra Rit. M. C. V. cap. 181. Hæreditate clerici tamen aditâ per laicum hæredem, iſte ad collectas, & contributiones devincitur, & bona clerici hæreditaria in laicum hæredem tranſlata, collectarum jugo

ſub-

Digitized by Google

ſubijciuntur, extinguitur namque clerici mortui perſonale privilegium per laici hæredis actionem, & proprium efficitur adeuntis patrimoniũ. *tex. in l. ſed ſi plures* 10. *§. filio ff. de vulg. & pup. ſubſt. Surd. conſ.* 144. *nu.* 15. *Mantic. de tac. & acub. lib.* 23. *tit.* 34. *n.* 23. *Thuſc. d. concluſ.* 19. *n.* 1. 2. *lit. H.* & alij per *Kocher. de collect. cap.* 12. *nu.* 8n. & per nos *in d. cap.* 7. *Miſcell. ſub n.* 201. *& ſeq. adducti.*

135 Hæſitatio planè cadit in laico clerici hęrede, diſtulente tamen hæreditatem adire, ut collectas evitaret, contrà quē concludit *Pinellus lib.* 2. *ſelect. cap.* 13. *nu.* 4. ex malitioſa namque hæredis addictione, nefas eſt commodum reportare, & refert *Balmaſed. q.* 19. *n.* 9. nec valdè diſtant rationes allatæ per *Pereira, ubi ſupra cap.* 15. *n.* 22. *tom.* 1.

136 Denique Decimarum debitores, earumque conductores, pro ſolvendo affictu, corã laico Judice pulſandos eſſe inſinuant. *Covarr. pract. qq. lib.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 10. & ſequuntur *Chacheran. deciſ. Pedamont.* 31. *ſub n.* 6. *Camill. Borrell. in ſumm. tom.* 1. *tit.* 34. *de for. compet. num.* 53. &

137 conſonat *Germonian. de Sacr. Summiniſ. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 97. qui hanc cognitionem Eccleſiaſtico haud reliquit Judici, & ſequitur *Monet. de decim. cap.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 17. licet *cum Azor. part.*

138 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 6. Oppoſitum paſſim notamus, Decimarum enim cauſa, à jure ſcatet Eccleſiaſtico, ac ſpirituali, ut mirè ponderat *P. Dian. reſ. mor. part.* 1. *tract.* 2. *de imm. Eccleſ. reſ.* 93. & antè eũ *Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 447. *Matth. de juriſdict. par.* 4. *caſ.* 112. *Squill. de privileg. Cleric. cap.* 3. *num.* 60. Si tamen Epiſcopus, vel alius Creditor Eccleſiaſticus in quaſi poſſeſſione exigendi decimas contrà laicum extiterit, aliàs eos ſemper coram laico Imperio pulſare conatur inſinuat *Cortiad. deciſ.* 187. *n.* 16. 17. Verùm ſi diſceptatur de decimarum quantitate, cognoſcit de eis laicus Judex per modum quęſtionis facti, non juris. *Mart. de Jurid. p.* 2. *cap.* 43. *n.* 74.

139 Pro Colonia verò Eccleſię, ac Eccleſiaſticis debita, hoſcè Colonos, ac cõductores compeſcendos eſſe coram utroque Imperio, autumant *Innocent. Abb. Zabbar. Io: Andr. & Mar. Soccin. in cap. ſi Clericus de for. compet.* Quamvis mordicùs pro fructuum exactione, & eorum expulſione coram Eccleſiaſtico pulſan-

ſandos eſse ſuſtinent *Exd.cap. ſi Clericus laicum. Beller. diſq. Cler. tit. de ſan. cler. real. ꝗ. 5. num.* 8. *Marian. Soccin. ubi nuper verſ. ſed ſu. Dian. reſ. mor. part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 24. *de immun. Eccl. & part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 8. *& ſic deciſum refert per Sacr. Congreg. Sperell. deciſ.* 41 *num.* 31.*tom.* 1. *& deciſ.* 98. *num.* 8.*tom.*2. Solidiſsimis tamen rationibus diſcrepant *Soccin. ibidem, & deciſum refert in Senatu Pedemontan. Ottav. Cacheron. d. deciſ.* 31. *num.* 6. *&* 7. *in fin. Parlador. quotid. diffin. quæſt.* 9. ꝗ. 3. *num.* 8. cum quibus conſonat *Mart. de juriſd. part.* 4. *d. caſ.* 112. *ſub num.* 1. quoniam de rebus agitur prophanis, pro quibus compertum eſt coram laico compellendos eſse, & mirè aſtruit *Fider. de ſen. in conſ.* 245. quem laudat *Ott. loco indicato, & facit Felini in cap. cauſam. num.* 15. *de præſcript.* alioſque cumulat *Bellon. conſ.* 3. *num.* 2. Ni-
141 ſi in forma Cameræ ſe in contractu devicerint, inſinuat *Marth. vbi deſuper* Conſuetudinem benè verùm attendendam eſse edocet *Hier. Gabriel. d. conſ.* 37. *num.* 10.
142 12. *tom.* 1. licet ſtatutis laici Imperij, ejusque ordinationibus omninò ſubjacent, pro parte tamen Colonica fructuum. *Mauſon. de contrab. q.* 8. *n.* 69. ſi à ſolo sũt ſeparati *Ciarl. cõtr. c.* 31. *n.* 18. *lib.* 1. *Daniel. de nobilib. caſ.* 12. *n.* 5. *Cõſil. Rodoer. ad Reg. de Marin. reſ. lib.* 1. *c.* 31. *n.* 2. *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 209. *n.* 31. *tom.* 4. innuunt. *Salicet. in Auth. caſſa C. de Epiſcop. & cleric. Gabriel. d. conſ.* 37. *n.* 4. *volum.* 2. *Reulpel. tract. de libert. Eccl. part.* 3. *n.* 12. 16. *Borrell. in pragm. Odia litium.* ꝗ. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 261. *Surd. d. conſ.* 301. *num.* 70. 85. *lib.* 3. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 2. *num.* 179. *Marth. de jurisdict. part.* 2. *c.* 40. *n.* 35. cũ ex eis Eccleſiaſtica haud læditur juriſdictio *Ancher. cõſ.* 155. *n.* 8. *Surd. ibidem de Graſſ. num.* 180. *Fideric. de Sen. d. conſ.* 111. *Aret. in l. placet C. de Sacr. Sanct. Eccl. Bart. in l. Lator.* ꝗ. *filius*
143 *v. Mercatores ff. de publican,* ideò in Principis ſecularis adadventu non excuſantur, quin perſonaliter inſerviant, inſinuant Innocent *in cap. non minus de immun. Eccleſ. num.*
144 3. & ibi *Abb. num.* 14. licèt ad hoſpitandum milites, & alios negant *Mart. de juriſd. p.* 4. *caſ.* 86. *n.* 4. *Bellect. ubi ſupra* ꝗ. 7. *n.* 1. 2. *Sperell. deciſ.* 42. *n.* 15. Sicque deciſum affert. *Dian. p.* 4. *tr.* 1. *Reſol.* 32. Sed vide infra. Immò & proportionibus ſuis proprijs ad

ad tributa, aliaſque impoſi-
tiones devinci putat *de Seniſ. d.conſ.* 111 *num.* 10.*& conſ.* 106. *& ex Bart. in l.hi penes quos.num.*1. *de Agrig.& Cenſ. lib.* 11. edocent *Surd. d. conſ.* 301. *num.*86. *Bellet. diſquiſit. Cler. de exempt. cleric. & eorum bon.* §. 7. *num.* 3. *Franc. Leo in Theſaur. for.Eccleſ.par.* 1. *cap.* 14. *ſub num.* 6. *& par.* 3. *cap.* 38. *num.* 122. *& conſonat Sperell. deciſ.* 42. *n.* 17. *tom.* 1. *Dian.p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 19. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 4. *Balmaſed. de collect. q.*20. quam ſententiam communem eſſe probãt *Cãcer.var.p.*3.*cap.*3.*n.*140.*& ſeqq. Fontanell. deciſ.*307.*p.*2. *Cortiad. deciſ.* 204.*n.* 15. Niſi oppoſita vigeret conſuetudo, cui ſtãdũ eſse firmant.*Carocc. de locat.p.*4.*tit.de collect.n.* 21. 22. *Bellect.diſqu.cleric. p.* 1.*de exempt. cler.* §. 8. *n.*1. *Caſtill. deciſ.* 327. *n.* 15. *lib.* 3. *Sperell. deciſ.* 121 *à n.* 69. *lib.* 1. nec diſcrepat *Cortiad. deciſ.* 220.*n*1.6.*tom.*1. Ac ſuper tertia fructũ ipſius Coloniæ parte, ad ipſos Colonos ſpectãte, autumãt *Burſat. cõſ.* 25. *n.* 3. *lib.*1. *& cõſ.*42.*n.*14.*eodẽ lib.* & deciſũ refert. *Reg. Rovit.deciſ.*21.*Novarr.de gravam.Vaſſallor. tom.* 3. *gravam.*83.*num.* 4. *D. Mar.Cutell.deciſ.*2. *tom.* 2. *Reg. Donat. Anton. de Marin. ad Reuert. tom.* 1. *deciſ.* 32. *Theſaur. deciſ.* 116. *idem de ſeniſ.num.* 10. Menoch. *de arbrit. ſent.* 6. *caſ.* 562. *num.* 37. *Epiſcop. Sperell. deciſ.* 41. *num.* 42. *tom.* 1. ſed oppoſitũ ipſe aſtruit *ſub num.* 84. 85. & pro hac oppoſita ſententia deciſum refert per Sacr. Congreg. Epiſcoporum *Dian. reſol.mor.part.*5. *in tit. reſ. Sacr. Cõgr.num.*16.*& par.*3 *reſ.*19.

147 Colonica etenim portio Co-
lonis tribuitur ob culturam,
ratione laboris, & expenſis cũ
quibus ęqua commenſuratur
lance; undè congrua herclè,
ac partilis haud eſse commẽ-
ſuratio, ſi ad tributa devince-
retur Coloni cum Eccleſia,
alijque Eccleſiaſtici in lucro
eſsent, Coloni verò in dam-
no, quod cum expetere rectè
non poterant ab ipſis Eccle-
ſiaſticis Dominis indirectè iſti
repugnantibus Sacris Cano-
nibus lęderentur. ut rectè ra-
tiocinatur. *Lotter. de re beneſ.
quæſt.* 21. *num.* 50. *Epiſc.Sperell. d. decis.* 41 *num.* 57. 58.
cum seqq. & decis. 44. *num.*
17. *ad* 23. *tom.* 1. *& contrà
Oſasch. d. decis.* 83. *num.* 8.
infert *Panimoll. decis.* 6. *ann.*
148 7.*n.*11. 12 quam ſententiã
veram eſſe cenſemus reſpectu
Coloni non Partitarij, ſed
Operarij, mercede conventa,
ad Eccleſiaſticorum bona, co-

lẽ-

Digitized by Google

lenda conducti, qui in ſuis laboribus haud ſunt gravandi, & collectandi, ut benè inclamat *Gloſs. in clement. 1. de decim. Ancheron. in cap. quamquam num. 5. de cenſib. in 6. Burſat. d. cons. 42. n. 15. 17. lib.* 1. alioſq; cumulat *Bellet. diſquis. cleric. de cler. exemp. p. 7. n.* 4. *Marc. Antonin. var. lib. 1. c. 111. n. 39. Lotter. de benef. d. q. 31. n. 47. de Graſs. effect. 3. n. 69. Theſaur. decis. 110. n. fin. Surd. deciſ. 19. et dec. 35. Mart. Bonac. in partic. tit. de censur. cõtēt. in Bull. Can. Dom. diſcur. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 1. n. 7. verſ. quart. ſentent. tom. 3. Sperell. d. deciſ. 12. n. 11. tom.* 1. in iſtis autem commenſuratio congrua haud eſſet ſi ad tributa devincerentur, quòniam lucrum aliquod laboris non ſuperat, nec Eccleſiaſtici de facili conductitios hoſcè colonos invenirent. Advertit *Jo: Franc. Leo. in Theſaur. for. Eccl. lib. 1. d. cap. 14. n. 6. Duen. reg.* 100. quamobrem indirectè læderentur. indicant nuper laudati, & ad materiā, vide celebrem *cons. Fider. de sent.* 106. quem ſequitur *Ancher. in clementi. 1. in 4. notab. de decim.*

149 At Partitarij pro fructibus, ad eos in portione ſpectātibus, ratione bonorū Eccleſiæ, vel Clericorum, quæ colunt immunes minimè ſunt, ſed tantùm pro dominicali portione, ut benè edocent *ex Gemin. in cap. quamquam in fin. de cenſ. 1. Ægid. Boſſ. de Princip. n. 121. Menoch. de arbitr. cas. 562. n. 36. cent. 6. & cons. 136. n. 25. vol. 2. de Graſſ. effect. 3. n. 5. Burſat. cons. 25. n. 3. & cons. 42. n. 14. vol. 1.* & pro illis ad eos ſpectantibus ſolent collectari, quando ſunt à ſolo ſeparato, quoniam non dicuntur Eccleſiæ, neque de ejùs dominio, ſed ipſorum colonum *Bellect. p. 1. §. 7. n.* 4. licet oppoſitam mordicùs tueātur ſententiam *Theſaur. decis. 116. & ibi filius Azor. Inſtit. mor. p. 1. lib. 7. cap. 37. §. 7. & Antonell. cap. 1. lib. 4. n.* 2. autumantes hoſcè clericorum colonos abſolutè eſse exemptos à ſolutione vectigalium collectarum, atque aliorum munerum, tàm realium, quàm perſonalium, potiſsimum pro muneribus mixtis, quæ imponuntur perſonis, pro rebus, ut eſt Hoſpitatio, & militum alimonia, ac cætera bellica onera, ad quorum ſolutionem immunes eſse putāt. Attamen à prima ſententia non eſt recedendum, quoties ſunt Coloni partitarij, & non operarij tantùm per rationes ſuperiùs allatas licet

150 abſolutè blaterant nonnul-

li; Conductores Eccleſiæ, vel Principis, à gabellæ, vel alterius collectæ ſolutione immunes haud eſſe *ex tex. in l. licitatio* §. *Fiſcus ff. de Jur. fiſc. Pereja de edict. inſtrum. tit.* 5. *reſol.* 3.*n.*45. *Cancer. var.p.*3. *cap.* 3. *n.* 139.*Peregrin de jur. fiſc. lib.*7. *tit.* 3.*n.*34. *Maſtrill. deciſ.* 304. *D. Mar. Cutell. de donat. contempl. matrin. tract.* 2. *diſcurſ.* 1.*ſi ſpec.*22.*à n.* 13. nec impar cecinere *Eman. Rodrig. quæſt. regul. tom.*3.*quæſt.* 74. *art.* 6.*Alph. Olea de ceſſ. Jur.tit.*3.*q.*3.*à n.*1.2.3.4.quod ante eos, quo ad Conductores Eccleſiæ firmavere *Laſſart. de decim. vend. cap.* 19. *n.* 27. *Duard. in Bull. Can. Dom. lib.* 2. *Canon.* 18. *q.* 11. *Guitter. de Gabell. q.* 44. *Girond. de priv. q.* 179. *n.* 983. *Zevall. de cogn. per viam viol.* 2. *p. q.* 50. *&* 52. *Novaroll, alleg.* 38. *n.* 9. 10. *& per tot. Joann. Batt: Thor. p.* 3. *comp. deciſ. verb. ceſſionarius alicujus hæreditatis. Larrea alleg.* 57. *n.* 6. *Fontanell. de pact. nupt. cler.* 5. *gloſſ.* 4. *n.* 43. *Cancer. var. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 127. *& cap.* 3. *n.* 140. *Antonell. cap.* 7. *n.* 5. *lib.* 4.

151 Imò autumant nonnulli, non inferioris notæ, privilegiũ datum non ſolvendi Eccleſijs, & Eccleſiaſticis collectas perſonale eſſe, ideò ad colonos haud porrigi, inſtruunt *Bardellon. conſ.* 31. *n.* 6. 12. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *à n.* 36. & alij, quos adducit *Carrot. de locat. tit. de collect. n.* 8. & affluenter *Noguerol. alleg.* 38. *n.* 10. & alij per *Balmaſed. de collect. quæſt.* 20. *n.* 8.

152 Et fuit de mente Gloſsæ *in Clemẽtina præſenti*, *de cenſib. ubi Imol. & alij, Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ n.* 99. *de conſtitut. Tiraquell. tract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 13. *nu.* 11. 12. *Roland. à Vall. conſ.* 61. *n.* 14. 15. *vol.* 4. *Boër. deciſ.* 213. *nu.* 19. *part.* 1. Etenim vectigalia, datia, ac collectæ ſolvuntur ratione fructuum, qui conductorum proprij ſunt, *tex. in l.* 1. *ubi Bart. de agric. & cenſ. lib.* 11. annuitque *Epiſcop. Joan. Maria Belletus diſquiſit. Cleric. p.* 1.

153 §. 8. *n.* 1. innuens Eccleſiã haud uti exemptionis privilegio, ſi negotietur, *ex cap. quam quã de cenſib. Rip. reſ. c.* 22. *lib.* 2. At pro fructibus Eccleſiæ

154 ſolvendis per fictarium, ſeù conductorẽ, talia haud ſolvũtur onera, pro quibus conductor exemptionis gaudebit privilegio *Rimin. ſen. cõſ.* 747. *vol.*4. ità ſi fuerit Conventum, ut Eccleſia, vel clericus tenea-

155 tur proprijs ſumptibus dare fructus conductos ad domũ ip-

ipſius fictarij, ſeù conductoris putant *Roland. d. conſ.* 61. *nu.* 20. *Surd. conſ.* 301. *nu.* 7. 8. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 3. *n.* 91. *Cavalcan. decis.* 44. *num.* 98. *& ſeq. p.* 1.
156 aut in tanto exceſſu fuerint datia, & impoſitiones, per quas maxima cum difficultate clerici, vel Eccleſiæ, ſinè eorum jactura nequirēt fictarios, & conductores invenire, imò cogerentur minori pretio rem laicis locare, nam tunc iſti fictarij, & conductores exemptionis privilegio fruuntur, firmat *ex Dec. conſ.* 48. *Fideric. de Senis cons.* 111. *nu.* 10. *Felin.in d.cap.Sanctæ Mariæ n.* 99. *idem Bellect. n.* 1. *in fine. Vulp. prax. Jud. cap.* 17. *n.* 18.& quādo dicuntur gabellæ exceſſivæ, vide *Antonell. n.* 6.
157 Emptores frumenti Eccleſiæ, vel clericorum à vectigaliū ſolutione immunes haud eſſe, dixere ex *Gloſſ. in d. Clement. de cenſib. verb. negotiandi, Tiraquell. de conſanguin. §.* 1. *gloſſ.* 13. *n.* 12. *Bertchin. p.* 1. *verb. gabell. quæſt.* 7. *Boër. deciſ.* 213. *nu.* 19. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 3.
158 *n.* 88. *& ſeq.* Privilegium enim immunitatis non tranſit in eum, ad quem bona fuere translata, *tex. in l. licitatio, §. fin. ff. de publican. l. ætatem, §. fin. ff. de cenſib.* neque ad ſingularem ſucceſſionem, *Boër. n.* 19. *de Graſſ. nu.* 89. imò mutata perſona, mutatur rei conditio, adeò ut res non privilegiata, ſi ad privilegiatum devenerit privilegiata efficiatur, *cap. unic. de jur. patr. in* 6. *cap. Noverit.* 10. *qu.* 1. *cap.* 1. *§. volentes, de imm. Eccl. Oſaſcus deciſ.* 136. *n.* 1. *Guid. Pap. quæſt.* 387. *Bellarm. contr.* 2. *lib.* 1. *tom.* 2. *de Cleric. cap.* 28. *in fin. Farinac. prax. crim. tom* 1. *q.* 8. *n.* 21. *Bellet. diſq. Cler. p.* 1. *§.* 3. *n.* 3. *& ſeq. ità,*
159 & è contrà concludunt nuper recenſiti, & nos meliùs in Miſcellanea, ac in hoc eodem capite 2. n. 82. & aliorum ſuffultus verbis annuit *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 1. ſi tamen gabella ſolvenda ſit ex actu ſeparato abſq; clerici venditione, quoniam tunc iſti, nec directè, nec indirectè læduntur. At ſecùs ſi gabella ſolvenda erit pro ipſo actu connexo, & celebrato cum clerico, nam eo in caſu ceù clericus ob exemptionem non tenetur, ità nec emptor ab eo, ut mirè ratiocinantur *ex Deci. cons.* 48. *Roland. conſ.* 61. *num.* 18. *vol.* 4. *Menoch. conſ.* 136. *per totum, & n.* 24. *Surd. conſ.* 301. *n.* 8. *Ricc, in prax. reſ.* 283. *par.* 2. aliàs indirectè tenderet contra Ec-

cleſiaſticam libertatem, quippè Eccleſia tanto minùs venderet rem ſuam, quantum aſcenderet illud onus *de Graſ. nu.* 91. *Bellett. p.* 1. *§.* 8. *n.* 4. *in fin. Antonell. n.* 2. 3.

Veritas tamen hujus concluſionis eſt, emptorem rerum Eccleſiæ, vel Clericorum devinci ad gabellarum ſolutionem, quoniam de jure ex veriori ſententia onus ſolvendi gabellas ad emptorē ſpectat *l. debet* 27. *ff. de ædilit. edict. Caſtr. Palaus oper. mor. par.* 7. *tract.* 32. *diſp.* 6. *punct.* 25. *n.* 5. *Parlador. rer. quot. lib.* 1. *c.* 3. *§.* 7. *n.* 5. *Merlin. de pignor. lib.* 3. 9. 6. *n.* 10. *Guitter. de gabell. quæſt.* 46. *num.* 2. *Cortiad. deciſ.* 222. *nu.* 2. 3. *tom.* 4.

160 Vaſſalli autem, & Eccleſię, aut Clericorum Emphiteutæ ſuper portione Dominicali ad onera non tenentur, edocent ex *Bart. in l. privatæ, C. de excuſat. mun. lib.* 10. & alij ſcribentes, *Berlarm. in Clement.* 1. *n.* 239. *de decim. Boſſ. de Princip. nu.* 128. *Caball. reſ. crim. caſ.* 12. *Menoch. de arbitr. caſ.* 562. *nu.* 24. *Cevall. commun. opin. n.* 726. *de Graſſ. nu.* 77. 81. ſi onera fiſcalia impoſita ſint pro utili dominio, at ſecùs ſi ratione fructuum, nam tunc Emphiteuta tenetur, imò cogi poſſit pro ſolvendis enunciatis oneribus *Bald. in l. placet, nu.* 26. *C. de jur. Emphit. Surd. conſ.* 338. *n.* 13. *& ſeq. lib.* 3. *Valaſc. de jur. Emph. q.* 17. *n.* 11. *& ſeq. Menoch. de arbr. caſ.* 562. *nu.* 31. *lib.* 2. quos affert *Antonell. ubi ſupra cap.* 7. *n.* 12. *lib.* 4. *Alterius de cenſ. diſp.* 19. *cap.* 6. *Filluc. tract. mor.* 16. *cap.* 11. *qu.* 4. *nu.* 302. *Leſſ. de Juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 24. & poſt varias diſtinctiones *Ciarlin. libr.* 2. *contr. cap.* 129. *à num.* 51. & damnum Eccleſiæ directè, & indirectè nō reſultaret *Bonac. in Bull. Cœn. Dñi diſput.* 1. *quæſt.* 19. *p.* 3. *§.* 1. *n.* 9. *Ciarlin. num.* 55. & alij ubi ſupra, licèt minori collectantur ſumma Euphiteutæ Eccleſię, propter onus Canonis ex recenſitis inſinuat *Felician. à Sol. de cenſ. tom.* 2. *in add. ad libr.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. *Bellet. ubi ſupra in fine. Balmaſed. de Collect. qu.* 126. *nu.* 10. *& ſeq.*

Prædiximus in principio pręſentis Capituli ſub n. 35. Jus collectandi de regalibus eſſe, & ad excelſam ſupremi culminis Majeſtatem pertinere; hinc fluit, ſubditi obnoxij, ad eas ſolvendas, in caſſum ſe eximere procurant, præſcriptionis non ſolvendi prætextu. Etenim licèt conſuetudinem parili ſchemate cum privilegio eſſe dixere *ex tex. Jul.*

hoc

hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva. DD. attamen collectæ tributa, ac cæteræ contributiones, quæ ſupremo Principi in ſignum recognitionis, & ſubjectionis ſupremi dominij debentur, nulla præſcriptione proferuntur; ac perperam hujuſce præſcriptionis clypeo ſubditi excuſantur, *tex. in l. competit. ff. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* ubi adverſus regalium functionum ſolutionẽ præſcriptiones omnes fuere interdictæ, quoniam in obſequium ſupremæ Majeſtatis præſtantur, à quo ſupremo ſui Principis imperio nullus unquàm præſcriptionis prætextu eximitur. *Cabet. decis.* 40. *&* 41. *Gaill. lib.* 1. *obſer.* 21. *n.* 6. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 4. *nu.* 8. *lib.* 1. *Vaſquez illuſ. contr. cap.* 2. *n.* 4. *Parlad. rer. quot. lib.* 2. *de privil. jur. Civ. cap.* 5. *n.* 68. quos affert *Gaſpar Klocker. de contrib. c.* 16. *ſect.* 2. *n.* 18. 19. 20. nec ab ejus obedientia *cap. cum non liceat de præſcript. Giurb. de feud. Gloſſ.* 13. *§.* 2. *n.* 81. *Tepatovar. tit.* 240. *cap.* 8. *verſ.* 1. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 6. *à n.* 28. 29. *Salgad. Labyrin. & alij per Balmaſed. ibidem.* Merito itidem immemoriali tempore non præſcribuntur, inſinuant *Alex. Conſil.* 30. *n.* 12. *vol.* 3. *Natt. conſ.* 226. *n.* 6. *Menoch. conſ.* 887. *n.* 34. *Flores de Men. var. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 134. *& alij relati per Cyriac. lib.* 1. *controv.* 13. *n.* 58. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 29. *Givalin. de univerſ. negot. lib.* 5. *cap.* 5. *art.* 2. *nu.* 3. *Fermoſ. alleg.* 14. *nu.* 15. *Salgad. de reten. Bull. par.* 2. *cap.* 11. *nu.* 36. à quibus, & alijs *Balmaſed de Collect. q.* 45. *n.* 6. *& à q.* 4. *n.* 6. *& ſeq.* In

161 reliquis autem rebus, & collectis, quæ Principis Imperiũ minimè reſpiciunt, ſed de nõ ſolvendo eidem Principi, vel aliter agitur, ob conſuetudinẽ non ſolvendi, relevare ab allato onere præſcriptionem, conveniunt ferè omnes ex Oraculo *Barthol. in l. licitatio, §. earum, ff. de publican. & vectigal. Farinac. de furt. q.* 173. *n.* 91. *& ſeq.* alioſque affert *Alph. Olea ubi nuper n.* 35. *& ſeq.* abſque ulla interpellatione, ſed ex ſolo tẽporis curſu, conſueſcentes non ſolvere collectas, ab alijs ſolutas, eximuntur, fatentur *Natt. conſ.* 206. *n.* 16. 21. *Silvan. conſ.* 59. *n.* 11. Ad præſcribenda autem ea, quæ libertatem inducunt, ſolam negligentiam non petentis ſufficere *Natt. conſ.* 406. *n.* 22. nec ſciẽtia, aut patientia illius, contra quem præſcriptio ordinatur neceſ-

ſaria

ſaria eſt, *tex. in l. ſi partem* 19. *§. fin. quemadmodum ſervit.*
163 *amitt.* Imò ubi depromitur ex actis negativis animus inducendi præſcriptionem ob non ſolutionem factam, interpellationem non requiri, edocent *Imola. in cap.* 3. *de conſuet. in* 6. *Natt. n.* 24. *Macerat. lib.* 1. *reſ.* 111. *n.* 36. Sed
164 tantùm ſufficere caſum collectas imponendi, eveniſſe, prædiaque immunia ab eorũ ſolutione, per immemoriale tamen tempus, poſſediſſe, ſi de ſolutione cæterarum collectarum, & contributionum eidẽ Principi præſtãdarũ, quę nõ ad ſupremũ ejuſdẽ Principis imperiũ, in ſignũ ſubjectionis debentur *DD. per Balmaſed. n.* 12. Spatio verò an-
165 norum quadraginta, ſi adverſus Univerſitatem non ſolvendi collectas obijcitur. *DD. per* Balmaſed. *nu.* 13. decem, vel viginti ſaltem annorum ſpatio, ſi à vaſſallis contra Baronem, præſcriptio non ſolvendi collectas, adduceretur. *DD. per Balmaſed. n.* 17.
166 Abſque ulla tamẽ proteſtatione, recuſatione, aut interpellatione, ſi de præſcriptione immemorialis temporis ageretur, ut apprimè ſuſtinẽt *Gabriel Com. lib.* 1. *de probat: concluſ.* 6. *n.* 38. *ex Covar. in cap. poſſeſſor malæ fidei part.* 2. *§.* 2. *nu.* 9. *de reg. jur. Coppin. de legib. cap.* 10. *n.* 3. *Balb. de præſcript. par.* 2. *par.* 5. *q.* 7. *in fin. Oralor. de nobil. p.* 3. *c.* 17. *n.* 9. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *c.* 14. *nu.* 118. *Gratian diſcept. for. cap.* 89. *n.* 12. *Cancer. lib.* 1. *var. cap.* 4. *n.* 139. *& ſeq. Theſaur. quæſt. for.* 8. *n.* 212. *& ſeq.* veriorem, germanam, ac receptiorem hanc eſſe ſententiã blaterant *Henric. Klocker. diſcept. de jur. vectigal. concluſ.* 39. *& Gaſpar Klock de contrib. cap.* 16. *nu.* 69. *& plurium ſeq. Roſa conſult.* 9. *n.* 19. *& DD. per Balmaſed. nu.* 14. 20. ubi tex. *in l. hæc autem jura, ubi Gloſſ. de ſerv. reb. pręd.*
167 Ceſſare inſinuat, ſi de præſcriptione immemorabili ageretur, & ante eum dixit apprimè *Klocker. ubi ſupra,* & poſt eos *Roſa conſult. & DD. per*
168 Balmaſed. *nu.* 14. Etenim cum immemoriali in actibus neceſſarijs, ac itidem negativis. ac merè facultativis, præſumitur quæſita quaſi poſſeſſio rerum incorporabilium, cum præcedentia legitimarũ qualitatum, & requiſitorum tam juris, quàm facti, ad eam perficiendam opportunorum; meritò prohibitio, proteſtatio, recuſatio, & interpellatio neceſſariæ minimè ſunt, ut contra *Alex. in conſ.* 136. *nu.* 19. *lib.* 2. ejuſque aſſeclas edocet

Me-

Menoch. conſ. 881. *n.* 14: *lib.* 9. *Garzia de nobilit. gloſſ.* 19. *n.* 2. *Velaſquez, Avend. de cenſib. cap.* 8. *n.* 23. 24. *Covarr. regal. poſſeſſ. p.* 2. ♁. 4. *n.* 6. *verſ. poſterior*, & alij, quos latè exarato calamo adducit *Caſtill. Sot. Major quotid. controver. lib.* 6. *tit. de tertijs cap.* 29. *per totum tom.* 7. Immò
169 immemoriali præſcriptione in rebus incorporalibus accedente, neceſsariam haud eſſe ſcientiam, & patientiam illius Principis, vel alterius, cōtrà quem præſcribitur, inſinuant *Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 44. 45. *Coſt. de facti ſcientia, & ignor. in ſpect.* 67. *n.* 9. *Fōtanell. de pactis nup. tom.* 1. *Clauſ.* 4. *Gloſſ.* 17. *n.* 86. *Menoch. lib.* 3. *præſump* 113. *à n.* 43. *& ſeqq. Cavalc. deciſ.* 4. *n.* 3. 4. *& Chriſtin. deciſ.* 294. *n.* 3. *Ramirez de leg. Reg.* ♁. 24. *n.* 29. *Roſental. de feud. tom.* 1. *c.* 5. *concluſ.* 16. *lit. F. Sixtin de regal. lib.* 1. *c.* 5. *à n.* 150. etiam ſine titulo probāt *Maſtrill. de Magiſt. L.* 1. *c.* 19. *n.* 21. *& ſeq. Peregr. de jure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 66. *& lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 16. quòniam ex ea
170 titulus potentiſsimus, ac fortiſsimus infertur *cap. ſuper quibuſdam* ♁. *propterea, de verb. ſign. Oſaſc. decis. pedem.* 101. *n.* 20. ex quibus, & alijs fundat *Caſtillus Sotomajor quotid. controv. lib.* 6. *cap.* 28. *per to-*
171 *tum tom.* 7. Si tamen titulus ab initio non fuerit vitioſus, aut nullus *DD. per Klok. c.* 20. *n.* 283. *doctiſſimus Joan. Batt. Mucci ad S. Felicium dilucid.* 88. *n.* 12. talis namque titulus poſsidentem in mala conſtituit fide, quæ ceſsare facit itidem præſciptionem centenariam, & immemorabilem, de qua in caſsum præſcribēs, cum titulo nullo, aut vitioſo lætetur *cap. vigilanti &c. fin. de præſcript. cap.* 1. *de regulis Juris in* 6. affabrè *Covarr. in cap. poſſeſſor malæ fidei relect.* 2. ♁. 3. *n.* 8. *de regulis Juris in* 6. *Menoch. lib.* 3. *pro ſumpt.* 131. *n.* 45. *Klock. de collect. cap.* 20. *n.* 280. *cum ſeq. & n.* 283. ubi ſic deciſum affert, & annuit *Conſil. Joſeph de Roſa conſ.* 23. *n.* 58. & poſt omnes *D. Nicol. Scop. ad Gratian. obſer.* 15. *n.* 9. *&* 10. ubi per totum elatè, de more, hanc pręſcriptionis materiam ex-
172 tricat. In præſcriptione equidem 30. vel 40. annorū hæſitant nonnulli blaterantes in hac præſcriptione proteſtationem, recuſationem, aut interpellationem eſse neceſsariam, *Roſental. de feud. c.* 5. *conclus.* 84. *Cæphal. cōs.* 129. *n.* 6. *tom.* 1. *Reginald. cons.* 258. *n.* 3. *tom.* 3. licet op-

Digitized by Google

oppoſitum conentur defendere *Surd. decis.* 234. *n.* 33. 34. *Garſ. de Nobilit. gloſſ.* 19. *n.* 1. cum quibus, & alijs annuit *Conſil. Roſ. Itidem n.* 20. *in fine*. Tempus autẽ imme-
173 morabile, ſpatio centum annorum communiter definitur *à DD. per tex. in L. an vsus fructus* 56. *ff. de vsufruct.* & faciunt *Balb. de præscript. Suar. tract.* 2 *p.* 3. *q.* 6. *n.* 24. *Maſcard. de prob. conclus.* 429. *n.* 9. *& conclus.* 1214. *n.* 53. *Cavalc. deciſ.* 30. *n.* 27. *p.* 2. *Bertazol. conſ. civil.* 72. *n.* 38.
174 licet diſtare intendunt aliqui præſcriptionem centenariam, & immemorabilem *per tex in L. ſi arbiter* 28. *ff. de probat.* quibus reſpõdet *P. Ludovic. Molin. diſp.* 76. *per to-*
175 *tum tract.* 2. Primam verò veriorem, ac ab omnibus amplexam cunctis in ſubſellijs putant *Hieronym. à Laurent. deciſ.* 40. *n.* 5. *Monet. de decimis cap.* 5. *q.* 3. *n.* 75. cum quibus annuit *Klock. d. c.* 20. *n.* 292. 293. Adde *Farinac. deciſ.* 584. *p.* 3. haſce denique oppoſitas ſententias refert *Caſtillus de tertijs cap.* 26. *per totum*, ubi cum oppoſitis videtur annuere, cunctis autumantibus immemorabilem eam eſse pręſcriptionem, quę
176 centum excedit annos, ſed quando, *vide Caſtill. cap.* 269. in fine; & quomodo probatur iſta immemorabilis, *vide Caſtillus ibidem cap.* 27. per totum, & interrupta præſcriptio quando dicatur! *vide Larream alleg.* 68. 92.

177 Privilegium planè de non ſolvendis contributionibus, & collectis, ad collectas extraordinarias non porrigitur, immò privilegiatus privilegio ampliſſimo ad eas ſolvendas devincitur *ex Bart. in L.* 2. *ff. de juris immun.* oraculo dixere *Camill. Gall. de verb. ſign. lib.* 10. *cap.* 28. *n.* 9. *Alb. Mandel. conſ.* 1. *à n.* 4. *& ſeqq. tom.* 1. inſinuat *Balmaſed. de collectis*
178 *quæſt.* 46. *n.* 13. Niſi in privilegij indulto apertè de eis fuerit facta mentio; in privi-
179 legio namque exemptionis quantumvis generale, ea tantùm complectuntur onera, collectæ, ac contributiones, quæ in eo ſpecialitèr expreſſantur; ſubjectio tamen quoad alias remanet illæſa, *per tex. in l. ſunt munera* 11. *ff. de vacat. mun. in fine, ubi ſcribentes.*
180 Et ſi ſimpliciter immunitatis privilegium fuerit indultum, de extraordinarijs, & perſonalibus, non tamen de realibus collectis, & oneribus accipiendum eſſe *ex tex. in l. fin. §. fin. ff. de muner. & honor. l. ſi qui, ff. de vac. mun. l. qui immunitatem* 3. *C. de mun. patrimon.*

mon. inculcant *Oſaſc. deciſ.* 95. *n.* 50. graphicè *Azaved. in conſtit. Hiſp. l.* 1. *n.* 28. *tit.* 2. *lib.* 6. *Decian. reſp.* 35. *nu.* 23.
181 *vol.* 3. Neque de indictis ob aliquam publicam ſupervenientem neceſſitatem: etenim à ſolutione allatarum nemo immunitatis clypeo munitus, vacuus remanet *l.* 1. *C. de vacat. public. mun. lib.* 10. *l. in honoribus*, *§. qui muneris*, *ff. de vacat. mun. Natt. conſ.* 139. *n.* 11. *& conſ.* 160. *Andr. Gaill. obſerv.* 52. *n.* 26. *lib.* 2. *Franc. Viv. comm. opin. verb. immunnitas*, *Jacob. Menoch. Conſil.* 1105. *n.* 36. 37. *Franc. Marc. deciſ. delph.* 457. *n.* 18. *par.* 1.
182 Quoniam inſolita non comprehendũtur ſub generali cõceſſione; fundat *Gall. ubi nuper.* Nec ad caſus publicæ utilitatis adverſantes, porrigitur privilegium, *l. jubemus* 10. *C. de ſacr. Eccleſ.* ſicque deciſum afferunt *Myſinger. obſerv.* 70. *n.* 3. *lib.* 4. *Sixtin. de regal. c.* 14. *n.* 25. *& ſeqq. Heig. lib.* 1.
183 *quæſt.* 18. *n.* 26. Potiſſimum ſi bellum urgeret, Regiſque patrimoniũ exhauſtum fuerit, & pro communi tuitione, collectas indicere oporteret; tunc privilegiati tenentur, privilegio eorũ ampliſſimo minimè obſtante, ad collectas, *ut ex dicto tex. in l. in honoribus*, *§. qui muneris*, *ff. de vacat. mun.* dixere *Franc. Marc. ibidem Viv. & Menoch. ubi ſupra*, *& in Conſil.* 165. *n.* 7. *Roſental. de feud. cap.* 5. *concluſ.* 86. *n.* 3. *lib.* 1. *Mieres de Major. par.* 1. *q.* 10. *n.* 42. *& p.* 4. *qu.* 1. *limit.* 15. *nu.* 13. *Balmaſed. d. q.* 46. *n.* 14. *Phanut. de moment. tempor. cap.* 20. *n.* 46. Niſi ex
184 conjecturis aliter elici poſſit; nimirùm ſi tempore belli indultum privilegium non ſolvendi collectas fuerit, aut ſi ſub prægnãtibus verbis, & ab oneribus cogitatis, & incogitatis; ſolitis, vel inſolitis evolveretur concepta immunitas, hanc namque exemptionem ab belli onera tunc porrigi autumavere *Myſinger. d. obser.* 70. *n. fin. Roſental. nu.* 5. 6. *Oſaſc. decis.* 39. *n.* 21. *Franc. Marc. decis.* 457. *Meichſner. deciſ. camar. decis.* 6. *n.* 63. *tom.* 2. *lib.* 1. ubi ſic deciſum affert: immò temerarium eſſe, qui contra tale privilegium attentaverit, ſubdit *Kloker. de collect. cap.* 16. *n.* 117. *vers. licet igitur.*
185 Hoc itidem firmavere nonnulli, ſi in conceſſione verba geminata, ac univerſalia evolverentur, ut puta, *ab omnibus*, *& quibuscunque oneribus*, ex quibus ad belli onera indultũ extendere inſinuant, *Viv. ubi ſupra n.* 3. *Oſaſcus decis.* 39. *n.* 17. *& ſeqq. Menoc. d. cons.*

O 156.

156. *n.*25.& alij *per Roſental. d cap.*5. *conclus.*86.*n.* 5.quos adducit *Kloker n.* 112.

186 Vel, ſi, *prorsùs, vel penitùs, aut totaliter debet eſſe exẽptus, & liber à cæteris oneribus*; in privilegio expreſſatum fuerit, ut mirè edocent *Roland. à Vall. cons.* 5. *à nu.* 44. *vol.* 1. *Menoch. n.* 26. 27. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 2. *q.* 7. *n.* 20. & *seqq.* agglutinans haſce clauſulas amplecti caſus expreſſos, ac itidem improprios, majores, ac inſolitos *Cravett. conſ.* 780. *nu.* 7. *Soccin. conſ.* 200. *vol.* 1. *Natt. conſ.* 63. *n.* 14. *Decius conſ.* 113. *n.* 5.

187 Recenſita demum potiſſimum relevant, ubi exemptionis privilegium ſub indefinita negativa fuerit cõceptum, nimirùm, *quòd privilegiatus non teneatur ad aliqua onera, vel quòd nullò modo teneatur*; oratio etenim negativa, ex quo potentiùs ſuum efficit effectum, omnia amplectendo, immò intenſiùs negat, quam affirmativa aſtruit, cunctos caſus inſolitos, & extraordinarios comprehendit, ut magiſtraliter erudit *Caſtrenſ. conſ.* 170. *dub. fin. lib.* 1. *Cravet. conſ.* 780. *num.* 12. *Menoch. conſ.* 181. *n.* 78. Annectentes hoc potiſſimum procedere in negativa univerſali, cum quibus annuit *Kloker n.* 113. *ſub verſ. verba ſiquidem cum ſeqq.*

188 Privilegiatus tandem, ſi exẽptionis collectas, cæteraq; onera non ſolvendi, ſecluſo indulto ſolverit, ſuæ immunitati renunciare videtur *cap. ſi terra, cap. accidentibus extr. de privileg.* quoad præteritas tamen ſolutiones, non verò quoad futuras, pro quibus rectè adduci poteſt immunitas,

189 ſi privilegium nõ eſſet momentaneum; nam ſi tale eſſet per unicum amittitur actum, *l.* 2. *Cod. de jur. dom. impetr. Trentacinq; var. tit. de reſcrip. & privil. reſ.* 10. *n.* 3. & *reſ.* 9. *n.* 6. *Fontanell. de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *n.* 131. *Valenzol. conſ.* 79. *nu.* 134. *Garçia de nobilit. gloſſ.* 6. *n.* 29. At ſecùs ſi ſit ſuperfluum, cuncti concludunt nuper allati, etenim per unicum non amittitur actum. *Giurb. conſ.* 59. *n.* 49. niſi pro actu oppoſito *DD. ubi ſupra Suares de legat.* 6. *lib.* 8. *cap.* 35. *n.* 17. *Gaill. obſer.* 60. *n.* 11. *lib.* 2. *Giurb. conſ.* 79. *n.* 2.

190 Vel ſi triginta annorum ſpatio paſſus fuerit ſolvere; quorũ ſpatio ſicuti exemptio acquiritur, ita & deperditur *tex. in l. nihil, et l. õnia, l. ferè, ff. de regul. jur. Cagnol. in l. nemo, §. tẽporis de regul. jur. ut ex Gozad. conſ.* 23. *dixere Sylvan. conſ.* 83. *nu.* 30. & 31. *Surd. conſ.*

Digitized by Google

conſ. 419. *n.* 52. *Monet. conſ.* 84. *n.* 85. *Bardellon. conſ.* 111. *n.* 59. *& ſeqq. Oſaſcus deciſ.* 91. *ſub n.* 12. *Cothman. conſ.* 12. *n.* 103. *nu.* 103. *& ſeqq. Gaill. obſer.* 60. *nu.* 11. *lib.* 2. *Trentacinq; var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 6. *n.* 3. *Feſt. de collect. p.* 5. *n.* 35. Annuitque *Kloker. de contrib. cap.* 16. *num.* 200. 201. *& ſeq. ubi ſub nu.* 204. conglobare magiſtraliter tamen conatur, ſi ſpontè ſolverit; at ſecùs ſi coactè Magiſtratus viribus compulſus.

191 Etenim ob haſce ſolutiones coactas privilegiũ exemptionis nequaquam amittitur, *l. cura, ff. de mun. & bonor. & ibi Felin. n.* 29. *Dec. c.* 28. *Mãſ. conſ.* 99. *nu.* 2. *Raudens conſ.* 28. *n.* 4. 5. *lib.* 1. *Trentacinq; var. reſ.* 10. *n.* 9. *lib.* 1. *de reſcrip. & privil. Giurb. conſ.* 59. *n.* 46. & in dubio nemo præſumitur velle ſuo renunciare privilegio. *C. ſuper hoc cap. veniens, de renunc. Schrad. conſ.* 3. *n.* 25. *Menoch præſumpt.* 8. *n.* 14. *lib.* 3. *& præſumpt.* 17. *n.* 7. *& præſumpt.* 45. *nu.* 11. *ibidem Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 29. *Giurb. nu.* 3. & pro actibus immunitati oppoſitis dixere *ex d. tex. in l: cura, ff. de muner. & bonor. Jacobus* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 41. *n.* 14. 15. *& conſ.* 401. *n.* 63. *lib.* 1. *Surd. n.* 43. *Oſaſc. n.* 19. *Vaſq. illuſt. quæſt. cap.* 2. *n.* 9. *Tepat. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 5. 11. *&* 12. ubi de proteſtatione à privilegiato coactè ſolvẽte elatè aſtruit. & de conjecturis, ex quibus elicitur privilegiatum noluiſſe ſuo renunciare indulto, à quo, cum mutuatus fuerit, repetit. *Kloker. ubi nuper ſub n.* 208. ubi plura de allata proteſtatione cumulat.

At ſi privilegiatus paſſus fuit ſe in æſtimo allibrari, tunc ſibi præjudiciũ intulit, tã quo ad præteritas, quàm quoad futuras præſtationes, ſuæque immunitatis conceſſioni renunciaſſe videtur, ſubdunt *Tepat. ibidem n.* 3. *&* 37. *Trentacinq; n.* 4. *Menoch. d. præſumpt.* 41. *n.* 4. *Surd. n.* 6. *& alij per Kloker nu.* 212. *cum*

192 *ſeqq. &* 216. ubi apprimè inſinuat, ex hoc cenſeri illatũ præjudicium ipſo tantùm patienti in æſtimo deſcribi; at ſecùs alijs, in privilegio contemplatis, *cap. cum tempore de arbit. cap.* 2. *de reſtit. in integ. cap. cum olim de privileg. in* 6. *Tapp. in l. fin. part.* 2. *cap.* 2. *ff. de Conſt. Prin. n.* 19. *& alij per Giurb. Conſ.* 59. *n.* 40. *&* 47. Quibus ipſe præjudicare nequit; quod ante eam edocuere *ex Felin. in cap. cum accepiſſent de privileg. & exceſſ. privileg. num.* 28. *verſ.*

hanc regalam Menoch. n. 5. *Decianus. conſ.* 43. *n.* 35. *lib.* 1. Hanc pariter hęſitationem, num per non vſum, privilegiū amittatur? extricavere *Caſtill. Sotomajor tom.*4. *tom. controv. cap.* 60. *n.* 62. *& tract. de tertijs lib.* 6. *cap.* 19. *per totum* ubi diſtātiam indulti privilegij de non faciendo, & de faciēdo affert. *vide DD. recenſitos per Balmaſed. de collect. q.* 46. *n.* 10.

Affinis noſtræ hypotheſis eſt; hæſitatio, quæ ſpiſsè agitari in omnibus ferè Regionibus aſsolet, nimirùm Regiarum functionū cōductoribus, quādo alicujus inopinati caſus occaſione, reſtaurū competit: Conductori, planè vectigalium, propter caſum inſolitū, ac inopinatum, mercedis remiſſionem, ſive reſtaurum competere, quamvis juſta, & in bono regimine neceſſaria, interceſſerit cauſſa, hæc namque conductori nocere haud debet, ut ex Oraculo *Barth. in in l. cotem ferro, §. qui maximos ff. de public. & vectigal. in q. incipiēte, Publicanis. Natt. conſ.* 610. *lib.* 3. *& Corn. cōſ.* 128. *vol.* 2. *& dixere Ant. Gomes var. tom.* 2. *tit. de locat. & condu. reſol.* 3. *Firman. de gabell. p.* 3. *q.* 21. *tom.* 12. *tract.* 7. *Carocc. de locat. tit. de remiſs. merced. p.* 4. *Althus in lib.* 1. *diacælog. c.* 76. *Medic. de caſ. fort. q.* 10. *Breit Schūverd. eodem tract. cap.* 8. *ſect.* 5. *Bronchorſt. cent.* 1. *Miſcell. contr. aſſert.* 71. *Hunn. reſol. ad Trentler. vol.* 1. *diſp.* 29. *q.* 23. & alij quos de more affert peritiſſimus *D. Dominicus Manfrell. ad Capyc. obſer. ad decis.* 171. *tom.* 2. *n.* 12. 13. ubi ſic bis deciſum indicat per Reg. Camer. Sūm. Neapolis. per quas impertitum fuiſse evolvitur reſtaurum Conductoribus arrendamenti, ex quo ſuper eodem arrendamento novum impoſitum fuit additum; ratio planè deciſionis efficaciſſima fuit, quippè Conductor patientiam præſtare haud tenetur; ſi res conducta in eodem non permaneret ſtatu; meritò ſi augeatur vectigal, gabella, vel datium conductione pendente, eorum alteratur conditio, & ex verimili, probabilique ratione creditur, cives minorem emere illius rei ſummam, ob novam additam impoſitionem. Ideò Conductor ad patientiam præſtandam minimè devincitur, eique ex compotum competere, firmavere *ex l. quod ſervitus §. interlocutorem ff. locat. l. fin. ad Municipal. Carocc. de locat. q.* 8. *conclus.* 15. *n.* 69. *Fab. Capyc. Galeot. reſp. fiſc.* 17. *n.* 51.

51. *Boër. deciſ.* 180. *n.* 7. 8. *Steph.Gratian. diſcep. for. cap.* 534.*n.* 48. *&* 50. *Luca ad eumdem. obſer. ad cap.* 195. *n.* 29. Nevè ad recenſitum reſtaurum indulgendum obſtare videtur, expreſsa conductori renunciatio caſus inopinati, ac inſoliti; etenim renũciatione ſecluſa reſtaurum indulgendum eſse, autumant, nuper allati, quoniam caſus verè inopinatos, & inſolitos ſub ea non comprehendere, ſubdunt *Gratian. diſcep. cap.* 534. *n.* 36. *R. de Marin. reſ.* 186. *n.* 6. *tom.* 2. *idem ad Revert. obſer.* 455. *n.* 6. ſi nullo pacto tempore cõtractus prævideri poterat. *Surd.conſ.* 197. *n.* 16. *& conſ.* 374. *n.* 21. *Theſaur. quæſt. for.* 47. *tom.* 2. *Paſqual. de vir. patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 6.*n.* 77. *Mancin. de Juram. p.* 1. *effect.* 228. *n.* 42 *Gratian. diſcep.* 557. *n.* 5. *Ludouic. deciſ.* 106. *n.* 31. *Cancer. var. cap.* 15. *n.* 141. *lib.* 1. Potiſsimum ſi novum, quod accidit, rei ſubſtantiam percuteret. *Gratian.n.* 62. *Caſtill. contr.* 3. *tom.* 3. *Joann. Batt. de Luca de locat. diſcurs.* 6. *Caroc. eodem tract. p.* 4.*n.* 108. *conclus.* 29. *Pacion. eodem tract.cap.*47. *Creſpes de Valduar obſer.* 104. Quidquid in oppoſitum conatur defendere ob recenſitã renunciationem *Cutell. deciſ.* 4. *tom.* 2. qui itidem fatetur in partem Conductorem obtinuiſse reſtaurum.

Reſtaurum inſuper indulgendũ eſse, ad illam quantitatem quam ſecluſo novo, quod accidit, Conductor exigere poterat, ratione lucri ceſsantis, & damni emergentis, edocent *ex Bart. in l. ſi uno §. cum quidam ff. locat. Burſat. cõs.* 309. *n.* 30. *vol.* 3. *R. de Marin.var. cap.* 187.*n.* 2.*tom.* 2. aut ſi in ſexta parte uti frui re locata Conductor irretitus fuerit, *ex tex. in l. Societatem §. arbitriũ ff. pro Soc. & Abbas Hoſtienſ. in cap.propter ſterilitatẽ, extr. de locat.* imò nõnulli putavere ſufficere impedimentũ fuiſſe in tertia parte. Et quod intolebile dicitur dãnũ ſi læſio adfuerit ultrà dimidiã, habito reſpectu ad id, quod exigitur, ad id quod ſolvitur; de communi, ac veriori ſententia edocẽt ex Hiſpanis, aliiſq; Doctoribus *D. Fab. Capyc. Galeot. reſp. fiſcal.* 17.*n.* 46. & antè eum *Revert. deciſ.* 73. *lib.* 5. ubi ſic deciſum affert; Totum tamen remittitur ad Judicantis arbitriũ, ſubdunt *Ponteſcaman. lib.* 9. *q.* 1. *n.* 27. 37. *Marin. ad Revert. obſer. ad deciſ.* 455. *&* 509. *lib.* 5. *& in reſol.* 186. Tamſi locatoris culpa novum evenerit, quàm ſi facto ter-

terſij, cui Conductor reſiſtere nequit. *Filiuc. var. concluſ. p. 1. verb. Conductor. Maſtrill. deciſ.* 229. *Gratian. cap.* 534. *n.* 21. *tex. in l. fundus* 36. *ff. locat. Caroc. q.* 5. *n.* 4. verum non conductione pendente, ſed in fine reſtaurum expoſcitur *Ant. Fab. in Cod. tit. de locat. diffin.* 3. *&* 35. *Mamfrell. n.* 16. *& ſeq.* ubi ſic deciſum affert. Et ſi Conductor uſque ad conductionis finem perſeveraverit, reſolutionem Contractus adducere nequit, ſubdit *Altograd. conſ.* 1. *n.* 18. 19. *lib.* 1. *& ibi Altogr. filius poſt controverſias in deciſ. unica n.* 107. nevè ſolutum repetit *Bard. et Caſtrēſ. in l. ſi edes* 21. *§. ſi quis in l. quod ff. locat. potiſſimū ſi ſe non proteſtaverit. tex. ſi domus ff. locat. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 94. *n.* 4. *Altograd. filius n.* 118.

Allata equidē fuit vannata quæſtio Panormi Feliciſsimæ Urbis āno 1687. inter Nobilē virū D. Michaelem Manganelli Reg. Doghanæ totius Regni Siciliæ fictatorem, & R. Fiſcum Patrimonialis Concilij: inter quos acris, & annoſa fuit contentio, quamobrem S. C. Majeſtatis juſſu Regio Patrimoniali Cōcilio quatuor fuere obſignati adjuncti, & Nos in ſupremo M. R. C. Sedis Criminalis Senatu ſedentes inter eos; ſedulo tandem perpenſo negotio, fuit reſtauri petitio abſoluta, nobis pariter commiſſa abſolutionis juſtificatio, quâ ad pedes S. C. Majeſtatis per ſupremum Italię Concilium tranſmiſsa, ejus prodit confirmatio; meritò ex quo tota reſtauri perpenditur materia libuit ideo eādē hic attexere juſtificationē.

S. R.

S. R. C. M.

ARrendatarius Don Michael Manganelli anni 1684. uſque ad annũ 1687. Tuarum Regiarum Secretiarum hujus Tui Fideliſſimi Regni Siciliæ ſupplicationem Comiti Sancti Stephani Pro-Regi, Tuæque Majeſtatis Vicario porrexit, expoſcendo reſtaurum, ſive mercedis remiſſionem ad ſummam unciarũ ſexdecim mille, ſub colore fractæ pacis inter Tuam Catholicam Majeſtatem, & Chriſtianiſſimum Regem, tùm quia ob Liguriæ Civitatem Gallica irruente Navali claſſe igneis inuſitatiſve inſtrumentis combuſtam, notoriè fuit præpeditum commercium per totam ferè Italiam, & per conſequens maxima cum ſua jactura, mercium immiſſiones, ac extractiones è Regno ſuſpenſæ fuere, Fiſcus autẽ Tui Realis Patrimonij ſtrenuè inſtitit, mordicuſq; clamitabat: Arrendatarium haud eſſe audiendum, niſi facta priùs integra totius debiti ſolutione, vigore pacti de nõ opponendo in inſtrumento locationis adjecti, imò non eſſe locum petitæ remiſſioni autumabat, quòniam modicum fuit impedimentum brevi tempore perdurans, tùm quia ei pactum ampliſſimæ renunciationis fortuiti caſus opinati, ac inopinati obſtabat; unde remiſſa per eumdẽ Sancti Stephani Comitem Pro-Regem, Tuumque Vicarium cauſa tribunali Tui Patrimonij, ibique diſcuſſa coram de Brunaccini, Malacrida, & Penſa-

ſabeni Magiſtris Rationalibus, & hoc declarato ſuſpecto per Arrendatarium, coram D. Antonio Quintana Conſultore ſubrogato pluries accuratè fuit agitata, & dum ad talem expeditionem navabatur, per Tuam Majeſtatem vigore Tuarum Sacrarum literarum per Supremum Italicum Concilium emanatarum ſub die trigeſimo primo Martij anni 1687. fuere adjuncti Reg. Ramondetta M.C. Præſes, Vidania Fidei Cenſor in hac ejuſdem Tui Fideliſſimi Regni Sancta Inquiſitione, Cirino, & Aſmundo M.C. Iudices; coram quibus, auditis Fiſco Tuo, & parte, cauſa fuit pluries extricata, demùm iterùm per Tuam Majeſtatē mandatum fuit, quod expediatur infra ſemeſtre tempus, quâ abſolutâ Tuæ Majeſtati per eumdem Supremum Italicum Concilium, Iudicum vota cum proceſſu tranſmitterentur, ut in Tuis Sacris literis emanatis ſub die decimo tertio Octobris anni 1687. evolvitur, undè nos Regijs Tuis ad nutum parētes mandatis, vota noſtra ante interdictam publicationem Offedæ Duci ProRegi, Tuoque Vicario ſub die.

Secretè relata, cum juribus, ac rationibus, quibus ad ſic pronunciandum moti fuimus Sacræ Majeſtatis Tuæ, Tuorumq; Supremi Italicæ Concilij Senatorum, prudentiſſimo, probatiſſimoque judicio tranſmittimus, atquè ſubmittimus. Verùm antequàm noſtrum proferamus judicium, pro majori claritate, & dilucidatione factum prælibare prçcisè cenſemus.

Anno 1683. ſub die 1. Octobris per Tribunal Tui Patrimonij locatum fuit generale Secretiarum arrendamentū hujùs Tui Fideliſſimi Regni Siciliæ per triennium Franciſco la Torre Viſconte, quem approbavit ipſe de Manganelli pro ſumma unciarum 36600. quolibet anno, ſub expreſſa lege, ac renunciationis pacto nempè.

Item cum pacto, ſolemni ſtipulatione vallato, & juramento firmato, ſub quo, & eo præcedente ſit, & intelligatur factum, & perfectionatum preſens arrendamentum, & non aliter, &c. hoc eſt, Che detto Arrendatario abonato come ſopra con detta abonatione, et inſolidum obligatione di d. de Manganelli ſtij ad ogni riſico, pericolo, et fortuna, etiamdio (che Dio guardi) di peſte, fame, guerra, & foco, ſuſpitione d'eſſi ò di tutte inſieme, ò d'ogni

altro

altro ſiniſtro accidente, e qualſivoglia altro caſo, benche inopinato, & inſolito, e non ſucceſſo mai etiamdio da mille anni, & più etiam in corpore juris clauſo, e che ſij tale, che eſſo Arrendatario, e ſuoi patiſſero danno intolerabile, etiam in tutto, & in tali caſi, & in qualſivoglia d'eſſi mai la R. C. hà d'eſſer obligata ad altro, excepto che all'oſſervantia del preſente Contratto, liberatione, & Capitoli di ſopra inſerti, ſicome in quelli ſi contiene, & in quanto all'eſattione di dette gabelle, Secretie, & Dogane, & loro introiti, frutti, e proventi ſi intenda la R. C. haverli gabellato ſolamente come ſe le gabella, e l'arrẽda la mera, e pura fortuna, & ſorte, ac jactu retis in mare, & ſola ſperanza di percipere li frutti delle Secretie d'eſſa, altrimente non haverebbe divenuto al preſente contratto d'affitto, & preinſerta liberatione d'eſſe Regie Secretie, e Dogane poiche eſſa R. C. non intende, ſe non che arrendare, & ingabellare ſolamẽte quelli emolumenti, et proventi, che nelli predetti caſi ſi percipiranno, e non quelli, che ſi poteſſero percipere, ſe ſimili caſi non ſuccedeſſero, & non altrimente, nè in altro modo; e queſto nõ oſtante qualſivoglia Lege, Capitoli, Conſtitutioni, & altri, che in contrario diſponeſſero, etiã che foſſero tale, che nel preſente ſe ne doveſſero fare expreſſa mentione, quali tutti, e ſinguli beneficij, & omnia juris, & legum auxilia, il detto della Torre, e Viſconte colla abonatione, & inſolidum obligatione di detto de Manganelli cum juramento l'hà renunciato, & renuncia ex pacto, &c.

At cum dictus de la Torre neceſſarias fidejuſſiones præſtare in termino ſtatuto diſtuliſſet, iã fractę pacis occaſione inter Tuã Cathol. Majeſtatẽ, & Gallicã, ut in hoc Tuo Siciliæ Fideliſſimo Regno, ſub die decimo ſexto Januarij, anni 1684. fuit declaratum; ad Fiſci Tui Patrimonij inſtãtiã, hoc haud refragante, iterùm ad ipſorum della Torre, & Manganelli intereſſe, juxtà formam expreſſæ inſtrumentalis legis, prævijs conſuetis ſolemnitatibus, eidẽ de Manganelli ſic pollicitanti principaliter pro eodem pretio, ac ſub eiſdem pactis, ac renunciationibus ſuperius nuper expreſſatis, pro eadem ſumma unciarum 36600. quolibet

anno relocatum arrendamentum fuit ſub die undecimo Februarij ejuſdẽ anni 1684.

Manente igitur in adminiſtratione ejuſdẽ arrendamenti Manganelli, in exitu menſis Maij anni ejuſdem, ac nundinarum hujus Tuæ Fideliſſimæ, ac Felicis Urbis Panormi, dum ad copioſam ſericarũ extractionem Mercatores navabant fama laxè increbuit, Navalem Gallicam Claſſem immanibus, igneiſque inſtrumentis, Liguriam angere Civitatem, undè Arrendatarius hunc inopinatum exiſtimans eſſe caſum, à prudenti credulitate haud excogitatum, ab obſervatione cõductionis cõtractus ſe eſſe ſolutum flagitavit, Sancti Stephani Comiti ProRegi, Tuoq; Vicario ſupplicationem, ut prædiximus, porrexit; quâ ad Tribunal Tui Patrimonij remiſsâ, à tuo Fiſco recognitâ, cum ejus expreſſa inſtantia, ibique hæc anceps materia pluries trutinata, ac ſedulò diſcuſſa; perpenſum fuit; quod quamvis eo tunc caſus haud eſſet abſolutionis contractus, tamen ſi Arrendatario totaliter in initio arrendamenti portas clauderet Tribunal, abſque ulla hæſitatione, deſtitutus ad Eccleſiæ refugium confugeret, maximâ cum Tuarum Secretiarum jacturâ; quippè compertum fuit, perſpicuèque cognitum ex ſola orta fama, quod ſubhaſta arrendamentũ iterùm reduci debebat, varij decocti inſurrexerunt prętenſores, modicas verbotinùs obtulentes oblationes, ad ſummam unciarum 27000. haud aſcendentes: cęteri verò optimæ conditionis ad rationem temporis conſilia dirigentes, ſeceſſim ivere, ità quoque ſi ſub Tribunalis adminiſtratione arrendamentum ſubijceretur, perpenſum fuit hoc inter alia damna valdè exitioſum fuiſſe, ut periclitatio omni ævo demonſtravit.

Denique Tribunal, dum in tali verſabatur cura, meditans Arrendatarium virum eſſe probum, ac ne arrendamentũ ingens ſubiret detrimentum, oretenùs decrevit, ut de integra locationis ſumma unciæ quinque mille, remaneret in ſuſpenſo penes eumdem Arrendatarium, (qui eà tempeſtate de eis debitor reperiebatur,) & hoc uſque ad locationis interitum, quo abſoluto de cunctis nuper enunciatis, tam ad favorem Tui Fiſci, quàm Arrendatarij Tribunal rationem habebit, qui Arrendatarius triennio in ſua perſeveravit adminiſtratione, pro qua ad ſummam unciarum

..... de-

: : : : devinctus remanſit; ideòque reſtaurum Comiti Sācti Stephani ProRegi, Tuoque Vicario per ſupplicationem petijt, qua ad Tui Patrimonij Tribunal cum Fiſcalibus inſtantijs, ſuperius enarratis remiſſa, ibi cum adjunctis pro Arrendatario, perpenſum in jure fuit, duplicem ex locato dari actionem, locatori ad mercedem ex conducto; conductori ad uſum, & fruitionē rei *tex. in l. 1. ff. locat. cap. 2. C. de obligat. & actionib.* & ut conductor adimpleat opus ſanè eſſe, ut liberè, ac plenè rei uſu fruatur conductæ *l. ſi tibi, & l. ſequenti, l. ſi quis domum, l. habitatores, l. ex conducto §. 1. ff. locat.* Ideò ad factum tenetur locator ſuceſſivum, hoc eſt per continuam pati patientiam, conductorē cunctis obſtaculis dejectis, re uti conducta, fructibuſq; pacificè frui; at ſi cæteris in contractibus, & venditionibus momento quis tradendo liberatur, in venditione nunquā dicitur tradidiſſe locator, niſi conductorem uti frui re conducta probetur; quippè hoc de ſubſtantialibus ipſius locationis, & conductionis eſt, *Bart. in d. l. ſi quis domum n. 1. in fine, & n. 2. ff. locat. Alceat. in l. 2. §. barum nu. 43. ff. de verb. ſignif. Anton. Gomez var. tom. 2. cap. 3. tit. de locat. & conduct. n. 1. 2. Simon. de Pret. conſ. 23. n. 9. Franc. Connan. Comment. Jur. Civ. lib. 7. c. 11. Petrus de Gregorio Syntagm. jur. part. 3. lib. 27. cap. 1. ſub num. 290. Chacher. deciſ. 51. n. 12.* Hinc publicanis cum remiſſione mercedis pro ratha ſuccurritur, ſi culpa, facto, vel ratione damni inopinati, vectigalibus haud fruendo, jacturam patiuntur, *l. ſi quis damnum in principio, & l. ſi merces §. vis major, et l. qui inſulam, ff. locat. et in §. penultimo inſtit. eodem*; etenim propter fructuum recompēſationem præſtant *Matth. Weſembec, in partitib. digeſt. tit. de locat. n. 16. Connan. ubi ſupra n. 13. Petr. de Gregr. ubi nuper n. 22. c. 28.* eſtque de naturalibus contractus locationis, periculum eveniens circa rem ad locatorem pertinere, *Vincent. Carocc. de locat. par. 2. de caſib. quæſt. 103. Joan. Gutter. de jur. confirmat. par. 1. c. 24. n. 10.* ita ſimilitèr de ſubſtantialibus, & intrinſecis uſus rei locatæ, ut prędiximus, & facit *Bart. in d. l. ſi quis domum, ff. locat. Anton. del Rio in repit. l. ſi contractus, cap. 11. ff. de regulis juris, Conrad. de contractibus tract. 5. qu. 87. concluſ. 4. Anton. Gomez n. 1. Maſtrill. deciſ. 299. nu. 15.* ubi fundat

P 2 com-

commercium, ac naves eſſe ſubſtantiam, à quibus merces erant aſportandæ, quarum adventus cùm fuerit prohibitus, & conductor impeditus uti frui re conducta, faciendā eſſe remiſſionem mercedis, etiam non dato magno damno. Potiſſimum ſi hoc commercij impedimentum Princeps ipſe locator intulerit. Scribentes *in l. qui inſulam, & l. hæc diſtinctio, ff. locat. Bellon. conſ.* 22.*n.*1. *Alexand. conſ.* 115.*nu.* 5. *lib.* 6. *Anton: Amat. reſol.* 18. *n.* 21. *R. de Marin. lib.*2. *cap.* 187. *Altrograd. conſ.* 21.*n.*51. ſive juſtè, ſive injuſtè, aut pro ſui ſtatus conſervatione, & abſq; culpa, ut ſi juſtè bellum impellet, vel injuſtè ei excitetur, cujus occaſione publicanis damnum inferatur. *Alex. ubi nuper, & in conſ.*84.*lib.*6. *Corn. conſ.*38. *n.* 20.*lib.*2.*Novizan. conſ.*41. *n.*11. *Burzat. conſ.* 309.*nu.*9. *lib.*3.tūc eis reſtaurū pro ratha temporis competere, putant *Bartol. in l. ſi uno* § *idem n.*20. *verſ. ſi verò factum locatoris ff. locat. Surd. conſ.* 34. *n.* 1. *lib.* 1. *quos laudat Caſtill. Sot.* *Major lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 44. 45. Itidem, & ſi eventum fortuiti caſus opinati, vel inopinati, publicanum ampliſſimè in ſe ſuſcepere, ſubdunt *Ancher. conſ.* 414.*nu.* 2. *Alceat. conſ.* 789.*n.* 4. *Carroc. de locat. p.*2. *de caſibus quæſt.*78. *Surd. conſ.* 12. *num.* 63. *lib.* 1. & alij per *Caſtill. ubi nuper*; quòniam ad impedimentum illatum per eumdem Principem locatorē haud porrigitur, *tex. in l. cum proponas, C. de nautic. fænor. & ex l. qui officijs* § *final. ff. de contrah. vend.* quàmvis aliter pacto expreſsè fuerit conventum *Bero. conſ.* 144. *n.* 5. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 233. *n.*9. *Caſtill. n.* 66. Etenim contra ſubſtantiā, ac naturam ipſius locationis contractus eſſet, *Anton. Gomez var. tom.* 2. *tit. de locat. nu.* 2. *del Rio in repet. d. l. contractus, cap.* 11. meritò ut nullius roboris, viribus haud ſubſiſteret *Cravet. conſ.* 233. *n.*9. *D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. obſer. deciſ.* 104. *nu.* 28. *tom.* 2. imò materiam delinquendi contineret. *Conrad. de contract. q.* 87. *concl.* 4. *Anton. Moccia de contract. tract. de locat. tit. de accidental. n.* 55. Nec juramento firmatur, *Mocc. Caſtill. et alij ubi nuper.*

Chriſtianiſſimo igitur Belgas inferiores, poſt ſuſceptum arrendamentum invadente Provincias, ibique arma injuſtè excitante, cujus intuitu politica, ac æconomicā moderatione Majeſtati Tuæ, tuiſque oculis magiſtratibus benè

benè viſum fuit, commerciũ arcere cum Gallis, illataque ex hoc notoria publicano iſto jactura, ad refugium reſtauri avolare penſitavit, nobiſque anſam, ſuprà expoſita meditare, præbuit.

Haud impar quoque fuit incendium Liguriæ illatum, calamitates, ac anguſtię, quas ibi intulit; queis mediantibus commercium incõtinenti fuerit implicatum; & quamvis hoc haud locatoris, ſed tertij facto accedit, nihilominus perpendimus caſum valdè fuiſſe inſolitum, ac inopinatum, quaſi à prudentiali hominum cogitatione penitus inexcogitatum, & ſic in renunciatione, quamvis ampliſſima haud cõprehenſum; quoniam cum quis promittit de caſu fortuito, ſi caſus admodum inſolitus, ac non crebrò contingens, ſupervenit, non tenetur. *tex. eſt ſingularis in l. fiſtulas §. frumenta ff. de contrahend. vendit. ubi Bartol. & Jaſon, fulgos. ibidem n.* 11. *Bald. in conſ.* 145. *verſiculo tertio Alexand. conſ.* 28. *n.* 14. *vol.* 1. *& cõſ.* 107. *n.* 18. *vol.* 4. *Menoch. de arbitr. caſu* 80. *& conſ.* 27. *n.* 28. *Surd. d.* 326. *n.* 52. *& conſ.* 61. *n.* 63. *&* 64. *Buſſat. conſ.* 81. *conſ. Roccus reſp.* 87. *n.* 45. *Cevall. cõmuni contrà cõmun. q.* 702. *n.* 1. 2. 3. *Gutter. de jure confirm. p.* 1. *c.* 24. *n.* 6. etiam ſi de omnibus caſibus, qui imaginari poſsũt promiſerint; *addent. ad Gãm. ad deciſ.* 352. *Alex. in locis indicatis, Becc. conſ.* 82. *n.* 11. *Surd. conſ.* 61. *n.* 65. vel de fortuitis cogitatis, & incogitatis, *Burſat. conſ.* 81. *n* 6. *Gaball. de eviction. §.* 5. *n.* 11. *Seraph. de jurament privil.* 106. *n.* 19. *Sebaſtian. Medic. de compenſ. p.* 1. *q.* 45. *& de caſib. fort. p.* 1. *q.* 15. *Vincet. Carocc. de locat. p.* 2. *rub. de caſib. fort. q.* 78. *n.* 18. Corroborantur nuper expoſita, quod caſus de quo hæſitatur ſit de inſolitis, ac inopinatis, à providis, ac prudentiſſimis hominibus haud cogitatus, dũ pax, & quies per totam ferè Italiam annoſas ſparſere radices; præter quàm quod, bellum ex ſe inter caſus fortuitos numerari inſinuant, dum à ſolo Principum facto pẽdent, quod à Conductoribus excogitari haud poſſit, ut perbelle edocuere, *Bald. in conſ.* 239. *n.* 2. *vol.* 1. *Alban. conſ.* 1. *n.* 8. *Corn. conſ.* 10. *vol.* 2. *Purpurat. conſ* 466. *& conſ.* 529. *n.* 5. *Intrigl. ſing.* 84. *lib.* 3. *Peguer. d.* 214. *n.* 14. *Menoch. conſ.* 671. *à n.* 18. *Amat. reſ.* 18. *à n.* 1. *ad* 14. *Marin. ad Rever. d.* 509. *n.* 2. *ad finem. Luc. de locat. diſcurſ.* 42. Etiã

ſi

ſi haud in propria, ſed in vicina efferveſceret provincia, ob quod commercium implicaretur *Burſat. conſ.* 81.*n.*58. *Boſſ. de remiſſ. merced. n.* 58. *cum ſeqq. Surd. deciſ.* 326. *n.* 54.apprimèque innuit *conſil. Franc. Rocc. d. reſponſ.* 87. *n.* 3. & in ſimilibus caſibus atticè firmavere *Giurb. obſer.* 24. *n.*12.*Caſtill.S.M contr.c.* 3.*lib.* 6.3.*per tot. Luca de regal.diſc.* 159. *n.* 20.*Maſtril. d.*299.*&* *n.* 95.

Reſtaurum ſanè iſto in caſu ſemper debetur, quocumque pacto non obſtante, ſi valdè inopinatū caſum fuiſſe innuunt, & deciſum afferūt *Amat. d. reſ.* 18. *n.* 23. *Rocc. d. reſp.* 87.*n.* 45.*Luca ad Gratian.diſcept.* 195. *à n.* 24. *Maſtrill. d. d.* 299. *per totum, & n.* 21. *Menoch. conſ.* 27. *Caſtill. Sot. M. d.conſ.* 3. *n.*30.apertā aliàs Injuſtitiam, ac patulam iniquitatem tale pactum contineret, ſi Publicanum Conductorem ob ſuam renunciationē à reſtauro excluderet, clamant *Sanleg. reſ. civil. c.* 31. *à n.* 27. *ad* 37. *& n.* 49. ubi ſic teſtatur deciſum *Maſtrill. n.* 68. 211. *Ciarlin. contr.cap.* 201.*n.* 38.

Denique nec nobis latuit ſterilitatem unius anni cū ubertate alterius compenſandam eſſe *per tex. in l. ſi uno anno in princip. ff. locat. Anton. Gomes d. cap.* 3. *lib.* 2. *de locat. Mart. tom.* 3. *digeſt. tit. de remiſs. merced. cap.* 1. *Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. de locat. diff.* 3. *cap.* 1. *R.Rever. d.* 509. *& ibi R. de Marin.* etiam ſi Principis facto impedimentum provenerit *Peguer. d.*16.*n.* 19.*p.* 2. *R. Capyc. Galeot. reſponſ. fiſc. cap.* 17.*n.* 42. 43. *D. Jo: Batt. Larr. alleg. fiſcal.* 20. *n.* 32.*Capyc. Latr. d.* 171.*n.*49. *lib.* 2. *Altogr. d. d. unica poſt controverſ. lib.* 6. *n.* 63. In hoc autem arrendamento conatus fuit demonſtrare publicanus in primo anno.apertam ſentiſſe jacturam ex bello, & pace fracta, ac detrimētum in ſequentibus,ut ex fide Caſſerij ejuſdem arrendamenti cōſtare fecit, quæ quidem Caſſerij atteſtatio haud inficiatur per aliam à Regio Credenſerio Tuæ Regiæ Doganæ facta, per quam (conſuetis detractis remiſſionibus,) effectivus depromitur introitus; Æqua quoque lance fuit pro Tuo Regio Fiſco ſedulò meditatum; venditionem, locationemque in ſola ſpe, ac dubij eventu abſque rei exiſtentia conſiſtere poſſe per *tex. in L.nec ēptio* 8. *ff. de contrà hēd. empt.* ut ſi alia, ac retis emeretur jactus *l.ſi jactū de action. empt. Rim. Jun. conſ.* 282. *n.* 35.

n. 53. *Bald. in ſi ea lege n.* 4. *C. de uſur. & in l. licèt n.*5. *C. loc. Surd. conſ.* 507. *n.* 8. *Capyc. Galeot. alleg. fiſc.* 18. *n.* 42. *Caroc. de loc. vectig. q.* 5. *n.* 3. 4. & ſi vacua eſſet exactio, adhuc venditio, ſivè locatio permaneret, & pretiū deberetur, fundat ſolerter *D. Jo: Batt. Larr. alleg. fiſcal.* 17. *n.* 5. 6. 7. *cum pluribus ſequētibus*; publicanos autem ſui Principis vectigalia conducentes tantum, ſpes percipiendi haud ipſos conducere fructus probat *Bald. in l. licet n.* 8. *C. locat.* ubi deberi inquit pedagium, licet peſtis occaſione pauci trāſirent homines, cum eorum tranſitus, à caſu, non certi temporis qualitatis eſſet, *Bar: in l. cotem ferro* §. *qui maximos ff. de publican. & vectigal. n.* 3. & ſequuntur *Paul. de Caſtr. in d.* §. *qui proximos n.* 5. *Ripa de peſt. n.* 53. *Ægid. Boſſ. in tit. de remiſſ. merced. n.* 6. 10. 14. *Bertach. de locat. gabell. p.*2.*q.* 43. ubi Conductori gabellarum mercedis remiſsio haud concedere propter bellum inculcat, quoniam futurum videtur emptus eventus; *Boër. d.* 249. *n.* 10. *Cevall. d. q.* 536. *n.* 35. *Caroc. de locat. vectig. q.* 52. 3. 4. *R. Capyc. Galeo. alleg. fiſc.* 18. *n.* 42. niſi intolerabile damnum ex caſu inopinatè contingente ſentiret conductor itidem ſi ex bello, & peſte illatum fuiſſe *ex Bart. in d. l. licet firmant. Imol. conſ.* 7. *Alex. Cor. Rim. Jun. & alij per Bero. d. conſ.* 143. *per totū Marott. conſ.* 75. *n.* 8. *Surd. conſ.* 34. *n.* 8. 9. *Boër. d.* 249. *n.* 10. *Capyc. d.* 88. *n.* 1. *Capyc. Galeott. alleg. fiſc.* 18. *n.* 42. *Capyc. Latr. d.* 171. *per totum lib.* 2. *& conſult.* 40. *n.* 40. *& n.* 51. nec allatis inficiantur. Idem *Bart. & Caſtrenſ. in l. cum in plures* 62. *ff. locat. nec Bero. conſ.* 143. *n.* 8. *lib.* 1. *nevè Menoch. in conſ.* 671. *n.* 6. etenim iſti, & alij omnes, quos adducere queunt Publicani raciocinantur quotìes univerſale commercium eſſet penitus ſublatum, elatè reſpondet *Larr. d. Granat.* 18. *n.* 22. & affert *Altograd. deciſ. unica n.* 49. *poſt controver. lib.* eſtque planè intolerabile damnum, ſi uſus ultrà dimidiam impeditur, declarat *Boſs. de remiſs. merc. n.* 104. *verſ. item illa res. & verſ. & hoc quia*; & facit *Surd. cōſ.* 400. *n.* 23. *vectigalis* vel quoties deductis expenſis, fructus rei conductę, haud ſufficere pro ſolvenda pēſiōne ait *Bart. in l. licet C. de locat. Boſſ. n.* 4. *&* 42. *Covarr. pract. q. c.* 30. *n.* 1. *Menoch. de arb. caſ.* 76. *Surd. conſ.* 34. *n.* 7. *Grat. diſc.*

c. 557

c. 557. *n.* 8. *& alij per Altograd. d.* 1. *n.* 4. & tunc ſublato commercio ſublata dicitur ſubſtantia, & anima ipſius Larr. undè ex hoc medio dãni intolerabilis fuit deciſum in noſtro conciſtorio affert *Maſtrill. d. d.* 299. *n.* 126. Ulterius impedimentum quãvis ab ipſomet Principe locãte ſcateat, ſi ad hoc regendi munus, ac ſubditorum utilitas ſuaderet, impedimentum prædictum jure haud diceretur conductionis, ſed factum potius neceſſarium, quod pro ſua dignitate exequi itidem ipſo renuente oportet, *Bald. in l. nuptiæ ff. de Senator; Mãdel. Albens. lib.* 1. *conſ.* 185. *n.* 29. *& lib.* 3. *conſ.* 555. *n.* 34. *Hier. Leo deciſ. Valẽt.* 32. *n.* 31: *& d.* 82. *n.* 17. *p.* 1. *& p.* 2. *d.* 144. *n.* 13. tale namque impedimentum provenire nõ dicitur ab ipſo locatore, quoniam ipſe nolit impedire uſũ rei, ſed potius ex caſu fortuito, ex bello per Gallum Regem indicto, ex quo Tua Realis Majeſtas coacta fuit ad bãdimenta procedere *Larrea d. alleg. fiſc.* 17. *n.* 24. 27. *& alleg.* 18. *n.* 16. 17. *Capyc. latr. reſp.* 18. *n.* 22. quidquid ſit in facto voluntario licet juſto, ut inſtruunt *Salyc. & Caſtrenſ. l. habitatores ff. locat. Menoch. conſ.* 246. *n.* 22. 23. *& conſ.* 120. *n.* 15. *Carocc. de remiſs. merced. p.* 4. *q.* 8. *n.* 153. 154. *Decius. conſ.* 4. *Capyc. Latr. d.* 171. *n.* 44. *& conſult.* 40. *n.* 43. *Rim. Jun. conſ.* 282. *in fin. Molfe ad. conſuet. Neap. tom.* 3. *p.* 14. *q.* 22. *n.* 20. 21. *&* 23. *Capyc. Galeot. ubi ſuprà*; oppoſitiſq; mirè reſpõdet *Caſtill. Sot. M. D. cap.* 3. *n.* 63. *& n.* 69. *lib.* 3. ea autem, quæ Reali diademati fixa ſunt nullo pacto à Regio ſolo avelli poſſunt; *Salgad. de reg. protect. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 38. *Maſtrill. de Mag. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 8. *Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. cap.* 1. *n.* 15. *Barboſ. in remiſſionib. lib.* 2. *tit.* 26. *p.* 174. perperã igitur Principi imputetur, ſi bellũ cũ rebellibus, vel inimicis excitaret, aut leges ad univerſã Reipublicæ utilitatem conderet, ac commerciũ cum inimicis, ſtatũ ſuum invadentibus, adimeret, cum Princeps hiſcè in caſibus per ſe nihil operatur, ut uſus rei locatæ impediatur, ſed in conſequẽtiam hoc reſultaret; attendẽda porrò minimè sũt, ea, quæ præter intentionem primevam, ſed in conſequentiam facti juſti veniunt; *arg. tex. in l. ſi quis, nec causã ff. ſi cert. petatur l. prima enim ratio ff. de author. tutor.* tũc verò caſus exſtimari debet fortuitus,

ac vix major, quam Conductor ſuſtinere debet *l. lutius ff. de evictiom. l. item ſi verberatum ℥. item ſi ſorte ff. de rei vendic. Ænn.Ruber. rer. judic. lib.1. cap.16. Marat. conſ.76. n.8. Cutell. deciſ. 4. n.10. tom. 2. Boſſ. de remiſſ. merced. n.* 104. locatoris denique factũ inuſtum directè tendens ad impediendum uſum conductionis, cauſã remiſsioni mercedis præbet, fundat elatè *Menoch. conſ. 55. n. 17.*

Hinc fluit publicanum vectigalia ſui Principis conducentem, conqueri minimè poſſe, tũ reſpectu belli Liguriæ per Chriſtianiſsimum illati, tum occaſione fractę pacis inter Tuam Catholicam Majeſtatem, & eumdem Gallicum Regem, quorum intuitu merces pro tempore in hoc Tuo fideliſsimo Siciliȩ Regno haud immiſſæ fuere, quoniam ſolum retis jactum, ac ſpem fructus percipiendi expreſsè conduxit, Tuoque facto juſto Gallicȩ gentes è regno elimatæ fuere; potiſsimum, quia eventum fortuiti caſus opinati, ac inſoliti, & prorſus inopinati in ſe ſuſcepit ſub expreſſa, & ampliſſima renunciatione.

Planè rectè publicani de jure renunciare poſsunt eaſibus fortuitis *tex in l. licet C. locat. ibi ſi tamen expreſſum non eſt in locatione Ant.Gomes d. c.3. tom. 2. de locat. & conduct. n. 19. Caſtill. tom. 3. contr. cap. 3. n.* 48. ad inſolitos, ac incogitatos ſe itidem expreſsè extendentes *Celſ. del Hug. conſ.* 18. *n.* 2. ut actum in præſenti locationis contractu fuiſſe evolvitur ibi;

Stij ad ogni riſico, periculo, e fortuna etiamdio in caſo, che Dio guardi, di peſte, fame, guerra, e foco, ſuſpettione d' eſſe, e di tutte inſieme, d' ogni altro ſiniſtro accidente, e qualſivoglia altro caſo, benche inopinato, & inſolito, e non ſucceſſo mai, etiamdio da mille anni, e più &c.

Quo fœdere attento, non tantũ caſibus fortuitis, qui facillimè metui poſſent videtur renunciatum, verum & cunctis alijs inſolitis, qui penitùs cogitari, ac ſperari poſſunt; atticè edocuere *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 3. gloſs. 3. n. 66. 67. Caſtill. n. 106. Gomeſ. ubi proximè n. 19. Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. de locat. 42. lib. 4. d.ff. 2. & 53. Ant. Amat. reſol. 18. n. 14. Gaill. obſer. lib. 2. c. 23. n. 20. 21.* queis advenientibus, numquã publicanis talitèr renunciantibus reſtaurum compere firmant *nuper laudati in locis in*-

Q di-

dicatis, quòniã volenti non fit injuria, imò contrà expreſsè conventũ attentare, fiſcũ eſſet decipere, ut haud inconcinnè poſt *Larre. in allegat. laudatis* cecinit *D. Mar. Giurb obſer:* 24. *n.* 14. aliàs perperam aſtrueretur talis conventio;& ſi in ancipiti nonnulli fuerint ſententia, haud in conventione ſub enarratis prægnantibusque pactis eorum fuit diffidium, ſed pro ſimplici renunciatione caſus fortuiti, in qua copioſa patruum claſſis non inferioris notæ, exiſtimavit teneri renunciantem itidem de inſolitis, & de rarò contingẽtibus, ut contra *Bart. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut.* nervosè aſſeruere *Bald. ibidem Arias Pinell. p.* 1. *lib.* 2. *C. de reſcind. vendit. cap.* 3. *à nu.* 30. *Jaſon. conſ.* 107. *vol.* 1. *Cravett. conſ.* 249. *nu.* 2. *Ænn. Ruber. ubi ſupra, Ant. Rube. in l. vinum. nu.* 81. *ff. ſi cert. petat. Burſat. conſ.* 173. *n.* 42. *lib:* 2. *Menchae. quæſt. uſufreq. lib.* 3. *cap.* 54. *Gregor. Lop. in l.* 23. *tit.* 8. *par.* 5. *Gutter. de juram. confirm. p.* 1. *c.* 24. *n.* 6. *Tiraquel. poſt leg. cõnub. Gloſſ.* 2. *n.* 35. *Bellon. Sup. pat. lib.* 2. *cap.* 19. nec abnuit *Caſtill. d. cap.* 3. qui eos congloborare conatur.

Præterquàm quòd ſolutè aſſeri haud poſſit; caſus iſtos in quibus ſe fundat publicanus, ad expoſcẽdum reſtaurũ omninò eſſe inſolitos, ac inopinatos, quibus prudentialis hominum ſagacitas conſulere minimè poterat: quid enim mirùm? Si Gallica infeſta arma Italiam, ac belgios moleſtavere, ſi continuò in inferẽdo eis, ac alijs vexationes aſſueta ſatis ſunt, ut compertũ eſt. Eſtque porrò inopinatus, ac inuſitatus caſus, qui à centum, vel ſexaginta annis nunquam accidit, inſtruunt *Luca ad Grat. diſcep.* 195. *nu.* 26. *Maſtrill. & alij per eos.*

Acri itidem judicio fuit perpenſum, bellum hiſce in belgis Provincijs, ante arrendamenti locationem fuiſſe per Gallos indictum, & in Regno publicatum, fuit namque ſequeſtrum cõtra Gallos in hoc Tuo Siciliæ Regno clamitatum ſub die decimo ſexto Januarij anni 84. locatio verò ſub die 11. Februarij anni ejuſdẽ, ideò debet ſibi potiùs imputari publicanus, qui potuerat prævidere, & ſibi providere argũ. *tex. in l. ſi quis poſtea, ff. de evictione. Girond. de gabell. par.* 2. *§.* 1. *n.* 44. *& ex Bald.* mirificè facit *Bertachin. de gabell. par.* 2. *n.* 44. *Peguer. deciſ.* 214. *n.* 12. *Gratian. diſcep. cap.* 557. *n.* 5. *Carocc. de remiſſ. q.* 8. *n.* 3. *Larr. d. alleg.* 17.

17. *n.* 25. *Rim. Jun. Conſ.* 92. *n.* 25. *& conſ.* 282. *num.* 34. *Boſſ. tit. de remiſ. merced. Conduct. n.* 84. *Cavalcan. conſ.* 24. *nu.* 11. *in fin. Surd. conſ.* 197. *num.* 16.

Quæ quidem allata concluſio de plano itidem procedit ſi ſolus belli, aut peſtis rumor, & timor adeſſet, ex quo publicani præſpicere pollebant commercij ſuſpenſionem, *Rim. Jun. ibidem Calvalc. Boſſ. & alij ubi nuper Larr. alleg.* 19. *n.* 7. 8. *Coccin. deciſ.* 422. *n.* 2. *Capyc. Latr. deciſ.* 162. *n.* 8. 10. *Marchin. de bell. divin. p.* 9. *cap.* 3. *n.* 6. *Altograd. d. deciſ. unica n.* 66. *poſt controverſ. lib.* Niſi præjudicium longè ultrà expectationem auctum fuit, cum tam grave damnum, excogitatum non præſumitur, & per conſequẽs tunc reſtaurum deberi autumant *Corn. conſ.* 12. *n.* 22. *in* 4. *Boſſ. n.* 59. *Molin. de Juſt. & jur. tit. de contract. diſput.* 493. *n.* 2. *Valaſq. de jur. Emph. qu.* 27. *n.* 18. *Hodier. ad Surd. deciſ.* 198. *n.* 2. *Carocc. de remiſs. merced. q.* 8. *n.* 22. *Altograt. n.* 67. Parum quoque refragatur aſſerere arrendamentum prænarratum fuiſſe ſub die prima Decembris anni 83. liberatum Franciſco la Torre, quem ipſe de Manganelli approbavit, & ſic ante edicti publicationem, cujus occaſione diſculit la Torre neceſſarias præſtare fidejuſſiones; quoniam eo tunc debebant ipſi illicò ſe proteſtare, ac arrendamentum refutare, tex. eſt ſingularis *in l. item queritur* 13. §. *exercitu, ff. locat.* ibi. *Domino non denunciavit, & migravit, Menoch. conſ.* 246. *n.* 28. *& conſ.* 384. *n.* 8. *& conſ.* 496. *nu.* 18. *& conſ.* 120. *n.* 29. *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 94. *n.* 6. *Pegaer deciſ.* 214. *n.* 12. *Marchin. de bell. divin. d. part.* 9. *cap.* 3. *nu.* 8. At ſi pigrè ſe habuit, proteſtationes non tantùm diſtulendo, imò principaliter iterùm ipſe de Manganelli pro eodẽ pretio arrendamentum, ſub dictis enarratis renunciationibus, ſub die undecima Februarij anni 84. in ſe ſuſcipiẽdo, culpa igitur haud vacat, ipſique imputetur; argum. *l. ſi merces*, §. *culpæ, ff. locat. Boſſ. de remiſs. merced nu.* 37. 39. *Burſat. conſ.* 11. *n.* 31. *Velaſq. de jur. Emph. quæſt.* 27. *n.* 17. 29. *Surd. conſ.* 8. *n.* 25. *Menoch. conſ.* 21. *n.* 22. Eiq; adamuſsim reſtaurum haud competit; ſtrenuè partem Fiſci tuendo ſuſtinet integerrimus Fiſci Patronus, *D. Jo. Bapt. Larr. in d. allegat* 18. *p.* 1. *nu.* 25. 26. 27. Queis omnibus tam ad Fiſci, quàm ad pu-

publicani favorem attentis; graviterque trutinatis, Tribunal Tui Realis Patrimonij, ac Tui adjuncti, uno ore concinnè putavere, materiam à prudenti judicantium arbitrio pendere, qui fortuitis inſpectis caſibus, ac damno per publicanos paſſo, æqua judicij lance ſuam debent proferre ſententiam; undè perpenſo bello Liguriæ per Regem Chriſtianiſſimum indicto, ob quod ex igneis, immanibuſq; tormentis tota perterrita remanſit Italia, ac commercium multos per menſes implicatũ, attentâ pariter probitate iſtius de Manganelli publicani, qui appoſitè arrendamentum adminiſtravit, & ad ſolutionem penſionis accuratè crebrò navavit; ſicuti inſpectâ notoriâ paſsâ jacturâ, dum itidẽ juxtà poſita per atteſtationem Regij Credenſerij de Bologna, in proceſſu Fiſcalis exiſtente, introitus, abſque conſuetis, ac ſolitis remiſſionibus, ac ulla expenſarum deductione integrè attingit ad ſummam unciarum —7 59423.25.4.

Ex quibus in compotum harum remiſſiomum quinta deductâ parte, ut conſuetum eſt, quæ aſcendit ad uncias — — —7 11884. 5. 1. 1:

Remanet ex integro introitus in uncijs —7 47539.20. 4. 3.

Queis additis introitibus fixis, qui diminutionẽ ob enunnucleatas remiſſiones nõ patiũtur, ex quo publicanus ipſeos ſublocavit, & ſunt — — —7 59566. 29. 4.

Totus ſummam capit introitus in unc. —7 107.106. 19. 8. 3.

Penſio ſolvenda vigore locationis contractus totum per triennium —7 109800.

Damnum liquido attingit in uncijs —7 2694.

Junctis pariter expenſis, ac ſalarijs Officialibus per publicanum neceſſariò factis, ac ſolutis, quę aptè ratiocinari poſsũt in totũ ad unc. —7 3000.

Evidenter depromitur arrendatarium fuiſſe in damno, haud in lucro.

Conſideratis ſimiliter deciſionibus per cuncta ferè palatia in ſimilibus prolatis, ex quibus renunciatione non obſtãtę, dato damno paſſo reſtaurũ publicanis ſemper fuit conceſſum, ut anno 1573. per Tuũ Sacrum Concilium Neapolitanum, referente Vincentio de Franchis, teſtatur *Conſiliar. de Bottis in memoratione l. ſed &* *ſi quis, §. queſitum, ff. ſi quis caut.* Et per Tuum collaterale Concilium, ibi occaſione belli inter Tuam Catholicam Majeſtatem, & Regem Chriſtianiſſimum, nõ obſtante renuncia-

ciatione refert *R. Revert. deciſ.* 84. *n.* 5. *& deciſ.* 509.

Sicuti in cauſa Joan. Bapt. de Angelis cum Marchione Vaſti, meminit Conciliar. *Franc. Rocc. reſponſ.* 87. *n.* 16. *tom.* 1. *anno* 1649.

Ac anno 1624. ſcripſit *R. Capyc. Latr.* & contra eum deciſum, ut in ſua *conſultat.* 40. *& ſua deciſ.* 171. *nu.* 50. pro reſtauro adducit aliam.

R. quoque Capyc. Galeot. pleno exarato calamo ad Fiſci favorem ſcripſit, *ut in reſp. Fiſcal.* 18. & ſi in primo judicio obtinuit, in reclamatione ſuccubuit, *ut in ſua deciſione* 60. fatetur.

Anno 1649. per eumdem Sacrum Conſilium refert deciſum *Manfrell. ad Capyc. in obſervat.* 171. ità & in cauſa Joannis Cardito anno 1674. referente Tuo Italiæ Supremi Concilij Senatore D. Petro Guerrero; denique ex noſtratibus preter recenſiores deciſiones, in proceſſu publicani adductas, de priſcis teſtantur *Amat. reſol.* 18. *Maſtrill. deciſ.* 299. *ubi ſub n.* 15. ſic deciſum refert. *Cutell. deciſ.* 4. *part.* 2. eodem modo deciſum affirmat.

Undè ſi ità Tua Realis magnificentia, Tuuſque integerrimus Supremus Italiæ Senatus ſummâ cum ſuâ doctrinâ, ac æquitate annuerint Tribunal Tui Realis Patrimonij, omneſque Tui adjuncti exiſtimant. Non eſſe concedendum iſto de Manganelli publicano reſtaurum, niſi ex Tua mera æquitate, ac largitate, & ad ſummam unciarum quinque mille, quam noſtram ſententiam Tuis Realibus pedibus humiliter ſubmittentes, ac ſub prudenti digniſſimorum Supremi Italiæ Senatorum lima tranſmittentes; Tuos Sacros, Realeſque pedes ſubmiſsè, reverenterque deoſculamur.

DE

DE EPISCOPORUM, AC CLERICORUM Famulis delinquentibus.

CAPUT. III.

SUMMARIUM.

1 *CLericorum famuli fori potiuntur privilegio.*

2 *Oppoſitam ſententiam veriorē eſſe aſſertur. num.* 3.

4 *Summi Pontifices Clericorum famulis immunitatem haud tribuunt, ſed quando. num.* 5.

6 *Contrarijs reſpondetur.*

7 *Textus in l.* 2. *C. de Epiſcop. & Clericis perpenditur. num.*8.

9 *Nonnullæ deciſiones afferuntur. num.* 10. 11.

12 *Epiſcoporum famuli fori de rigore non fruuntur clypeo. n.* 13.

14 *Famuli laici Epiſcoporum, è laico imperio exempti haud sũt.*

15 *Oppoſita ſententia quando, & in quibus caſibus procedit? nu.* 16. 17. 18.

19 *Famuli Cardinalium, an fori gaudeant privilegio? num.* 20.

21 *Deciſiones Supremorum Siciliæ Tribunalium recenſentur.*

22 *Famuli conductitij fori non potiuntur immunitate. n.* 23.

24 *Conſ. D. Chriſtophorus Moſcoſo J. C. Hiſpanus laudibus condignis extollitur.*

25 *Dianæ contrarium tuenti reſpondetur.*

26 *Tex. in cap. fin. de offic. Archidiacon. explicatur.*

27 *Tex. in Aut. habita Cod. nè filius pro patre, perpenditur.*

28 *Famuli Epiſcoporum, non ex juris diſpoſitione, ſed ex Principum ſæcularium placito, fori fruuntur utilitate.*

29 *Epiſcopi an familiam armatam retinere valeant?*

30 *Epiſcoporum Imperium in laicos, quas medelas adhibere debet, & quando tenetur brachiũ ſæculare petere?*

31 *Manus Regia, murus Eccleſię eſt, Clericorum pax, Populi ſalus, & Chriſtianæ Religionis præſidium. num.* 32. 33.

34 *Carceratio laicorum ab Epiſcopo ordinata, abſque laico brachio exequuta, nulla, & appellabilis eſt.*

35 *Ratio affertur. num.* 36.

37 *Conſtitutio Bonifacij VIII. explicatur. num.* 38. 39.

40 *Epiſcopi territorium non habent. num.*41. 42.

43 *Niſi illud à ſæcularibus Principibus aſſignatum, vel ſi conniviſſent. num.* 44.

45 *Ec-*

Digitized by Google

45 *Eccleſiaſticis armata nõ congruit familia.*

46 *Chriſtus Servator noſter Apoſtolis arma vetuit, tum ad vindictam, tum ob publicã animadverſionem.*

47 *Plures Pontifices Clericis arma vetuere. num.* 48.

49 *Pluréſque ob hominum verſutiam eis conceſſere.*

50 *Variẹ Pontificum Conſtitutiones afferuntur. num.* 51. 52. 53.

54 *Eccleſiaſtici Prælati ob facultatem coërcendi, & carcerandi, quam habent, debent armatam retinere familiam.*

55 *Ratio adducitur. num.* 56.

57 *Familia Epiſcoporum armata, an arma à ſæcularibus Principibus interdicta geſtare valeat?*

58 *Armorum interdictio, ac permiſſio ad ſæcularẽ ſpectat Principem.*

59 *Variæ adducuntur Principum ſæcularium prohibitiones. num.* 60. 61. 62.

63 *Regiæ Siciliæ Pragmaticẹ, adducuntur.*

64 *Clerici ſub Regijs ſanctionibus devincuntur, & quomodo. nu.* 65.

66 *Clerici Regias controvenientes ſanctiones, à ſuo Eccleſiaſtico Prælato plectuntur.*

67 *Et an poſſint à ſæculari Imperio, armis interdictis ſpoliari?*

68 *Clerici an valeant ſæcularibus Poteſtatibus ſic attentantibus reſiſtere?*

69 *Utraque affertur ſententia.*

70 *Germana quænam ſit demonſtratur. num.* 71.

72 *Cenſuræ quandò infliguntur. num.* 73. 74.

75 *Miniſtri Curiæ Epiſcoporum an fori potiantur privilegio?*

76 *Et quid ſi extrà ſui officij exercitium deliquerint?*

77 *Regiæ ad id recenſentur ordinationes.*

78 *Defenſio Fiſcalis per Spect. F. P. M. R. C. Supremi Senatus D. Stephanum Mira graphicè exarata ad materiam affertur.*

79 *Contentio, an quis foro Eccleſiaſtico potiri debet per Judicem Eccleſiaſticum, abſolvitur, & quando ibidem.*

80 *Et quid ſi agitur de materia juriſdictionali prophana, & Reus eſſet laicus?*

81 *Privilegium Regis Alphonſi Catanenſi Epiſcopo indultum, ejuſque confirmatio adducitur, ac perpenditur.*

82 *Regni conſuetudo in cognoſcẽdis delictis per Epiſcoporum famulos patratis, affertur.*

Hanc

1 HAnc porrò hęſitationem diſcriminatim, DD.reſ.abſolverũt, varijs validiſq; tamen rationibus,unuſquiſq; ex eis,ſuam ſtrenuè defendit ſententiam; quas cunctas perpendemus, germanã tamen, ac in omnibus ferè ſubſellijs amplexam inſectabimus. Nonnulli equidem,ancipiti licet mente,poſt perlatum examen, non ſine fundamento,in illum declinavere ſenſum, hoſcè famulos itidem conductitios fori potiri privilegio, ac tributorum exemptione, quam ſuam fundãt ſententiam *ex text. in l.* 1. *&* 2. C. *de Epiſc. & cleric.* ibi *verum & hominibus conceditur.* & ulterius *ut ijſdem clerici privilegijs pluribus redundaret*: ac poſtmodum *Et conjugia clericorũ, ac liberi,eorũq; miniſteria &c.* quod itidem depromitur ex Toletano Cõcilio *In Eccleſiarum ſervos* 12. *quæſt.* 2. ubi Eccleſiarum ſervos angarijs, alijſque tributis à ſæculari judicio onerari haud poſſe, eamque ſuſtinent *ex Auth. habita.* C. *nè filius pro patr.*ubi cum ſcribentibus unanimiter concludunt,ſcholaſticorum privilegijs gaudere eorum familiares, quod innuit *Gloſs. in cap. clerici.* 11. *quæſt.* 1. quã ſequuntur *Joan: Andreas Imol.* ac ſcribentes *in cap.* 3. *de for. comp. Felin. n.* 2. *Duegn. reg.* 30. *Clar. qu.* 35. *n.* 18. *Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 47. *Menoch. de arbitr. caſ.* 562.*n.*3.*& alij*, quos refert *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *c.* 39. *§.* 2. *de privil. cler. n.* 56. *& in allegat.* 107.*per totum Card. Tuſc. lit. E. concluſ.*27. *n.*13. *tom.* 3. *Marth. de juriſd. part.* 4. *caſ.* 111. *n.* 6. *Caravit. ſuper Rit. M. C. V. c.* 46. *n.* 27. *Squillãt.de privileg. cleric. cap.* 7. *n.* 57. quam ſententiam veram, ac inhæſitabilem eſſe prædicant, præter laudatos *Fermoſin in cap. cum contingat de for. compet. in quæſt.*12. *n.* 8. *Trentacinqu. var. lib.* 1. *de for.cõpet.reſ.*1.*n.*1.2. eamq; diſertim tuentur *D.Alph.Narbon. leg.* 20. *gloſs.* 1. *à n.* 27. *tit.* 7. *lib.* 4. *recop. D. Mich. Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 121. *lib.*1. *Tondut. Sanleng. de prævent. part.* 1. *cap.* 29. *à. n.* 8. *Xamar. de fin.* 28. *n.* 4. 23. *part.* 1. *Eſcobar.de Pontific.& Reg. juriſd. in Stud. gener. cap.* 37. qui de ſcholaſticorum famulis ratiocinantur. Et de famulis Militum firmant *Dexart. in cap.* 20. *n.* 2. *de milit. Seſſe deciſ.* 9. *lib.* 1. *Steph. Gratian. diſcept. cap.* 340. *n.* 9. *Tondut. Sanleng. loco nuper indicato* & in ſpecie de Epiſcoporum famulis ratiocinando

do firmavere *Heva Valaños in Cur. Philipp. tom. 1. p. 3. §. 1. n. 15. Caracciol. de for. privilegiat. in præm. n. 65. Squillant. de privil. Cleric. c. 7. n. 54. Martin. Bonac. in Bull. Cœnæ diſp. 1. q. 16. pun. 3. n. 7. Duard. eodem tract. lib. 2. Canon. 15. q. 8. n. 2. alioſque refert. Epiſcop. Franceſ. Urrutigoyt. de compatib. q. 83. n. 27. & ſeq. & q. 84. n. 28. & q. 100. n. 17. 18.* qui hãc veriorem, ac inhæſitabilem ſententiam eſſe erudit, & generaliter quo ad cunctos privilegiatorum famulos, probãt *Reg. Sanfelic. deciſ. 1. n. 1. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. deciſ. 69. à n. 4. cum ſeqq. par. 1. Ciarlin. contr. 120. n. 6. 4. 2. & contr. 20. n. 35. tom. 1. Fõtanell. deciſ. 336. n. 4. part. 2. Sanleng. d. cap. 29. per totum. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 15. ſect. 1. n. 16. 17. Narbon. loco indic.* & poſt eos *D. Hieronym. Baſilic. deciſ. crim. Sicil. 17. n. 8.* & ante eum *D. Mar. Giurb. conſ.* 88. & poſt omnes probat *Epiſcop. D. Didac. Anton. Franceſ. Urrutigoyt de compet. qu. 100. per totum, & n. 11.* ſub diſtinctione tamẽ famulorũ neceſſariorum, & ad pompã detentorũ hoc verũ eſſe firmat, quo ad primam famulorum ſpeciem abſolutè, cæteros ad pompam detentos à fori privilegio reſpuendo; quam diſtinctionẽ amplectuntur *Menoch. Surd. Xamar. Sanleng. & alij* per eum relati eamq; tamen rejecere *Cortiad. deciſ. 8. n. 123. del Bene, Fermoſin.* & nos nullius roboris eſſe fatemur, ut ex inferius expreſſandis demonſtrabimus.

2 Oppoſita verò ſolertiſſimis nixa rationibus, ferè omnibus ſæcularium Principum ſubſellijs, crebrò alijs arriſit, inter quos *Ansald. de jurisd. p. 2. tit. 11. c. 5. n. 34. cum plurib. ſequentib. & à n. 124. ad finem Caſtr. Palaus. oper. mor. p. 2. tr. 12. diſput. unic. pun. 2. n. 10. Hodiern. ad Surd. deciſ. 35. n. 2. Theſa. quæſ. for. 78. lib. 3. Parlador. rer. quot. tom. 2. differen. 9. §. 1. n. 8. Felic. de Vega de for. compet. cap. 2. n. 22.* nobis autem iſthæc arridet ſententia; etenim non minùs inconſentaneum, quàm monſtruoſum eſſe putamus, clericos ad fori privilegium non ſinè certis præſcriptiſque requiſitis, in Concil. Trident. contentis, eſſe admiſſos; etſi Religioni perpetuo oblati fuerint, abſque Gregorij XIII. requiſitis ad ejuſdem Religionis privilegium non admit-
3 tuntur; famuli verò clericorũ laici, nec ad Eccleſiæ ſervitium, nec ad Monaſterium ſe-

ſedulò ſe tradentes,ſed ex quo tantum mercede recepta ipſis inſerviunt Eccleſijs, aut clericis, vel Religionibus, fori gaudere debent privilegio, inconſentaneum eſſe videtur, ut mirè inſinuant *Suarez contr. Angliæ errores lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 9. *Caſtr. de Man. Reg. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 13. *verſ.undè eleganter*, & alij, quos lato calamo adducit *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 127. *& ſeq.*

4 Quod ex infra adducēdis cōprobatur; Pontifices namque omnes nunquam cogitavere, hiſce conductitijs famulis immunitatis privilegium impertire, nec eorum ſedulitas tam lenis, in eximendis laicis è regio imperio, omni ævo fuit; Niſi ubi aliqua ob cōmune ſpirituale bonum ardua ſuaderet juſta,ac rationabilis cauſa,aliàs firmè credendum,abſque ulla alia hæſitatione, talem laicorum exemptionem, ac fori Eccleſiaſtici extentionem ipſis ſæcularibus haud

5 placuiſſe Principibus; ut affabrè ratiocinatur *Theſaur.deciſ.* 22. *à n.* 7. & mirè inſinuant *R. Capyc. deciſ.* 12. *n.* 2. *Clar. d. q.*35. *verſ. quæro quid familiares. Covarr. pract.quæſ. cap.* 35. *n.* 2. *verſic. quinto nō video. Carol.de Graſs. de effect. cleric. effect.* 1. *à n.*147.*Guitter. lib.* 1 *pract. quæſt.* 4. *n.*2. *Pacian. de probat.lib.*2.*cap.*34. *n.* 123. *verſ. ſed an famuli clericorum. copiosè R. Sanfelic. d. deciſ.* 1. *Auguſt. Barboſ. d.cap.* 39. *§.* 2. *lib.* 1. *de jur. Eccl. univerſ. n.*57. *Vulpel.de libert. Eccleſ. part.* 3. *n.* 24. *Aufrer. de poteſt. Judic. Sæcul. reg.* 2. *n.* 36. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 97. *Scacc. de Judic. cap.* 11. *n.* 22. *lib.* 1. *Cortiad. d. deciſ.* 8. *n.* 122. *Domin. D. Roderic.a Cuña in comment. ad cap. eos qui n.* 10. *diſtinct.* 32. *Farinac. in prax.crim.p.*1. *q.*8. *à n.* 46.*Daniel.de Nobilib.cōtr. diſput.*27.*à n.* 3.*& in addit.n.* 7.*Ciarl.cōtr. forenſ. c.* 286. *n.* 28.67.*p.* 2.alios referendo *P. Dian. reſol. mor. p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 47. *verſic. difficultas eſt. Trentacinq. ubi nuper n.*2.*verſic. contrà hanc Fermos. d.cap.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 2. *de fōr. compet. Reg. de Leon. deciſ.* 101. *à n.*13. 17. *lib.*1 *Steph.Gratian. diſcept. cap.* 28. *& in deciſ.* 233. *n.* 3. *Nicol. Scoppa ad eumdem Thor. comp.deciſ. tom.* 1. *verb. fori privilegio. an gaudeant. & in ſupplement. verb. famuli Theſaur. quæſt. forenſ.* 78. *n.* 1. *lib.* 3. *Aloyſ.Ricc. deciſ.* 193. *n.* 2. *p.* 2. *Sanleng. Tondut. de prevent. judic. p.* 1. *cap.* 29. *n.* 19. *Marth.de juriſdict. p.* 4. *caſ.* 111. *à n.* 4. *R. Vico in pragmat. Regn. Sardin. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 13. *n.* 46.

Tho-

Digitized by Google

Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *à nu.* 25. *verſic. neque obſtat, Ambroſin.de immun.Eccleſ. cap.* 22. *n.* 13. *Matth.de regim.Regn. Valent. tom.*2.*c.*7. *§.* 1. *ſect.* 4. *à nu.* 178. Retinent planè in eorum dictionibus Reges, ſuam fundatam intentionem, quo ad omnes ibi natos,qui de gentium jure, ſuo ſubſunt Imperio, ut depromitur *ex l.ex hoc jure* 5.*de Juſt. & jur.* mirificèq; aſtruit *D.Franciſcus Ramos del Manzano in lib.* 3. *ad legem Juliam papiam. cap.* 52.*nu.*8. *Gonſal. lib.* 1. *decret. tit.* 23. *de officio Archiep.n.*9.*verſ.fundat.*

6 Nec minùs relevare aiunt ſuperiùs, pro primæ ſententiæ tuitione, expoſita: quoniam *tex. in d. l.* 1. *&* 2. *Cod. de Epiſc. & Cler* tantùm loquũtur circà exemptionem mancipijs,ac ſervis in dominio ipſorum Clericorum exiſtentibus, quo ad tributorum ſolutionem competentem, nimirũ ut nõ teneãtur ad extraordinaria, ac ſordida munera,& ad armatorum hominum receptationem,non verò quo ad fori privilegium,allata ratiocinantur jura Cæſarea, *in d. l.* 1. & ibi *Gloſſ.* 1.*de Epiſc. & Cler.* & ita ſtatutum fuit in Concilio Toletano, *in cap. Eccleſiarum ſervos* 12. *quæſt.* 11. *& in cap. generalitèr, §. novarum* 16. *qu.* 1. ubi cavetur ni Eccleſiarum ſervi publicis graventur angarijs; nec jura recenſita loquuntur de famulis conductitijs dietim, annua, vel mẽſtrua mercede ſervientibus; etenim primi tanquàm de ipſorum patrimonio, eo quoque modo hac fruuntur immunitate, nè ipſa Eccleſia, vel Clerici pro eis graventur; de quibus etiam loquitur tex. *in d. cap. Eccleſiarum ſervos* 96. 12. *quæſt.* 2. *ut poſt Archidiaconum Rip. Abb. & Gemin.* advertit *Theſaur. d. deciſ.* 22. *nu.* 5. *& deciſ.* 116. *num.* 12. *Suar. in defenſ. Fidei Catholic. contrà Anglicanæ ſectæ errores lib.*4. *cap.* 29. *n.* 1. *Marth. de juriſdict. part.* 4. *caſ.* 111. *n.*1. meritò non ita edocent quo ad hoſce ſervos conductitios *ex d. cap. Eccleſiarum*, & ibi *Gloſſ. verb. Clericorum* 12. *qu.* 11. *cap. generalitèr, §. juxta ſanctionem*, & ibi *Gloſſ. verb. mancipia*, 16. *qu.* 1. *Thom. del Ben. de imm. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *à nu.* 4. *& ſeqq. San Felic. deciſ.* 1. *nu.* 5. 12. 18. *Aufrer.de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſ. perſon. reg.* 2. *nu.* 36. *Roman. in ſing.*603.*Scacc. de Judic. par.* 1. *cap.*11. *n.*22. *Vulpell. de libert. Eccleſ. par.*3. *n.* 24. *Bajard. ad Clar.§.fin.q.* 36. *n.* 3. *Guitter. pract. quæſt.*

lib. 1. *qu.* 4. *nu.* 2. *Bellet. diſq. Cler. par.* 1. §. *C. de favor. Cleric. n.* 12. *Capyc. deciſ.* 12. *n.* 2. *Menoch. de arbitr. caſ.* 562. *n.* 4. *Pacian. tract. cui incumb. onus prob. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 123. *verſ. ſed an famuli*, ¶*ib. Decian. tract. Crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 47. 57. & *ſeqq.* firmâtes ſervos conductitios compacta mercede ſervientes, fori haud potiri privilegio, nec diſcrepant *Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *par.* 3. *nu.* 69. *D. Didac. Ant. Frances Urrutigoyt. de competen. q.* 100. *n.* 3. 4. 5. *Roderic. à Cuña in Comment. ad. cap. eos, qui, nu.* 10. *diſt.* 32. *Laudercb. conſ.* 103. *nu.* 15. *Anſald. de jurisd. p.* 1. *tit.* 11. *cap.* 5. *in princ.* & alij, quos laudat *Auguſt. Barb. de jur. Eccleſ. Univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 59.
7 ubi ſubdit tex. prænarratum *in d. l.* 2. intelligendum eſſe de ſervis, filijsfamilias, uxoribus, & alijs hominibus, qui in eorum poteſtate, & familia ſunt, vel qui ex neceſſitate, vel contractu pro majori vitę, ſeù anni parte, ſunt ſervitio formaliter addicti, de quibus agit Gregor. XIII. Conſtitutio. 67. quam affert *Cardin. de Luca in diſcurſ.* 4. & 33. *n.* 3. *jurisdict.* & *for. compet.* quo
8 ad tributorum exemptionem; at ſecùs quo ad fori privilegium, ut melius omnium apprimè erudit *Gonzal. lib.* 1. *decretal. tit.* 23. *cap. fin. verb. familiæ ſuæ n.* 4. & alij per eũ potiſſimum in Criminalibus, in quibus nunquàm attenditur ſecundarium Domini intereſſe, affluenter edocet *Ma-*
9 *ſtrill. decis.* 267. & itâ paſſim hoſce exemptorum, Clericorum, vel Eccleſiarum famulos ſæculari ſubijci Imperio, ab eoque coërceri in dies, deciſum in Regno vidimus, & teſtantur *Carol. de Graſſ. d. effect.* 1. *n.* 147. contrà mancipium Equitis Hjeroſolymitani, & *Hjeron. Baſilicò d. decis.*
10 17. *n.* 31. 32. ubi laqueo furcarum fuit ſuſpenſum quoddam mancipium Fr. Joan. Salvi de Balſamo Equitis Hjeroſolymitani.
11 Queis itidem conferunt deciſiones, quas affert in Senatu Parthenopęo *R. Sanfelic. in d. decis.* 1. *n.* 20. & 22. ibique magiſtraliter hoc itidem inſinuat *Joan. Bapt. Mucc. sub. n.* 12. allatamque veritatem fatetur *R. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 117. *nu.* 1. & *in allegat.* 75. *n.* 6. edocens affirmativâ haud eſſe de jure firmam, licèt ipſe piè agendo cum oppoſita tranſire maluit, pariles que afferunt deciſiones *Xammar. rer. judicat. diffin.* 28. *à nu.* 1. & *ſeqq.* & *in n.* 8. autumans ſervos, ſeù famulos Clericorũ fori

fori commodo haud gaudere, ſed eos tantùm, qui Epiſcopis inſerviunt; quod antè eum dixere *Capyc. decis.* 12.*n.*2.*Clar.* §. *fin.q.*35. *n.*18.& ibi *Bajard. n.* 2. *Covarr. pract. quæſt. cap.* 35.*n.* 2. *verſ.* 5. *Theſaur. deciſ.* 22.*n.* 4. *verſ. verum,Gratian. deciſ.* 233.*n.* 3.4.& *diſcep.for. cap.* 341.*n.*9. *tom.*2. ratione majoris dignitatis, & ſequuntur *Gambacur. de Imm. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 7. & annuit *Sanlenger. d. cap.* 29. *n.* 19. quam ſententiam ſolidam in jure haud eſſe, infra commoſtrabimus, eamque ex conſuetudine admittunt Cathalani, ut edocet ex nonnullis deciſionibus *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 145.*ſub nu.* 4. *tom.* 3. ipſe tamen in *deciſ.* 8. *n.* 123. *tom.* 1. *in fine*. Subdit itidem in his,quæ concernunt præciſam Clericorum neceſſitatem, non gaudere fori privilegio, & ſic quoque noſtra utriuſque Siciliæ Regni viget conſuetudo.

12 Iſtis cum juridicis fundamẽtis quoque iſtorum, ac aliorũ luculenter elici inquimus, cõfutationem autumantium, propter excellentiam ſupremæ Epiſcoporum dignitatis, eorum famulos hiſce gaudere privilegijs, quippè quòd ſpeciale id afferant eſſe in eis, licèt ullo abſq; juris principio,

13 ut prædiximus; etenim jura ſuperiùs explanata, ac Conſtantini Imperatoris decretatio in text. *d. l.* 1. & 2. *Cod. de Epiſcop. & Clericis*: ad omnes generaliter refertur Clericos, quæ & ſi futilis quo ad Eccleſiæ, Clericorum, aliorumque exemptorum eſſet famulos laicos, ut ſuperiùs explanatum fuit, parili debet eſſe ſchemate reſpectu ad Epiſcoporum famulos, aliàs eſſet extrà Juſtitiæ Cancellos; cui ſenſui annuit *Auguſtin.Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. d. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *ſub nu.* 59. nec impar cecinere *D.Mar.Cutelli de immun. Eccleſ. lib.* 2. *q.*98.

14 & alij per eos; potiſſimum ſi laici eſſent, & de re ageretur criminali, nè daretur occaſio, & facilitas delinquendi, ac nè delinquentium delicta remanerent impunita, inſinuât *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 97. *Cevall. de cognit. per viam violent. par.* 2. *q.*58. *Theſaur. quæſt. forenſ.* 78. *lib.* 3. *Anſald. de juriſdict. par.* 2. *tit.* 11. *c.* 5. *Decian. tract. crim. lib.* 4. *c.*9.

15 *n.* 57. & ſi affirmativam itidem ſectantur ſententiam, præter ſuperiùs allegatos. *Solerzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *nu.*68.*Narbon. l.* 20. *Gloſ.* 1. *n.* 27.& *Gloſ.*22. *n.* 4. *tit.* 1. *lib.*4. *recop. Gallup. inprax par.* 1. *cap.* 6. *à n.*27. *Ste-*

Stephan. Gratian. deciſ. 232.
et diſcept. for. cap. 340. *et* 341.
*Burgius de modo procedendi ex
abrupt. tom.* 1. *quæſt.* 65. *n.* 81.
Ciarlin. contr. cap. 20. *à nu.* 34.
Laynez ad Gomez tom. 3. *cap.*
20. *n.* 7. *verſ. item au familia-
res*, *Guazin. defenſ. reor.* 20.
cap. 9. *nu.* 23. 24. *Gambacur.
de immun. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11.
n. 9. *Thor. compend. deciſ. p.* 1.
verb. familia Epiſcoporum, &
alij, quos laudat D. *Michael
Cortiad. d. decis.* 8. *n.* 124. *&
in decis.* 145. *n.* 2. *tom.* 3. At-
16 tamen in majori calculo de
familia armata loquũtur, haud
de famulis conductitijs, licèt
nonnulli conantur allatam af-
firmativam tueri ſententiam,
quoniam immediatè Summi
Põtifici ſubjecti ſunt, ut apertè
fatetur *Sanlenger. de prævent.
par.* 1. *cap.* 29. *nu.* 26. cæteri
eam pariter ſectantes perfun-
ctoriè loquuntur, ut infrà ex-
planabimus, eamque diſtin-
ctionem benè agnovit purga-
tiſſima Cardinalis de Luca
Minerva, *in diſcurſ.* 67. *de
juriſdict. & for. compet.* in cu-
jus abſolutionem inire haud
curavit, ſed tantùm hæſitavit
de obſervantia conſtitutionis
17 10. §. 5. Leonis X. quo ad fa-
mulorum Cardinalium exem-
ptionem; ſubditque Cardina-
lis, quod monitorium contrà
Judicem laicum cujuſdam
Cardinalis famulum citãtem,
juſtitiâ carere exiſtimavit Sa-
cra Congregatio, & explicitè
hunc vannando articulum di-
xere *Marant. de ord. Jud. p.* 4.
diſt. 11. *nu.* 4. *Scacc. de Jud.
cap.* 11. *n.* 48. *lib.* 1. alioſque
affert *Daniel de Nobilib. diſp.*
17. *n.* 8. *& in addit. n.* 3. fir-
mantes nequire Epiſcopos ad
cenſuras devenire contra
Judicem ſecularem, famulum
Epiſcopi plectentem; quid-
quid dicat *Sperell. deciſ.* 129.
lib. 2. & affert *Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39.
§. 4. *n.* 34. & alij, quos addu-
cit *Dian. in locis indicatis*; ete-
nim legalis haud retinent aſ-
ſiſtentiam Epiſcopi, in hiſce
18 inferendis cenſuris: ex recen-
ſitis meritò concludendum
eſt ob Principum ſæcularium
placitum, aliquandò praxis
hanc, ipſis Epiſcoporum laicis
famulis, exemptionem indul-
xit; quod ex reverentiæ, ac
urbanitatis ratione, nõ autem
ex juris diſpoſitione, ſcatere
fatendum eſt. Quòd tamen
valdè congruum, ac neceſſa-
rium eſſe putamus in Cardi-
19 nalium famulis; ſunt namque
Cardinales majores in digni-
tate, immò tanquàm Legati à
Latere majorem habent juri-
ſdictionem in Provincia ſibi
decreta, quam Epiſcopus in
ſua Diœceſi. *Abb. in cap.* 1. *de*

off.

Digitized by Google

off. leg. n. 23. *Molin. de Juſt. & jur. tract.* 2. *diſput* 173. *Barboſ. de jur. Pontif. cap.* 39.
20 *n.* 96. aliquando equidem quo ad Epiſcoporum famulos, ſecundùm mutuum inter eos, & ſæcularem Principem bonum, & malum conſenſum talis cõmenſuratur exemptio: imparis ideò ſortis hoſce, omni ævo, fuiſſe Epiſcoporum famulos, aliorumve Eccleſiaſticorum ſervos, de rarò nempè ad ſuos remiſſos Prælatos, crebrò à ſecularibus Curijs itidem ordinariè punitos, notavimus; ut pro eximentiæ crimine fuere mancipium, ac familiæ armatæ Dux, Domini
21 Didaci Richiſens Meſſanæ Archimandritæ anno 1633. Duce Alcalà Regnum Moderante, qui in Librariorum Meſſanæ vico, primus fureis ſuſpenſus fuit; ibi aggratiatus alter; aliaque refert exempla *Dom. Gaſpar Ant. Theſaur. d. quæſt.* 78. *n.* 5. *lib.* 3. Inter alia Nuncij Apoſtolici famulum, in Sabaudię Senatu pro homicidio fuiſſe judicatum refert; & laqueo ſuſpẽſum fuiſſe, ſcimus, famulum Card. Philamarini digniſſimi Neapolitanæ Eccleſię Antiſtitis, ut inſinuat *Jo. Bapt. Mucc. ad Reg. Sanſelic. deciſ.* 1. *n.* 16. ubi mirificè erudit hoſce conductitios famulos Eccleſiaſticorum, haud eſſe comprehenſos ſub diſpoſitione *cap.* 2. *de for. competenti*, ità pariter, & cæteri Eccleſiæ ſervientes, Janitorũ munere fungẽtes, contra quos bis fuiſſe deciſum affert *Reg. de Marin. reſ. jur. cap.* 117. *lib.* 1. *n.* 2. & meminit *Gallup. prax.* 5. *c. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 54. cum quo non reſidet *Mucci*, ubi ſupra *nu.* 10. 11. licèt fateatur ſub nomine Eccleſiæ minores in *d. cap.* 2. *de for. compet.* nequaquam venire cæteros Eccleſiaſticorum famulos, ſed tantùm, qui ratione Eccleſiaſtici ſervitij, Eccleſijs ſerviunt; licèt, abſque tamen auctoritate, oppoſitum conatur defendere *Epiſcop. Frances in d. qu.* 100. *à nu.* 22. *& ſeqq.* autumans ſub nomine Eccleſiæ minores: cunctos Clericorũ famulos, ad neceſſarium ſervitium addictos, eſſe comprehenſos, excluſis tamen eis, qui ad pompam detinentur.
22 Denique, ſecluſis deſuper allatis, major Doctorum pars, quæ hanc Epiſcoporum famulorum exagitat exemptionem, ut prędiximus, terminos perfunctoriè, ac permixtè miſcet. Nos autem, ut de re tam gravi, nil non adamuſſim perpenſum remaneat, nuper explanatum reaſſumendo in tres diſtinguimus ſpecies; quarum prima, ad Epiſcoporum

lai-

23 laicos, famulos conductitios
confert, de quibus ſat ſuprà,
ex multis comprobatum remanet,
eorum immunitatem,
quo ad fori privilegium, cunctis
legalibus carere principijs;
huic addito D. Chriſtoforo
24 Muſcoſo viro ſanguine, ac
virtute præclariſsimo, quem
extollit *Dom. Amaja* in ſuo eruditiſſimo
Codice lib. 10. *tit.* 39.
n. 12. in ſua Juriſdictionali
allegatione hiſpano idiomate
atticè elaborata *à n.* 22. nec
ſuis mirè exaratis legalibus fũdamentis
refragantur expoſita
per P. Dian. tract. 1. *reſol.*
25 3. *tom.* 6. etenim nihil *apud
Dianam* novum evolvitur adductum,
quod ab altero priùs
nõ ſit ſcriptum, ac per nos
pariter perpenſum, undè ex
ſuperiùs recenſitis quoque, &
ſua ſententia abſoluta cum
alijs evidenter remanet. Nec
26 inficiatur *cap. fin. de offic. Archidiacon.*
quoniam textus ibi
nullam Pontificiam continet
determinationem, ſed tantum
recenſentur verba, in jure
ſcripto haud fundata, ut benè
advertit *Auguſt. Barboſ. de
de jure Eccleſ. univerſ. lib.*
1. *cap.* 39. §. 2. *de privileg.
cler. n.* 60. & poſt eum graphicè
de more melior omnibus
firmat *Gonſal. lib.* 1. *decr.
tit.* 23. *cap. fin. verb. familiæ ſuæ
n.* 3. *& ſeqq.* nec diſcrepat
Anſald. de juriſd. p. 2. *tit.* 11.
cap. 5. *n.* 123. cuncti uno ore
erudientes, Honorium Summum
Pontificem in adducto
cap. fin. reſponſum Archidiacono
haud dediſſe, quo ad famulorum
exemptionem; ſicu-
27 ti *nec text. in Auth. habita C.
nè filius pro Patr.* etenim in
ea, privilegiũ ſcholaſticorum
famulis impertitum, expreſsè
evolvitur: *tàm ipſis quàm eorũ
nuncijs*: undè non probè infertur
ad ea, quæ diſertè non
leguntur, inſinuant *Rebuff.
ibidem n.* 22. quẽ laudat *Barboſ.
ubi nuper. n.* 61. Ex qui-
28 bus conſtanter iterùm ratum
habemus, hoſce famulos conductitios
dietim, vel per hebdomadas,
ſalario obſignato
inſervientes, fori immunitate
de jure haud gaudere, ut præter
allatos Magiſtraliter ex
multis erudit *Doct. Martha
de juriſd. p.* 4. *centur.* 2. *caſ.*
111. *n.* 10. *ad finem* quoniam
verè Epiſcoporum famuli haud
ſunt, ut edocent *Sperell.
deciſ.* 128. *n.* 49. *lib.* 2. *Giurb.
conſ.* 88. *n.* 2. *Sebaſt. Guazin.
reor. def.* 20. *cap.* 9. *n.* 23. *Aug.
Barboſ. de jur. Eccl. univerſ.
lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *n.* 10. ſed
tantũ ex mero Principum ſæcularium
placito, & cõniventia,
ex eorum abſoluta urbanitate,
quæ ut prædiximus, cõmenſuratur,
ſecundum Epi-
ſco-

Digitized by Google

ſcoporum, aliorumque Prælatorum ſolertiam, ac eorum affabilem ergà regalem juriſdictionem lenitatem pro cõmuni Chriſtianæ Religionis tranquillitate, quam equidem Urbanitatem Epiſcopis omninò ſervandam eſſe, autumant aliqui erudientes multa eſſe concedenda Epiſcopis, quæ alijs permiſſa minimè ſunt: ut graphicè ex multis inſinuant *Alph. Narbon. l.* 20. *Gloſs.* 1. *n.* 27. *& Gloſs.* 22. *n.* 4. *tit.* 2. *lib.* 4. *recop. Carlevar. de Jud. tom.* 1. *diſp.* 2. *n.* 509. *Solorzan de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 68. *Fermoſ. in cap. cum contingat. q.* 1. *de for. cõp. Aylon. Lainez ad Gom. tom.* 3. *cap.* 20. *n.* 7. *Xamar defin.* 28. *n.* 2. 22. *p.* 1. *Trentacinq. var. lib.* 2. *de for. comp. reſ.* 1. *n.* 1. *Sanleng. de prævent. p.* 1. *cap.* 29. *à n.* 21. *de Marin. reſ. cap.* 117. *n.* 1. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 7. *per totum, & alleg.* 107. *n.* 9. *& de jur. Eccl. uni. cap.* 39. *§.* 2. *n.* 55. *& §.* 4. *n.* 30. *Dian. reſol. mor, p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 97. *& p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 12. *& p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 30. *& p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 1. *& p.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 2. *ubi pluries ſic declaraſſe Sac. Congregationem Cardinalium indicat, & conſonat del Bene de imm. Eccl. tom.* 1. *cap.* 4. *dub.* 15. *ſect.* 1. *&* 2. *Pignatell. conſult.* 82. *tom.* 1. *& conſult.* 94. *tom.* 8. *Cotton de privileg: cler. contr.* 24. *cap.* 1. *n.* 3. 47. *lib.* 3. nec nos allatam inficimus urbanitatem.

29 Quo ad ſecundam Epiſcoporum famulorũ ſpeciem, quam armatam quoque, & ipſi hodiè appellant, non modicus hæſitationis cardo excitatur, funditus ſi materiam delibare navemus; etenim ex priſcis Canonicis itidem juribus, omnes Eccleſiaſtici Prelati poſt monitionem, tantum cõmunione cõtumaces privare poſſunt; edocet *Eutichianus Pontifex in cap. non ita* 2. *queſt.* 6. ultrà verò eam, ad corporalem animadverſionẽ haud tranſire valent, cum hæc ad ſæcularem Magiſtratum ſpectat; nec cunctos latuit apprimè dictum per *Almayn de dominio naturali, & civili fol.* 696. *ibi poteſtatis laicæ eſt pœnam civilem infligere, ut ſunt Mors, exilium, bonorum privatio &c. ſed nullam talem pœnã inſtitutione divina infligere poteſtas Eccleſiaſtica poteſt, immò nec incarcerare, ut plerique Doctoribus placet, ſed ad ſolam pœnam ſpiritualem extenditur:* immò ab eodem met ſeculari Magiſtratu ipſi plectebantur, tam pro Civili, quã Criminali judicio, inſinuãt *ex Alceat Rub.*

S Cod.

Cod. de Sacr. Sanc. Eccl. & in l. Jubemus eod. Paz. prax: tom. 2. præl. 2. n. 5. Morl. empor. Jur. p. 1. tit. 2. q. 12. n. 3. n. 3. quod itidem evolvitur *in tit. de Epiſc. & cler. & in Cod. de Sac. Sanct. Eccl.*

Pelagius II. autem illos ab Eccleſiæ liminibus ſæculares arcuit Judices, qui abſque criminali cauſa, hoc eſt homicidio, furto, aut maleficio in Clericum animadverterēt: *ut in Matiſconenſi Concilio* 1. *c.* 7. ibi: *ut nullus Clericus de qualibet cauſa extrà diſcuſſionem Epiſcopi ſui à ſæculari Judice, injuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur, quòd ſi quicumque Judex cujuſcumque, ſeù quemcumque clericum, abſq; cauſa criminali, ideſt homicidio, furto, aut maleficio, hoc facere fortaſsè præſumpſerit, quandiù Epiſcopo loci illius viſum fuerit, ab Eccleſiæ liminibus arceatur.*

30 Verùm ſucceſſivis dein temporibus ad extraordinarium, ſivè ſubſidiarium brachij ſæcularis implorationis remediū tranſivere Eccleſiaſtici: ubi Eccleſiaſtica non proderat medela, meritò ad ſæcularem occurrere conſuevere Judicē, ut ipſe captis rebus, & bonis, itidem per perſonalem coërtionem eorum exequeretur ſententiam; elicitur ex diſpoſitione *cap.* 1. *de offic. ordinarij, & ex Gloſ. remedijs, in Clement.* 2. *de reliq. domib. & ex cap. ſignificaſti, de offic. delegat. & ex cap. poſtulaſti, de homicid. cap. cum Epiſcopus de offic. ordinar. & ex l. à Divo Pio, ꝫ. ſententiam, de re judicat. Oldrad. conſ.* 89. *Aufrer. in Clement.* 1. *n.* 98. 99. 100. 101. *de offic. ordin.* & innuunt *Andr. Gaill. obſerv.* 115. *n.* 1. *lib.* 1. *Alvar. Valaſq. conſult.* 48. *lib.* 1. *Molin. de brach. ſæcul. cap.* 3. *Anton. Oliban. in Commen. in uſat. alium namque, de jure Fiſci lib.* 10. *conſtit. Catalon. cap.* 15. *n.* 74. *Gonſalv. Suarez, in prax. Eccleſ. & ſæcul. tom.* 2. *cap.* 4. *nu. fin. Cancer. var. cap.* 19. *nu.* 1. *de invocat. brach. ſæcul. tom.* 3. *Jul. Clarus lib.* 5. *ꝫ. fin. qu.* 37. *verſ. unum tamen volo, Boër. deciſ.* 227. *n.* 11. *Covarr. pract. qu. cap.* 10. *nu.* 1. *Guitter. lib.* 1. *pract. q.* 45. *Bobadill. polit. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 167. *lit. F.* & alij, quos laudat *Jo. Garc. de Nobilit. gloſ.* 9. *n.* 53. *verſ. novum dubium, Carlevar. de Jud. tom.* 1. *diſput.* 2. *qu.* 7. *ſect.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 775. *Fontanell. deciſ.* 310. *nu.* 18. *part.* 2. *& de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 11. *n.* 89. *& clauſ.* 13. *par.* 2. *n.* 71. 72. *Ripoll. var. cap.* 1. *à nu.* 56. *ad* 82. *Ramon. Conſ.* 98. *n.* 3. 4. & fusè tractat *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 26. *à n.* 59. *cum ſeqq.*

ſeqq. enodatè meliùs omnium *D. Franc. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 4. à n. 36. cum ſeqq. tom. 1. & tom. 2. part. 4. cap. 14. n. 99. 100. 101.* Eſtq;
31 manus Regia, murus Eccleſiæ, pax Clericorum, ſalus Populi; præſidium, ſive propugnaculum, ac Chriſtianæ Religionis tutela; quam Eccleſiaſtici haud feſtinanter, ſed remedio juris, ultimo adhibere valeant; inſinuant *Anton. Oliban. ubi ſupra Cortiad. num.* 85. ità & excommunicationis ultionem, juſta tamen accedente cauſa, urgente, & à Canonibus approbata; alioq; executionis modo haud remanente, ut Sacr. Trid. imperat Concil. *in ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. & non pro quolibet peccato, ſed pro mortali, & gravi *c. nemo, & Can. nullus,* 11. *q.* 3. & ibi *Gloſſ. Villalob. tract.* 16. *differ.* 9. *n.* 1. 5. 8. *And. Vallenſ. paratil. ad Decr. lib.* 5. *tit.* 39. §. 2. *nu.* 2. *Fermoſ. in cap.* 1. *de judic. qu.* 24. *in fin.* aliàs, etiam ſine dolo, ſed ob ignorantiam, ſi ea injuſtè fuerit indicta; indicens læthaliter peccabit, ut ex multis edocet *Jacob. de Graffis lib.* 4. *deciſ. aur. cap.* 7. *nu.* 1. *ad.* 9. de qua re, nos in c. 5. de legatorum poteſtate affluēter tractabimus ſub num. 148.
32 Nec eorū Imperiū in laicos, ubi eos agnoſcere queāt, ultrà excōmunicationis cenſuras, ad alias Eccleſiaſticas medelas porrigitur; *Cæleſtinus autē III. in cap. cum ab homine, de Judic.* poſtquam de excōmunicatione loquitur, ſic ait: *Cum non habeat Eccleſia ultrà quid faciat, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem, ità quod ei deputetur exilium, aut alia legitima pœna, quod Lucas in cap.* 22. *n.* 25. antè eum erudit; *Reges gentium dominantur eorum, et qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic, ſed qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator:* luculentèrque annectit *Chryſoſtom. de Sacerd. lib.* 2. *Nobis non eſt data poteſtas, ut auctoritate ſententiæ homines cohibeamus à delictis* : & poſt eos *Bernard. in lib.* 1. *de conſecrat. & in lib.* 4. *cap.* 4. *ibidem,* mirè faciunt noſtrates, inter quos *Oldradus d. Conſ.* 89. *Clar. d. lib.* 5. §. *fin. qu.* 37. *n.* 8. *Aufrer. in tract. de poteſt. Eccleſiaſt. ſuper laicis n.* 1. *Clar. n.* 8. *Salgad. in locis indicatis*; Eſtque excommunicatio mucro Eccleſiæ, & major pœna ipſius Eccleſiæ *Franc. Marc.*
33 *deciſ.* 816. ſæculare igitur brachium expoſcebant Eccleſiaſtici, nec diſcrepat *Menchac. lib.* 3. *de teſtament.* §.

S 2 22.

22. *poſt n.* 17. & de jure cõmuni
ſuſtinet *Guttier. l. 1. quæſt.* 45.
eamque magnificat *Covar. lib.*
1. *cap.* 10. *n.* 2. quamvis in
oppoſitam inclinaret, prout
inclinavit *Cancer. d. cap.* 19.
n. 72. Attamen fatetur contra
ſuam ſententiam fuiſſe pro-
nunciatum; & poſt eum *Fon-*
tanell. d. deciſ. 310. *nu.* 14. *p.*
2. *& de pact. ubi ſupra* mordi-
cùs tuentur *Franc. Molin. de*
brach. ſæcul. invocand. cap. 18.
n. 86. 187. *Anton. Oliban. de*
jur. Fiſc. d. cap. 11. *à n.* 3. *&*
34 *cap.* 15. *à n.* 74. Imò carce-
rationem laicorum ab eis or-
dinatam, & abſq; Judicis lai-
ci brachio exequutã, nullam,
& ad ſuperiorẽ appellabilem
eſſe, exiſtimant *Bobadill. loco*
indicato, Garzi. de Nobilit. d.
cap. 9. *nu.* 32. *verſ.* 6. *Salgad.*
d. cap. 4. *par.* 2. *n.* 37. 38. 39.
tom. 1. *Oliban. d. cap.* 11. *&*
35 *cap.* 15. *ubi ſupra.* Tum quia
exercitium temporalis gladij
penès ſæculares reſidet Prin-
cipes, non autem penès eos,
ſubdit *Salgad. ubi nuper n.* 39.
36 tum quia tales Eccleſiaſtici
Prælati, ultrà ambitum Eccle-
ſiæ, ac domus ſuæ ſepta, nul-
lum retinent territorium, au-
tumant *ex cap. licèt ex ſuſce-*
37 *pto de for. compet. cap. cauſam*
il 2. *qui filij ſunt legitimi, Pa-*
norm. ibidem. n. 3. *Oliban. in*
in locis ſuperiùs enunciatis Ol-
omnia ſubijciatur, ut advertit *ex l. ex hoc jure* 5. *ff. de Juſtit. & jure, Ramos ad l. Juliam lib.* 3. *cap.* 52. *nu.*8. *Gonzales ſuper lib.*1. *decret.cap.final.tit.* 23. *de off. Archiep. n.* 9. *verſ. fundat.* Secundò quia attenta Sacr. Concil. Tridentini diſpoſitione ſeſſ. 23. de reformatione cap.6. ad inſtantiam Principum ſæcularium, fuit ſtatutum, quod privilegiũ Clericale neminem juvet, niſi ille ſit prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus, beneficiũ habeat, habitum Clericalem, & tonſuram deferẽs alicui Eccleſię, de mandato Epiſcopi, inſerviat, aut in Seminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Univerſitate, de licentia ejuſdem, quaſi in via ad majores ordines ſuſcipiẽdos, verſetur, *ex Cortiad. deciſ.* 127. *& ſeq. tom.* 3. Sed hæ qualitates non adſunt in familiaribus, & officialibus laicis; ergo &c. ità ratiocinatur *Suarez lib.* 4. *adverſus Angliæ errores cap.* 29. *n.* 9. *Caſtro de manu Regia lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 13. *verſ. unde eleganter.* Tertiò ab abſurdo vitando, aliàs ſequeretur eſſe in poteſtate Pontificis, vel Epiſcoporum, ſpoliare Reges ſubditis, & ſuæ juriſdictioni ſubijcere laicos, eligendo officiales ſuarum Curiarum adnotata per *Gonzales d. lib.* 1. *decret. tit.* 23. *cap. final. n.* 11. *verſ. unde ex pura, ubi Barboſ. Pontius, Cevallos, & Bobadill.* Quartò, quia nullo jure cavetur familiares, & Officiales Epiſcoporũ laicos foro Eccleſiaſtico frui, igitur inanis eſt aſſertio eorũ, qui contrarium prætendunt, fortiùs urgente adverſa præſumptione pro Principibus in Terris ſuis, ut dixi, quo caſu onus probandi contrarium in Eccleſiaſticos trãſfunditur, docuit *Ramos ad leg. Juliam lib.* 3. *cap.* 52. *num.* 8. *verſ. quibus ſtandum, Gonzales ibi n.* 3. *verſ. tandem expendũt argum. & ſi negativum.* Quibus ſtantibus hanc opinionẽ, uti melioribus rationibus fulcitam, & intrinſeca auctoritate dotatam, acritèr defendũt, tuenturque largè *Gonzal. in d. lib.* 1. *decretal. tit.* 23. *cap. final. verb. familiæ ſuæ à nu.* 3. *uſque ad nu.* 8. ubi ait: *quod ſi fundamenta opinionis Auctorũ contrarium aſſerentium libremus trutina veritatis, illam fundamento carere agnoſcemus; qui Auctor licèt num.* 6. *aſſerat in hoc Regno Siciliæ vigere conſuetudinem in contrarium allegando Conſil.* 77. *&* 88. *Giurbæ: attamen Giurba in Conſ.* 77. *nihil ad rem, & in Conſ.* 88. *nullum verbum facit de conſuetudine, & ſolummodo*

referet deciſum, quam deciſionẽ non eſſe tutam, abundè oſtendimus in puncto juris. Immò & ſi Giurba teſtaretur de conſuetudine gratis, aſſereret, prout contrariam conſuetudinem ſucceſſivis temporibus obſervatam infrà oſtendemus, exemplis adductis. Diffusè *Anſald. de juriſd. par. 2. tit. 11. cap. 5. à n. 123. uſque ad finem, ubi in fine ait cum Ferrerio, contrariam opinionem nullum juridicum fundamentum habere, minimeque ſervandam eſſe dixit, & prout nos infrà fundamento cap. final. de offic. Archidiac. deſtructo, omnes ſuper ædificatum corruere fatendum eſſe. Theſaur. quæſt: for. 78. ubi ait n. 4. quod contraria opinio nec jure, nec ratione probatur, & illa admiſſa poſſe evenire multa abſurda, & inconvenientia, & omnem rationem naturalem eſſe in contrarium, quodque DD. adverſi, ſi rem ex profeſſo examinaſſent, & perpendiſſent, contrarium ſcripſiſſent. Cutell. de Immunit. lib. 2. quæſt. 98. ubi nu. 2. ait abſurdum eſſe, laicos mere, ſine ulla ſtatus mutatione, ad Epiſcoporum libitum uti Eccleſiaſticos habere voluiſſe ut num. etiam Clericos ſuperarent. Caſtr. de manu Regia lib. 1. cap. 10. nu. 13. verſ. verum illud privilegium, ubi ait privilegium exemptionis familiarium laicorum nõ extare illæſum ſtante diſpoſitione S.C. Tridentini. Cevallos de cognitione per viam violentiæ par. 2. quæſt. 58. à n. 9. ubi idem teſtatur, attento decreto S. C. Tridentini.* Nuperrimè *Sabell. verb. familia n. 9. verſ. mihi autem ut verum fatear; ubi ait quod Papa in Terris Imperij contrariũ velle non præſumatur apud quos Suares, Vega, de Marinis, et alij.* Sed quia nuper dixi nullo Canone, aut juris decreto caveri hanc exẽptionẽ familiariũ, & officialiũ Epiſcoporũ à poteſtate ſęculari: ideò primitus expendam, referamque textum Honorij III. in *cap. fin. de off. Archidiacon.* à quo tamquam à fonte, adverſæ ſententiæ Sectatores, illam deſumunt, ſed revera, vel verbum ullum habetur circa ſubjectam materiam; ibi enim Archidiaconus Senonẽſis, coram Summo Pontifice, expoſuit, petens contra Abbatem, & Conventum Ordinis S. Benedicti S. Petri Vivi, quatenùs ille obedientiam in his, quæ pertinẽt ad juriſdictionem, & viſitationem, aliàque jurà, ad Archidiaconalem dignitatem ſpectantia, præſtarent. Rurſus petijt, quod omnes de Ballivia, & diſtrictu ſui Archidiaconatus coram ipſo, ejuſque Vicario, non verò coram Archiepiſcopo convenirẽtur, ex-

ceptis

ceptis dumtaxat ſpecialibus cauſis ipſius Archiepiſcopi, hominum, ac familiæ ſuæ. Sūmus Pontifex petitionem, & cauſam aſſertis Delegatis, omni appellatione remota, commiſit, mandans qualiter circa jura Archidiaconalia contra Abbatem, & Conventum, conſtito de conſuetudine, illos condēnarent, vel ſecùs abſolverēt, & itâ Honorius in dicto textu terminat. Cæterùm circa aliam partem petitionis nihil præcipit. Undè igitur hoc deſumant, nec video, nec percipio. Annè ex mera expoſitione Archidiaconi Senonenſis, dicentis, cauſas Archiepiſcopi, ejuſque familiarium eſſe exemptas, illo tacente, nec in judicio contradicente, deſumatur hoc? Abſit. Verba enim illius Archidiaconi habuiſſent vim legis, quod eſt abſurdum, itâ obſervant *Gonzales, et Anſaldus ſupracitatis locis*, neque obſtat textus in *cap. 1. de pœnis. Ibi enim conceditur juriſdictio Epiſcopis contra eos, qui in viſitationibus familiares contumelijs afficiunt. Hæc eſt diſpoſitio conformis juri communi, quia videtur offenſa juriſdictio ex l. nullum ff. de teſtibus*, parū obeſt textus in *cap. Eccleſiarū 69. 12. quæſt. 2. & l. 1. & 2. 1. de Epiſcop. & Cleric.* Nam tantùm ibi diſponitur, quod ſervi Epiſcoporū, & Eccleſiarum adſcripti, & omnium Clericorum, unâ cum familia, publicis angarijs non fatigentur, & à muneribus ſordidis eximantur: De foro nihil dicitur, uti notat *Theſaur. d. loco, & Gonzales d. loc n.4.* nec reſiſtit textus in *l. aſſumptio 6. §. ultimo, l. filij libertorum 22. l. qui manumiſit 27. ff. ad municipal. l. 2. C. de munic. lib: 10.* qui diſponunt, quod ſervi à Dominis manumiſſi, ſequuntur domicilium, ac forum manumiſſorum.

Reſpōdetur, quod hoc ideò locum habet, quia liberti tanquam novi homines forum manumiſſoris ſortiuntur, quia alium non habent; Familiares verò habēt ſuum propriū, quem dimittere non poſſunt in præjudicium Regis, in cujus territorio nati ſunt cuique ſubjacent.

Tandem unico verbo me expedio à declarationibus Sacræ Congregationis de anno 1637. & 1460. quoniam, vel eis non eſt deferendum, tamquam non extractis in forma authentica; vel vim legis non habent, & quatenùs haberent, facto verbo cum Sanctiſſimo: attamen hoc procedit in Terris Eccleſiæ, & non in Terris Imperij, ſiquidem Pontifex, ut dixi, non habet poteſtatem

privandi Reges ſubditis ſuis, & ſuę juriſdictioni addicandi; ut cum Gonzales, Suarez, Pontio, Barboſa, & Bobadilla, Cutelli, & alijs ſuperiùs firmavi, & ità reſpondetur *Dianæ reſol. moral. par. 6.tract. 2. reſol. 5.6. & ſeq.* parùm roboris habent auctoritates, ac doctrinæ allegatæ à *Cortiada deciſ. 145. in par. 3. noviter impreſſa, et Pignatell. conſult. 82. tom. 1.* Quia vel materiam non deguſtarent ſcribendo, tamquam aves, & oves alium inſequentes; vel ut plurimùm Eccleſiaſtici pro juriſdictione, ac proprio foro certantes, vel conſuetudini locorum inhærentes, (quam in hoc Regno abeſſe demonſtrabimus infra) & ideò dixit Dominus meus in judicio non acquieſces plurimorum ſententiæ, ut à veritate devies, ità habetur Exod. cap. 23. non enim ex multitudine Auctorum, ſed ex rationibus jus conſtituendum eſt. *l. 1. §. ſed neque C. de veter. jur. enucleand.* Et ut veritas noſtri thematis eniteat, metiendum eſt abſurdum indè ſequuturũ, ſi prætenſa exemptio concederetur, inſpecta origine juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & exemptionis Clericorum.

Certum namque eſt Clericos quo ad ſpiritualia, & merè Eccleſiaſtica, de jure divino eſſe exemptos à juriſdictione, & poteſtate ſæculari, *ex Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. litt. D. Covarr. pract. quæſt. 31. n. 2. verſ. 1, concluſio. Bellarmin. de Cleric. lib. 1. cap. 28. verſ. at igitur 1. concluſio.* Quo ad verò temporalia, tàm in Criminalibus, quã in Civilibus, illorũ exemptionem immediatè, de jure poſitivo humano, introductam eſſe, & proinde in primitiva Eccleſia ſęcularibus Principibus fuiſſe ſubjectos, ut largè diſcurrit *Oliva de for Eccleſ. par. 1. quæſt. 10. n. 9. & ſeq. ubi plures DD.* Ubi aſſerit Conſtantinum Imperatorem hoc privilegium Eccleſiaſticis perſonis conceſſiſſe ex *cap. Conſtantinus, diſtinct. 96.* Si igitur Clericorum exemptio in temporalibus, ex munificentia Principum ſęcularium, proceſſit, certò ſequitur hanc cõceſſam exemptionem ad laicos etiam extendere, & ampliare in prejudicium eorumdem benefactorũ, ingrati animi eſſe evidens argumentum, & magnum ſcandalum in Eccleſia Dei, quod in recta Pontificum voluntate nõ eſt pręſumendum.

Huc uſque apparet evidẽter noſtram ſententiam enitere luce meridiana clariorem ſi

ſi jus commune attendamus. Cęterum in hoc Regno hæ quęſtiones ſunt ſopitæ ſtante pragmaticali sãctione, in exequutionẽ litterarum Suę Catholicæ Majeſtatis de anno 1635. & 1636. edita Panormi die 26.Januarij 1637.Regis Vices gerẽte Duce Montiſalti, qua cavetur expreſsè Officiales, & Ærarios laicos Curiarum Epiſcopalium foro Eccleſiaſtico non gaudere. Quę ſanctio quam ſit juſta, & juri communi conformis, abſque prędjudicio ſacrorum Canonum, & Eccleſiaſticę immunitatis,patet ex antedictis.

79 Quod ſi aliquis verebitur de validitate hujus legis cum pręſuppoſito quod in cõtentione, an quis gaudeat foro Eccleſiaſtico,cognitio pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum,tamquã nobiliorem, & non ad Principem, ſeù Judicem ſæcularẽ, tamquam inferioris gradus.

Reſpondeo diſtinguendo tres caſus.

Primus eſt quoties agatur de juriſdictione inter Judicẽ Eccleſiaſticum, & ſæcularem circa rem, ſeù jus ſpirituale, vel dubium conſiſtat, utrum cauſa, vel jus ſit ſpirituale, & tunc certum eſt quod cognitio ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum.*ex cap. ſi Judex laicus de ſententia excommunicationis in* 6. obſervat *Oliva de for. Eccleſiæ par.* 1. *quæſt.*26.
80 *n.* 21. Secundus eſt caſus ſi eſſemus in cauſa prophana,vel Criminali, & reus eſſet Clericus, & de clericatu non dubitaretur. Sed quęſtio incideret in id; utrum Clericus in tali caſu fori privilegio gaudeat, ut puta,quia Clericus non haberet requiſita S. C. Tridentini ſeſſ. 23. de reform. cap.6. & tunc Eccleſiaſticus Judex cognoſcet, an ſua ſit juriſdictio, *ex Oliva ibi n.* 51. *Mart: de juriſdict. par.* 2. *cap.* 4. *n.*6. *Cortiad. deciſ.* 2. *nu.* 4. *&* 5. *tom.*1.Verùm tamen eſt,quod ſi Clericus reperiatur in brachijs Curiæ ſæcularis, tunc Fiſcus Eccleſiaſticus requiſita Concilij Tridentini ad obtinendam remiſſionẽ, teſtibus, citato Fiſco ſæculari, debet fundare *Cortiad. deciſ.* 13. *nu.* 11.*& ſeq. tom.*1. ubi ait hanc opinionem procedere tàm in declaratione Clericatus,quàm in diſcuſſione ejus. Tertius caſus in cujus terminis ſtat noſtræ quæſtionis thema. Quoties videlicet inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem contentio eſt de juriſdictione circa materiã prophanam, & reus ſit laicus, & de hoc non dubitetur, & tunc Judex ſęcularis poteſt cognoſcere de dubio, & ſic utrum ſua ſit juriſdictio.

dictio. *Oliva de for. Eccleſiaſt. par. 1. quæſt. 26. nu. 11. Ramos ad l. Juliam lib. 3. cap. 52. n. 2. 3. 4. 6. & præcipuè n. 8.* ubi *Marta, Cevallos, Caſtr. & alij* mirificè conducit *Cortiad. deciſ. 7.* ubi ſcribit pro validitate harum Pragmaticarum. Ratio eſt in promptu, quia in Republica Chriſtiana duo sũt Principatus Supremi inter ſe invicem ordinariè, & directè independentes. Unus Eccleſiaſticus, qui præeſt Religioni, & rebus ſacris; alter ſæcularis, qui in omnibus quoad humana, ſeù temporalia in ſuo territorio præeſt, & proindè in prophanis, & tẽporalibus ſtandum auctoritati, & legi politicæ, utpotè independenti, ac per ſe ſufficienti ad ſuum finem, etiam contradicẽte lege Eccleſiaſtica, niſi ea tendat ad finem ſupernaturalis Beatitudinis, *Ramos ad l. Juliam lib: 3. c. 42. à n. 8. uſq; ad finem.* Hinc terminanter *cap. 52. n. 7. Verſ. Expendimus*, ait: in his verbis ſtandum tantiſper tanquam potiori juris politici Principatui, quia Princeps habet intentionem fundatam ſuper laicis natis in ſuo Territorio, cujus habet poſſeſsionẽ.

81 Remanet ex his, jure communi, ac municipali attento, ſatìs fundata opinio contra prętenſam exẽptionem Officialium Curiarũ Epiſcopalium: Et pro majori cõprobatione, ſignanter notãdũ duco, quod Epiſcopus Catanẽſis obtinuit ſpeciale privilegiũ à Sereniſs. Rege Alphõſo de anno 1432 dein cõfirmatũ à Sereniſ. Rege Ferdinado, & tandẽ de anno 1518. à Sereniſ. Regina Joãna cõprobatũ, quo cõceditur ejus familiaribus, & Ærarijs exemptio à juriſdictione ſæculari. Poſtea ſucceſſivis temporibus cũ de anno 1623. à Miniſtris Regijs fuerit hæc conceſſa juriſdictio perturbata, habito recurſu ab Epiſcopo ad Proregem tũc Philibertũ Emmanuelẽ Principem Sabaudiæ; & remiſſa cauſa ad Conſultorem de Matute, ad ejus relationem fuerunt expeditę dicti privilegij, ſuarumque confirmationum litteræ obſervatoriales. Quod quidem privilegium Epiſcopi Catanenſes non obtinuiſſent, nec allegaſſent, & in diem apud Tribunalia non inſtarent pro obſervatione, ſi aliàs de jure eorum familiares, & Ærarij à juriſdictione ſæculari eximerentur.

82 Hactenus dixi jure communi, & municipali attento, quibus accedit inveterata cõſuetudo, optima legum interpres, prout obſervatum vidimus de anno 1660. cum à Curia Capitaniali hujus Urbis fuit ca-

ptus

ptus cum ſclopo rotato, contra bannum Viceregiũ, Franciſcus Ciraulo, & ad relationẽ ejuſdẽ de mandato Proregis, captis priùs informationibus, per annos decem ad Triremes damnatus. Et quamvis ab Archiepiſcopo Panormitano fuerit factum monitorium Capitaneo, & Judicibus, petendo remiſſionẽ illius uti Ærarij Curiæ Archiepiſcopalis, tamen Regius Fiſcus ſe gravavit apud Tribunal Regiæ Monarchiæ, & à Rever. D. Petro Velaſco, tunc Judice, fuit ad favorem Fiſci declaratum gravamen, qua interlocutoria ſtante, nullum fuit ab Archiepiſcopo expoſtulatum remedium: & ſententia Curię Capitanialis contra dictum de Ciraulo fuit exequuta.

Rurſus de anno 1674. Gregorius Pontianus Coadjutor Fiſcalis M. C. Archipiſcopalis hujus Urbis, captis informationibus, fuit proſequutus à Curia Capitaniali hujus *Urbis*.

Præterea de anno 1682. fuerunt carcerati à Curia Capitaniali hujus *Urbis* tãquam rei apportationis armorũ prohibitorum Sebaſtianus Aſcutto, & Antonius Benedetto, qui petierunt gravamen in M. C. Criminali, à qua fuerunt proviſi nulla tentata remiſſione.

Pariter de anno 1685. Jo. Baptiſta Belluſo Coadjutor Fiſcalis M. C. Archiepiſcopalis hujus *Urbis* à Curia Capitaniali ſub die 11. Aprilis fuit inquiſitus de furto, & ab eadẽ excarceratus, nulla petita remiſſione. Qui de Belluſo eodem anno in Menſe Octobris fuit inculpatus de alio furto, & ab eadẽ Curia fuit cõdemnatus per annos ſeptem ad remigandum ſuper regijs triremibus: & à Curia Archiepiſcopali nulla fuit petita remiſſio.

Item de anno 1687. fuit proceſſum à Regia Audientia Civitatis Meſſanæ cõtrà Frãciſcum Cilio ſervientem M. C. Archiepiſcopalis Meſſanę, & Dominicum Paulilla ſervientem Curiæ ſpiritualis Terræ Monfortis, non obſtãte pretenſa remiſſione à Vicario Generali Curię Archiepiſcopalis Meſſanæ, quæ ſub die 20. Januarij de ãno 1688. fuit conſultata Proregi per viã Tribunalis M. R. C. à qua fuit reſponſum ſub die 27. Februarij, ejuſdem anni, præcipiens Regiæ Audientiæ, ut remiſſione non attenta, in dictis cauſis procedat, & emanatæ litterę hortatoriales dicto Vicario Generali, ne in eis ſe ingerat, qui defacto à pretentione deſtitit. Quibus

ſtan-

ſtantibus fuit exequũta ſentẽtia R. Audientiæ contrà dictum de Cilio de anno 1688. ſub die 14. Januarij pronunciata. Tãdem de anno 1695. ſub die 22. Auguſti fuit proſequutus, & carceratus à Curia Capitaniali hujus *U*rbis Joannes *B*aptiſta Rizzo Coadjutor Fiſcalis M. C. Archiepiſcopalis, non obſtante prætenſa remiſsione, & ad triremes per annos quinque condemnatus.

Plura alia exemplaria poſſent adduci, quę non adducũntur, quia in informationibus repertis in Archivijs, eorumque rubricis, non dicitur Fulanus de Fulano Ærarius, ſed ſolum ponuntur nomina, & cognomina reorum abſq; illa qualitate ſuperflua. Nec à Curijs Eccleſiaſticis talis fides extrahi permittitur,

DE

DE MILITARI EQUITE HJEROSOLYMITANO, Jacobæo, Alcanteræ, & Calatravæ, delinquente.

CAPUT IV.

SUMMARIUM.

Abſit Principio Virgo Beata meo.

1 *ORdinum Militarium Origo recenſetur.*

Ordines Militarium Equitum ſub una haud regulantur norma. Ibid.

2 *Hjeroſolymitanus Ordo alijs magis antiquus eſt.*

3 *Ejus Origo, ac Inſtituta recenſentur.*

4 *Hjeroſolymâ à Saracenis oppugnatâ, Rhodum armis obtinuere Equites.*

5 *Generalis hujus Ordinis Magnus fuit appellatus Magiſter.*

6 *Rhodo à Saraceno Imperio cõculcata, Meſſanam petiere Magnus Magiſter, ac Equites.*

7 *Caroli V. Imperatoris pietas, eidem Religioni, Melitenſem aſſignavit Inſulam, ſub certo annuali Falconis tributo.*

8 *Hjeroſolymitana Religio, ex pluribus Equitum ſpeciebus cõſiſtit, & qui ſunt recenſentur.*

9 *Hjeroſolymitani Equites verè, & propriè Religioſi ſunt.*

10 *Per eorum ſolemnem profeſſionem matrimonium diſſolvitur ratum.*

11 *Se Religioni vovẽs, ſatisfacit, habitum Divi Joãnis Baptiſtæ aſſumendo.*

12 *Equites Hjeroſolymitani à feudorum ſucceſſione, incapaces ſunt, niſi contraria vigeret conſuetudo.*

13 *Equites iſti ad officia ſæcularia non admittuntur.*

14 *Et ſi in eorum adminiſtratione deliquerint, à quonam plectẽdi ſunt?*

15 *Equites Hjeroſolymitani fori, ac Canonis potiuntur privilegio.*

16 *Tam in Civilibus, quàm in Criminalibus. Et quid in Regno Valentiæ. Ibidem.*

17 *Magnum retinent Magiſtrũ cum omnimoda juriſdictione in ſuos Equites, tria requiſita habentes.*

18 *Habitatio intra ſepta, & domos Religionis requiritur, ut Equites potiãtur fori privilegio. Et de qua habitatione intelligendum eſt. Ibidem.*

19 *Coloni, & fictantes rerum ejuſdem Hjeroſolymitanæ Religionis, an & quando fori gaudent privilegio.*

20 *Magni Priores pariter omnimodam habẽt jurisdictionem, & iſti, qui ſunt recenſentur.*

21 *Religioſi Hjeroſolymitani curam Animarum exercentes, an & quãdo jurisdictioni Ordinarij ſubjacent?*

22 *Ordinarius Epiſcopus an valeat ſemper, & ſibi benè viſum ſit, baſce Eccleſias viſitare.*

23 *A gabellis, alijſque datijs, ac vectigalibus exempti ſunt. Etiã tempore belli. Ibidem.*

24 *Et quid, ſi communis urgeret neceſſitas?*

25 *Bona oneri fixo, & perpetuo antea obnoxia, tranſeunt ad hoſce Equites, & Religioſos cum ſuo onere.*

26 *Damnum quod imminet, ſi æqua lance tangit intereſſe horum Religioſorum, ac cæterorũ, ipſi ad contributionem tenẽtur.*

27 *Religioſi hujuſce Religionis Hjeroſolymitanæ, ejuſdem ſortis ſunt quo ad privilegia, prout alij Regulares.*

28 *Novitij Ordinis Militaris S. Joannis Baptiſtæ fori gaudent privilegio, & à gabellis immunes ſunt. Et quid ſi ante aſſumptionẽ habitus deliquerint? Vide ibidem.*

29 *Equites Magiſtralis obediẽtiæ, oblati, ac cæteri ex devotione donati, vel mediam Crucem aſportantes, an & quando fori fruantur privilegio?*

30 *Negativa opinio refellitur.*

31 *Noviſſima M. C. Siciliæ deciſio affertur.*

32 *Equites Hjeroſolymitani de aſſaſſinio crimine attinti, an gaudeant privilegio fori?*

33 *An tales Equites poſſint privilegio eorum immunitatis renunciare?*

34 *Horum Equitum Judices, qui nam ſunt?*

35 *Priores hujus Religionis non omnes jurisdictionem retinent, & qui eam habent, recenſentur.*

36 *Prioratus Urbis Meſſanæ, coætaneus cum ipſa Hjeroſolymitana Religione eſt.*

37 *Comes Rogerius eum dotavit, multis, inſignibuſque privilegijs decoravit.*

38 *Bona Templarium Equitum in Regno exiſtentia, eidem Meſſanenſi Prioratui aggregata fuere.*

39 *Clerici, ſivè hujus Ordinis Cappellani, ab Ordinario Epiſcopi Imperio exempti ſunt.*

40 *Origo Militaris Ordinis Divi Jacobi de Spada, ac Calatravæ recenſetur.*

41 *Equites Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, an verè Religioſi ſunt?*

42 *An à gabellis, alijſque tributis exempti ſunt?*

43 *An fori gaudeant privilegio?*

44 *Et*

44 *Et quid ſi graviora patraverint crimina?*

45 *In Caſtellæ Regno itidem in atrocioribus, fori potiuntur privilegio.*

46 *Et quid in Civilibus? Deciſiones ad id afferuntur.*

47 *Et quid in alijs Regionibus?*

48 *Et quid in utriuſque Siciliæ Regno?*

49 *Deciſiones recentes* M.C. *V. Neapolis, ac Siciliæ recẽſentur.*

50 *Regiæ ordinationes circa hoſce Equites adducuntur.*

1 MIlitares Equitũ ordines partiliã nõ retinẽt privilegia, meritò ſub una
2 haud trãſeũt regula; ideò de Hieroſolimytano cunctorum aliorum antiquiſſimo tractàbimus; in
3 Hieroſolymæ, inquam, Urbe undecimo adhuc non expirato ſæculo, quàvìs ſub Imperatore Phoca, anno ſalutis 700. hoſcè inſtitutos fuiſſe Equites indicat *Volater lib.* 23. *cap. ordines militares &c.* Geraldus autem, & Amalphitani, cæteriq; Europæi Mercatores, ibi degentes, pro exterorum infirmorum cura, Hoſpitale ſub Divi Joannis Baptiſtæ titulo erexere, & ut ejuſdem charitatis Miniſtri ab alijs ſecernerenutr, lineæ Crucis albę ſignum in pectore, ac pallio geſtare cęperũt, quà charitatis operà inter alias nationes piè creſcente, ſub certo ſpeciali inſtituto, cuncti exquiſiverunt, ut ſtrenuè pro Catholicę Fidei tuitione contrà infideles certaretur, ex quibus fundamentis Hoſpitalerium, ſivè Divi Joannis Baptiſtę Religio, ortum habuit, quę magnam recepit acceſſionem ex alterius Templarium Religionis oppugnatione, mandato Philippi pulchri Gallię Regis, Concilio Viennenſi accedente exequuto, teſte *Remund. Frequier. in tract. de Religioſ. ſectis Platin. in Clemen. V. ſub anno* 1312. de cujus redditibus, & cõmendis, in majori parte, à Clemente V. Pontifice anno 1317. fuit dotata, & ſub unius Generalis Pręlati gubernio, quem Magiſtrum appellavere, in ſublimiori, illuſtrique ſtatu redacta.
4 Verùm Saracenò jugo Hieroſolyma cedente varijs in locis, hæc vacavit Religio, & poſt Cyprum, Rhodum ob Gotifredi Regis permiſſũ petijt, ubi ex pręclariſſimis armorum geſtis Rhodiani dicti
5 fuere Equites, ſuuſque Magiſter, Magni titulo decoratus remanſit, per totum dein Chriſtianum propagata Orbem

bem, in octo linguis, ſivè nationibus diviſa fuit, nempè in Itala, Gallica, Gallica Narbonenſi, Alvernica, Aragonica, & Britannica; inter quas nonnullę dignitates Prioratus, cõmendarum, ac Bajulatus cõſtitutę fuere, quę antiquis, ac benemeritis impertiuntur E-
6 quitibus. Ea quoque Rhodiana Inſula ab eodem Solymano infideli imperio oppreſſa anno 1523. Equites, & Philippus de Villeres Lesledanus Gallus Magnus, ejuſdem Religionis Magiſter, an. 1523 ſub nigro triremium, & Divę Virginis Marię vexillo, ubi aureis literis legebatur AFFLICTIS TV SPES UNICA REBVS, Meſſanam petiere, ibi ab Ill. D. Hectore Pignatelli Regni Prorege fuit elatè receptus, & in Palatio Salimbenis de Marcheſio Scalettę Baronis hoſpitatus teſte *Boſſio lib. 1. part. 3.* donec inviêtiſſimi Caroli V. Imperato-
7 ris pietas eiſdẽ Equitibus Melitenſem Inſulam, hujus Sicilię Regni mẽbrũ anno 1530. aſſignavit, ſub unius annali
8 falconis tributo. Hęc planè Religio tribus perſonarum ordinibus componitur, primus namque ex fratribus ſiuè Equitibus juſtitię, ſecundus ex armorum ſervientibus; alter ex Clericis ſivè Cappellanis; verùm alij quoq; Equites inveniuntur, qui media geſtant Crucẽ, nonnulli magiſtralis obedientię appellantur, cęteri verò oblati, ſivè ex devotione donati.

9 Hieroſolymitani porrò Fratres ſivè juſtitiæ Equites ex quo tria Religionis ſubſtantialia vota vovent, verè ac propriè Religioſi ſunt, concordi ſentẽtia probãt *ex Gloſ. in cap. quiſquis 17. q. 4. cap. ex parte in 1. de decim. cap. ſciant cuncti de elect. in 6. & ex cap. cum & plantare 3. de privileg. & ex cap. quamvis, de decim. Clement. quia contingit, & gloſ. in verb. in Militarium, de relig. domib. Dec. d. cap. cum & plantare, n. 4. Steph. Gratian. diſcept. for. cap. 457. à n. 23. & cap. 880. à n. 1. Marth. de juriſd. part. 2. cap. 32. n. 7. 8. & de ſucceſſ. leg. part. 3. quæſt. 13. art. 6. n. 2. Jacob. Cancer. var. part. 3. cap. 14. n. 65. Sueles conſ. 42. n. 24. lib. 2. D. Michael Cortiad. deciſ. 8. n. 64. & deciſ. 138. n. 1 tom. 3. D. Thom. Carlevar. de judic. lib. 1. diſp. 2. n. 415. addent ad Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 14. n. 98. verſ. in Militibus & lib. 2. cap. 6. n. 69. verſ. hæc ſẽtentia, Garſ. de benefic. part. 1. cap. 4. à n. 1. Novar. in prax. Eccleſ. for. ſect. 1. quæſt. 37. à n. 1.*

à n. 1. *& quæſt.* 42. *part.* 1.
Sanch. de Matrim. lib. 2. *diſp.*
18. *n.* 8. *verſ. ſed. dicendum*
eſt Reg. de Pont. de poteſt. Pro-
reg. tit. 7. ♃. 4. *n.* 7. *Anno ſin-*
gul. 207. *Reg. Sanſelic. deciſ.*
251. *n.* 3. 4. *D.Garſ. Maſtrill.*
de Magiſtr. lib. 2. *cap.* 6. *n.* 35.
& deciſ. 290. *à n.* 32. *D.Mar.*
Giurb. conſ. 48. *n.* 1. *D. Ca-*
rol.de Graſs.de effect. 1. *n.* 132.
& in præfact.n. 56. *Pat.Dian.*
reſ. mor. part. 2. *tract.* 1. *Mi-*
ſcell. reſ. 38. *& part.* 11. *tract.*
4. *reſol.* 33. *Thom. del Bene*
de immun. Eccl. tom. 1. *cap.*
1. *dub.* 11. *Intrigl.de feud. cent.*
2. *art.* 1. *à. n.* 204. 220. *Fab.*
in ſuo Cod. lib. 2. *tit.* 4. *de Epi-*
scop.& Cleric.diffin. 27. *Osasc.*
decis. 27. *n.* 18. *Thesa. quæſt.*
for. 18. *n.* 3. *lib.* 1. *Menoch.*
cons. 24. *lib.* 1. *& de arbitr.*
cas. 231. *n.* 19. *Daniel. de*
nobilit. contr. jur. lib. 7. *cap.*
36. *Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.*
19. *n.* 11. *Ripoll. var. cap.* 1.
n. 378. *Berat. in spec. viſit.*
cap. 3. *n.* 46. *Tusc. pract. con-*
clus. 107. *lit. H. Auguſt. Bar-*
bos. de jur. Eccles. *univers. lib.*
1. *cap.* 43. *à. n.* 23. *& lib.* 3.
cap. 7. *à n.* 16. 17. *Rot.Roman.*
apud Farinac. deciſ. 303. *n.* 3.
tom. 2. *Ludovis. decis.* 87. *n.* 1.
& ibi *Beltram. n.* 13. *& decis.*
109. *n.* 1. Ricc. *collect.* 216.
à n. 2242. Mend. *de ordin.* Mi-
litar. disp. 5. *n.* 108. 112. *Frã-*
ces. de Urrutigenti de comp. ju-
risd. q. 75. *n.* 3. *Sperell. decis.*
21. *per totum. Duran. decis.*
308. *n.* 1. 2. *Poſti.de manute-*
nend. decis. 326. *n.* 7. *Xamar.*
deſin. 66. *part.* 2. & poſt om-
nes Card. *de Luca de jurisd.&*
for. comp. tom. 3. *discur.* 92. *n.*
8. Imò ſub lato clericorum
vocabulo cumulantur, quia
Chriſti Eccleſiæ deſerviũt. ar-
gument. *cap. clericorum diſtin.*
21. *cap. cum contingat, de ætat.*
& qualit. & expreſsè agunt
Roderic. *in compend. quæſt.* Re-
gul. res. 21, *n.* 1. *Sanchez in*
præcep. Decalog. tom. 1. *lib.* 4.
c. 16. *n.* 11. & poſt eos *Gode-*
frid.PesclWitz de represal. cap.
10 8. *n.* 17. Per quorum ſolem-
nem profeſsionem diſsolvitur
matrimonium ratum. *Barbos.*
appellat 233. *n.* 9. *Narbon. l.*
8. *gloſſ. unica* ♃. 10. *tit.* 5. *lib.*
1. *recop. Sanchez de matrimon.*
lib. 2. *disp.* 18. *n.* 8. *vers.quid*
dicendum. Navar. cons. 2. *de*
convers. conjug. Addit. *ad* Mo-
lin. de primog. Hispan. lib. 2.
cap. 9. *n.* 69. *Steph. Gratian.*
discept. for., cap. 457. *n.* 25.
Cortiad. d. decis. 8. *sub. n.*
66. *Garc. de beneſic. part.* 1.
11 *dub.* 11. *sect.* 3. *n.* 6. Immò.
vovens ſe Religioni, ſatisfacit
habitum Divi Joannis aſſu-
mendo, edocent, *Azor. inſtit.*
mor. tom. 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *qu.*
4. *Barbos. d. appellat.* 233. *n.*
8. *&*

8. *& de jur. Eccl. univers. lib. 3. cap. 7. n. 30. Dian. reſ. mor. par. 2. tract. 2. miscell. resol. 38. vers. sed contrarium.* Hoſcè porrò Hieroſolimytanos Equites falſam fabricantes monetam, eamque radentes, tingentes, aut abraſam expendentes, ex Summi Pontificis Urbani VIII. conſtitutione, incipiente, *In ſuprema Paſtoralis*, *Romæ edita anno* 1627. contrà omnes Eccleſiaſticas perſonas tam regulares, quàm ſæculares, quocumque privilegio exemptionis munitos, fori privilegio haud frui, imò per ſæculare Imperium objurgandos eſſe, autumant nonnulli, & ita pluries in M. C. V. Senatu nobis ibi ſedētibus vigilātiſs. Reg. Januarius de Andrea eâ tēpeſtate F. P. digniſs. mordicus inſtitit; ſed incaſſū peroravit in cauſa N. de recēſito crimine graviter notati, de ordine S. C. M. ad Eminentiſſimum Mag. Magiſtrum ejuſdem Religionis fuit remiſſus; aſſerebant equidem ejuſdem M. C. V. Senatores enarratam Urbani VIII. conſtitutionem nunquàm in Regno Parthenopęo fuiſſe uſu receptā, itidē quo ad alios regulares Religioſos, & nos hoc idem, etiam in M. R. C. ſupremo Senatu Siciliæ ibi pariter ſedentes notavimus.

12 Incapaces equidem ſunt tāquam veri Religioſi à teſtamenti factione, *Paleat. deciſ.* 18. *Caputaquens. deciſ.* 68. *lib.* 1. *Farinac.* 223. *p.* 2. *Tuſcus comm. concluſ.* 107. *verb. Miles, ſeù Eques Coker. de Juriſd. Ordin. in Exemp. part.* 5. *quæſt.* 30. Eorumque bona, tam ab eis quæſita, quàm à ſuis majoribus obventa, Religioni quæruntur, *Proſp. Farinac. deciſ.* 76. *part.* 2. *& deciſ.* 117. *part.* 3. *Franc. Rube. de teſtam. in* 6. *n.* 65. ſubditque *Ariſtographus Popon. in arreſt. Franciæ*, eos eſſe capaces ſucceſſionis ab inteſtato, quoad tenus tamen uſus fructus, ut inſtruit in *arreſt.* 6. *l.* 1. *tit.* 10. hujus ſanè Religionis privilegia afferuntur per *Liſſonum Booſſart. de rebus Militenſibus.*

Imò incapaces ſunt à ſucceſſione feudorum, tanquàm verè Religioſi *Oſaſch. Chacheran. deciſ. Pedamont. deciſ.* 27. *n.* 18. *Fachin. controv. jur. lib.* 7. *cap.* 36. *Theſaur. quæſt for.* 18. *n.* 5. *lib.* 1. niſi aliud de conſuetudine ſervetur, ſubdunt *Joa. Fab. in Cod. lib.* 1. *tit.* 4. *de Epiſc. & Cleric. diff.* 27. *Maſtrill. deciſ.* 85. *n.* 11. *Ann. ſingul.* 207. *Reg. de Pōt. de poteſtate Proreg. d. tit.* 7. 8. 4. *in* 7. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *art.* 1. *n.* 204. *cum ſeqq. Gratian.*

tian. diſcept.cap. 454. *n.* 34. *Menoch. de arbitr. caſ.* 231. *n.* 19.*& conſ.*24.*lib.*1.*Marth. de ſucceſs. legal. part.* 3. *quæſt.* 13. *art.* 6.*n.* 18. Nec ad ſæcularis officij adminiſtrationē
13 invitantur. innuit *Petr. Caball. reſol. crim. caſ.* 64. *Theſaur. quæſt. for.* 18.*n.* 5.*lib.*1. *Suelveſ. conſ.* 42.*n.* 25. *lib.* 2. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 6.*n.* 35. 36. *Giurb. conſ.* 21.*n.* 8. *Præſ.de Franch. deciſ.* 479. *Reg. de Vico ad prag. Regn. Sardin. lib.* 1.*tit.* 7. *cap.*
14 15. §. 6. *lit.F.* Et licèt pro hujuſmodi officij defectionibus à ſæculari Judice objurgandos eſſe in Sindicatu, non tamen capitali, ſeù corporali pœna, ſed pecuniaria, autumant in genere contrà Equites Militarium ordinum *Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *n.* 283. *& cap.* 19. *n.*14. *Pereir. deciſ.* 58.*n.*25. *Reg. Tarpia in conſtitut. de perſonis n.* 6.*ſub tit. de Sacroſ. Eccl. Amend. ad Præſ. de Franch. deciſ.*479. *ex n.* 1. *Villadieg. in polit. cap.* 5. §. 20. 112.

Attamen ad favorem Hieroſolymitanæ Religionis Equitem vendicantis ſuum,bis per M. R. C. & per ſupremum Patrimoniale cōcilium refert deciſum *Carol. de Graff. de effect.* 1.*ſub n.* 848. defectionibus in officijs adminiſtratione non obſtantibus: & ſic de inconcuſſa conſuetudine generaliter quo ad omnes militarium Ordinum Equites teſtantur. *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 479. *Caball. reſ. crim. d. caſ.* 64. *n.* 6. *Tapp. ubi paulo ante n.* 6. *Jul. Clar. Narbon.*& alij, quos cumulat *D. Marius Giurb.conſ.* 96. *n.* 22. cui cōſuetudini deferendum eſſe inſinuat *Salas de legib. diſput.* 14.*ſect.* 12. *n.* 123. & ex eo *Carlevar. de Judic. diſp.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 3. *tom.* 1. *n.* 454. vide *Creſp. de Valdaur. obſer.* 55. *n.*
15 52. 53. Sanè Equites iſti Hieroſolymitani fori potiuntur privilegio,inſinuant *Felin. in cap.* 2. *de foro compet. Portules poſt foros cōpetent. quæſt.* 3. *n.* 12. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 251. *n.* 5. *Bobadill. d.lib.* 2. *polit. cap.* 19. *n.*15. *Auguſt.Barboſ. de poteſt Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 12. *n.* 42.45. *Velaſc. conſult.* 152. *n.* 10. *Oſaſc. deciſ.* 27. *n.*18. *Marth. de juriſdict. p.* 4. *caſ.* 113. *n.*32. *Carlevar. ubi nuper n.* 418. *Dian. reſol. mor. par.*4. *tract.* 1. *reſ.* 86. *& in ſumm par.* 1. *verb. immun. Eccleſ. n.* 23. *Thom. del Bene de immun. Eccl. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *n.* 1. *Cortiad d. deciſ.* 8. *n.* 68. *Fermoſ. in cap.* 2. *qu.*
16 19. *n.* 2. non tantùm in Civilibus, ſed in Criminalibus. *Giurb. conſ.* 21. *n.* 3. *Squillant.* de

de privileg. Cler. cap. 6. n. 37. Carlevar. n.441. Cortiad. n.69. 70. Decian. reſponſ. 51. nu. 9. lib. 3. Guazin. defenſ. reor. 20. cap. 9. n.27. Caball. d. caſ. 64. n. 2. Fermoſ. d. n. 2. del Bene ubi proximè n. 13. 14. Squillant. de privileg. Cler. cap. 7. n. 46. Mend. de Ordin. Milit. diſquiſ. 1. quæſt. 5. n. 117. 118. & diſquiſ. 2. q. 2. n. 24. In Regno autem Valentiæ hoſce Hjeroſolymitanos Equites, fori haud potiri privilegio, niſi tantùm in Civilibus, ex ſpeciali Suæ Catholicæ Majeſtatis gratioſo indulto, anno 1559. etenim ibi Dominus Rex, ex Suprema particulari Regalia, cognoſcit de omnibus exemptis Eccleſiaſticis, ut inſinuat *Creſpes de Valdaur. obſer. 55. tom. 2.* Cæterum, & Canonis fruuntur privilegio ſubdunt *Squillant. d. nu. 37. Villalob. in ſumm. par. 1. tract. 17. difficult. 22. n. 15. Carol. de Graff. de effect. Cler. effect. 9. n. 131. Dian. reſ. moral. par. 5. tract. 1. reſ. 44. & in ſumm. verb. excommunicatio n. 2. del Bene d. tom. 1. cap. 1. dub. 11. n. 13. Barboſ. de appell. 233. n. 6. & de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 39. §. 1. n. 24. & in Canon. ſi quis ſuadente, Diab. n. 27. 17. quæſt. 4. Carlevar. diſput. 1. lib. 1. n. 418. tom. 1. de judic. Molin. de Juſt. & jur. diſp. 50. n. 4. Rodoer. ad Marin. lib. 1. reſ. cap. 111. n. 26. Michal. de duob. fratrib. par. 3. cap. 48. n. 35. Azor. inſtitut. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 4. quæſt. 4.*

17 Retinetque equidem Magnæ Hjeroſolymitanæ Religionis Magiſter, omnimodam juriſdictionem, tam Civilem, quàm Criminalem in omnes Equites profeſſos, & regulares, etiam ſi actu non inſerviant, ac intra Monaſterij ſepta, & domo haud reſideant *Dian. reſol. mor. par. 4. tract. 1. reſol. 86. & in Coordin. p. 9. tract. 2. reſ. 171. n. 4. Frances de Urrutigoyt. de comp. juriſd. quæſt. 73. à nu. 32.* Verùm talem retinent juriſdictionē habentes tria copulativè requiſita, nimirùm ſi in actu ſerviant Eccleſijs, vel alijs Militum locis, ſi intrà ſepta, & domos eorum reſideant, ac ſub ſuorum Equitum ſuperiorum obedientia vivant, quorum cognitionem memorata Gregorij Bulla, ac Sacrum Concil. Sacr. Hjeroſolymitanæ Religioni tribuere, ut indicant *Monet. de conſervat. cap. 10. n. 393. Rot. Rom. deciſ. 72. n. 5. par. 1. Recenſ.* & alij, quos affert *Card. de Luca de juriſd. & foro comp. par. 1. diſcurſ. 1. verſ. tertio, & in ſupple. p. 1. diſcurſ. 101. nu. 14. de juriſd.*

&

& foro comp. quamvis non deſint, qui dicant, contra hoſce Equites Hjeroſolymitanos poſſe irruere Epiſcopus ex diſpoſitione *Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap.* 3. Bulla Sixti V. cum primum 12. in ordine parum refragante, & ſunt *Novar. Lucern. regul. verb. Epiſcopus quo ad Regulares, nu.* 2. *& ante eum Navar. Azor. Campanil. Ric. & Tambor.* ab eo relati, & poſt eos *Epiſcop. Ventriel. prax. Eccleſ. ann.* 48. *§. unico n.* 11. *tom.* 1.

18 Advertendum tamen eſt allatam habitationem haud eſſe intelligendam de ſtricta habitatione clauſtrali, ut nonnulli ex Concil. Trident. autumant, ſed de ea in domibus pro commodiori ſervitio curę Animarum deſtinatis, licèt ipſis Eccleſijs, vel Commendis haud cohęreant, ut benè explicat *ex Zerola prax. Eccl. par.* 1. *verb. exemptio quæſt.* 1: *Monet. ubi ſupra cap.* 6. *n.* 49. 52. *de Luca verſ. ſecundum*, Nevè inſuper de obedientia, in tertio requiſito memorata, intelligendum eſt de rigoroſa obedientia, quam ratione voti præſtare aſſolent ſuis ſuperioribus profeſſi; nec de alia, quā famuli, alijque aliorum ſervitio addicti præſtare tenentur, ſed de illa quam ſervientes iſti ad inſtar clauſtri intùs Religionis domos perficiunt ſub ſuperioris oculis, qui eos corrigere valent in caſu defectionis, ut explicat *Card. Luca d. diſcurſ.* 1. *verſ. tertium propè finem, & diſcurſ.* 4. *nu.* 8. *& diſcurſ.* 101. *n.* 10. *in ſupplemento*; ubi hoc itidem firmat

19 quo ad Colonos, Factores, & Affictuarios ejuſdem Sacræ Hjeroſolymitanæ Religionis, qui fori exemptione potiuntur, ſi habitent, & convivant in domibus ejuſdem Religionis, & Commendæ ſub ſuperioris oculis, ad inſtar Clauſtri, ut nuper expreſſatum eſt; at ſecùs ſi in eorum proprijs ędibus, aut ruralibus, livellarijs, vel emphiteuticis ipſius Religionis ſicuti, & cæteri laici, iſti namq; minimè exemptionis privilegio gaudent, edocent, & deciſum per Sacram Congreg. afferunt *Luca ibidem D. Jacobus Pignatell. conſult.* 23. *tom.* 2. & ante eos *Spad. Conſ.* 157. *à nu.* 9. 12. *Marc. Ant. reſol.* 18. *n.* 4.

20 Rursùs Magnus hujuſce Religionis Magiſter, ſuique Magni Priores omnimodam habent juriſdictionem ordinariam in foro contentioſo, quo ad perſonas, & loca exēpta, ſuæque juriſdictioni ſuppoſita, ideò valent ipſi, ſuique Vicarij pro exercitio ejuſdē juriſdictionis Tribunal erigere,

Z cum

cum omnibus tamen cæteris requiſitis ad hanc juriſdictionem experiendam opportunis, fundat ex multis *Card. de Luca d. diſcurſ. 1. in una Toletana juriſdictionis coram R. P. D. Molines*, 17. *Junij* 1689. Privativè verò tam quoad Civiles, quàm quo ad Criminales cauſas intentandas, contra Profeſſos, alioſque, qui tria recenſita requiſita in *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 11. *& Greg. XIII. Conſtit.* adducta, retinent, quo autem ad eos, qui hiſce carent requiſitis, licèt Religioni addicti, & in privilegijs comprehenſi, quo ad cauſas Civiles privativè tantùm, & quo ad cauſas Criminales cumulativè cum loci Ordinario: deciſum affert *idem de Luca ubi ſuprà.*

21 Cuncti porrò allati Religioſi Hjeroſolymitani, curam Animarum exercentes, ſubijciuntur Ordinarij Epiſcopi Imperio, nulla admiſſa diſtinctione, ſi requiſita adducta non retineant, vel ſi retinerent; etenim Sum. omnes Pŏtifices talia privilegia eidem Religioni concedentes, decreta *Sacri Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 11. circa Animarum curam ſervari juſſerunt, ut *ex Conſtit. Pij V. Urban. VIII. & Innocentij X.* judicat idem *de Luca, loco indicato, verſ. quoniam in utroque*;

22 quam equidem viſitationem perficere poſſunt Epiſcopi loci Ordinarij, non tantùm ſemel in anno, ut aſſuetum eſt, verùm toties quoties notitiam haberent de mala Sacramentorum adminiſtratione, ac de malo curæ Animarum exercitio, ut graphicè de more edocent *Pignatell. d. conſult.* 22. *n.* 7. *de Luca d. diſcurſ.* 4. *n.* 5. *in ſumm. & diſcurſ.* 1. *de juriſdict. & foro competent. n.* 3. ubi clarè ſubdit Epiſcopum loci Ordinarium, tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatum in hiſce viſitationibus faciendis, valere allatas Eccleſias viſitare; etiam ſi ſuperior cumulativam retinens, eas præveniendo viſitaverit, ex hac etenim præventione, facultas Epiſcopi haud ſilet; quoniam Epiſcoporum ſolertię Animarum cura fuit per Apoſtolicas Bullas commendata; ac ad eos ſpectat perſpicere, an Divina pabula ſuis Ovibus miniſtrentur? Pro qua adminiſtratione, perſonæ quàmvis exēptæ, Epiſcoporum ſubſunt juriſdictioni delegatę, ut mirificè inſinuăt *Spad. Conſ.* 57. *n.* 6. *lib.* 1. *Luca d. diſcurſ.* 4. *nu.* 4. *& d. diſcurſ* 1. *in d. Toletana juriſdictionis coram Molines die* 17. *Junij* 1689. ubi, & ſi diſpares ſint deciſiones nimi-

rùm

rùm ad ſuperioris hujuſce Religionis favorem, in cauſa viſitationis enunciatæ, & ad Epiſcopi favorem, iſtis tamen decretis ſtandum eſſe firmat: ſed de hac quæſtione vide per nos tradita in *cap.* 6. *de Epiſcoporum poteſtate in exemptos, & Regulares à n.* 77. 78. *& seq.* potiſſimùm *sub n.* 81. *vers. ſi Regularis iſte, aut exēptus.*

23 Immuneſque ſunt ab omnibus datijs, tributis, vectigalibus, & gabellis, non modo quo ad fructus Religionis Cōmendarum, ſed itidem quo ad res patrimoniales, & aliundè per eos quęſitas edocent, *Fermoſin. in d. cap.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 7. *de for. comp. Dian. reſol. moral.* 49. *par.* 1. *tract.* 2. *ubi nuper, & in ſumm. verb. gabella n.* 11. 13. *del Bene d. dub.* 11. *nu.* 1. *ad* 25. *Bobadill. polit. d. cap.* 18. *n.* 264. *lib.* 2. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 1. *n.* 26. *& §.* 5. *n.* 7. & alij, quos cumulat *Dian. ubi ſuprà*; Immò, & à Collectis ſtantibus eorum Sed. *A*poſt. privilegijs, *Farinac. in deciſ.* 71. *par.* 2. *Choker. de juriſd. Ord. in exemp. par.* 5. *q.* 96. *n.* 4. *Abbas Gloritius reſp.* 5. *n.* 4. *tom.* 3. Etenim haſce collectas, vectigalia, datia, ac cætera tributa à Principe ſæculari impoſita minimè perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas afficere poſſe, *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Innoc. in cap. dudum de decim.* itidem ex poteſtatis defectu, *Surd. conſ.* 301. *n.* 12. *& ſeq. et deciſ.* 20. & alij per nos multoties adducti, *in c. præced.* ſunt planè Hjeroſoly. Equites verè Religioſi, ut in principio explanavimus, additis *Rot. Rom. decis.* 436. *n.* 2. *poſt vol.* 2. *Farin. & decis.* 177. *sub n.* 1. *p.* 2. *Recens. & decis.* 87. *n.* 2. *&* 13. *coram San. mem. Greg. XV. in Urbetan. Fideicom.* qui non tantùm è laico Imperio exempti ſunt, verùm etiam ab Ordinario Epiſcopo, ex quam plurimis privilegijs per nonnullos Sum. Pontifices, Imperatores, ac Reges affluenter eorum Religioni conceſſis, ut ſuprà indicavimus. Et in ſpecie graphicè edocent *Carlevar. de Judic. lib.* 1. *disput.* 1. *quæſt.* 6. *sect.* 3. *n.* 415. & poſt eum *Tondut. Sanleng. par.* 3. *prax. Beneficial. cap.* 132. *per totum, Scaño in propug. Hjeroſoly. disp.* 12. *cap.* 2 *per totum,* qui cuncti uno fatentes ore hoſce Equites Hjeroſolymitanos totaliter exemptos, ac prorſus immunes eſſe à collectis, datijs, & tributis per ſæculares Principes indictis, & ex nuper allatis firmat noviter

D. Didac. Balmased. tract. de collect. quæſt. 24. *per totum, et n.* 12. Non ſolùm tanquàm veri Religioſi, quorum Religioſorum exemptio fundatur ex Sacris Scripturis, Conſtitutionibus Civilibus,& Canonibus, *ut in cap.* 47. *Genes.& apud Joseph. lib.* 2. *de antiquitat. Judaicar. cap.* 4. *&* 7.*& lib.* 1. *Esdræ cap.* 7.*& in Concil.Lateranens. cap.non minùs, de Immun. Eccl.* & fusè tradũt *Lauden. ad Platum cons.ultim. n.* 8. Rot.Rom. Recen. 139.*per totum par.* 6.

Verùm etiam ex memoratis,à Sum.Pontificibus Indultis,privilegijs,propter magna, ac inſignia hujuſce Religionis ſervitia pro augmento, & tuitione noſtræ Sanctæ Catholicæ Fidei omni ferè ęvo pręſtita, ut evolvitur enodatè in ipſis ampliſſimis privilegijs, ex quibus Sum.totius Eccleſię Antiſtites immunes, ac exemptos ab omnibus, cujuſcumq; generis oneribus, & impoſitionibus fecere,itidem ex belli cauſa, ut inſinuant *Barat. deciſ.* 391. *n.*8. *Rot.Rom. in* Re*cenſ. deciſ.* 72. *n.* 6. *par.* 1. *&* 65. *n.* 2. *par.* 5. & ſic deciſum fuit in Senatu Pariſienſi anno 1601. ut refert *Chenu. in addit. ad Pappon. lib.* 5. *tit.* 11. *arreſt.* 15. ubi exemptos fuiſſe prænunciatos Equites recenſitæ Religionis Hjeroſolymitanæ,à contributione pro munitione Regij exercitus, & à collectâ ſolvendâ poſt reductionem abactæ Civitatis de Laon; & ità pariter contra Clerum Auxerenſem, elatè inſtruit *Petr. Franc. Tondut. Sanleng. reſol. benef. par.* 3. *c.* 132. *n.* 14. 15.

24 Et quamvis ex *Scaño in ſuo propugn. in discep.* 12. *cap.* 2. *à n.* 11. *Balmased. quæſt.* 23. *n.* 14. 15. autumavit hoſce Equites Hjeroſolymitanos teneri ad ſolutionem collectarum, datiorum, ac cæterarum contributionum impoſitarũ, ubi neceſſitas valdè urgeret, & aliundè ſuccurſus haud ſperatur. Sicuti de cæteris Eccleſiaſticis in cap. 2. hujus libri fusè prædiximus. Attamen ipſemet *Balmaseda sub n.* 18. fatetur hujus proximæ ſentẽtiæ reſolutionẽ abſolutè pendere ex eorum privilegiorum tenore, quem ſemper ſervandum eſſe firmat.

25 Præterea quoties ad hoſce Religioſos Equites aliqua pervenirent bona, obnoxia tamen per antea ad aliquod certum, invariabileque onus, ſerviendi nimirùm, cenſum ſolvendi, vias publicas, & vicinas reparandi, & in ſimilibus, tunc, & ipſi poſt quàm ad eos talia pervenerunt bona

ad

Digitized by Google

ad allata onera præſtanda tenētur, quamvis Religioſi fuerint,res namq; cum ſuo onere tranſit *cap. conſtat*, *cap. cum non ſit*, *cap. Paſtoralis*, *de decim. Sylveſ. verb. Immunitas*, *n.* 1. 11. *& alij per Tambor. de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 21. *n.* 7.

26 Vel ſi collecta, quæ imponitur æquâ lance reſpiceret raparationem damni imminentis tam contra ſæculares, quàm Eccleſiaſticos, ut ſi flumen agris vicinis Eccleſiaſticorum, & laicorum inundationem minatur,tunc pro hujuſce fluminis reparatione, ad collectas tenentur tales Equites Religioſi, ità pariter, & in cæteris alijs caſibus per nos in dicto cap. 2. expreſſatis.

27 Parili tamē ſchemate prout ligãtur, & queādmodū cæteri Eccleſiaſtici tenētur,nam alij Eccleſiaſtici itidē exemptionē à ſacris Canonibus impertitam retinent, ut evolvitur *in cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. cap. non minùs*, *& cap. adverſùs de Immun. Eccleſ. cap. quamquàm de cenſib. in* 6. *Clement. præſent. eodem tit.* & habetur de Autenticorum jure *Aut. item nulla communitas*; *C. de Epiſc. & Cler.* & de Quiritum jure *tex. in l. ſancimus* 2. *C. de Sacr. Eccleſ.* ſicque de totius Orbis univerſalis conſuetudine probat *Tambor. ubi nuper* attamen ubi, & quando neceſſitas urget, damnum eſt imminens, & cum Eccleſiaſticis commune; & laicorum haud ſufficiunt vires,Eccleſiaſtici eorum ampliſſimis privilegijs non obſtantibus, tenentur ad collectas; ut affluenter probavimus ſupra in cap. 2. ideò rationi cōgruum eſt hoſce Equites pariter in recenſitis caſibus devinci.

28 Novitij equidem eorum fori potiuntur privilegio, ac gabellarum, collectarum, & vectigalium exemptione, *cap. Religioſo* 22. *§. quamvis*, *de ſen. excomm. in* 6. *Didac. la Motti de confirmat. Ord. S. Jacobi lib.* 2. *cap.* 2. *§.* 8. *n.* 3. *Giurb. conſ.* 77. *nu.* 15. *Novar. quæſt. for.* 42. *nu.* 13. *par.* 1. *Valenzuol. conſ.* 95. *n.* 63. *Dian. reſ. mor.* 36. *par.* 4. *tract.* 1. *& in ſum. par.* 2. *verb. novitius in* 3. *Carlevar. d. lib.* 1. *diſput.* 2. *n.* 439. ſicque deciſum affert *Sanfelici deciſ.* 251. & ante eum *Jo. Bapt. Tor. comp. par.* 2. *verb. remiſſio*, *& verb. Militaris Ordinis*, *Rovit. deciſ.* 96. Quoniàm veri Religioſi ſunt, *d. c. Religioſo* 22. *cap. nullus de elect. cap. duo ſunt* 12. *qu.* 1. ideò immunes ut de communi omnium conſenſu firmant *Sanch. præcep. decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 16. *Barboſ.*

in

in cap. adverſus de Immun. Eccleſ. & de appell. appell. 233. *n.* 19. *Ubaldis de collect. c. unico n.* 36. *Scaño propugn. Hjeſolym. diſcept.* 12. *cap.* 3. *n.* 9. *ſicque rejecto Leſſarte firmat Balmased. quæſt.* 22. *n.* 8. 12.

Verùm ſi expletis omnibus requiſitis opportunis pro habito naſciſcendo, & ante aſſumptionē Habitus deliquerit, tunc à Judice ſęculari compeſcitur; etenim tunc non eſt adhuc Caracter Religionis impreſſus, & ità deciſum affert *Præs. de Franch. decis.* 449. *et refert Marth. de jurisdict. p.* 2. *cap.* 32. *n.* 13.

29 Equites verò Donati, aut mediam Crucem albam portantes, vulgo dicti Thau, ſivè Martelletti, & alij Magiſtralis obedientiæ, qui uxores ducunt, & propria poſſident bona, ex quo veri haud ſunt Religioſi, coram laico Imperio eos pulſandos eſſe, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, firmant. *Bobad. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *n.* 233. nec gabellarum fruuntur exemptione firmant *Villadieg. polit. cap.* 5. *n.* 115. *Eva Valaños Cur. Philip. par.* 3. *§.* 11. *n.* 13. *Suelves cons.* 19. *nu.* 5. *vol.* 1. *& cons.* 42. *nu.* 26. *lib.* 2. *Azaved. l.* 1. *num.* 11 *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop. Bobadill. lib.* 2. *polit. c.* 18. *n.* 233. *verſ. los frailes, Rodriquez par.* 2. *de regular. quæſt.* 63. *n.* 18. Niſi tria Bullæ Gregorij XIII. requiſita in eis concurrerent, nempè ut in totum, & per totum cum bonis ſuis eſſent Religioni oblati, & in aliqua Religionis commenda, vel domo cōmorarent, ac ſub Commendatarij obedientia viverent de quibus fusè tractat *Card. de Luca de juriſd. & for. compet. diſcurſ.* 4. *per totum, & diſcurſ.* 28. *tract. de teſtam.* etenim tunc Eccleſiaſticæ sūt perſonæ, forique, ac Canonis potiuntur privilegio, & à gabellis, alijſque gravaminibus immunes ſunt, aſtruunt mirè Portules *poſt foros competētiarum quæſt.* 3. *n.* 2. 11. *Reg. D. Anton. de Marin. reſol. quotidian. cap.* 114. *n.* 6. *Squillant. de privileg. cleric. cap.* 7. *n.* 43. *Giurb. conſ.* 21. *n.* 1. 10. *Carlevar. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 455. *Barboſ. in cap: adverſus n.* 8. *de immun. Eccleſ. & in cap.* 3. *n.* 43. *de privileg. idē de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 12. *n.* 39. *& de jur. Eccl.*
30 *univers. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n.* 44. Et ſic intelligendi ſunt, qui oppoſitam conantur tueri ſententiam, ut ſunt Ricc. *tom.* 4. *reſol.* 177. *n.* 3. *Novar. in prax: elect. for. sect.* 2. *quæſt.* 36. *&* alij quos citat, & *Dian. res. mor. part.* 3. *tract.* 1. *res.* 51.

51. & in ſumm. part. 1. verb. gabella n. 11. & verb. immunitas Eccleſiaſtica n. 23. & part. 2. verb. Religioſi milites n. 1. Thom. del Bene de imm. Eccleſ. part. 1. cap. 1. pub. 11.
31 *n.* 12. meritò in M.C. Supremo Siciliç Senatu anno 1687. ſtatuimus nō eſſe remittendū Antonium Lumbardo mediç Crucis albæ Equitem, ex quo verè, ac in totum Religioni oblatus minimè erat, nec in commenda vivebat, quod ratum habuerunt Illuſ. Domini Præſides Illuſt. Dom. Conſultor. in gradu reviſionis.

32 Cæterum Hieroſolymitanus Eques aſſaſſinij patrans crimen, à fori arcetur privilegio, ſæcularique ſubeſt imperio, fundat ex innumeris medijs *Giurb. cons.* 49. per totū, verū in calce deciſionis Bullam Clementis VIII. affert, per quam, Iudicibus ſæcularibus interdicitur, manus extendere, in crimine aſſaſſinij ab Eccleſiaſticis perſonis, & prçcipuè ab Hieroſolymitanis Equitibus patrato, ejuſque cognitio Eccleſiaſtico delegatur Judici, licet eam nunquā in Regno utriuſque Siciliæ obſervari notavimus, ſed tantum anno 1684. in cauſa N. ejuſdem Sacræ Religionis Equitis de hoc aſſaſſinij crimine attinti, in qua M. C. Sedis Crimin. Senatus me Tribun. Conciſtorij Sacr Ceg. cōſcientiæ Judice, cū Ill. D. Vincentio Finocchiaro ejuſdem Supremi Tribunalis Conciſtorij S. C. C. ob maximam ſuam integritatem, & doctrinam Præſide meritiſſimo, & Dom. Ioſepho Fernandes de Medrano tunc ejuſdem M. C. ſedis Civilis integerrimo Judice, nunc verò ob ſua nunquàm ſatìs laudanda merita, virtutē, ac morum probitatē, in eodem Conciſtorij Tribunali Præſide digniſſimo, in hac magni momēti cauſa adjūctis; cōcordibus tamen votis decrevit, eſſe remittendum ad conſervatorem ſuæ ſacræ Religionis Judicem, quoniam de aſſaſſinij criminis qualitate non conſtabat; verùm magnum notavimus certamen inter Illuſt. Dom. Jacobum Palafox Panormitanæ Eccleſiæ zelantiſſimum Antiſtitem, ratione loci delicti, & ob enarratam Clementis VIII. Bullam prætenſum Judicem, & ejuſdem Sac. Religionis Judices Conſervatores, pro cognitione dicti criminis mordicùs decertantes; attamen poſt multa fuit ab Aſſeſſore ejuſdem Antiſtitis pronunciatum, non eſſe aſſaſſinium meritò ad ſuç Religionis Judices eſſe remittendum

dum, prout cū effectu fuit remiſſus, & ab eis pariter abſolutus, de qua quidem deciſione in alio ſecundo tom. *de clericatu quandoque amittendo*, & ibi in tractatu *de clerico aſſaſſinio* fusè meliùs tractabimus.

32 Tales inquam Hieroſolymitani, ac aliorum militarium ordinum Equites nequeunt, tam in civilibus, quàm in criminalibus ſuo fori privilegio renunciare, nec alterius Iudicis juriſdictionem prorogare valent, edocent *ex Andr. in Mercurial. in regul. ſcient.* 27. *n.* 6. *&* 4. *in quæſt. de regul. jur. in* 6. *Felin. in cap. P. & G. de offic. delegat.* innuunt *Gaill. obſerv. lib.* 1. *obſ.* 40. *n.* 3. 4. 5. *Mar. Soccin. in cap. ſignificaſti n.* 42. *de for. compet. Fulgoſ. in l. ſi convenerit n.* 15. *verſ. decima ſexta limitatio, cum verſ. ſequenti ff. de juriſdict. omn. judic. Eraſ. Cocher. de juriſdict. ordin. in exempt. tom.* 1. *part.* 7. *quæſt.* 7. *n.* 2. 3. mirèque inſinuant in ſpecie horū Divi Ioannis Equitū *Petr. Caball. reſ. crim. caſ.* 225. *à n.* 11. *Felic. à Solis de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13. *Ricc. collect. deciſ.* 216. *Creſcent. deciſ.* 3. *de for. compet. Pereir. deciſ.* 58. *nu.* 15. 28. *Auguſt. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 12. *n.* 45. *Valenzuol. conſ.* 95. *nu.* 50. 51. *Cortiad. deciſ.* 8. *nu.* 16. *Marth. de Regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 4. *n.* 50. *Carlevar. de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *n.* 452. *tom.* 1. etenim non tantùm de ipſorum præjudicio, quàm de eorū ſuperioris favore, & privilegio agitur; *ex cap. cum tempore*, 5. *de arbitr. & cap. auctoritate*, 4. *de priuileg. in* 6. quibus ſuperioribus ſubditi præjudicium inferre haud poſsūt, quoniam hoc privilegium toti fuit impertitum Ordini, edocent *ex cap. ſi diligenti, et cap. cum contingat de for. compet.* paulò ante citati, & poſt eos *Card. de Luca de juriſd. & for. compet. diſcurſ.* 92. *num.* 21. *tom.* 3.

34 Subſunt itaque Divi Joannis Equites in omnibus, ſuo locali Priori, ejuſque Aſſembleæ ex Equitibus profeſſis conflatę, qui cum voto ſui Aſſeſſoris, ſive Conſervatoris Judicis cauſas tam Civiles, quàm Criminales abſolvunt, à quibus ad ordinarium Cōcilium, primæ inſtantiæ, & ab eo ad Cōcilium completum ſecundæ inſtantiæ Judicem, in gradu appellationis devolvuntur cauſæ, latè inſinuat *Luca in diſcurſ.* 68. 69. *in tract. de benefic. in ſuppl.*

35 Undè ſciendum eſt in lingua Itala juriſdictionem tan-

tùm

tùm retinere Prioratus Romæ, Meſſanæ, Lōgobardiæ, Venetiarum, Piſæ, Barlectæ, ac Capuæ, cæteri verò honorifico titulo vulgariter denominantur (Baglivi.)

36 Meſſanæ inquam Prioratus 1136. erectus fuit, & ad petitionem Gubaldi primi Magni Prioris, à Comite Rogerio varijs beneficijs, ac honoribus condecoratus, teſte *Patr. Placido Samper.in Icolog. B. V. Mariæ fol.* 166.qui quidem Prior ob antiquitatem fundationis, Grandis, retinet titulum, ut evolvitur in ipſo Comitis Rogerij privilegio ibi: *Ad juſtas, & humiles preces Fratris Gubaldi Venerabilis MAGNI PRIORIS, ejuſdem ſacræ domus Hoſpitalis,et Conventus, &c.* & in alio anno 1137.conceſſo,ubi hunc Magnum Prioratum, ac cæteras domus ejuſdem Religionis in Regno exiſtentes ſub ſua,ſuorumq; heredum protectione

37 ſuſcepit. Nec diſpares fuere Invictiſſimi noſtri Aragoniæ, ac Auſtriaci Siciliæ Reges, qui varijs privilegijs, ac honoribus, Priores,& Prioratum mirificè ornavere, ut fusè indicat idem Samper.loco indicato, cui Magno Prioratui Cle-

38 mens V. anno 1307. Templariū Equitum bona in dicta Meſſana Urbe, ac in Regno exiſtentia aggregavit, ut ex Pontificio reſcripto ab eodē Auctore relato,deſumitur.

39 Clerici planè, & ejuſdem Ordinis Divi Joannis Cappellani,eadem,reſpectu Epiſcopi loci Ordinarij, immunitate gaudent, ſuoque Priori ſubſunt,qui per ſuum Vicariū jus inter eos dicit,ut nuper explanatū eſt. Itidē quoad Ordines nanſciſcendos manu alterius Ordinarij *Barboſ.de poteſt.Epiſcop. in alleg.*4.*n.*60. *Pignatell. conſult.*45.*n.*10.*p.*3. *Panimoll. deciſ.*14.*adnot.*2.*nu.* 82. aliter tamē diſponitur per S.C. Triden.quoad Regulares omnes.

40 Saracenibus verò Hiſpaniarum Regna vexātibus, Petrus Fernandes adversùs eos ſtrenuè ſurrexit, qui pro eis evellendis anno 1160. Militarem Divi Jacobi de Spadà Ordinem inſtituit, & Sancius III. cum Beato Raymundo Ciſtercienſi Abbate an. 1176. ad eumdē finē,Militarē Calatravæ alterū Ordinē elevavit.

41 Iſti autem Equites verè, ac propriè Religioſi haud ſunt, dum in ſpiritualibus non vacant negotijs, nec in clauſtro vivunt,nec Monaſterium, aut Clericalem geſtant Habitum, eiſque ſubſtantiale caſtitatis deficit votum, ſaltem in ea non verſantur perfecta, ac vera caſtitate, quā expoſcit ipſa

A a Reli-

Religio, juxtà cap. ad Mona-
ſterium, de ſtat. relig. & cap.
unico de voto lib. 6. meritò ſe-
cundum quid, eos religioſos
eſſe, haud propriè, ac verè e-
xiſtimant Guttier. pract. queſt.
lib. 2. quæſt. 111. n. 2. Garſ.
de benefic. part. 1. cap. 4. n.
16. Sarmient. de reddit. Eccleſ.
part. 4. cap. 1. n. 13. Gonzal.
ad regul. Cancell. 8. gloſſ. 8. à
n. 61. Narbon. leg. 8. gloſſ. uni-
ca n. 13. 14. tit. 5. lib. 1. recop.
Molin. de prim. gen. Hiſpan.
lib. 1. cap. 13. Molin. de juſt.
& jur. tract. 2. tom. 1. diſput.
141. & diſp. 623. n. 5. Marth.
de juriſdict. part. 2. cap. 32. n.
14. 15. Maſtrill. 290. n. 1. ad
32. lib. 3. Pheb. deciſ. 85. n.
9. Thom. del Bene de immun.
Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 11.
ſect. 1. n. 5. Rot. Rom. diverſ.
deciſ. 591. part. 1. Cortiad.
deciſ. 8. n. 82. Daniel. de no-
bil. controverſ. diſp. 55. & di-
ſput. 56. à n. 4. Auguſt. Bar-
boſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.
3. cap. 7. à n. 26. & lib. 1. cap.
43. n. 19. Carlevar. de judic.
lib. 1. diſput. 2. n. 413. Poſt.
de manutenend. deciſ. 326. n.
3. Seraph. deciſ. 121. & de-
ciſ. 583. Durand. deciſ. 308.
n. 6. & deciſ. 95. ſicq; in una
Romana dotis 11. Feb. 1647.
corã Bichio deciſũ refert Card.
de Luca de juriſd. & for. cõpet.
diſcurſ. 92. ſub n. 8. tom. 3.

meritò à gabellarum ſolutio-
42 ne immunes haud ſunt exiſti-
mant Bobadill. lib. 2. polit. cap.
18. n. 264. Maſtrill. deciſ.
290. n. 28. Cutell. de immun.
Eccleſ. lib. 2. quæſt. 50. potiſ-
ſimum ſi ſint Novitij Ægid.
Boſſ. de for. cõpet. n. 144. Villa-
dieg. in Polit. cap. 5. §. 20. n.
112. 114. niſi quo ad fructus
ſuarum commendarum ſub-
dũt Bobadill. paulò antè Dian.
reſ. mor. part. 1. tract. 2. reſ.
49. n. 1. del Bene de immun.
Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 11.
à n. 5. Auguſt. Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 39.
§. 2. n. 49. Cened. Canonic. qu.
4. n. 20. Xamar. de privil. Bar-
cin. §. 22. n. 6. Velaſc. de privil.
paur. part. 3. quæſt. 17. n. 29.
Carlevar. de Judic. lib. 1. diſp.
2. n. 440. 441. nec Canonis
fruuntur privilegio, inſinuant
Greg. Lop. in leg. 1. tit. 7. part.
1. tract. 17. diffic. 22. n. 15.
Carlevar. ubi ſupra n. 417.
Dian. reſol. 7. part. 10. tract.
4. n. 1. & 2. nec fori, ſuſti-
nent Sotus de juſt. & jur. quæſt.
5. art. 3. lib. 7. Maſtrill. deciſ.
290. à n. 22. Azaved. lib. 1.
n. 4. 5. 6. tit. 14. lib. 3. recop.
Portules poſt foros cõpetentia-
rum, quæſt. 3. n. 8. Marth. de
juriſd. part. 2. cap. 32. n. 17.
Seſſe de inhibit. cap. 9. §. 1.
n. 19. Carleval. d. n. 417. for-
tiùs in gravioribus criminibus
con-

Digitized by Google

concludūt, *Bobadill.d.c.* 1 *.lib.*2. *n.*232.*&* *c.*9.*n.*12.13. *& alij relati per Barboſ.ubi ſupra n.*47.

45 Et ſi de oppoſita teſtantur obſervantia nonnulli, & in Regnis Caſtellæ *Bobadill. d. lib.* 2.*polit. cap.* 19. *n.* 9. ac innumeris Pontificijs conſtitutionibus, ac Regijs privilegijs Ordinibus Divi Jacobi Calatravę,& Alcantarę indultis fundat *Carlevar. de Judic. d. lib.* 1. *diſput.* 2. *n.* 422. *ad* 428. *tom.* 1. cuncti dictantes hoſcè Militarium Ordinum Equites, Cruce ſignatos in Criminalibus potiri fori exēptione, itidem ſi graviora patraverint crimina, ut ex varijs deciſionibus, & ex concordia Caroli V. Imperatoris anno 1527. cum capitulo Generali ejuſdem Ordinis comprobat idem *Carlevar.* niſi in caſu hęreſis, læſę Majeſtatis, nefādi, proditionis, ſeù rebellionis, ſeditionis, tumultus, cōmotionis, ſeù cōcitationis populorū, aut illationis belli, violationis Regiorū reſcriptorū, aut ſecuritatis Regiæ, aut inobediētiæ Regiorū præceptorū; in reliquis autē caſibus, quātūvis gravioribus, & atrocioribus, hoſcè Equites exēptos eſſe à ſæculari imperio, ſubiectos tamen ſui Ordinis Poteſtatibus, inſinuāt antè *Carlevar. loco citato Greg. Lop. in leg.* 1. *tit.* 7. *part.* 1. *Gloſ.* 1. *in fin. Azavedus in leg.* 14. *n.* 4. *tit.* 5. *lib.* 3. *recop. Emm. Rodriq. tom.* 2. *regul. quæſt.* 62. *artic.* 13. *Bobadill. polit. d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.*
46 10. laxè *Crespes de Valduar. obſer. deciſ.* 53. ubi probat hoſcè Equites eſſe exemptos ab ordinaria poteſtate, & Dom. Regi ſubiectos. Etenim Dom. Rex eſt Judex exemptorum ex ſuprema, ac priſca ſua regalia, itidem poſt Concil. Tridentin. attamen in civilibus pro Creditoris libito, modo coërcentur coram Ordinum Judicibus, modo coram ſęcularibus, niſi de rebus commēdarum, aut earum fructibus ageretur, pro quibus coram ſuis Ordinis Judicibus omninò compellendos eſſe inſinuant *Bobadill. ubi nuper n.* 26. *Villadieg. in polit. cap.* 5. *n.* 117. *Carlevar. n.* 450. *Cortiad. d. deciſ.* 8. *n.* 98. Nobis autem in Villa Matriti degentibus binę fuere agitatę criminales cauſę, una contrà D. Martinum Diaz Pimiento Alcantarę Equitem, Supremi Sanctę Claræ Neapolis Conſiliarium Ligardę Comitem, & Caſtellę Titulum, pro nonnullis prætenſis defectionibus, uti Præſide in Catanſari Provincia commiſſis, pro cujus cauſę cognitione ſex fuere à ſua Catholica Majeſtate deſigna-

ti Senatores, duo ex Reali Caſtellę Concilio, duo ex Supremo Italiæ, & cęteri duo ex Ordinum Militarium Concilio, ex quibus Comes, poſt multa, ex adductis cōtrà eum, in regimine Præſidatus Calabrię, abſolutus remanſit, & ad Fiſcalis ejuſdem Militariū Ordinum Concilij dignitatē graduatus, immò ad Supremā collateralis Neapolis Regentiam aſſumptus, dein verò brevi dierum ſpatio ſub Divino, Supremoque judicio tranſivit; Altera verò contra Don Gaſparem Borja, Sancti Jacobi Equitem, Matairſonis Meſſanæ arcis Caſtellanum, pro cujus pariter cognitione, ſex ab eadem Majeſtate fuere deſignati Senatores, duo inquam Belli Conſilij, duo Militarium Ordinum, & cæteri Supremi Italiæ, ex quorum integritate, è calumniantium ungue juridicè evulſus, ad Magiſtri Cāpi munus, dein ad Militaris tormenti ignei Regni Siciliæ Generalatum aſcendit, poſtremò ad ejuſdem Meſſanæ Urbis Gubernium, in quo cum omnium dolore, & fletu poſtremum ſuum clauſit diem.

47 In Luſitanię pariter Regno, hoſce Equites in Criminalibus, at ſecùs in Civilibus immunes eſſe firmant *Alvar. Valaſc. conſult.* 131. *n.* 5. *Pereir. deciſ.* 58. *n.* 12. *ad* 21. *Fermoſ. in cap.* 2. *quæſt.* 16. *n.* 3. *de for. compet. Phæb. deciſ.* 25. *à n.* 6. *par.* 1. *Coſt. noſter conſ.* 42. *nu.* 14. *Valaſc. de privil. paup. part.* 3. *quæſt.* 17. *nu.* 49. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſal. lib.* 1. *cap.* 39. *&.* 5. *n.* 27. *& de poteſtat. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 12. *n.* 45. *verſ. amplia in fine.* In Cathalunia eorum perſona pro Eccleſiaſtica habetur, reſpectu verò bonorum propriorum uti, laici, ſub Regia manent juriſdictione, & ſic pluries deciſum teſtantur *Jacob. Cancer. par.* 3. *cap.* 14. *n.* 67. 68. *Ripoll. var. cap.* 1. *n.* 378. *Berart. in ſpec. viſitat. cap.* 3. *n.* 46. & alij, quos cumulat *D. Mich. Cortiad. d. deciſ.* 8. *n.* 94. In Aragonia fori gaudent privilegio inſinuant *Portules poſt foros competentiarum quæſt.* 3. *n.* 6. 7. 8. *Bobad. polit. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 12. *Suelves conſ.* 19. *n.* 3. *lib.* 1. *Carlevar. de judic. d. lib.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 437. *tom.* 1. *Burg de mod. proced. ex abrupt. cent.* 1. *quæſt.* 65. *nu.* 57.

48 In Parthenopæo autem Regno in omnibus, ſub Regia ſubſunt juriſdictione, ut de vetuſtiſſima edocet conſuetudine idē *Carlevar. ſub n.* 100. quamvis quo ad Civile oppoſitum inſinuat *Thor. compend. deciſ. p.* 3. *ſect.* 2. *verb. Miles*

San-

Sancti Jacobi. Attamen me in Supremo M. C. V. Tribunali Judice ſedente anno 1675. N. Eques Divi Jacobi de falſæ monetæ crimine attinctus, fuit ad acre torturę tormentũ diſpenſatus, & negatiuus, & ex eo quòd in eodem crimine defecit fuit perpetuò in Caſtro Maris clauſus; referente Dom. Apicella, acta penes Julium de Marco. In noſtro denique Siciliæ Regno Equites Divi Jacobi tantùm in Criminalibus, at ſecùs in Civilibus fori fruuntur privilegio, dictant *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 116. Maſtrill. d. deciſ. 290. lib. 3. n. 195.* ubi
49 bis per Supremum M. C. Senatum refert deciſum, ac Regias adducit litteras ſub die 10. Januarij 1609. editas, de quibus pariter meminit *Don Mar. Cutelli de Immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 50. nu. 10.* Attamen, hodie res ſub ſilentio tranſit, dum abſque hæſitatione hi Equites à privilegio fori in omnibus arcentur, & paſſim tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, in Regijs ſub ſellijs conveniuntur, quod ex recenti Regis noſtri Catholici Caroli II. reſcripto ſcatet, cujus tenor ſequens eſt.

CAROLUS, &c.

50 *Vicerex, & Generalis Capitaneus in hoc Siciliæ Regno. Illuſtribus Spectabilibus, Magnificis, & Nobilibus Regni ejuſdem Magiſtro Juſtitiario, Præſidibus Regiorũ Tribunalium, Judicibus M. R. Curiæ, Magiſtris Rationalibus, Theſaurario, & Conſervatori Regij Patrimonij, Advocatis quoque, & Procuratoribus Fiſcalibus, cæteriſque demùm dicti Regni Officialibus Majoribus, & Minoribus, præſentibus, vel futuris, cui, vel quibus ipſorum præſentes præſentatæ fuerint Conſiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis ſalutem. La Sacra Cattolica Maeſtà del Re noſtro Signore (che Dio guardi) con ſue Regie lettere, ordina quel che ſiegue. EL REY. Iluſtre Conde de San Eſtevan, Pariente, mi Virrey, Lugartenientе, y Capitan General del Reyno de Sicilia, con motivo de la competencia de juriſdicion, que ſe excitò entre eſte mi Supremo Conſejo de Italia, y el de Ordenes a cerca del conocimiento de la cauſa de D. Antonio Amato Principe de Galati en eſſe Reyno, mandè que para poder dar regla general en eſtas cauſas de los Cavalleros de las Ordenes Militares en los Reynos, y Eſtado de Italia ſe formaſe vna junta*

ta de Miniſtros de ambos Tribunales, en que concurrieſſen Theologos, paraque con lo que ſe alegaſſe por cada juriſdicion ſe confirieſſe, y conſultaſſe lo q; en razon de eſte punto ſe ofreciere, y pareciere, y haviendome repreſentado la junta, que deſde el año 1619. *han ſido cõtinuadas las reſoluciones, que ha avido de los Señores Reyes mi Padre, y Abuelo, que gozen de Dios, y mias, ſobre conſultas de los miſmos Conſultores examinadas en juntas de Miniſtros de entera ſatisfacion, y la vna de dos de cada vno de ellos, que todos quatro fueron de vn ſentir paraque en los Dominios de Italia no ſe inove la practica de que las Juſticias* Reales *conozcan de las cauſas Criminales, y Civiles de los Cavalleros, mandando al Conſejo de Ordenes revocar las comiſſiones, que avia dado a los Prelados, a fin de que conociesen de las cauſas Criminales de los Cavalleros: pues de lo contrario reſultarian graves incombenientes a mi* Real *ſervicio para regir con acierto, y quietud publica dichos Dominios, y que hallandoſe la materia en eſte eſtado no puede aver motivo para alterarlo, me he conformado, en que ſe execute aſſi, en cuya conformidad he reſuelto ordenarvos (como lo hago) deys las ordenes combenientes, paraque ſe cumpla, y obſerve en eſſe Reyno lo referido, en el conocimiento de las cauſas de los Cavalleros, que huviere en el de las Ordenes Militares, que lo miſmo ſe ordena al Virrey de Napoles, y Governador de Milan, por lo que toca a aquellos Dominios, y hareys, que eſta orden ſe regiſtre, y note en las partes, que combenga para ſu puntual obſervancia, como combiene a mi Real ſervicio, de que me aviſareys. De Madrid* 16. *de Abril* 1684. *YO EL REY. Con rubrica del Patrimonio. Vt. Torres Reg. Vt. Marchio de la Roſa Conſ. Vt. Guerriero Reg. Vt. Jurado Reg. Vt. Areſius Reg. Vt. Mirobal Reg. Angulo Secr. Præſentata Pan. die* 15. *Junij* 1684. *exequuta de ordine Excel. Dom. Comitis Sancti Stephani Proregis ſub die* 17. *Julij* 1683. *Cervaranus Coad.*

Alterum parilem Caroli V. Imperatoris per totum ferè Italicum Dominium emanatum ordinem adducit *Sperell. deciſ.* 2. *part.* 1. & meminit *Daniel. de Nobil. controverſ. diſput.* 55. *n.* 16. 17.

DE

DE LEGATORUM, AC DELEGATORVM POTESTATE.

CAPUT V.

SUMMARIUM.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

1 *Legati per Imperatorē, Reges, alioſque Principes, & Reſpublicas publici cauſa negotij miſſi, Sancti de omni jure, ac inuiolabiles ſunt.*

Et quibus pœnis, contrà eos irruētes plectātur, recenſentur.

Dammum Legatis illatum, quis reficere teneatur? ibidem.

Comites familia, ac Legatorum aliæ occeſsiones eadem fruuntur immunitate. ibidem.

Legati ſub legibus Repreſſaliarum, non deuincuntur. ibid.

2 *Legatus Sum.Pontificis, iſtius refert imaginem, & in Prouincia ſibi decreta ſuperilluſtris eſt.*

Omnimodam retinet juriſdictionem, & in ingreſſu ſub baldachino à Clero, et Populo ouāte recipitur.

Epiſcopi, & Archiepiſcopi autoritas quieſcit præſente Legato de Latere, & quomodo.

3 *Legatorum tres ſunt ſpecies.*

Legati nati ſummæ ſunt dignitatis, & legatarum Imperiū ex uno, eodemque fonte ſcatet. Ibidem.

4 *Legati, omnes Eccleſiaſticas abſoluunt cauſas, præter nonnullas, & quæ ſunt recēſentur.*

5 *Legati cæteras alias, Sede Apoſtolica mediante, opportunè in partibus cernunt cauſas.*

6 *Textus in cap. 1. delegat. in 6. de legato nato loquitur, eumque Canoniſtæ ad alios legatos porrexere.*

7 *Legati definitio affertur.*

8 *Catholicus noſter Inuictiſſimus Siciliæ Rex legatus eſt natus, cum qualitate de latere.*

9 *Ex priſca, ac ſæculorum veterrima conſuetudine, cunctas Eccleſiaſticas abſoluit cauſas, & qua via? Ibid.*

10 *Ex Pij V. concordia itidem poſt Concilium Tridentinū, Regularium cognoſcit de cauſis.*

11 *Catholicus noſter Rex circa cap. II. ejuſdē Concilij Tridētini Sūmū ſupplicauit Pontificē.*

12 *Supplicatione adhuc non abſo-*

ſoluta exequutio prædicti cap. II. rectè ſuſpenſa remanſit.

13 *Ad Legatum de Latere exẽptorum cognitio ſpectat, etiam ſi eſſet Legatus cum qualitate de Latere.*

Legatus de Latere abſolvit cauſas per Ordinariũ, tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatum, abſolutas, appellationis remedio. Ibidem.

Nemo ex Legatis cauſas, Clauſtralem correctionem concernentes, judicat; niſi ſitusregularis Prælatus. Ibid.

Intellige, ſi cauſa in ſcriptis non fuerit judicialiter deducta, Ibidem.

14 *Legatus generale haud convocat Concilium, at ſecùs Provinciale, ratio adducitur.*

15 *Ad Legatum minimè appellatur medio omiſſo, ſed ad ſolum Pontificem, & quid ex oppoſita conſuetudine?*

16 *Ad Legatum à Latere cauſæ devolvuntur non tantũ appellationis remedio, quàm etiam per viam querelæ, gravaminis, & recurſus. Non tamen Metropolitano jure, ſed Legationis jure.*

17 *Legatus de Latere haud committere valet cauſas abſq; ſtrepitu, & figura judicij. Neque quit contra jus aliquid ſtatuere. Neq; talia ſtatuta confirmare.*

18 *An, & de quibus beneficijs diſpenſat cum illegitimis?*

19 *An abſolvit à juramento?*

20 *Legatus à Latere ex Concil. Triden. diſpoſitione cauſas ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes avocare nequit, & quid ſi eſſet cauſa pupilli, vel miſerabilis ipſò petente? Et quid ſi eſſet Clericus miſerabilis? Ibid.*

21 *Legatus de Latere unit beneficia, et uniendo an poſſit juri Patronatus Eccleſiaſtico derogare?*

22 *Legatus quit eligere Prothonotarium non ſubditum, & extra ſuã Provinciã degentem.*

Eique abſolvere licet. Ibid.

23 *Legatus de Latere prævenire valet Ordinarios Collatores, & beneficia conferre, ratio affertur.*

Si beneficia patronatus Eccleſiaſtici ſint, at ſecùs ſæcularis etiam ſi Collator extra ſuam commoratus ſit Provinciã.

24 *Legatus de Latere propriè Collator Ordinarius eſt. Ideò valet etiam beneficia dupplici reſervatione ſuppoſita conferre.*

Et quid ſi plures eſſent Provinciæ ſub ditione tamen illius Principis, ad quem fuit deſtinatus?

25 *Legatus de Latere ſi limitatam haud haberet facultatem quit ubique voluntariam exercere juriſdictionem.*

Effectus hujus Legationis enarrantur.

26 *Legatus à Latere confert beneficia Ordinario competentia*

tia in ejus menſibus virtute alternativæ. Ratio aſſertur, potiſſimum ſi Collatoris negligentia intervenerit.

Legatus à Latere confert etiam beneficia ad Sum. Pontificem devoluta, ſed non ea per Sum. Pontificem reſervata. Ibid.

27 *Legatus à Latere poteſt beneficia reſervare, præter nonnulla, quæ ibi afferuntur, ſed non poteſt reſervando unum, addere aliud.* 28.

Reſervat beneficium vacaturum, etiam in alterius gratia, ſed & dare nequit. Ibid.

29 *Legatus à Latere beneficium, quod abſenti contulit, altero cõferre nequit, interim quod advenerit abſentis conſenſus.*

30 *Legationis munus quando finitur, ob mortem legati, aut legantis.*

31 *Legatus Vicarium eligere quit.*

32 *Vicarius Legati ſubdelegare valet.*

33 *Andreæ Borbati Siculi Meſſanenſis hæſitatio abſolvitur.*

34 *Felini ſententia ad id perpẽditur.*

35 *Et quid ad Univerſitatem cauſarum? Ibid.*

36 *Ordinarius quit non ſolùm articulum merum, ſed & totam cauſam delegare.*

37 *Delegatus ad Univerſitatem cauſarum valet unam, vel alteram, non autem totam juriſdictionem delegare.*

48 *Delegatus ad Univerſitatem cauſarum quis dicitur?*

39 *Delegatus, cui perſonæ induſtriæ fuit commendata, nequit alteri ſubdelegare.*

40 *Et quid de filio æque patris idoneo, an patris induſtriam ſupplere poſſit?*

41 *Perſonæ induſtria quando dicitur commendata.*

42 *Sub delegatione cum clauſula (conſcientiæ tuæ committimus) an dicitur perſonæ induſtriam fuiſſe commendatam?*

Clauſula prædicta monitionẽ potius, quàm præceptum influit. Ibidem.

43 *Oppoſita affertur ſententia.*

44 *Et quid ſi clauſula adeſſet (Fidei, tuæque diligentiæ committimus.)*

45 *Exequutor in forma, dignũ, an ſubdelegare quit?*

46 *Collector Sedis Apoſtolicæ, an ſubdelegare valeat?*

47 *Vicarius Epiſcopi facultatẽ à reſervatis abſolvendi ſubdelegare poteſt. Intellige, quia juriſdictionalis actus eſt. Ibid.*

48 *Ordinarius ſi totam delegaverit cauſam, ſi libuerit, valet delegationem revocare, eamque ut cognoſcat, non ut alteri committat, abdicare poteſt.*

49 *Delegatio ab Ordinario indulta, haud expirat mortuo Delegante Ordinario.*

50 *Delegatio, gratia eſt, quæ*

ſolo verbo, (fiat,) perficitur.

Intellige expeditis litteris; aliàs informis, ac imperfecta eſt gratia. Ibidem.

51 *Delegatio à Vicario, ad alterum Vicarium collata expirat, ceſſante juriſdictione in Vicario delegante, per mortem, vel aliter.*

52 *Juriſdictio finitur in Delegato, ſi diffinitivam protulit ſententiam, vel eam exequutioni demandavit.*

Et quid in Delegato Principis? Ibid.

53 *Delegatio ad tempus præfixum expirat, tranſacto tempore.*

54 *Delegatus ab Ordinario electus, an quit de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere.*

55 *Et quid ſi non ſimpliciter, ſed ad tempus fuerit uſque ad diffinitivam electus. Et quid in Delegato à Principe electo? Ibid.*

56 *Et quid de Delegato ad Univerſitatem cauſarum? Ibid.*

57 *Delegatus ab inferiore à Principe, an valeat exequi ſuam ſententiam?*

58 *Et quid in delegatione à lege indulta?*

59 *Delegatio Ordinario collata per ſpecialem commiſſionem, & non intuitu officij, delegata erit juriſdictio, non ordinaria.*

60 *Etiam ſi à Principe fuerit tributa.*

61 *Delegatus quit itidem poſt litem conteſtatam, ſub delegatione.n revocare.*

62 *Subdelegatio mortè Delegati ſubdelegantis expirat.*

63 *Legato è Provincia ſibi decreta egrediēte juriſdictio in eo, & in ſuo Delegato expirat, et acta confecta poſt diſceſſum, etiam inſcio Delegato, ſunt nulla.*

64 *Intellige re integra, at re non integra, quia citatio fuit emanata, juriſdictio perpetuatur in delegante. Et an opus ſit ut parti fueri tradita citatio. vide ibi.*

65 *Juriſdictio perpetuatur in Delegato per ſubdelegationem per eum factam. Intellige ibid.*

66 *Delegatus poteſt citare partem extra locum ſuæ delegationis, ſine illius Ordinarij licentia. Intellige infra.*

67 *Idem dicendum de exteris in alieno territorrio, expreſſatis tamen in commiſſione.*

68 *Secùs ſi ſunt nominati in reſcripto, habitantes extra locū delegationis; Nam tunc opus eſt illius Ordinarij licentia. Ibid.*

69 *Appellatio an defertur ad ſubdelegantem, ſi appellari contigerit à ſubdelegato ſubdelegati?*

70 *Delegatus cum clauſula (appellatione poſtpoſita) nequit appellationem interdicere.*

Delegatus à Principe recuſatur. Et quando? Et coram quo?

Recuſatio intentatur coram eo, coram quo appellatur. Ibid.

Re-

Recuſatio ſubdelegati Delegati Apoſtolici non coram arbitris. Sed coram ipſo delegante præponitur.

71 *Delegatio uni collata, ad alterum non porrigitur. Intellige.*

72 *Delegatio Vicario collata quãdo tranſit in ſuum ſucceſſorem.*

73 *Delegatus Sum. Pontificis, & Principis valet quemcunq; compeſcere, ut munus ſuæ delegationis ſuſcipiat. Et non ſubditum valet, eo volente eligere. ibi.*

74 *Juriſdictio Delegati, an poſſit prorogari? Et quando.*

75 *Et quid ſi eſſet Delegatus ad Univerſitatem cauſarum?*

76 *Quilibet Judex poteſt punire teſtem, qui falſum coram eo deponit nullo fori privilegio favente.*

77 *Judex ordinarius ratione majoris exceſſus non poteſt pœnam indicere, ſed Principi debet reſcribere; Qui magiſtratum non retinent, nequeunt teſtes quæſtionis tormento ſubijcere.*

78 *Hoc idem dicendum in Delegato Principis, in cauſis ſibi non commiſſis.*

79 *Judex poteſt cognoſcere, in cauſa ſibi commiſſa, totum id, quod incidẽter ad eam conducit.*

80 *Delegatus poteſt pronunciare ſuper ſucceſſivo cauſæ ſibi cõmiſſæ.*

81 *Diſtinctionem inter Delegatum Principis, ac ſimplicem, non eſſe juridicam, & conſentaneam, ad id demonſtratur.*

82 *Articulus falſitatis in cauſa civili hanc ſilere facit, donec abſolvatur cauſa criminalis.*

83 *Delegatus cum criminali juriſdictione falſos teſtes valet objurgare, ibique affluenter.*

84 *Ante Monarchicum Imperiũ inter Quirites, pœna contra ſontes, non erat legis, ſed populi, cujus exequutio fuit poſtea magiſtratibus conceſſa.*

85 *Praxis Siciliæ, & Neapolis in delicto falſitatis teſtium, vel præſentationis falſi inſtrumẽti in judicio civili, affertur.*

86 *Quilibet Delegatus itidem à Latere, nequit ſe ingerere in cauſa à Sum. Pontifice alteri delegata. Intellige n. 86. 77. 88.*

89 *Abbas Siculus in cap. ſtuduiſti explicatur.*

90 *Bartoli theorica in l. quoties §. fin. ff. de adminiſtr. tutor. adducitur.*

91 *Delegatus particularis ſi cõtra formam ſui reſcripti pronũciaverit, an poſſit Legatus ſuam apponere manum?*

92 *Et an itidem Ordinarius loci, dato exceſſu.*

93 *Et quid ſi aliquem per actũ nullum gravaverit?*

94 *Delegatus particularis ſi ritè, ac rectè in ſua delegatione ſe geſſerit, nec ab Ordinario, nec ab alio inquietari poteſt.*

95 *Delegatus particularis debet ſuam oſtendere commiſſionem.*

Bb 2 96 *Fi-*

96 *Fines ſuæ commiſſionis ante oculos habere debet.*

97 *Sed ſi fines ſuæ commiſſionis exceſſerit, uti privatus habendus eſt. n.* 73.

98 *In exceſſu ab eo commiſſo deficit juriſdictio.*

99 *Etiam ſi merus Papæ exequutor fuerit, vel miſtus. Et ab eo tunc appellatur. Ibid.*

100 *Tam quo ad devolutivum, quàm quo ad ſuſpenſivum.*

101 *Eccleſiaſticus loci Ordinarius ſi laicum injuſtè opprimeret, valere Principem ſæcularẽ ei reſiſtere, etiam ſi Delegatus eſſet.*

102 *Non ut de cauſa cognoſcat, ſed ut cerneret ſi Eccleſiaſticus infrà ſuæ juriſdictionis lares proceſſerit, per viam extraordinariæ defenſionis.*

103 *Nonnullarum Provinciarũ obſervantia affertur.*

104 *Et quid in Parthenopæo Regno? Et n.* 45.

105 *Defenſio oppreſſorum Vaſſallorum Principis inhęret officio.*

106 *Roberti Siciliæ Regis conſtitutio (ad Regale faſtigium) adducitur.*

Et quomodo hoc perficitur. Ibidem.

107 *Quis quando dicitur excedere?*

108 *Opreſſio, & exceſſus conſtare debent. Et quomodo?*

109 *Ac de interpoſita appellatione. Et de ejus prohibitione. vide ibid.*

110 *Et quid ſi ſuperior Eccleſiaſticus Judex diſtaret, aut renuerit debitum præſtare auxilium. vide ibid.*

111 *Subditus itidem ſi Religioſus fuerit, ad ſæcularem Principem tunc occurrendo, in cenſuras Bullæ Cœnæ Domini, & alterius nequaquàm incurreret.*

112 *Nevè ipſe ſæcularis Princeps: Bulla Cœnæ Domini perpenditur.*

113 *Si Summus Pontifex valdè diſtaret. Sentiunt Fontanell. ac Marth quorum ſententia ſub diſtintione recipitur.*

114 *Poteſtas Eccleſiaſtica nequit expoſcere veniam Principi ſæculari, agendi ex abrupto cõtra perſonas Eccleſiaſticas, ratio adducitur.*

115 *De jure Canonico contra Eccleſiaſticos ad torturæ tormẽtum haud devenitur, & quãdo?*

116 *Modus procedendi ex abrupto, non datis defenſionibus contra leges Divinas, naturales, & humanas eſt.*

117 *Eccleſiaſtica poteſtas quit à Summo Pontifice modum taliter agendi expoſcere.*

118 *Ad Summum ſpectat Pontificem contra juris Canonici diſpoſitionem diſpenſare.*

119 *Sed ſi poſtulaverunt, & nõ obtinuere, jura Canonica tenentur obſervare Eccleſiaſtici.*

120 *Su-*

Digitized by Google

120 *Superioribus certis in caſibus licere legem diſpenſare humanam.*

121 *Legatus contra exemptos procedere debet ſecundùm Canones.*

122 *Philippi II. immortalis memoriæ ordinationes afferuntur.*

123 *Et quid ſi medelæ neceſſitas urgeret?*

Et quando dicitur medelæ neceſſitas urgere?

124 *Si neceſſitas medelæ urgeret, an poſſit tunc contra Eccleſiaſticos ex abrupto procedere?*

125 *Legatus in ſubditos exiſtētes in Provincia ſibi decreta juriſdictionem in foro externo retinet.*

126 *Etiam ſi laicus fuerit Legatus, ratio graphicè adducitur.*

127 *Laicus capax eſt talis juriſdictionis contra Eccleſiaſticos.*

128 *Et jura tanquam Epiſcopus cernit, ac excommunicat. Ibidem.*

129 *Ex Summi Pontificis placito.*

130 *Pontifex poteſt criminales cauſas contra Eccleſiaſticos cōmittere laico, ac delegare. Ibid.*

- *Et ſpirituales. Ibid.*

131 *Cap. illud, 10. quæſt. 3. adducitur. Ibid.*

Itidem, & fæminis talē quit Pontifex impertire facultatē.

Fæminæ habere valent habitualiter juriſdictionem ſpiritualem, quo ad ea, quæ Ordinis ſunt.

Et tanquam Abbatiſſæ poſſunt habere collationem beneficiorum, & curam Animarum.

132 *Ratio adducitur.*

Nonnullæ afferuntur eruditiones, ob quas Fæminas fuiſſe capaces temporalis juriſdictionis. Ibid.

133 *Summus Pontifex valet in omnibus jus Divinum diſpenſare, præterquam contra Fidei articulos, & contra univerſalem Eccleſiæ ſtatum.*

134 *Cognoſcere de cauſis Clericorum criminaliū, Ordinis haud eſt, ſed juriſdictionis.*

135 *Laicus Delegatus quit excommunicare.*

136 *Noſtri Regni Reges, itidem Fæminæ excōmunicationis cenſura uſæ omni ævo fuere.*

137 *Excommunicationis definitio affertur.*

138 *Excommunicatio Major, quæ ſit, & quæ Minor?*

Cuique politici Imperij civilis pœnæ correſpondent?

Moſaicæ legis tempore homines à Sacerdotibus interficiebantur. Ibid. n. 139.

Hodie Eccleſia tēporali haud utitur gladio. Ibid.

140 *Ad hoc ut quis excommunicatus dicatur, oportet ut declaratoria proceſſerit ſententia trinis præcedentibus monitionibus. Ibid.*

141 *Ser-*

141 *Servatoris noſtri documenta ad correctionem opportuna, ex quibus excommunicationis monitiones ſcatere, recenſentur.*

142 *Pro excommunicatione indicenda, utcumque haud ſufficit peccatum, ſed quod ſit mortale, & grave.*

143 *Excommunicandus verè, haud fictè contumax eſſe debet.*

Contumax quãdo dicitur verè, & quando fictè. Ibid.

144 *Citatio perſonalis requiritur ad excommunicationem indicendam. Et quando non. Ibid.*

145 *Et an ſufficit per edictum?*

146 *Modus inferendi excõmunicationem, ejuſque abſolutionem adducitur.*

147 *Excommunicatio infligitur ubi de jure permittitur. Quia omnium maxima pœna eſt. Et ubi alius exequutionis modus defecit, urgente tamen cauſa.*

148 *Sobriè excommunicationis gladio uti debent Eccleſiaſtici, & ſi indebitè, & ignoranter ea utuntur, etiam ſecluſo dolo, lætaliter peccabunt. Sacrilegiũ committunt, injuriarum actione tenentur. Et ad partis intereſſe, eiſque pariter Eccleſiæ ingreſſus, & Fidelium communicatio interdicitur, ac objurgantur.*

Et an injuſtè excommunicatus, ſe abſtinere debet in Divinis, ac in temporalibus? & an abſolutione indiget? Et an à temporalibus, et Divinis ſe abſtinere debet? Ibid.

149 *Legatus natus excommunicationem ob violentam manum, in eum, qui Canonis fulcitur privilegio, haud abſolvit, at ſecùs ſi de Latere ſit.*

Cap. penult. de offic. Legati, & Canon. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4. perpenduntur. n. 149.

Etiam ſi excommunicatione innodatus de aliena, non de ſua fuerit Provincia. Ibid.

150 *Epiſcopus, ſi percuſſio ſit levis, abſolvit, itidem per ſuum Delegatum.*

At ſecùs ſi percuſſio fuerit atrox, niſi ex ſpeciali privilegio. Ibidem.

151 *Recenſentur caſus, ex quibus valet Epiſcopus abſolvere allatam cenſuram, itidem ſi injuria fuerit atrox.*

Afferuntur affluenter caſus, ex quibus excuſatur Clericum percutiens ab allato Canone ſi quis ſuadente diabolo: Ubi de honoris, & vitæ defenſione agitur qualis, & quomodo eſſe, et fieri debet explanatur, et perſonæ, quæ excusãtur afferũtur.

152 *Innodati cenſuris juris alteri reſervatis, ab eo, qui eas protulit, vel à ſuo Superiore, aut à ſucceſſore abſolvuntur.*

153 *Ab eis, quæ ex juris fonte ſcatent, ac nemini reſervatis, omnes Epiſcopi, & Prælati juriſdi-*

riſdictionē habentes, in foro externo abſolvunt.

Etiam Parochus, aliuſque Sacerdos poteſtatem habens abſolvendi à mortalibus. Ibid.

154 *Cenſura ab homine per ſententiam generalem, vel particularem lata, à quonam abſolvitur?*

155 *Legatus non ſe intromittit ad abſolvendam excommunicationem à Summo Pontifice indictam.*

156 *Nevè cæteri ſe immiſcent ab ea per Legatum prolata.*

157 *Superior abſolvit excommunicationes per inferiorem illatas, cum cauſæ tamen cognitione.*

Epiſcopus abſolvit ab indictis per Archidiaconum. Ibid.

158 *Abſolutus à quolibet Confeſſario, virtute privilegij Bullę Cruciatæ, an cenſeatur abſolutus tam reſpectu fori interni, quàm externi?*

159 *Laxè tractatur materia, Urbanique VIII. explicatur Cōſtitutio.*

160 *Et quid ſi pars fuerit ſatiſfacta?*

161 *Et quid reſpectu contumaciæ, coram loci Ordinario contractæ? Et excommunicatio ab homine fuerit indicta.*

162 *Et quid in excommunicationibus à jure illatis?*

163 *Fides per Confeſſarium taliter abſolventem ſufficit, eiq; creditur.*

164 *In excōmunicatione à jure indicta, partis ſatisfactio an neceſſaria ſit, ſi abſolutio virtute Bullæ Cruciatæ prompſerit?*

165 *Excommunicationes indictæ à lege, & indictæ ab homine recenſentur.*

166 *Minori excommunicatione innodatus juſta tamen, & valida arcetur ab uſu, & Sacramentorum participatione paſſiva. Non autem activa, & quomodo hoc perficitur, explicatur.*

167 *Inhabilis eſt ut ad dignitates eligatur, ei tamen eligere non interdicitur. Et an electio erit ipſo jure nulla. vide ibid.*

168 *Communicans indebitè cū excommunicato, majori excommunicatione in hac minori incidit excommunicatine præcedentibus legitimis monitionibus.*

169 *Majori excommunicatione involutus participationem Sacramentorum, nec activam, nec paſſivam retinet, & à quibus arcetur, recenſentur.*

Pœnitentiæ Sacramentum haud confert, niſi in ultimo mortis articulo, & quando.

170 *Moriens contritus ad nanſciſcendam abſolutionem navādo, vel injuſtè excommunicatus, abſolvendus eſt; & an ante abſolutionem ei tradenda ſunt Sacramenta? Ibidem, & quid in excomunicato occulto?*

171 *Adeſſe ad Miſſæ ſacrificiū nequit taliter excommunicatus.*

Ce-

Celebrans ipſo aſſiſtente quid facere debet?

172 *Taliter excommunicato interdicitur ſepultura; Et quid ſi pœnitentiæ ſigna dederit? Ibid.*

173 *Ad honores, dignitates, & Eccleſiaſtica beneficia ſcandere nequit, collatio, electio, ac reſignatio ad ſui favorem facta, vel ab eo facta nulla eſt. Ibid.*

174 *Beneficium ante excommunicationem ei collatum an poſt eam acceptare quit, latè diſcurritur, & abſolvitur hæſitatio.*

175 *Canonicus ante excommunicationem electus, poſtmodum ſi vacaverit præbenda, ratione adoptionis quit eam acceptare.*

In temporalibus taliter excõmunicatus an liceat retinere dominium, & adminiſtrationẽ? Ibidem.

176 *Beneficium antea ei collatum retinet talis excommunicatus, ejus fructus non exigit. Et exigendo refundere tenetur.*

Nec de muneribus temporalibus ſpoliatur. Ibid.

Licet ea exercere nequit. Ibi. An verò privata?

177 *Geſta per eum nulla ſunt. Et quid ſi fuerit publicè toleratus?*

178 *Cum excommunicato interdictum eſt omne commercium, & quale ſit, elatè exprimitur. Et quid ſi ad bonum tenderet finem. Ibidem.*

179 *A commercio cum excommunicato, qui excuſantur. Omnes, qui ſunt recenſentur.*

180 *Communicans cum excommunicato aliquando in eãdem majorẽ excommunicationẽ ruit.*

181 *Participans cum excõmunicato notorio, tolerato, aut nõ denũciato, an incidit in allatas pœnas. Et quid de jure novo ex extravag. ad evitanda. Martini V. quæ perpenditur. & 183.*

182 *Acta privata ab excommunicato majori tenent, & proindè validum eſt ejus Matrimonium, Teſtamentum itidem ad pias cauſas. Ordo ei impreſſus, caracterem imprimit. Licet ab exercitio ſuſpendatur.*

184 *Eligitur in Judicem temporalem Notarium, Delegatum arbitrum, & in ſimilibus, ſed exercere nequit, ejuſq; acta quãdo ſunt nulla? Ibid. Nec in judicio teſtis eſſe poteſt, & an in inſtrumento? Ibidem.*

185 *Uti reus in judicio ſtare quit, non ut actor, & quid ſi de excommunicatione non fuerit oppoſitum?*

Exceptio excommunicationis in qualibet judicij parte opponere poteſt, & quid ſi fuerit oppoſita poſt rem judicatam?

186 *Judex laicus quando de excommunicationis exceptione cognoſcere poteſt?*

Excõmunicatus obligatur ad alterius favorem, ſed non alter ad ejus favorem. Ibid.

187 *Ab*

187 *Ab excommunicatis per inferiores Regni Prælatos ad noſtrum de Latere Legatum paſſim via nullitatis, quærelæ, ac omni meliori modo appellatur.*

Appellatio ab excommunicatione purè lata, non impedit publicationem, & declarationem.

Et quid ſi ex ipſa declaratione novum oritur gravamen.

188 *Epiſcopi nequeunt Dominos Proreges excommunicare. Et quid in Regijs Conſiliarijs. Et an excommunicare poſſint totum Collegium, aut Univerſitatem? Et quomodo? Ibid.*

189 *Monitio in excommunicatione infligenda quando eſt neceſſaria, & quando citatio.*

190 *Epiſcopus nequit excõmunicare exterum, non ſubditum ratione originis, & domicilij, in aliena Diœceſi degentem, & quando?*

191 *Princeps ſæcularis an interdicere queat Eccleſiaſtico Judici, ni ſuum excommunicet miniſtrum, quin priùs excommunicationis cauſam oſtendat? Ibid.*

192 *Primus in Orbe Monarca Adamus fuit.*

Alij Cainum fuiſſe teſtãtur.

193 *Regis nomen Dijs comparatur.*

194 *Regna potentiſſimo Dei nutu hominibus conferuntur.*

195 *Subditi Regibus ſuis, à quibus ſecuritatem, & tranquillitatem habent, fideliter ſervire, & obedire debent.*

196 *Verboſi, qui falſis, ſubdoliſque ſuaſionibus Populos ab ſui Principis affectu ſeparare attentant pro impijs, ac perverſis apud Deum habentur.*

197 *Principes mali, ac Tyranni, rhamnis comparandi ſunt.*

198 *Noſtri Catholici, Invictiſſimique Reges omni ævo cum ſubditis ſuis piè, ac leviter ſe geſſere.*

199 *Rex adeò pollet in ſuo Statu, quemadmodùm Imperator in ſuo Imperio.*

200 *Noſtri Reges Hiſpani ſuperiorem de jure, ac de facto non agnoſcunt.*

201 *In Hiſpaniarum Regnis ſibi ſubjectis Monarchæ ſunt.*

202 *Alceat. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſt limin. reverſis. Cõtrarium ſentiens cecutavit, & ante eum Bartholus.*

203 *Noſtri Reges in Siciliæ Regno Monarchicum retinent Imperium.*

204 *Ex livore loquuti ſunt, qui putavere Monarchiæ nomen novum, ac Tyrannicum eſſe.*

205 *Summus Pontifex tanquã Chriſti Vicarius in ſpiritualibus, comparativam in toto Orbe, generalemque retinet Monarchiam.*

206 *Noſtri Reges in Regno, ex vi Sacr. Sedis Apoſtolicæ conceſſionis Legati ſunt nati, cum qualitate de Latere.* 207. 208.

209 *Hiſtoria Monarchiæ conceſſionis narratur fideliter.*

Sicilia cæterarum Mediterranei Inſularum maxima.

210 *Maris conatu ab Italia disjuncta.*

211 *Omni ævo uberrima, ac Populi Romani granarium appellari ſolebat.*

212 *Punicis profligatis Romani in Provinciam reduxere.*

213 *Conſtantinus Magnus Imperator Byzantium Sedē transferendo Imperialem, Imperium bipartivit, Orientale unum, Occidentale alterum. Unde bicipitem Aquilam ſtigmatibus adhibuit.*

214 *Lepidum dictum inter Carolum V. Inviciſſimum Imperatorem, & Ludovicum Alemanum Venetum Equitem, circa bicipitem Imperialem Aquilam, & Leonem Venetum alatum affertur.*

215 *Conſtans Conſtantini filius in Italia, Africa, Siculo Regno, ac cæteris Inſulis ſucceſſit.*

216 *Wandali, Gotique Regnū irruere, & à Belliſario, & Narſete Juſtiniani Imperatoris Ducibus expulſi fuere.*

Sicilia in alia Imperij diviſione ſub Orientalis Imperij ditione remanſit.

217 *Saraceni à Michaele Imperatoris Præfecto acciti in Regnū iterum acceſſere.*

Apulus Farus cum altero fratre Regnante ad diſſidia devenies auxilium à Michaele Byzantij Imperatore efflagitavit, & dum Gregorius Maniaces Siciliā petebat, fratres odia depoſuere.

218 *Maniaces nè ſua expeditio futilis remaneret, ſe cum Principibus Nortmannis Wilielmo Ferrobrachio, ac Ruberto Guiſardo fratribus fœdera inijt. Saracenoſque è Regno ejecere. Diſſidijs tamen inter ipſos ſubortis circa adeptum, Principes Apuliam reverterunt.*

219 *Maniace in Regno remanente, Saraceni Regnum adoriuntur, Maniacemque expulerunt.*

Nicolaus II. Pontifex, Rogerium alterum Principum Normannorum fratrem, pro Regni adeptione excitavit, ibi cooperantibus Mamertinis: immane fixerunt bellū. Quod à Meſſana initium, à Butera triginta annorum ſpatio exitum habuit.

220 *Nicolaus II. fama Rogerij undique excreſcente, eum corā cernere cupiens, in Siciliam ſe contulit.*

221 *Rubertus Apuliæ, Calabriæq; Ducis Titulū à Nicolao II. reportavit.*

222 *Varia, inſigniaque ſervitia per Principes Nortmannos nonnullis Pontificibus confecta, ſua ſerie enarrantur. Laudes, ac Comitis, Regiſq; Tituli, à Sum.* Pon-

tificibus eiſdem Principibus indulti recenſentur.

223 *Bulla Urbani II. Rogerio Siciliæ Comiti conceſſa, aſſertur.*

224 *Rogerius ante hanc conceſſionem Eccleſiaſticam exercebat juriſdictionem.*

225 *Talem facultatem à Gregorio VII. fuiſſe indultam, & à Urbano II. renovatam fuiſſe demonſtratur.*

Multas Eccleſias Cathedrales erexit, ac dotavit, & quæ fuere recenſentur.

In nonnullos caſus, Eccleſiaſticam, Principes, ante indultam Urbani II. Bullã, exercuere juriſdictionem, ibiq; cuncti enarrantur.

226 *Bullam Urbani II. alij confirmavere Pontifices.*

227 *Henricus Imperator ex Conſtãtia Uxore in Regno ſuceſſit. Eoque mortuo Fidericum filium minorem ſub tutela Conſtantiæ, & Innocentij III. Sum. Pontificis reliquit.*

228 *Conſtantia minoris Fiderici filij tutrix, privilegio Bullæ Urbani II. indultæ renunciavit, quam dein Innocentius III. obruit.*

229 *Henricus Imperator VI. Fiderici pater, inveſtituram Regni gratis à Celeſtino III. haud recepit, ſed in compotum Tuſculanæ Civitatis, quam bene munitam Imperator detinebat.*

230 *Diſſidia, inter Fidericum, & Sum. Pontifices aſſeruntur.*

Auguria enũciata ex Matrimonio Henrici Imperatoris, & Conſtantiæ Monialis comprobata remanſere. Ibid.

231 *Renunciationem per Conſtantiam tutricem confectam ratham nunquam habuere Pontifices.*

232 *Confirmationes Bullæ tacitè, & expreſſè per alios Sum. Pontifices factæ adducuntur.*

233 *Bullam Urbani II. Rogerio Comiti conceſſam irrevocabilem fuiſſe, demonſtratur, multis medijs.*

234 *Nec per Bullam Cœnæ Dñi fuiſſe revocatam, probatur.*

235 *Martinus V. Pontifex faſſus fuit, Bullam Cœnæ Domini haud revocaſſe caſus, in quibus Galliæ Rex ab immemorabili tempore in Clericos jus dicebat.*

236 *Indulta remuneratoria, ob ſervitia præſtita, non revocantur.*

237 *Potiſſimùm ob alterius ingratitudinem.*

238 *Privilegia à Leone X. Sum. Pontifice Regi Francorum ob ſervitia impertita, non eſſe revocata, ob jurgia habita inter Philippum, cognomento, Pulchrum, & Bonifacium VIII. Sum. Pontificem, jure optimo ſuſtinens Galli.*

239 *Juſta, ac expreſſa accedente cauſa, revocantur privilegia conceſſa.*

240 *De qua conſtare plenè debet, nec ſufficit aſſertio.*

241 *Aliàs Princeps concedens ad conceſſi obſervantiam devincitur.*

Verba Supremi Optimi, Maximi Dei Omnipotentis: Ponam fœdus meum inter me, & te, explicantur. ibid.

242 *Summus Pontifex beneficio jam collato, abſque cauſa quempiam privare nequit; abſq; Legis, naturalis læſione.*

243 *Sixtus V. beneficium, quod ad Regis Catholici commendationem, uni contulit, alteri in commendatum aſſignavit; ſed re maturius perpenſa, ſpoliato exiſtimationem tribuit.*

244 *Princeps laicus officium temporale, aut perpetuum, licet ad beneplacitum, abſque juſta cauſa, haud revocat.*

245 *Niſi juſta, ac legitima cauſa, in judicio parte citata, & audita acceſſerit.*

246 *Cauſa, quæ dicitur juſta, & legitima aſſertur.*

247 *Summo Pontifici, aut Principi aſſerenti de juſtitia cauſæ ſtandum non eſt, ubi de tertij agitur præjudicio.*

248 *Nonnulli Parthenopæi Miniſtri, è miniſterio Supremorum Tribunalium ejecti, juſſu Invictiſſimi noſtri Regis Catholici fuere, abſque cauſæ probatione; Verùm re ad jus, & Juſtitiam redactâ, aliqui ad priſtinam regreſſi fuere dignitatem, cæteri in eadem remanſere ſuſpẽſione.*

249 *Privilegium per Urbanum II. Pontificem Rogerio Siciliæ Comiti indultum, ejuſdem Rogerij dignitati conceſſum fuiſſe, ideò irrevocabile, ac perpetuum fuiſſe, probatur.*

250 *Omne id, quod Principibus ſæcularibus ab Eccleſia indulgetur, aut ex privilegio, aut ex conſuetudine immemorabili in perpetuam Regum regaliam tranſit.*

251 *Data immemorabili conſuetudine, ſolam privilegij famam ſufficere, comprobatur.*

252 *Poriſſimùm ubi abeſt incapacitas.*

253 *Summus Pontifex Imperiis de cognoſcẽdis Clericorum cauſis itidem criminalibus, delegare quit; Etenim res non Ordinis, ſed juriſdictionis eſt.*

254 *Summus Pontifex in omnibus jus Divinum diſpenſare valet, præter contra Fidei articulos, & univerſalem Eccleſiæ ſtatum. Perpetuum fuiſſe privilegium per Urbanum II. Rogerio Siciliæ Comiti conceſſum, demõſtratur.*

Verba in allato privilegio expreſſata (aut alterius, qui legitimus tui hæres extiterit) perpenduntur.

255 *Dictio (Hæredis) non ad primum, ſed ad cunctos alios ſucceſſores in infinitũ refertur.*

256

256 *Privilegium ob ſervitia, & benemerita impertitum, perpetuitatem redolet.*

257 *Vetuſtiſſima ſex ſæculorũ, & ultra, inconcuſſa obſervãtia, ſtatuentis intentionem declarat.*

258 *Legati nati munus perpetuum eſt; Quoniam dignitati indulta eſt Legatio, nec per mortem extinguitur.*

259 *In quacumque conceſſione, ubi de hærede mentio fit, perſonæ induſtria nunquam electa cenſetur.*

260 *Apud cunctos Summos Pontifices, recenſitum Regum Siciliæ privilegium notum, omni ævo fuit.*

Epiſtola Card. Cibò, juſſu Innocentij XI. Sum. Pontificis ad Regiæ Monarchiæ Judicem miſſa affertur. ibidem.

1 AD hanc Legatorum poteſtatem explanandã noſtra non erit oratio, circa Legatos, ſivè Ambaſciatores per Imperatores, Reges, alioſve Principes Supremos, ac Reſpublicas, publici cauſa negotij miſſos, de quibus mentio fit, in *l. 2. §. 3. l. ſi quis*, 8. & *l. non aliàs* 24. *ff. de Judic.* Sed de Legatis à Summo Pontifice obſignatis in aliqua certa Provincia, cum facultate adminiſtrandi ea, quæ Sed. Apoſtolicæ munus ſunt, & continentur ſub tot. tit. Decretalium Gregor. IX. 30. *de offic. Legati*, quorum poteſtas à Summo ſcatet Pontifice, ut infra affluenter demonſtrabimus. Tantùm hìc primiter, ac obiter adnectendo, Legatos Principum, omnium gentium jure Sanctos, ac inviolabiles eſſe inquimus *Tacit. an.* 1. 43. 3. ibi *hoſtium jus, & ſacra Legationis, & fas gentium corpora*. Meliùs tamen exprimit *Cicer. in Verrin.* 3. *Legatorum jus divino, humanoque vallatũ præſidio, cujus tam ſanctum, & venerabile nomen eſſe debet, ut non modo inter ſociorum jura, ſed hoſtium tela incolume verſetur*: ſubditque elatè *Ammianus; vigilat Juſtitiæ oculus ſempiternus ultrices Legatorum diræ*: Quiritum tamen jura, *de vi publica* teneri, contra ſecuritatem Legatorum attentantem ſtatuere, *tit. ff. & Cod. de Legat. l. 7. ff. ad l. Jul. de vi public.* Quod antea de Feciali jure cautũ erat. Etenim L. Minutius Mirtillus, & L. Mãlius, quòd cõtra Carthaginenſiũ Legatos manus intulerãt, juſſu Culei Prætoris ex S. C. per Feciales traditi fuere Legatis, & Carthaginem evecti. *Liv. lib.* 38.

Tan-

Digitized by Google

Tanta equidem omni ferè ævo fuit, pro ut eſt Legatorū ęſtimatio, quòd ſi eos capientes inviolatos nō redegiſſent, juſtè eis bellum indicebatur; ut fecere Romani contra Senonas. *Appian. excep. leg.* 4. *&* 10. Ligures contra Illyrios. *Polyb. excerpt. leg.* 125. 134. Galli contra Romanos. *Livi. lib.* 5. Franci cum Germanis. *Æmon. lib.* 3. *cap.* 61. *&* 88. *Wittekind. lib.* 11. Aliæque Regiones cum Gentiū clade, & Regnorum excidio illatam eorum Legatis injuriam vindicabant, ut depromitur ex quàmplurimis exēplis recenſitis per *Ammon. lib.* 4. *cap.* 86. *de geſtis Francor. &* *Albert. Gentil. de Legat.* 2. 14. *&* *Carol. Paſchal. de Legat. cap.* 26. contra ſanè jus naturale, & Divinū delinquit, qui in eos irruit; ſunt namque opportuni ad conſervationem communis boni. *Senec. Violavit legationes rupto Gentium jure: Grot. de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 6. *del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 24. *ſect.* 1. *nu.* 21. plura enim ſæpius occurrunt negotia, quæ, pro pace inferenda, & diſcordijs extinguendis non niſi per Legatos differi queunt. Vivā refert inſuper Legatus ſui Principis, ac Patriæ ſpirantem quaſi imaginem, merito eum lædens in læſę Majeſtatis ruit crimen *tex. in l. Jul. Majeſt. Batol. in extrava. qui ſint rebelles.* 118. *verſ. Rebelland. verſ. quod hìc dicitur, nu.* 4. *Cabed. deciſ.* 116. *Beſold. polit. tom.* 9. *diſſert. leg. cap.* 5. *n.* 9. alioſq; refert *del Bene de immun. Eccl. tit.* 1. *cap.* 8. *dub.* 47. *ſect.* 2. *n.* 11. & poſt eos *Hjer. Baſil. deciſ.* 9. *n.* 11. ubi cum *Cutell. de immun. Eccleſ. qu.* 6. nevè ſacræ Baſilicæ Clypeo potitur firmat, ac ſacrilegium cōmittit, *Angel. in l.* 1. *§. delegati, ff. de judic.* de Canonico, autem jure, hoſce Legatorum violatores excommunicantur, & è Chriſtianâ ſocietate arcētur, *tex. in cap. ſi quis diſtint:* 49.

Damna rurſus, ac paſſa per Legatum jactura, per Principem, in cujus Terris illata fuit, reficitur, ſicque factitare aſſolet Chriſtianiſſimus Rex inſinuat *Fridericus de Marſelaer, de Legat. lib.* 2. *cap.* 15. & perfecit in magno ſpolio Illuſtr. & Reverendiſ. Joann. Franciſco ex Comitibus Guidijs à Balneo, Legati à Latere munere jam functo per Gallos illato, cui viginti aureorū mille refundere juſſit, teſte *Marſelaer.* ubi nuper, quem refert *Godefrid. PeſchWitz. de repreſſal. cap.* 8. *n.* 83.

Tutus denique meatus Legato

gato præſtandus eſt,itidem & remeatus, depromitur *ex tex. in l.nullam vim* 3.*C.de Navic. lib.* 11.*Graeff.in repet.ad l.non dubito ff. de captiu. & poſt l. re cap.* 27. *n.* 13. meritò nefariè egiſſe Tuccam Illyriorũ Reginam reverſum negãtem tutum Romanorum Legatis, tanquam in ſecuritate excluſum inclamat *Polyb. lib.* 2. alioſque pariles Romanorum refert caſus *Tit. Liu. lib.* 10. ſub quo Legationis Clypeo tutaminis comites, familia, aliæque complicantur ejuſdẽ Legati acceſſiones *Alber.Gentil. de Legat. lib.* 2. *cap.* 3. & 15. cujuſcunque ſtatus honeſtioris, & vilioris *Fider. de Marſelaer. delegat. lib.* 2. *cap.* 13. *Kirckner. delegat. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 232. *l.* 12. *de uac. & excuſat. Mun.* ſicque ſervabatur in priſco Fecialium more; *Rex facis nè me Tu regium nuncium Populi Romani Quiritum, uasa Comitesque meos? Gentil. delegat. lib.* 12. *cap.* 15. de quorum Quiritũ jure, Lege Julia tenebantur, Legatos, Oratores,eorumve Comites lædentes *Ulpian in l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de vi publ.* Tãdem Legati immunitate potiuntur contrà Repreſſalias. Etenim non ſine tædio, incommodo, & labore Legationis ſubeũt munus. *Wiſĩẽbach. Exercit. Pand. disput.* 41. *tit.* 1. *Bartach. de Gabell. p.* 7. *n.* 31. *Carpan. ad ſtat.Mediolan. ad Rubr. cap.* 438. *n.* 51. *Dionys. Godofr. Prax.Ciuil. lib.* 1. *tit.* 3. *p.* 46. quos affert *Godifr. PeſclWitz. de repreſ. cap.* 8. *n.* 76.

Cæterum ad noſtram ingredimur orationem, ob quã de Sum. Pontificis Legatis (Deo ſic favente) affatim acturi ſumus, eſtque ſanè Legatus Sum. Põtiſicis imago. *cap. uolentis. de offic. legat.* ſuaſque gerit vices *cap. uenerabilis de consuet. cap.* 1. *& ibi Abb. & ſcribentes de offic. legat.* & in provincia ſibi decreta, ſuper Illuſtris vocatur. *Petr.Gambar. tract. de Legat. lib.* 2. *§. quoniam n.* 30. eiſdem utitur inſignibus quibus Sum.Põtifex; quę recenſentur *per Gamber. ubi ſupra lib.* 1. *§. Conſtituantur. n.* 4. *& per Gundiſsalu. de Villadieg. tract. de Legat. q.* 5. *n.* 1. retinetque in ſua ampliſſima facultate omne Imperium, omnemque juriſdictionem, in ſua decreta provincia. *cap. valdè §. Legatum diſtinct.* 94. *cap. mandata de præſcript. cap. ſi Abbatem de elect.in* 6. & in publicis actionibus Baldachino utitur, & ſub eo in ingreſſu Populo ouãte, & Clero recipitur; ceù Judæi Chriſtũ recepere in Hieru-

...ruſalem, ramos portantes olivarum *Villadieg. p. 1. q. 5. n. 1. Gambar. de auctor. Reg. lib. 1. §. debet n. 5. Bertachin. tract. de Epiſc. lib. 4. in princ.* ipſoq; pręſente nequit Epiſcopus loci ordinarius populum benedicere, nec mozzettam deferre, quippè majoris præſentia quieſcere facit minorem reverentialem, & ità ſtatuit *Sac. Congr. in una Peruſian ſub die 2. Octobris* 1601. quam affert *Selli. in ſelect. Canon. cap. 2. n. 83. Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit. 18. n. 43.* quos laudat *Barboſ. in ſum. Apoſtolicar. deciſ. collect. 520. n. 7. & collect. 449. n. 2.* Neq; Archiepiſcopus quit Crucem elevare, nec mozettam portare præſente Legato de latere; hoc eſt in Civitate exiſtente, nam ad hoc actualis, & vera non requiritur pręſentia, ſed fictam ſufficere probat *Hermoſill. ad Greg. Lop. Gloſſ. 2. prolog. n. 60. p. 5.* & ſequitur *Eruditiſſimus Nicolaus Scopp. Obſer. ad deciſ. Gratian.* 29. Legato creditur itidem litteris Legationis non exhibitis, niſi majorē afferat eſſe ſuam à Sum. Pontifice indultam poteſtatē, eà, quæ ex communi jure Legato cōpetit. *ut ex Azor. Inſtit. mor. lib. 5. par. 2. cap. 27. verſ. octavo quæritur. Andr. Vallenſ. lib. 1. decret. tit. 30. §. 2. n. 4.*

2 Tres igitur Legatorum ſpecies eſſe ferè omnes erudiunt Canoniſtæ, alij nimirùm de latere appellantur, & ſunt hodiè Cardinales Eminentiſſimi, licet olim, ex alijs ordinibus ſumebantur, dū Summi Pontificis miniſtris itidem tale conferebatur munus, Romana tandem increbuit conſuetudo iſta, & tantum Cardinales Eminentiſs. Legati nuncupantur de Latere; Alij verò dicuntur miſſi, qui à Sede ſimpliciter mittūtur Apoſtolica, Cardinalis munere haud fungentes. Nonnulli verò Legati ſunt, & appellantur nati, qui nec de Latere, nec ex aliqua ſpeciali commiſſione mittuntur, ſed propter Legationis munus, perpetuò ſuæ dignitati annexum, Legati nati Apoſtolicæ ſedis vocantur, ut inſinuant *ex Gloſs. in cap. penult. de offic. delegat. Panormitan. in cap. 1. de offic. leg. Navarr. de reſcript. remed. 5. n. 2. idem de indulgent. in 6. vot. 28. n. 19. P. Ludov. Molin. de juſt. & jur. tom. 4. tract. 5. de juriſd. diſp. 9. n. 2. & tract. 3. diſp. 58. Lelius Zecchi. de republ. Eccleſ. tit. de Stat. Muſ. Legat. Eraſ. Cocher. de juriſd. ordin. in Exemp. p. 2. q. 2. n. 1. Petr. Andr. Gābar. ubi ſuprà Garcia de benefic.*

p. 2.

Digitized by Google

p. 2. cap. 3. n. 3. Gambacurt. de immun. Eccleſ. lib. 10. cap. 8. n. 19, Andr. Vallenſ. paratitla Decretal. lib. 1. tit. 30. n. 2. Henr. Zoëſ. in d. lib. 1. decret. tit 29. n. 3.

3 Sunt porrò iſti, Cãtuarienſis Archiepiſcopus, Eboracenſis in Britannia, Piſanus in Italia, Ramenſis in Gallia, ut apertè indicant nuper allati *ex cap. 1. de offic. legat. Franc. Marc. deciſ. 596. lib. 2. Aug. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 5. n. 2. & ſeqq. Sãchez conſ. mor. lib. 6. cap. 9. dub. 1. n. 15. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. n. 193.* & Toletanus in Hiſpania *cap. 1. de appellat.* quos itidem cumulat *Henric. Zoëſius comment. in lib. 1. de decret. tit. 30. de offic. legat. n. 1. 2. 3. Andr. Vallenſ. paratitla, lib. 1. decret. cap. 30. de offic. legat. §. 1. n. 1. 2. 3.*

4 Legati autem nati ſummæ ſunt dignitatis, de quibus fusè meminere *Gloſſ. in cap. 1. de legat. in 6. Speculat. in tit. de legat. §. ſupereſt, Boër. deciſ. 347. Petr. And. Gambar. de offic. & poteſt. legat. & facit Lex tit. 9. part. prim. Hiſpan. & ibi Greg. Lopes, Brun. de legat. lib. 2. cap. 1.* Et de alijs ſcripſere *Ludovic. Molin. loco indicato, Parlador. different. 129. n. 3. Layman. Theol. mor. lib. 1. cap. 7. n. 2. Auguſt. Barboſ. de jure Eccleſ. univerſ. lib. 1. tit. delegat. cap. 5. n. 10. D. Mar. Cutell. de immun.*
5 *Eccleſ. lib. 2. q. 16.* Quorum herclè cunctorum Legatorũ Imperium ex uno, eodemque fonte Summi Pontificis placito ſcatet, eorumque regulariter natura eſt; omnes Eccleſiaſticos cernere caſus, itidem Ordinarijs reſervatos, præter eos, ad ſupremam ipſius Sũmi Pontificis Majeſtatem reſervatos, *tex. in cap. 1. 2. 3. 4. delegat. in 6. cap. ad transla-*
6 *tionem de offic. legat.* ubi ſolus Põtifex deponit, dividit, unit, & eximit, articulos ſolvit, Synodum facit generalem, trãsfert, ac mutat, & nullus ab eo appellat, *cap. venire de ex-*
7 *ceſſ. Prælat. cap. 2. de translat.* circà quos, & alios à Doctoribus conſideratos, nemo ex Legatis manus apponere præſumit; niſi ex ſpeciali mãdato *Canon. commutationis 7. q. 1. Vallenſ. in paratitla lib. 1. tit. 30. de offic. legat. §. 3. n. 8.* reliqui verò caſus opportunè, ac commodè, ipſo ſupremo Sedis Apoſtolicæ Imperio mediante, per enunciatos Legatos in partibus abſolvuntur probant ſcribentes *in c. 1. de legat. in 6.* ubi enodatè cum Epiſcopo Cantuarienſi Legato nato, Pontifex alloquutus

fuit,quem per querelam adire juſſit, ut infrà demonſtrabimus: attamen ad cæteros Legatos talē porrexere facultatem Canoniſtę,quos laudat,& ſequitur *Franc. Marc. deciſ.* 596.*n.*1.2. etenim ibi ſimpliciter de Legato facta fuit mētio, cujus nomen omnibus convenire Legatis putavere *Jo. Brunell. de dignit. & poteſt. Legat. concluſ.* 11. *in tract. to.* 13. *part.* 11. & *ex Gloſſ. in cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. *Gondiſla. Villadieg. de Legat. quæſt.* 3. *nu.* 2. *in eodem tract. Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. un. lib.* 1. *cap.* 29. §. 4. *n.* 99. *Sanleger. quæſt. Canon. beneſ. part.* 3. *cap.* 200. *num.* 2. Eſtque regulariter Legatus is, cui à Summo Pontifice certa Civitas, vel Provincia gubernanda committitur, ibique Sedis Apoſtolicæ vices gerēdo, ordinariam exercet juriſdictionem, *tex. in cap. Legatos, de offic. leg in* 6. *Navar. in cap. cum contingat, de reſcript. remed.* 5. *nu.* 2. *idem de indulgent. notab.* 28.*n.* 19. *Narbon. de appellat. à Vicar. ad Epiſc. part.* 1. *n.* 90. *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *diſput.* 28. *n.* 8. & *lib.* 8. *diſp.* 28. *n.* 4. *Aloyſ. Ricc. collect. part.* 5. *collect.* 1974. *Guttier. Can. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. *Gonſal. ad reg. Cancell. Gloſſ.* 21. *n.* 37. & *Gloſ.* 24. *n.* 36. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. tit. de Legat. & Nunci. cap.* 5. *n.* 1. *P. Ludovic. Molin. de Juſt. & jur. tom.* 6. *diſput.* 9. *n.* 3. *Azor. Moral. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 27. *q.* 5.

9 (margin)

Juriſdictionem porrò in exemptos retinent *tex. in cap. ſi Abbatem de elect. in* 6. *cap. venientes, de verb. ſignif. in* 6. *Gloſſ. in cap.* 1. *de Legat. Franc. Marc. deciſ.* 344. *n.* 1. *part.* 1. *Navarr. de dat. & promiſ. notab.* 4. *n.* 10. *Petr. And. Gambar. de offic. & poteſt. Legat. lib.* 2. *n.* 31. & *lib.* 8. *n.* 7. & 8. & iterùm *de poteſt. Legat. in exempt. nu.* 8. *F. Eman. quæſt. regul. tom.* 2. *par.* 1. *qu.* 8. *nu.* 20. idem *Franc. Marc. deciſ.* 2. *par.* 1. *Eraſm. Choker. de juriſd. in exemp. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. *tom.* 1. Quòd itidem conatur extendere ad Legatum mixtum cum qualitate de Latere, rejecto *Choker. Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſſ. par.* 2. *cap.* 21. *n.* 18. 19. 20. 21.

10 Noſter inquam Siciliæ Rex Catholicus, ex Urbani II. reſcripto, in hoc ſuo Siculo Regno, Legatus eſt natus cum qualitate de Latere; acturus ex Summi Pontifici placito, omne id, quod abſolvendum foret per Legatum de Latere, ut ex eadem Pontificia conſtitutione evolvitur, & infra lucidè demonſtrabimus, ac mirè inſinuant

ſinuant *P. Henriq.de Pontific. clau. cap. 26. D. Jo. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 1. tit. 71. cumſeq. D. Franciſ. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par. 1. cap. 2. à n. 42. cum ſeq. D. Mar. Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. tom. 3. cap. 35. D. Garz. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 6. per tot. Camill. Borrell. de Reg. Cathol. præſtant. cap. 53. & cap. 71.* & antè eos laxè *Faſell. Hiſtor. Sicul. decad. 2. lib. 7. cap. 1. Marian. de reb. Hiſpan. lib. 10. cap. 5. Goffred. Monac. de reb. Nortmannorum in Ital. geſtis lib. 4. cap. 29. Carlevar. hiſtor. Sicul. lib. 1. De Barber. in Capibrevi. Sicil. Zurit. hiſtor. lib. 3. annal. Aragon. cap. 68. D. Franc. Mauroli Meſſanenſis in compēd. rer. Sicul. lib. 3. D. Beltran. de Guevar. Archiep. Compoſtellan. in ſuo diſcurſ. de Monarch. fol. m. 19.* & poſt omnes doctiſs. & Ill. *D. Joſeph. Scoma M. R. C. Præſes, in ſua aurea allegat.* Patrocinio *de la Real juriſdiciō fol. mihi 40. cum ſequentibus.*

11 Qui ex priſca ſæculorum veterrima conſuetudine, itidem ex Pij V. placito, mediante concordia inita inter Invictiſſimi Philippi II. Majeſtatem, & Cardinalem Alexandrinū, ad hunc effectum ſpecialiter à Sede Apoſtolica in Regionibus Hiſpaniarum anno 1572. deputatum, omnes cernit caſus Eccleſiaſticos, ac ſpirituales ad forum tangentes Eccleſiaſticum; non in prima tamē inſtantia, qui ad Regni Antiſtites ſpectant, ac gradatim ad Metropolitanos, niſi dato gravamine circa modum procedendi, ac recurſu juxtà Sacr. Concilij Trident. diſpoſitionem, ac litterarum Suæ Catholicæ Majeſtatis datarum *Matrid die 15. Septemb. 1639.* & exequutarū *Panor. die 18. Januarij* 1640. Eminentiſs. Card. Doria Fæliciſſimæ Panormi Urbis Antiſtite, regiſtratarum *in lib. merc. lit. A. fol.* 168.

Verùm enim verò ſi per Tribunal Monarchiæ fuerit pronunciatum ad favorem Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, *nullum fuiſſe, nec eſſe illatum gravamen*, cauſa ad Ordinarij Curiam revertit, nec Judex dicti Monarchiæ Tribunalis in interlocutoria addere valet, clauſulam, *& nihilominùs cauſa remaneat*; quoniam per litteras Suæ Catholicę Majeſtatis oppoſitum mandatur, ut patenter demonſtrant litteræ *ad Ill. Admirantem Caſtellæ, & Regni tunc Moderatorem directæ, datæ Matrid ſub die 15. Februarij 1641. & Panormi exequutæ 19. Julij 1641. regiſtratæ in libro merced. in per-*

petuum fol. 35. Imò & Regularium cauſas, poſt ejuſdem Sac. Concil. Trident. publicationem, cernit: etenim ſuper bina ejuſdem Sacr. Concil. cap. 11. & 20. *in ſeſſ.* 24. fuit per eamdem Catholicam Majeſtatem ad conſultationẽ Ducis Terrę Novę Proregis, reverenter Sũmo Pontifici ſupplicatum, ut uno teſtantur ore noſtri Regniculi, de hoc Legato Siculo
12 ſcribentes. Imò cæterorum exemptorum, ac Judicibus in Regno carentium cauſas abſolvit, ut præter allatos, poſt prælatum examen, num Legatus à Latere de cauſis Regularium, ac exemptorum cognoſcit? concludit *Cutell. de immun. Eccleſiaſt. lib. 2. c. 17. nu. 15. Mar. Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. tom. 3. cap. 35. per totum, Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 71. Solorzan. loco indicato Præſ. Scoma ubi ſupra.*

Quorum igitur binorum Sacr. Concil. Tridentini capitulorum exequutio juridicè remanſit in Regno ſuſpenſa, abſque peccati ſcrupulo, donec ex Legislatoris oraculo, cum plenaria cauſæ cognitione aliter fuerit decretum, edocent *Suar. de leg. lib. 4. cap. 16. n. 8. Salas de leg. tract. 14. diſp. 13. ſect. 4. & ſect. 1. Avendagn. de Leg. contr. 5. n. 8. 9. Rot. Rom. deciſ. 50. par. 2. diverſ. Ludovic. deciſ. 289.* & alij, quos affert *Salgad. ſupplic. ad Sanctiſſ. part. 1. cap. 2. à nu.* 154. 158.

13 Ad Legatum equidem Lateralem, ſeù de Latere, qui Cardinalis eſt, ut diximus, ſpectat exemptorũ cognitio, edocent *Gomes ad reg. Cancellar. de infir. reſſign. quæſt. 3. Boër. de poteſt. Leg. à Later. n.* 12. Quam facultatem non immerito ad Legatum, cum poteſtate Legati à Latere, porrexere *ex Dec. conſ.* 149. *Navarr. in cap. cum contingat, remed. 5. n. 2. de reſcript. tom. 2. Wameſ. conſ. 42. nu. 3. de off. Legat. part. 1. Port. conſ. 28. n. 6. Pariſ. conſil. 17. n. 3. vol. 4. Franc. Marc. deciſ. 135. p. 1. & alij nu. 9. in fine.*

Planè cauſas ad clauſtralem correctionem, & obedientiã ſpectantes, Legati omnes nec de Latere, nec nati abſolvunt, ſed eas ad Prælatos ſuos regulares relinquẽdas eſſe monẽt: *Sanch. de ſtat. Relig. lib. 3. c. 2. & lib. 6. cap. 3. Navar. de regular. cap. 2. n. 61. Emanuel. Rodriq. quæſt. 29. art. 3. tom. 1. & tom. 2. quæſt. 3. art.* 1. nulla prorſus admiſſa appellatione, *ex cap. ad noſtram, cap. ſpecie, de appellat. Scacc. de appellat. quæſt. 17. lim. 26. n. 8. Auguſtin. Barboſ. de poteſt. Epiſc.*

piſc.p.3.alleg.73.n.36. Salzed. de legib. polit. lib.1.c.12.n.85. Niſi regularis Prępoſitus contra ſui Ordinis regulas proceſſerit, privatoque corruptus livore,ſubditum gravando, ei ad ſuperiorem recurſum vetuerit,inſinuant nuper recenſiti, quibus adde *Pat.Laurent. Peyrin. Ordin. Minim. tract. de ſubd. tom. 1.qu. 1.cap. 12. et ex Dian.* inſinuat *Cutell. ubi ſupr.d.c. 17.n. 15.*aut modum excederet ſuperior, *Marant. de ordin. Judic. par.6.verbo,& quandoque appellatur,nu. 333. Navarr. conſ.2.tit. de appellat. Serav. de adjunct.q.26.n. 3.8.* vel ſi conſtructo proceſſu ſuperior contra ſubditum proceſſerit, ut alibi fusè aſtruemus,qui quidem Peyrinus autumat ſubditum fuiſſe gravatum,ſi eum extra Provinciam naturalem mitteret ſuperior, abſque tamen juſtâ, ac rationabili causâ, & annuere *Navar. tom. 4. de regul. n.22. & lib. 1. de conſtit. & conſ. 9.nu. 10. & lib. 2. de appellat. conſ. 5. Roderiq: tom. 1. quæſt. reg. quæſt. 23. art. 3.Vega part 2. ſumm. cap.* 88. *caſ.* 42. Nec ei creditur ex juſtâ causâ hoc feciſſe aſſerenti, niſi aliundè ſubdito audito, conſtaret,*Navar. de ſpolijs Cler. §. 2. nu. 7. 8. & lib. 3. conſ. reg. conſ.56. n.2.* Potiſſimùm ſi in locũ,qui ad ſubditi ſaltẽ haud conferret, propter aëris intemperiẽ, ſic per ſubditum aliàs experientiâ comprobatum; & non ad ſuccurrendum Religioſis ibi degentibus, mittatur, nec ad conſervationem Monaſterij, probat ex ſuperius allatis *Peyrin. d. cap. 11. §. 1.* Quibus in caſibus rectè ad Legatum accurritur, ut effrænata ſuperioris calliditas modificetur, quod paſſim in Supremo Monarchiæ hujus Regni Tribunali notavimus.

14 Concilium ſanè generale haud convocat Legatus, niſi ex ſpeciali Summ. Pontificis mandato, *Canon. regula 17. & ibi Gloſſ.*cum de reſervatis eſt, *Canon. ideo 10. quæſt. 6.* Provinciale verò convocat; etenim & Metropolitani hoc perficiunt, undè id, quod minori indultum eſt, majori interdictum minimè cenſetur, *Abb. in cap.4. n.7. de offic.Leg. Henric. Zöeſ. commen. lib. 1. decret. cap. 30. de offic. Legat. n. 5.*

15 Decernit inſuper Legatus à Latere non tantum cauſas ad ſe devolutas, via appellationis, verùm & per quærimonias delatas. *cap. 1. de offic.Legat. Hoſtienſ. in ſumm. eodem tit. §. ſtatuit Gloſs. finitur in fine.* quem ſubditi jure Metropolitano adire minimè va-

valēt, ſecùs de Legationis jure; etenim tunc Sum. Pōtificis vicē gerendo, de omnibus quæſtionibus ad forum pertinentibus Eccleſiaſticum, in Provincia ſibi decreta per viā quærelę, itidem abſolvere valet *d. cap.* 1. & inſinuant communiter ſcribentes, ac probant *Addentes ad Monac. in cap.* 2. *de offic. Legat. in* 6. *Franciſ. Marc. deciſ.* 596. *n.* 1. 2. *Arnulph. Ruz. de præminenſ. Archiep. dign. privil.* 6. *verſ.* 4. *n.* 2. Quod ratum habuere *Petr. Gambar. tract. de offic. & poteſt. Legat. lib.* 8. *n.* 9. *Henr. Zoëſius comm. lib.* 1. *decret. tit.* 30. *de offic. Legat. n.* 4. *& tit.* 28. *n.* 3. dicitur planè quæſtum ire, per quærelam, quoties ob aliquod juris impedimentum appellare quis haud poteſt, ac eatenus, quoties oppreſſus reclamat, ut ſibi per juris viam ſuccurratur, ut magiſtraliter edocet *Deci. conſ.* 25. *Alex. in l. ſi arbiter in fine ff. qui Satiſdar. cogant.* quos cum alijs cumulat, *Rob: Marant. de Ord. Jud. p.* 6. *verſ. quærela n.* 114. *Rob. Lancell. de attent. cap.* 19. *in princ.* tam, quò ad civile, quàm quò ad criminale Judicium ſcribentes, *in cap. quærelam, de jur. juran. Gloſs. cōmuniter recepta in cap. Maximianus, verb. quærelam* 80. *diſtin. Corſett. ſingul. verb. quęrela.*

16 Imò eorumdem exemptorum cauſæ per Ordinarium tanquam Sed. Apoſtol. Delegatum abſolutæ, ad eumdem Legatum de Latere appellationis remedio deferuntur. Etenim Juriſdictionem habet in Exemptos, ut prædiximus *ex cap. ſi Abbatem de elect. in* 6. *cap. authoritate, verb. Sed. Apoſtolicæ, cap. cupientes eodem.* & Sed. Apoſtolicæ appellatione Legatus venit de Latere *Jo: Franc. in d cap. ſi Abbatem n.* 4. *Barbatius in cap. actum deſolut. & conſ.* 12. *Eraſm. Choker. de juriſd. ord. in Exēp. p.* 2. *q.* 42. *n.* 3. 4. 5. *tom.* 1. Non tamen cæteri Legati regulariter cognoſcere queunt de iſtis appellationibus ad Sum. Pontificem interpoſitis, niſi ex ſpeciali indulto privilegio, vel ex delegatione *Eraſ. Choker. n.* 6. Quod ſpeciale eſt in Legatis de Latere ſubdit *in loco indicato, & in tom.* 2. *p.* 2. *de Conſervat. Eccleſ. q.* 123. *n.* 22. *ex Navarr. in cap. cum contingat remed.* 5. *n.* 2. *de reſcrip. nec diſcrepat. Franc. Marc. deciſ.* 135. *p.* 1.

Nevè ad Legatum de Latere, nec ad Nuncium cum facultate Legati regulariter medio omiſſo appellatur *cap.* 7. *de offic. Legat.* ſed tantum

ad

ad Sum. Pontificem *cap. antiqua* 23. *in fin. de privileg. cap.* 7. *cap. de priore* 31. *cap. ad audientiam* 34. *cap. dilecti*, 52. *de appellat.* Attamen ex contrario uſu perficitur teſtè *ſpeculat. de appell.* §. 4. *n.* 15. *cum quo annuit Zoëſ. ad lib* 2. *decret. tit.* 28. *de appell. n.* 3. quod abſolutè ſuſtinent infrà recenſiti, eà fulciti ratione, quoniam Summi Pontificis vicem gerit, & in provincia ſibi decreta ordinarius eſt *d. cap.* 2. *de offic. delegat. in* 6. nam, et ſi appellatio ad Ordinarium immediatum fit, ita & ad eum rectè fieri permittitur, tanquam ordinariũ immediatum *Abb. in cap.* 1. *de offic. Legat. in* 7. *Bald. in cap.* 4. *n.* 5. *eodem tit. Marant. part.* 6. *act.* 2. *n.* 371. *verſ. & demum fertur ſententia Andr. Vallenſ. paratitla lib.* 2. *decret. tit.* 28. *de appellat.* §. 6. *n.* 3.

17 Legatus equidem de Latere minimè poteſt cauſas cõmittere abſque ſtrepitu, & figura Judicij; edocent *Gratian. diſcep. cap.* 300. *n.* 50. niſi cum expreſſa, & ſpeciali Sum. Pontificis facultate, ut inſinuat *Tondut. Sanleger. reſol. Canon. benef. cap.* 200. *n.* 39. *tom.* 2.

Nequit itidem Legatus de Latere aliquid contrà juris formam ſtatuere *Rot. Roman. Recenſ. deciſ.* 490. *n.* 7. *p.* 1. *& deciſ.* 500. *p.* 3. *Gratian. diſcep. cap.* 300. *n.* 50. *& cap.* 245. *n.* 47. *& cap.* 469. *n.* 20. nevè talia ſtatuta confirmare valet *Panimoll. deciſ.* 97. *n.* 16. *tom.* 2. Nevè adverſus Pontificiam cõſtitutionem reſcribere *Rot. Rom. Reverſ. deciſ.* 67. *n.* 16. *p.* 4. *Sanlèger. n.* 2. *ſub verſ. notandũ eſt.* Neq; ſtatuta juri oppoſita cõmuni, cõfirmare *Rot. Rom. deciſ.* 438. *n.* 41. 43. *p.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 103. *n.* 18. *Seraph. deciſ.* 1306. *n.* 5. *Gratian. diſcep. cap.* 245. *n.* 42., *& cap.* 300. *n.* 50. Nec cauſas cõmittere, aut cognoſcere ordine ſuo nõ ſervato *Sanlenger. ibidem* quit tamen ſtatuta, juri communi non cõtraria, perpetuo conficere, itidem eſpirata delegatione, & cætera ab alio delegato revocare *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 84. *Sanlèg. ibidem.*

18 Legatus de Latere de jure communi diſpenſare nequit cũ illegitimis, ut habiles ſint ad obtinendam Eccleſiam curatam *Specul. tit. de diſpenſat.* §. *nunc de Epiſcopo n.* 23. *Rebuff. prax. tit. de diſpenſat. ſuper defect. natalium* Nec alius Prælatus Summo Pontifici inferior *Navar. Man. cap.* 27. *n.* 201. nevè ad Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis,

qui

qui in materia diſpenſationis pari paſſu deambulant cum curatis *Rot. deciſ.* 2. *apud Ludoviſ.deciſ.* 287. *n.* 5. *&* 6. *Rebuff. n.* 45. *Sanlenger. ibidẽ. p.*2. *cap.* 3. ꝫ. 6. *n.* 23. in iſtis namque diſpenſationibus cũ illegitimis ad majores ordines, ut beneficia curata, dignitates, & perſonatus ſolus diſpenſat Pontifex, vel Legatus ab eo facultatem retinens, ut affluenter probat *Nicol. Garcia de beneſ. p.* 7. *c.* 2.*n.*45. 51. 93. *& ſeqq. Sãleger. d. cap.* 200. *n.* 37. quæ ſolet indulgere ipſis Legatis *Zoẽs. tit.* 30. *n.* 13. verùm quo ad ordines minores, & beneficium ſimplex, itidem Epiſcopus diſpenſat ſuper defectu natalium *cap.* 1. *&* 2. *de filijs Præſbyt. in* 6. *Suarez. de cenſur. diſput.* 50. *ſect.* 5. *Filliuc.quæſt.Moral.tom.* 1. *tract.* 19. *cap.* 5. *Sayr. de Cenſur. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 6. *P.Ludov. Molin. de juſt. & jur. tract.* 2. *diſputat.* 165. *Gonſales. ſuper regul. Cancell.* 8. *Gloſs.* 5. *n.* 98. 99. de qua re vide laxè tradita *per Azor. Inſtit. Moral. lib.* 5. *cap.* 30. *per totum.*

19 Legatus tamen de Latere quit indulgere abſolutionem à juramento, expreſſatis verò legitimis cauſis abſolutionis. *Marcheſan. de commiſs. tom.* 2. *tit. de commiſſ. relaxationis juramènt. p.* 3. ꝫ. 2. *n.* 6. 9. *& ſeqq.* ubi congloborat tunc auferre impedimentum juramenti, etiam ſi talis relaxatio Sedi Apoſtolicæ fuerit reſervata, etenim levis dum eſt talis relaxationis conceſſio, & in levioribus Põtifici reſervata, non cenſentur legato adempta *Pariſ. conſ.* 28. *n.* 43. *vol.* 4. *Marcheſ. ubi nuper tom.* 3. ꝫ. 1. *n.* 67. quos affert *Sanlẽger. n.* 28.

20 Legatus ulterius de Latere, ex Cõcilij Tridentini diſpoſitione, cauſas avocare nequit, pertinentes ad forum Eccleſiaſticum, ſed eas debet ad Curiam Epiſcopalem remittere *cap. cauſæ omnes ſeſſ.* 24. & prædiximus *ſub n.* 11. niſi in caſibus ibi expreſſatis, verùm Eccleſia in paupertatem redacta, petere valet avocationem ſuæ cauſæ ad Legatum, edocet affabrè *Cancer. var. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 15. Idem poteſt Clericus pupillus, non tamen ratione Clericatus, ſed pupillaris ætatis, ſicque declaraſſe indicat *S. Congreg. Barboſ. deciſ. Apoſt. collect.* 157. *n.* 1. At ſecus Clericus miſerabilis, qui nequit ſuam avocare cauſam ad ſuperius tribunal, ut contrà *Novar. de elect. & variat. fori ſection.* 1. *q.* 31. inculcat ex *Marcheſano de cõmiſſion. tom.*

2. *tit.*

2. *tit. de commiſſion. avocationis cauſarum p.2.§.2.n.59.Sãlēger. quæſt. Canon. beneſ. p. 3. cap. 200. n. 42. verſ. & cum innuentes Novarium* alioſve Neapolitanos loqui de ſpeciali cōſuetudine Regni Neapolis, ex diſpoſitione *Rit. M. C. V.* 233. quod itidem erudit *Carlevar. de Judic. diſp. 2. lib. 1. ſect. 7. q. 6. n.* 586. 587. ubi firmat Eccleſias, Univerſitates, Reſpublicas, ac Clericos pro rebus Eccleſijs, non tamen ſuis Patrimonialibus, litigantes, gaudere privilegio *tex. in l. unica, C. quando Imperator inter pupill. & Vidu.* ex vi verò interpretationis, & ex praxi introducta in Regno Neapolis. Niſi Clericus pro injuria ſibi illata ageret, nam tunc non debet eſſe minus privilegiata Eccleſiaſtica perſona, quàm bona Eccleſię, ſubit ex *Paſqual. de patr. poteſt. par. 2. cap. 2. nu.* 89. *Carlevar. n.* 587.

21 Legatus rurſus unit, & uniēdo derogare valet juri patronatus Eccleſiaſtico, ſecluſo itidē conſenſu Eccleſiaſtici patroni, ut fundat ex multis *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. un. lib. 3. cap. 16. nu.* 50. poteſt etiam jure cōmuni inſpecto, Parochialem Eccleſiā in Collegiatam erigere, & erigendo dignitatem unire *Gambar. de offic. Legat. lib. 5. tit. de poteſt. Legat. in erigend. nov. beneſic. n. 30. & tit. de poteſt. uniend. n. 11. Rot. deciſ.* 608. *n.* 4. *& ſeq. par. 4. Recenſ. tom. 3. Lotter. de beneſ. lib. 1. quæſt. 28. n. 117. 150. Sanlenger. quæſt. & reſol. beneſic. par. 3. cap. 44. n. 13. & cap. 200. n. 16.*

22 Legatus ulterius poteſt eligere Prothonotarios Sedis Apoſtolicæ, etiam extrà terminos ſuæ legationis exiſtentes, & in non ſubditum *Rot. Rom. Recenſ. deciſ. 69. coram Coccino par. 4.* Etenim eos creando, ſua utitur voluntaria juriſdictione, ſuæ infixa perſonæ, eamque ubique, abſque territorij terminatione exercere poteſt, ut de collatione beneficiorum extrà ſuam legationem diximus, & facit *Sanleng. Tondut. part. 2. cap. 3. §. 6. nu.* 22. Undè fluit valere Legatum ſubditum ſuum abſolvere excommunicatum in alia Provincia, ut ex *Abb. in cap. penult. verſ. venio de offic. Leg. Sanlenger. ubi ſupra par. 3. cap. 200. n. 10.* ſi cauſæ cognitio non fuerit neceſſaria in ipſa abſolutione ſubdit *Pariſ. conſ. 28. n. 38. 52. lib. 4.*

23 Rurſus præveniendo ordinarios Collatores, itidem Eccleſiæ Cathedralis beneficia confert Legatus de Latere, *d. cap. 1. de off. Leg. in 6.* etenim

ubi generaliter tanquam prærogativa collatio beneficiorũ impetitur,& non eſt excepta, ab eo rectè conferuntur *Abb. in cap. dilecto* 25. *n.* 4. *infra de præbend.* quippè Legatus facultatem conferendi beneficia à jure retinet, ut ſtatuit *Rot. Rom. in Recen.deciſ.* 508. *nu.* 2. *par.* 4. *Azor. inſtit. mor. par.* 2.*lib.*5. *de quarto Decalog. præcept. c.* 28. *ſub quar. quaſito.* Si tamen beneficia patronatus Clerici ſint, *cap. dilectus* 6. *ubi Gloſſ. de offic. Legat. ex Jo. Andr. ſpecul. & alij per Azor. par.* 2. *mor. inſtit. lib.*5. *c.* 28. *quæſt.* 2. itidem Canonicatura, ac cuncta alia beneficia,quæ minores dicuntur dignitates, ſi ad Eccleſiaſticos ſpectat collatio, *ut ex dict. cap. dilectus, & cap. cum dilectus, de jur. patron.* prædiximus, & extrà Provinciam extaret Collator, quoniã in collatione attenditur locus beneficij *Clem.p. de ſupplend.neglig. Prælator. Azor. ubi ſup. q.* 13. *And. Vallẽſ.paratitla lib.*1.*decr. tit.*30.*de offic. Leg.*⸿.3.*n.*2.Niſi beneficium ſit jurispatronatus laici, nam hoc haud confert, neque reſervat Legatus invito patrono, ſi ratione dotationis compętit, fundationis aut extructionis *d. cap. cum dilectus, infra de jur. patronat.* Ni laici avertantur in dotandis, fundandis, ac extruendis Eccleſijs, *Azor. in* 2. *quæſito.* Verùm ſi aliter ex conſuetudine, præſcriptione, aut privilegio ſervatum fuerit, eique competeret, nam deferẽdum eſt conſuetudini, præſcriptioni, ac privilegio, ut edocet *ex d. cap. cum dilectus, Gambar. de off. Legat. lib.* 3.*n.* 242.*& ſeq.Vallẽſ.*⸿.3.*n.*5.vel ſi beneficiũ ſit jurispatronatus Clericorũ, & laicorũ nam itidem eis invitis, Legatus de Latere cõfert, & reſervat,quoniam cenſetur Eccleſiaſticũ, major, namque dignitas minorem trahit, *cap. quod in dubio, infrà de conſecrat. Eccleſ.* & ità judicatum affert *Azor. par.* 2. *inſtit. mor. lib.* 5. *c.* 28. *quæſt.* 2. *dub.* 1.

24 Cæterum Legatus verè,& propriè cum ſit collator ordinarius, *ut ex d. cap.* 1. *&* 2.*de off. Legat. in* 6. dixere *Garzi. de beneſ. par.* 5. *cap.* 3. *n.* 5.9. *Marc. deciſ.* 86. *nu.* 1. *lib.* 2. *Pariſ. de reſignat. lib.* 8. 9. *nu.* 24. *Lotter. de beneſ. lib.*1. *cap.* 28. *nu.* 116. *& lib.*2. *qu.* 13. *nu.* 43. licèt Gonſalem autumaret impropriè eſſe ordinarium Legatum, quem objurgat *Garçia ibidem.* Meritò valent Legati itidem beneficia duplici reſervatione ſuppoſita cõferre, potiſſimùm ſi Cardinales ſint, quibus expreſsè talis

talis indulgetur poteſtas, ut ſuſtinet ex multis *Sanlenger. reſol. Canon. beneſ. par.* 3. *cap.* 152. *per totum, ubi Gonzal. in regul.* 8. *Cancellariæ reſpondet.* Et ſi ad diverſas Provincias Legatus deſtinatus fuerit, valet uti facultate ſibi indultà, conferendi beneficia in diverſis Provincijs eidem Principi ſubjectis. *Rot. diverſ. par.* 3. *deciſ.* 142. quoniam in omnibus ſuæ legationis cumulatis ordinarius eſt, & una dicitur Provincia, quo ad ſuam juriſdictionem, licèt eſſent inter ſe finibus diverſæ, ac ſeparatæ. Si tamen ſub eodem vivunt Principe. *Steph. Gratian. diſcept. cap.* 655. *nu.* 13. *& ſeq. Sanleng. d. cap.* 200. *n.* 8. *&* 9. *Azor. ubi ſup. cap.* 27. *verſ. quæres.*

25 Et ſi Legatus limitatam ad certum locum non retineret poteſtatem, pollet voluntariā ubique exercere juriſdictionē. *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 69. *n.* 21. *part.* 4. fluitque equidem exinde valere Legatum deſtinatū in una Provincia diſpenſare cum perſona extera alterius Provinciæ, ad effectum obtinendi beneficium in Provincia ſibi nō decreta; etenim agitur de exercenda juriſdictione voluntaria, ut ex *Ludoviſ. deciſ.* 287. *n.* 9. *& deciſ.* 353. *n.* 6. *& ibi Beltramin. Sanleng. n.* 7. 10. quidquid ſit pro exercitio juriſdictionis contētioſæ, de qua re vide relatos per *Sanleng. ibidem, & cap.* 3. *§.* 6. *par.* 2. *n.* 22. *verſ. non tamen.*

26 Inſuper Legatus de Latere confert, ac reſervat beneficia vacantia in Provincia ſibi decreta, & ad ordinarium devoluta, ob alterius negligentiā, etiam extra Provinciam ſibi decretam degentis. *Azor. inſt. mor. lib.* 5. *cap.* 28. *quæſit.* 12. ubi idem firmat in beneficio ad Prælatum ſuæ Provinciæ jus eligendi ſpectantem, & in electione negligentem, *idem verſ. dicendum eſt.* Etenim cū eo concurrit, & præveniens prior eſt, *Franc. Marc. deciſ.* 14. *n.* 1. *ex cap.* 1. *de offic. Legat. in* 6. *Henr. Zoëſius d. lib.* 1. *decret. tit.* 30. *de offic. Leg. n.* 11. Imò & beneficia ſpectantia, & ad Sum. Pontificem devoluta valet Legatus conferre *cap.* 1. *de offic. Legat. in* 6. *Gloſſ. ibidem verb. ampliori. Zoëſ. n.* 11. *Valleſ. n.* 2. *§.* 3. *Azor. cap.* 18. *quæſt.* 14. non tamen beneficia Summo Pontifici reſervata, aut vacantia in Curia, nam in iſtis nequit apponere manus, abſque ſpeciali mandato *cap. licet,* 2. *de præbendis, in* 6. *cap.* 1. *de offic. Legat. in* 6. *& ibi Gloſſ. Zoëſ. n.* 11. Ulteriùs jus conferēdi Archiepiſcopo,

Ee 2 vel

vel Epiſcopo in mẽſibus ſuis, vel virtute alternativæ competens, non privativè, ſed cumulativè ad Sum. Pontificem competit, adeò ut inter eos præventioni locus ſit *Gonzal. ſuper regul. Cancell.* 8. *§.* 1. *proem .n.*76. *& ſeq.* Etenim per facultatem ordinarijs indulta per Pontificem, adépta nequaquàm ipſo Pontifici fuit eadem poteſtas quæ, & major penes eum remanſit, *tex. in cap. dudum* 14. *verſ. nos igitur, de præbend. in* 6. *cap. per hoc* 17. *de hæret. in* 6. & cum alijs comprobat *Gonzal. §.* 2. *ibidẽ*, eſtque Sum. Pontifex ordinanarius ordinariorum, qui præveniendo ſi confert nulli affert injuriam, *Ludoviſ. deciſ.* 221. *n.* 8. *Gonſal. reg.* 8. *Cancell. in proem. n.* 14. ex quibus medijs inferunt communiter ſuper recenſiti, & alij infra; Legatum poſſe prævenire Epiſcopum, aliumve ordinarium Collatorem, in menſibus ad eumdem Collatorem ſpectantibus, itidem per concordiam deſignatis. *Gonzal. ubi ſupra §.* 2. *in proem. n.* 54. *& Gloſſ.* 25. *n.* 16. *&* 56. *& Gloſſ.* 45. *§.* 1. *n.* 41. *quem afferr Sanlenger. cap.* 70. *n.* 2. 3. *& ſeq. tom.* 1. Quippè præventioni locum eſſe ſuſtinet ex *Gambar. lib* 3. *de offic. Leg. Azor. ubi ſupra lib.* 5. *cap.* 28. *quæſit.* 24. *par.* 2.

27 Beneficia verò quit quoque reſervare Legatus præter Cathedrales, Regulares, & Collegiatas Eccleſias, earumque majores dignitates poſt Epiſcopum *cap. penult. de offic. Legat. in* 6. *Zoëſ. d. cap.* 30. *nu.* 12. Sed non poteſt unum reſervando alterum addere *Zoëſ. Azor. cap.* 28. *pr. quæſit.* Reſervare igitur valet Legatus beneficium vacaturum, itidem in alterius gratiam, *Azor. Vallẽſ. §.* 3. *n.* 3. 4. *ibidem*, ſed non dare, cum hoc ad ſolum ſpectat Sum. Pontificem. *Azor. ibidem.* Verùm legatione finita reſervatio evaneſcit *cap.* 3. *de offic. Legat. in* 6. *Zoëſ. nu.* 12. *Vallẽſ. §.* 3. *num.* 7.

28 Non tamen confert Legatus de Latere dignitates Cathedralium, Regularium, & Collegiatarum Eccleſiarum, nec dignitates Cathedralium majores. Et quæ per electionem deferuntur, *cap. deliberationem de offic. Leg. in* 6. *Vallenſ. §.* 3. *ſub n.* 6. *Zoëſ. nu.* 12. at ſecùs ea, quæ minores ſunt, nimirùm Canonicatus, ac cætera beneficia, quæ minores appellantur dignitates, nam iſta beneficia Cathedralium confert Legatus de Latere, probat *Azor. cap.* 28. *verſ. verùm ambigi par.* 2.

29 Denique Legatus de Latere

re beneficium, quod contulit abſenti; alteri interim quod non acceſſerit conſenſus abſentis, conferre non valet, niſi expleto termino abſenti aſſignato, ad ſuum præſtandum conſenſum, *tex. in cap. ſi tibi præſenti, de præben. in* 6. *Gambar. de offic. Legat.* 3. *n.* 500. *Azor. inſt. mor. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 28. *verſ. tertio quæritur.*

30 Inſuper morte Legati officium Legati extinguitur, ſi munus legationis ejus perſonę nominatim fuerit commiſſum, at ſecùs ſi expreſſum ſit nomen dignitatis, vel officij perpetui, vel perpetuæ, tunc ex quo realis eſt conceſſio, & non perſonalis ad ſucceſſorē tranſit, quoniam non moritur, ut ela è inſtruit *Vallenſ. lib.* 1. *decret. cap.* 70. §. 4. *nu.* 1. *& eſt tex. in cap. quoniam Abbas de offic. de Legat.* Nevè Pontificis morte finitur, quoniam Ordinariā retinet juriſdictionem, *cap. Legatos de offic. Leg. in* 6. Niſi ad Sum. Pontificis beneplacitum munus legationis receperit, *cap. ſi gratiosè de reſcrip. in* 6. *Vallenſ. nu.* 1. *& ſeq.* ubi plura aſtruit quando legationis munus finitur. Et nos melius infra, ubi de Delegatorum poteſtate tractabimus. Non finitur tamen ſi ad Sedis Apoſtolicæ placitum fueri indulta commiſſio. Etenim iſta moritur, *Vallenſ. ibidem, Azor. cap.* 32. *verſ.* 14. *quæritur.*

31 Demùm Legationis munus ſuſtinens ex abſentiæ impedimenti cauſa Vicarium eligere poteſt, innuit *Card. Zabarell. in d. cap.* 1. *de offic. Legat.* & habetur *in l. aliquando ff. de offic. Proconſul. l. obſervare ff. eodem l. cum Prætor,* §. *fin. ff. de judic.* & annuit *Zoëſ. ubi ſupra n.* 4. *verſ. poſſunt.* Etenim talis Legatus ſicuti, & Proconſules, quibus ęquiparatur, *cap.* 2. *de offic. Legat. in Frāc. Marc. deciſ.* 14. *n.* 6. *Vallēſ. d. lib.* 1. *tit.* 30. §. 2. *n.* 2. Ex Principis conſcientia cenſetur factus, & major in Provincia ſibi decreta poſt Summum Pontificem *tex. in l. nec quidam ff. de offic. Proconſ.* & fusè *Abb. in cap. novit, de offic. Legat.* licet quoquomodo hęſitavit *Andr. Barbat. Siculus Meſſanenſis in d. c.* 1. *ob tex. in l.* 1. *de offic. Præfect. Prætor.* Attamen ejus hęſitatio alijs haud confert legationibus, nam in allato textu perſonæ induſtria ſupponitur cōmendata, ut mirè erudiūt *Cyn. & Bald. in l. quiſquis C. de Epiſcop. & Cleric. & melius Pater Ludovic. de Mirand. de ordin. Judic. tom.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 12. *concluſ.* 1. ideò ſubdelegare minimè poteſt comprobat, *ex Sac. Rot. deciſ.*

Fa-

Farinac. in deciſ. 234. *p.* ... ſi verba, ex quibus commendatio induſtriæ perſonalis depromitur; eumque ſectantur *D. Conſil. Petr. in obſ. ad Rit. M. C.* 75. *rit.* 2. *n.* 36. *Scopp. ad Grat. deciſ.* 157. *n.* 11. 12. Et nos melius infra *n.* 29. & in his majus periculum vertitur, meritò cautius eſt agendum, juxtà *cap. quieſcamus diſtint.* 24. *& cap. ultim.* 7. *q.* 2. Imò, & ejuſdem Legati Vi-
32 carius, quoque ſubdelegare valet, quoniam licet Legatus, morbo, aliaque juſtâ cauſâ impeditus, ſubdelegare nequeat, *per tex. in l. more ff. de juriſdict. omn. Judic. & l.*
33 *à Judice C. de judic.* attamen delegatus Principis, Sum. Pōtificis nimirū Regis, alteriuſq; ſupremæ poteſtatis ſubdelegare valet, ut ex eodem textu *in l. à Judice, ubi Bart.* & ſcribentes uno cōgruunt ore, & facit *cap. quoniam Apoſtolica de offic. delegat. & Innocen. in cap. paſtoralis eodem, nec diſcrepat. Mirand. loco indicato, & P. Ludov. Molin. de juſt. & jur. tom.* 4. *diſput.* 15. *n.* 1. *tract.* 5. *Petr. Barboſ. in l. cum Prætor.* 12. §. 1. *de Judic. à n.* 285. 386. 400. in Legatis autem dandis à pari procedunt Sum. Pontifex, & Legatus ex deciſione *text. in cap. ſtatutū de præſcrip. in* 6. ex quo hoc non eſt de exceptis, innuit *Petr. Andr. Gambar. d. tract. de offic. Legat. cap.* 8. *n.* 140. & congruit caſus *in cap. Bertholdus, de re judic. & text. in l. Legatus ff. de offic. proconſ.* ubi I. C. ait: *Legatum proconſulis Judicem dare poſſe*: quod affirmativè recipiendum eſſe advertit *Gloſ. in pandectis Florentinis. & inſinuat Angel. Polit. in lib. Miſcell. cap.* 78. *Budeus Caraſius, & Equinarius in d. l. Legatus, Anton. Auguſt. lib.* 1. *emendat. cap.* 3. *Nebiſſæus in Lexicon. jur. civil. verſ. non, & id palam apparet.* & idem ait Paulus *in l. cum Prætor* §. *is quoque ff. de Judic. cui mandat. eſt. juriſd.* ibi: *Judicē dare poſſe: & ſunt Legati Proconſulū*: aſtruit permixtè *Did. Covarr. var. lib.* 3. *cap.* 20. *ſub n.* 10. *uſque ad fin.* undè ea-
34 dem militat ratio, dum à pari procedunt Legatus Summ. Pontificis, & Legatus Proconſulis, *tex. in d. cap.* 2. *de offic. Legat.* quem poſſe ſubdelegare concludunt apprimè *Felinus in cap. ſuper n.* 17. *de off. Legat.* & alij ubi ſuprà licet *Covarr.* increpare conatur *Felinum*, autumans falſum eſſe affirmare delegatum Legati, itidem de Latere, ſimilem eſſe Legato Proconſulis, nec diſcrepat *P. Ludov. Molin. de Juſt. & Iur. diſp.* 15. *n.* 1. *in* 11. *fin.*

35 *fin. tract.* 5. *tom.* 4. Attamen *Felin.* & aliorum recẽſitorum ſententiam firmam eſſe putamus, potiſsimum ſi conſuetudo ſic invaluerit; etenim ubi de poteſtate ſubdelegãdi tractatur, conſuetudinẽ ſemper attendendam eſſe, magiſtraliter edocent *Franc. in cap. cum cauſam, q.* 10. *extr. de appell. Quintil. Mandoſ. reg.* 493. *n.* 7. *Felin. in cap.* 1. *de Sum Trin. n.* 4. *Gratian. deciſ.* 157. *n.* 4. *& ibi Scopp. Petra Rit. M. C. V.* 2. *n.* 18. *lib.* 1.

36 Verum, ut præſens delegandi facultas magìs diſtinctè comptèq; eluceat, ac delegati poteſtas integrè enucleetur, inquimus Delegatũ eum eſſe Judicẽ, qui contentioſam jure non ſuo de alterius tamen nomine juriſdictionẽ exercet, *ut in tot. tit. ff. de offic. ejus cui mãd. eſt Juriſconſ. l.* 1. *§. qui mãdatum, l. ſolet* 16. *eodem.* Idoneus non ſuſpectus eſſe debet Delegatus, nec excommunicatus. *Cap. cum ſuper* 27. *de offic. Deleg.* nevè minorem xx. annorum, niſi ſciente de minori ætate Pontifice, vel Principe delegante *l. quidam* 57. *ff. de re Judic. ubi ex Alexand. Zoëſ. lib.* 1. *decret. tit.* 29. *n.* 9. *Vallẽſ. paratitla decret. lib.* 1. *tit.* 29. *§.* 3. *n.* 1. ubi concludunt partium conſenſum non eſſe neceſſarium, ſi Pontificis, vel Principis ſcientia circa minorem ætatem occurrerit; Juriſperitus, & in aliqua dignitate, vel perſonatu conſtitutus eſſe debet Delegatus, vel Eccleſiæ Cathedralis Canonicatu inſignitus, Vicarius Epiſcopi, & nõ foraneus idoneus eſt, *Vallenſ. nu.* 2. Porrò Epiſcopum, vel capituli, Sede vacante, Vicarium, Præſidem, aut Civitatis, alteriuſque loci Rectorem valere nõ tantum cauſæ articulum delegare, ut inſinuat *Gloſs. in cap. ſuper quæſtionum, verſ. quicunque de offic. & poteſt. Jud. deleg. Henriq. Zoëſ. cõm. in lib.* 1. *decret. tit.* 29. *n.* 3. *Vallens. paratitla decret. lib.* 1. *tit.* 29. *n.* 2. verum itidem totam cauſam *tex. in l. more ff. de Juriſd. omn. Judic. l. cognitio ff. de offic. ejus cujus mãd. eſt Juriſd. Sanch. de matrim: lib.* 3. *cap.* 31. *n.* 1. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 1. Delegatus verò itidem ab Ordinario delegare nequit *tex in l. à Judice, C. de Judic.* niſi ex conſuetudine, *Felin. in cap. cum contingat, n.* 2. *de for. compet. & in cap. ſuper quæſtionũ, §. fin. de offic. deleg. Petr. Barboſ. de Judic. in l. cum Prætor.* 12. *§.* 1. *n.* 28. *& ſeq.* Quod idem procedit in Delegato electo ab alijs, quàm à Principe, qui ſubdelegare minimè po-

poteſt, *l. à Judice*, *C. de judic. cap. Paſtoralis*, *& cap. venerabili,de offic. deleg. cap. ſi duo*, *eodem in* 6. *Garſia de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *nu.* 23. *& ex c. cū causā de appel. Sanch. infra n.* 1. *Antonell. ubi ſupra cap.*9. *n.* 1. Papæ verò Regis, vel alterius Principis, ut prædiximus delegatus cauſam ſibi delegatam, ſi commodè decernere nequit, poteſt eam ſubdelegare *Menoc. de arb.lib.* 2. *caſ.* 60. *à n.* 20. *Barboſ. allegat.* 84. *n.* 11. *Marant. par.* 4. *diſt.* 5. *n.* 25. 26. *Barboſ. in d. l.cum Prætor, §. fin. à n.* 385. *cum ſeq.* niſi de re ardua, vel de ſententiæ prolatione ageretur, nam iſta nevè Pontificis delegatus quit ſubdelegare,ex adductis firmat *Epiſcop. Frances de compet. qu.* 10.*n.*7. aut ſi malitioſè Principis delegatus cauſam alteri delegaverit, ut ſe de ejus cognitione exoneraret, tunc cogitur eam cognoſcere, *cap. Paſtoralis*, *de offic.deleg. Petr.Barboſ.n.*403.

37 *Vallenſ. ſub nu.* 2. Delegatus pariter ad Univerſitatem cauſarum, unam vel alteram, non autem totam juriſdictionem perpetuò delegare quit,*tex.in l. ſolet Prætor,& l. ſeq. ff. de juriſdict. omn. Judic.*qui Ordinario æquiparatur *l.* 1. *§.ab eo ff. quis, & à quo, Gloſſ. in leg. Legatus, ff. de off. Proconſ.cap. ſuper quæſt. §. ſi verò, de offic. delegat.* ubi uno congruūt ore ſcribētes,& *Felin. n.*17.*Jaſon. in l. ut Judicem n.* 8. *de Judic. Tonig. deciſ.*122.*par.*2. *Ricc. collect. decis.* 1026. *part.* 4. *Purpur. in l. more n.* 94. *ff. de juriſd. omn. Jud. Villadieg. tr. de Leg. qu.* 8. *n.* 28. *Marant. part.* 4. *diſtin.* 5. *n.* 27. *in fin.*

38 Eſtque porrò Delegatus ad Univerſitatem cauſarum ille, cui Præſes Provinciæ, vel Epiſcopus juriſdictionem tali Caſtro, vel loco commendavit *Gloſſ. in l.* 1. *§. ab eo ff. quis, & à quo*; connumerandum tamen eſt inter Delegatos,nō autem inter Ordinarios, aſſerunt *ex Gloſſ. cap.cum cauſam, de appell. Marant. Ord. Jud. p.* 4. *diſtin.* 5. *n.* 14. *Antonell. c.* 8. *n.* 1. fusè *Sanch. de matrim. cap.* 31. *n.* 1. *lib.* 3. Verum tamen eſt, quòd Delegatus itidem à Principe delegari nequit cum facultate ſubdelegandi, *Alex. in rub. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. gloſſ. in cap. ſuper quæſtionum §. porrò, verſ. transfert totam de offic. Delegat.* niſi Delegatus recenſitam delegationem conficeret ſciente, & patiente Principe,vel Ordinario delegante, *ſubdit Marant. diſtint.* 5. *n.* 63. *par.* 4. *Vallenſ. d. lib.* 1. *tit.* 29. *ſub n.* 3. *verſ. non poteſt.* Quam equidem ſententiam itidem mili-

militare autumat in Delegato Legati Sum. Pōtificis *Zoëſ. d. tit.* 29. *n.* 6. licèt oppoſitū *ex Abb. in cap. cum Bertholdus* 18. *nu.* 22. *de ſent. & re judicat.* ſuſtinet *Covarr. lib.* 3. *var. reſ. cap.* 20. *nu.* 11. edocens poſſe delegare.

39 Delegatus equidem, cui perſonæ induſtria fuit commendata, nequit alteri ſubdelegare, etiam ſi Delegatus à Principe fuerit *cap. quoniam de offic. & poteſt. Jud. Deleg. tex. in l. inter artifices ff. de ſolut. cap.* 15. *cui de offic. Deleg. in* 6. *Gloſſ. in c. fin.* §. *ult. de off. Deleg. Marāt. n.* 27. *&* 69. *Antonell. cap* 9. *n.* 7. & ante eos

40 *Sayr. deciſ.* 3. *de offic. Delegat. Marcheſan. de commiſſion. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 67. *& ſeqq. Frances de competent. q.* 10. *n.* 10. 11. niſi cum conſenſu partiū cenſet *Zoëſ. n.* 5. *ex cap. fin.* 15. *autem de offic. Deleg.* Quod non procedit, ſi induſtria, fides, vel nudum miniſterium fuerit commendatum, explicitè erudit *Vallenſ. d. tit.* 29. §. 1. *n.* 3. nam in iſtis non valet ſubdelegatio, licèt de filio æquè tamen Patris idoneo, Patriſq; induſtriam ſupplente oppoſitum docuere *Gratian. n.* 3. *Petr. nu.* 39. 40. *& ex eis Scopp. nu.* 19. 20. Si facultas ſubſtituendi cōcurrerit, quòd ante eos edocuit *Bart. in l.* 1. *C. de Præpoſ. agent. in reb. lib.* 12. *Petraalter ad Capyc. deciſ.* 10. *n.* 3.

Eſtque planè iſte, cui perſonæ induſtria fuit commendata, Delegatus, non tamen Judex *ut dixit ex cap. jus Gentium diſt.* 1. de quo affluenter

41 *Molin. diſput.* 9. *tract.* 5. *tom.* 4. & dicitur perſonæ induſtria commendata, quoties arduum negotium, quod ad publicam tendit utilitatē, vel de Principis reſervatis committitur, *Antonell. c.* 9. *n.* 7. Niſi delegato fuerit itidē juriſdictio indulta *Sayr. deciſ.* 3. *Ricc. collect. deciſ.* 1284. *p.* 4. *vide Ventrigl. prax. Eccl. annot.* 38. §. *unic. ſub n.* 16. ubi varias affert formas delegationis, per quam fuit electa perſonæ induſtria, & antè eum breviter, ſed enodatè *Marant. d. par.* 4.

42 *diſtint.* 5. *n.* 27. Diſſiduū tamen intrat, in delegatione cū clauſula (*conſciētiæ tuæ committimus*) an ex ea cenſeatur electa perſonæ induſtria? Siquidem negant fuiſſe electam perſonæ induſtriam *Genuenſ. prax. cap.* 85. *nu.* 5. & antè eum *Felin. in cap. fin. de offic. delegat. Sayr. & Ricc.* ubi nuper, & proindè valere talem Delegatum ſubdelegari, autumantes, ex ea potiùs monitionem, quàm præceptum fuiſſe impoſitum, nec diſcre-

pant *Gratian. deciſ.* 157. *&* *diſcept.* 738. *n.* 5. *Antonell. d: cap.* 9. *n.* 7. & poſt eos *Scopp. ad* Gratian. *obſerv. ad deciſ.* 157. *n.* 3. *&* 4. *& ſeqq. Navarr. conſ.* 6. *de offic. de Leg. Genuenſ. prax. M. C. Archi. cap.* 96. *n.* 5. oppoſitum ta-
43 men conantur defendere *Franc. Leo. theſ. for. Eccl. cap.* 15. *num.* 49. *& p.* 2. *cap.* 2. *n.* 16. *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *n.* 43. *Vanti. de nullit. ſent. ex def. juriſd. Delegat.* 21. & alij, quos refert *Scopp.* ubi nuper. Verùm ab hac proxima ſententia nō eſt diſcedendum; etenim per recenſitam clauſulam proviſi, tantum idoneitatem cōtemplatam fuiſſe ſtatuit *Rot. Rom. in una Auerſan. benefic. anno* 1593. *coram Seraphin. quæ eſt deciſio* 1045. *p.* 2. *ejuſdem Seraphini*: potiſſimum ſi verba taliter denotantia fuere agglutinata, ſubdunt *Addent. ad Magon. deciſ.* 9. *Capyc. deciſ.*
44 151. *Ricc. deciſ.* 1046. *p.* 4. Nimirū fidei tuęq; diligētiæ cōmittimus, ex quibus, & alijs ſimilibus elicitur, fuiſſe perſonę induſtriā electā, inſinuant ex *Rot. Rom. penes Farinac. deciſ.* 234. *p.* 1 *tom.* 1. *D. Carol. Petr. rit.* 2. *n.* 37. *tom.* 1. *Marant. ubi ſupr.*; niſi talia verba fuerint directa nō peſonæ, ſed dignitati *Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſp.* 7. *n.* 20. *& lib.* 8. *diſp.* 27. *in fin.* aut juriſdictio fuerit delegata, ut infra. Ex qui-
45 bus inferūt nōnulli, Exequutorem, in forma dignum, poſſe ſubdelegare, quoniam juriſdictio, non ſola miniſterij exequutio ei fuit commendata *Rot. Rom. in Noviſs. deciſ.* 157. imò tenetur partes Judicis ſumere, & cū cauſę cognitione procedere *Seraph. deciſ.* 1045. ac partes citare, *idem*
46 *deciſ.* 817. Collector Sedis Apoſtolicæ, cui, pro exactione facienda, juriſdictio commiſſa fuit, itidem ſubdelegare quit *Creſcent. deciſ.* 1. *de offic. Deleg. Ricc. collect. deciſ.* 1026. *p.* 4. *& deciſ.* 1284. *p.* 4. ubi annectit, talem Collectorem negotiorum Cameræ Apoſtolicę, geſtorem eſſe, meritò de Jure valet, plures ſimul in eadem Civitate, & Diœceſi, Collectores creare. *Rot. Rom. deciſ.* 8. *de offic. Deleg.* hinc eſt
47 Vicariū Epiſcopi facultatē, à reſervatis abſolvendi, ſubdelegare poſſe; etenim juriſdictionis, nō nudi miniſterij cōmiſſio eſt *Sayr. deciſ.* 15. *de off. Deleg. Triviſan. in deciſ. Venet.* 18. *p.* 1. *Ricc. collect. deciſ.* 1026. *p.* 4. *& melius deciſ.* 1284. *p.* 4. *in medio*: licèt proximæ ſententiæ opponuntur ea, quæ ſuperiùs recenſita ſunt, quippè in hiſce abſolutio-

tionibus Vicarius, Delegatus eſt ab ordinario electus, particulariter tamen, undè ſubdelegare nequit; ideò ex ſupra recenſitis, & ex *tex. in l. à Judice, C. de judicijs*, infert *Barb. in allegat.* 52. *n.* 11. Delegatus electus ab Epiſcopo ad abſolvendos pœnitentes à reſervato peccato, nequit ſubdelegare, niſi ſpecialis ſubdelegãdi facultas ei fuerit indulta, vel ad *Univerſitatem* cauſarum Delegatus eſſet. *Et Vallenſ. dict. lib.* 1. *tit.* 29. §. 1. *num.* 3. edocent, ſolum Sedis Apoſtolicæ Legatum, non verò alterum poſſe vices ſuas in hiſce caſibus excommunicationis, abſolutionis, diſpenſationis, & pœnitentiæ committere, quia in ipſis non juriſdictio, ſed certum miniſterium commiſſum eſſe videtur, licèt *Sayr. Trivisſan. Ricc. Creſcent. Rot. Rom. & alij nuper recenſiti*, autumant ubi juriſdictionis fuit delegata cauſa, & non nudum miniſterium, Delegatus valet ſubdelegare, ſupponentes, tamen, abſolutionem à reſervatis eſſe articulum, ſivè cauſam juriſdictionalem, & fatetur ipſemet *Barboſ. in addit. ad eamdem deciſ.* 52. *à n.* 1. Ex quibus rectè firmari poſſit valere Vicarium, vel alium Delegatum facultatem retinentem abſolvendi à reſervatis, talem facultatem alteri ſubdelegare.

48 Rurſus Ordinarius, vel quilibet alius delegans totam ſi delegaverit cauſam, ſi ei libuerit, quit eam revocare, etiã ſi Delegatus manus in exercitio delegationis appoſuerit, remanet namque penes Ordinarium, & delegantem juriſdictio, quæ ſtatim in Delegato revocatione mediante expirat, ac ſi iſte mortuus eſſet *tex. in l. judicium ſolvitur, ff. de judic. Gloſſ. in cap. ſuper quæſtionum* §. *porrò de offic. deleg. ubi Bart. & ſcribentes*, & ſic conciliando oppoſitas opiniones, quas affert *Gomes*, ratiocinatur *P. Ludovic. Molin. de juſt. & jur. diſput.* 21. *ſub n.* 2. *tract.* 5. *tom.* 4. ubi agglutinat, valere revocationem perficere Ordinariũ, aut delegantẽ nõ tamen ut alteri eamdem deleget cauſam, niſi juſta acceſſerit cauſa, abſentiæ nimirũ, vel ipſius Delegati infirmitatis, at ſi abſq; rationabili cauſa revocatio proceſſerit, adhùc firma remanet; acta tamen confecta à Delegato poſt revocationem, inſcio tamen de revocatione, haud infirmantur, *cap. audita, & ibi Panormi, & in l. ſi forte, ff. de offic. pr. Molin. ibidem, Zoëſ.* autem ex magis recepta ſententia

erudit, valere delegantem totam, vel delegationis partem revocare, & alteri committere,re tamen integrâ:ut depromitur *ex cap. ſuper* 26. *§. verùm de offic. delegat.* etiam ſi juramentum de non revocando acceſſerit, *ex Gloſſ. in cap. fin. de procurat. in* 6. *Zöeſ. d. lib.* 1. *decret. tit.* 29. *n.* 37. & annuit *Vallenſ. d.lib.* 1. *tit.*29. §. 5. *n.* 3. & an,& quando res dicitur integra, vide infra.

49 Planè juriſdictio ab ordinario, delegata haud expirat extincto ſuperiore cōcedēte, vel ſi aliquo modo in eo juriſdictio defecerit, etiā re integrâ. *tex.in l.et quia ff.de juriſd.omn. jud. Molin. diſput.* 19. *ſub n.* 1. *& ante eum Marant. de ordin. judic. p.* 4.*diſtinct.*5. *à nu.* 61. Quod ex alio medio ſuſtinet Panormit.*in cap. relatū, de off. deleg.in* 6.dicēs hāc eſſe gratiā delegati perſonæ indultā, quę ex ſolo,fiat, perficitur verbo, *c.*
50 1. *de conceſſ. præben. lib.* 6. *c. ſi ſuper gratia, de offic. Deleg. Guid. Pap. deciſ.*491.*Clement. dudum, §. nos enim, de ſepult. Bellam. deciſ.* 542. *Rot. in antiq. deciſ.* 882. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*5. *n.* 50.51.*Giurb.conſ.*57.*n.*16. taliter quòd nec ampliùs revocatur *Reg. de Philip. diſſert. Fiſc.* 19. *n.* 14. expeditis tamen litteris,ex qua litterarum expeditione perfectionem recepit *Gomes in regul.Cancellar. de non judicando quæſt.* 1.*verſ. nam. per expeditionem, Molin. de prim. genit. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 52. 53. 54. *Molin. de juſt. & jur. lib.* 3. *diſp.*99.*n.* 3.*Caſtill. Sot. Major.contr.lib.* 5.*cap.*67. *n.* 64. *Creſp. de Valdau. obſer.* 5. *n.* 288. *& ſeq. & obſer.*37. *n.* 30. 31. *lib.* 1. *& obſer.*114. *n.* 37. *lib.* 2. *de Philip. ubi nuper n.* 24. aliàs, etiam ſi Principis concedentis manu fuerit ſignata, concedente extincto, expirata dicitur conceſſio,imperfecta namque, ac informis dicitur ante litterarum expeditionem gratia, *Rot. in noviſ. deciſ.* 456. *nu.* 5. *Gomes ſuper regul. Cancell.de non judicando juxtà formam ſupplicationis q.* 1. *n.* 2. *& ſeqn. Oldrad. conſ.* 326. *Bellam. conſ.* 34. Nevè per teſtes verificandam eſſe ſubdit *Bald.in l.fin. C. de ſent. reſc. Boſſ. de Principe nu.* 293. *Pariſ. conſ.* 77. *nu.* 12. *lib.* 3. *Molin. de prim. gen. lib.* 2.*c.*7. *n.* 54.55. 56.*ſed vide Baiard. ad Clar. §. fin. qu.* 59.*ſub n.* 5. *Giurb. conſ.* 88. *Guazin. defenſ. reor.* 2. *c.* 9. *n.* 5. & hoc quoad probationē,& exequutionem, non autem quo ad conceſſionis ſubſtantiam, nā ex ſolo Principis, fiat, perfecta dicitur pro liberatione; nō tamen ut in judicio experiri poſ-

poſſit *Sanch. de matrim. lib.8. diſp.* 29. *n.*2. *Maſtrill.de Magiſ. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 60. *Dian. reſol. mor. par.* 8. *tract.* 3. *reſ.* 84. debere tamen ſucceſſorem eam confirmare putat *Molin. de juſt. diſp.*599. *ſub n.*6. *tract.* 2. alijſq; politicis medijs fusè probant *Reg. de Philip. et Creſp. de Valdau. ubi nuper.* Et ſi
51 mortuo, ut prædiximus, Ordinario delegante, re adhùc integrâ, delegatio haud habetur pro extincta, & Judex requiſitus poteſt,& tenetur exequi mandatum Judicis Ordinarij requirentis, etiã eo mortuo,aut ab officio privato,*tex. in l. fundi venditor* §. *fin. ff. de æq. poſſeſſ. C. ſi ſuper gratia,de reſcrip.* affabrè *Didac. Covarr. pract.q.cap.*11.*à n.*1.& cõprobat ex multis *Salgad. de reg. protec. p.* 4.*c.*6. *n.* 67. *& ſeq. Marant.ubi ſupr.* attamẽ ſi delegatio provenerit à Vicario ad alterũ Vicariũ,expiratã tũc juriſdictione ordinariã, quam retinebat Vicarius Generalis delegãs,ceſſat eadẽ juriſdictio in alio Vicario delegato, etiã quoad judicia incepta,ut edocet *Molin. diſp.* 19.*ſub nu:* 1. *tract.*5. *p.* 4. etenim in eo una juriſdictio cohæret cum alia ordinaria, ut acceſſoria, undè fluit, deficiente una extinguitur altera.*Alex.in d.l. & quia, & alij per Marant. n.*62.hinc extincto Epiſcopo, vel altero conſtituente finiri juriſdictionẽ Vicarij, edocet; ita pariter eſt ſi ageretur de officialibus alijs amovibilibus ad nutũ, *idẽ Molin.* & quòd gratia ad placitum concedentis collata mortuo concedente extinguitur, firmat ex *cap. ſi gratiosè de reſcrip.nu* 6. *& ex l.* 4. *ff. locat. idem. Molin. diſp.* 20.*n.* 6. *tract.* 5.*par.* 4. *& tract.* 2. *diſp.* 298. *p.* 2.

52 Juriſdictio inſuper delegata finitur per diffinitivã ſententiam, per Delegatum prolatam, vel ſi eam Delegatus exequutioni demandaverit; *cap. in litteris*,9. *de offic. Delegat.* Verùm ſi Delegatus ſit Sum. Pontificis,vel Principis, eam exequi poteſt, itidem extra ſuam, & in aliena Diœceſi, ſervata forma, *cap. ſtatutũ de reſcrip.in* 6. requirendo Ordinarium, cui innoteſcere debet exequutionem eſſe faciendam, vigore reſcripſi, *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. aliàs ei reſiſtere valet Ordinarius *Campanil. diverſ. rub.* 11. *cap.* 13. *à nu.* 327. *Genuenſ. prax. cap.* 37. *nu.* 7. *Ventrigl. prax. Eccleſ. ann.* 38. §. *unic. n.* 12. Infra tamen annum, fieri debet exequùtio *cap. quęrenti*, 26. *eodem Bart.in l. à Divo Pio, ff. de re judic. nu.* 2. *& ibi Angel. nu.* 2. 3. *Imol.*

n.

n. 1. *Alex.n.* 2. *Marant.diſtin.* 5.*n.*45.*p.*4. *Menoch. de arbitr.* *q.*47.*n.*48. *Carlevar. de judic. lib.*1. *diſp.* 7. *n.* 26. *tom.* 1. de qua re vide *Ventrigl.annot.*38. *§.un.n.*13. Planè valet Delegatus à Principe cõmittere Ordinario exequutionẽ ſuæ ſentẽtię, *c. ſignificaſti, & c. ſanè, de offic. Delegat.* & tenetur Ordinarius parere, itidem ſi ſententia fuerit nulla, *cap. Paſtoralis §. quia verò de offic. Delegat. Marant. d. diſtint.* 5. *ſub n.* 45. *part.* 4. anno autem elapſo à puncto latæ ſententiæ, & non adhùc facta exequutione, ex quo jam expiravit penes Delegatum jurisdictio, nequit iſte poſtmodum de exequutione tractare; etenim tunc nihil remanet agendum; niſi in commiſſione, evolvantur verba, ex quibus depromitur juriſdictionem fuiſſe prorogatam ad longum tempus, nimirùm quãdo, & quoties fuerit opus, ità mirificè *Molin. diſp.* 27. *tract.* 5. *p.* 4. & quid ſi fuerit appellatum, & appellatio fuerit ob lapſum termini juris deſerta vide *Campanil.diverſ. rub.* 11. *c.* 13. *nu.* 320. ubi ſuſtinet valere tunc Delegatum ſuam exequi ſententiam, ſed vide *Ventrigl.ubi ſup.*

53 At ſi ad tempus delegatio fuerit obſignata, eo expirato causâ non deciſâ, iſthæc ad delegantem devolvitur, quoniam deficit juriſdictio penes Delegatum, queunt tamen partes, termino non expirato, de eorum communi conſenſu, tempus delegato prorogari; præſumitur, namque illius temporis deſignationem ad partiũ commodũ fuiſſe deſtinatã, meritò valent id prorogari partes, quod nequeũt perficere termino jam lapſo, nam tunc futilis eſt prorogatio, ſemel autẽ expirata juriſdictio prorogari ampliùs minimè poteſt. *Panorm.in d. cap.in litteris, Molin. ubi ſupra*, ſed de hoc articulo vide meliùs infra *num.* 76.

54 Undè fluit Delegatus ab Ordinario electus quit de nullitate ſuę ſententię cognoſcere, nullam enim ſententiam juriſdictionem haud extingui edocet *ex Cum.in l.à Divo Pio nu.* 3. *ff. de re jud. & ex alijs Carlevar. diſp.* 7. *n.*23. *tom.* 1. ita, & Delegatus à Principe ſimpliciter electus, qui poteſt de ejus ſententiæ nullitate cognoſcere, *cap. ex litteris*, 9. *& cap. quærenti* 26. *de offic. & poteſt. Jud. Delegat. Bart. Imol. & alij per Carlevar. nu.* 36. *&* 37. oppoſitum verò autumat *Marant.ubi ſupra ſub n.* 51. erudiens Ordinarium, & delegatum ad Univerſitatẽ cauſarum valere nullitatem

ſuæ

ſuæ ſententiæ cognoſcere, at ſecùs Delegatū itidem à Principe, verùm Marantam, alioſque in oppoſitum euntes *Carlevar.* abſolvit *ſub nu.* 39. 40. & ante eum erudit *Molin.diſp.* 26. *n.* 4. *tract.* 5. *par.* 4.

55 Enim verò: ſi non ſimpliciter, ſed uſque ad diffinitivam fuerit electus, nequit Delegatus itidem à Principe, poſt diffinitivā per eum prolatam, adverſus eam ſe reſtituere, & de ejus nullitate cognoſcere, *Carlevar. n.* 25. *&* 26. *in fine.*

Ita pariter dicendum eſt, in Delegato à Principe ſimpliciter electo, qui ſuam jam, exequutioni, demandavit ſententiam: nam iſte tunc ampliùs non reſtituitur, nevè de ejus nullitate cognoſcit. *Mart. Menoch. & alij per Carlevar. num.* 26. *Zöeſ. dict. lib.* 1. *decret. tit.* 29. *nu.* 24. *Vallenſ. eodem loco* §. 5. *n.* 5. facultas namque reſtituendi reſidet durante juriſdictione, quæ expirat per exequutionem ſententiæ *Carlevar. n.* 41. Niſi reſpectu formæ mandati nulliter pronunciavit: nam tunc Delegatus itidem ad unam cauſam, quit iterū ſentētiare; *Ricc. prax. reſ.* 428. *par.* 1. & ex eo *Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 38. §. *unic. ſub nu.* 8. *in fine tom.* 1. quamvis *Menoch. de arbitr. qu.* 66. *nu.* 33. *ex deciſ. in cap. in litteris, n.* 5. *de offic. Deleg.* abſolutè blaterat Delegatum Principis valere de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere.

56 Inſuper Delegatus, ad Univerſitatē cauſarum, itidē reſtituitur adverſus ſuam ſententiam, etiam diffinitivam, durat namque adhùc ſua juriſdictio, quoniam Ordinario aſſimulatur, ut prædiximus, meritò de ejus nullitate cognoſcit, *tex. in l. Judex poſtea quā ff. de re judic. Ricc. prax. Eccleſ. reſ.* 428. *& reſol.* 582. *Vant. de nullit. tit. coram quo nullitas, nu.* 17. *Menoch. de arbitr. qu.* 67. *n.* 47. *lib.* 1. *Marant. diſt.* 5. *n.* 51. *par.* 4. *Carlevar. nu.* 29. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 8. *nu.* 11. *Ventrigl. ibidem.*

57 Rurſus Delegatus ab inferiori Principe, licet jure Quiritum, inſpecto; abſque ſpeciali commiſſione, ſuam haud valet exequi ſententiam *tex. apertus in d. l. à Divo Pio, ff. de ſent. Jud.* quoniā extinguitur per ſententiam ejus juriſdictio, *Thomig. deciſ.* 49. *par.* 1. & exequutio ſententiæ ad merum, & mixtum Imperium pertinet, quod de Quiritum jure non delegatur, *leg. jubere cavere, ff. de omn. Jud. d. l. à Divo Pio*, ac facit *Marāt. diſp.*

diſp. 5. *n.* 43. *par.* 4. *&* *p.* 6. *tract. ultim. n.* 4. *Molin. diſp.* 26. *num.* 9. *tract.* 5. *tom.* 4. *Zoës. nu.* 16. niſi ex commiſſione, aut ſi oppoſita vigeret conſuetudo; attamen ſecùs eſt de jure Canonico, *Gloſſ. in c. quod ſedes, de offic. ordin. Barthol. in l. nec quidquam*, §. *ubi decretum, ff. de offic. Proconſ. Marant. d. n.* 43. *in fin.* ex cujus diſpoſitione delegâtur ea, quæ meri, & mixti Imperij ſunt. *Gloſſ. & Abb. in cap. quod ſedem de offic. Jud. Ordin.* licèt *Zoëſ. n.* 17. ait quæſtionem hanc eſſe de lana caprina: nam Eccleſia gladiũ nõ retinet, *cap. inter* 33. *q.* 2. Porrò Delegatus ſuã exequi non valet ſententiam; ſi delegans exequutionẽ ſibi reſervaverit; *Panor. in c. ſi quis contrà Clericum, de for. compet. n.* 37. *Molin. n.* 5. *&* 9. Sum. Pontificis autem, ac cujuſcunque Principis Delegatus quit ſuã exequi ſentẽtiã, & ſic decisũ affert. *Guid. Pap. deciſ.* 60. *Bellamer. deciſ.* 13. *Marant. ubi ſupra, quẽ explicat Molin. n.* 9. *&* *n.* 4. potiſsimũ ſi Stylus, & conſuetudo ſic inoleverit, cui ſemper deferendum eſt, *Ricc. deciſ. M.C.*
58 *Arcb.* 93. *& in collect.* 1978. *p.* 4. vel ſi Delegatus à lege fuerit conſtitutus, nam ex quo Ordinarius eſt exequi poteſt ſuam ſententiam, *Ricc. deciſ.* 23. *& collect.* 1076. *n. fin. par.* 4. & facit tex. *in l. & quia ff. de juriſd. omn. Iudic. Gloſſ. in cap. irrefragabili.* §. *Caterũ de offic. Deleg. Barboſ. allegat.*
59 92. *num.* 2. Eam verò exequi non valet, ſi per modum ſpecialis commiſſionis, & nõ intuitu, & ratione officij Delegatio à lege fuerit indulta, nam tunc delegatam, non ordinariam eſſe juriſdictionẽ putant *ex l.* 1. *verſ. & ideo*, §. *qui mandatum ff. de offic. ejus cui mand. eſt. juriſd. Morl. Empor. Jur. Prætor.* §. 1. *n.* 21. 22. 24. *& ſeqq. ff. de Judic. Auguſtin. Barboſ. alleg.* 92. *n.* 6. utpotè ſi talis delegatio fue-
60 rit collata à Principe Judici aliàs ordinario, ejuſque excitando juriſdictionem, quam ſeclusâ delegatione, retinebat; ut ſi dixerit *Auctoritate noſtra (vel tãquam noſter Delegatus)* tunc delegantis nomine de cauſa cognoſcit, & ſic uti Delegatus, non uti Ordinarius, ut graphicè inſinuant *ex cap. cum quibus, verſ. niſi, de reſcript. lib.* 6. *Menoch. de arb. q.* 12. *à n.* 4. *lib.* 1. *Molin. diſp.* 4. *tract.* 6. *n.* 15. *quem affert Barboſ. n.* 9. *ſeqq.*
61 Prædiximus ſupra ſub n. 49. Subdelegationem morte delegantis expirare; etenim juriſdictio penes eum non reſidet uti res propria, meritò eo

tò eo extinċto expirat. *Zoëſ. d. lib. 1. decr. tit. 29. n. 25. Vallenſ. eodem lib. 1. decret. tit. 29. §. 5. n.* 1. ità pariter eſt, ſi quoquo modo, juriſdictio in Delegato ſubdelegāte, deficeret, *tex. in l. et quia ff. de juriſd. omn. Judic. cap. gratum, cap. relatū, & cap.*
62 *licet de offic. Deleg. cap. ultim. §. ult. eodē*, ubi ſermocinatur de Sede Apoſtolica Delegato cauſam delegante, & è Provincia ſibi decreta egrediente, re tamen adhùc integrâ, cujus juriſdictio extincta remanſit per allatum egreſſum, ita pariter, & in ejus Delegato; *Marant. in prax. part.* 4. *diſtint.* 5. *ſub n.* 61. vide *Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 38.
63 *§. unic. nu.* 28. qui de extincta juriſdictione penès Delegati, ob mortem delegantis loquitur. Imò etſi iſte conſcius de extincta Legati juriſdictione, aliquid peregerit, irritum, nullumque remanet, *Panor. in c. gratum, de offic. Delegat. Bart. in l. & quia nu.* 18. *de juriſd. omn. Jud.* At secùs, ſi mortem ignoraverit, nam tunc acta tenent. *Zoëſ. lib. 1. decret. tit.* 29.
64 *n.* 32. At ſi res integra non erat, quippè ſi lis coram Delegato erat conteſtata, vel citatio per Delegatum erat ante egreſſum, vel mortem Legati emanata; juriſdictio non extinguitur, ſed perpetuatur in Delegato *d. cap. ultim. de offic. Deleg. cap. gratum, eodem; Zoëſ. & Vallenſ. ubi nuper*, quamvis extincta fuit in Legato, *Marāt. diſt. 5. n. 61. par. 4. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 8. n.* 10. ubi idem firmat in Delegato ad Univerſitatem cauſarum: undè infertur; tunc valere Delegatum mortui Legati, cauſam ſibi delegatam proſequi, uſq; ad debitū finem. Dicitur planè rē non eſſe integrā ſi ad citationem fuerit deventum, erudiūnt *Vallenſ. & Zoëſ. eodem loco*, licèt *Molin. diſp.* 19. *n.* 2.3. *tract.* 5. *tom.* 4. *ſub verſic. dubitant, contra Panormitanum, in cap. licet.* Suſtinet non ſufficere ſolam citationē, ſed quòd parti fuiſſet tradita, attamen *Jo. Andr. in cap. fin. de offic. Legat.* firmat tam de Quiritum jure, quàm Canonico, tantùm ſufficere citationem emanatam itidem, non traditam, nec diſcrepat *Zoëſ. n.* 26. adducendo *tex. in cap.* 20. *de offic. Legat.* ibi *propoſito citationis libello.* Etenim ſolius Judicis actus eſt penſandus ad judicandum, ſubdit *Zoëſ.* ſicque ſervatum, ac deciſum affert *Aufrer. Capp. Tholet. deciſ.* 340. Concluditque cum eodem *Panormitano Molin.* unam non ſufficere citationē, ubi plures fuiſſent delegatæ cauſæ inter ſe diſtinctæ, & ſe-

paratæ licet, perpetuari juriſdictionem in ea tantùm cauſa,in qua citatio fuit emanata, & nō in alijs, niſi annexæ fuerint omnes, ait *Panorm. nu.* 5. *Marant. & alij per Antonell. n.* 10. nam in connexis continuatur juriſdictio per unicam citationem,etiam in alijs. Res demùm non deſinet eſſe integrà per ſolam reſcripti præſentationem; etenim hoc præparare ſe ad exercitium commiſſum eſt, non autem incipere juriſdictionis exercitium *l.* 7. *ff. de in off. teſtam. Heric. Zoeſ. d.l.* 1. *decr. tit.* 29. *n.* 29. concludunt tandem cū *Siculo in cap. relatum de offic. Deleg. & cum Hoſtienſ. in cap.*

65 *licèt eodem*; perpetuari tandē, in Delegato juriſdictionem, ſi ante Delegantis mortem ſubdelegaverit, quod fuit de mente *Gloſſ. in cap. ſi à ſubdelegato, de offic. Delegat. in* 6. uſus namque fuit Delegatus ſua juriſdictione ſubdelegando, ideò in eo perpetuatur; licèt ab hac ſententia diſceſſit *Zoeſ. n.* 28. etenim ſubdelegare non eſt exercere negotium commiſſum, quamvis juriſdictionis actus, ſit, & fuit de mente *Abb. ubi ſupra*, & *in cap. licet.*

66 Obſervandum tamen obiter eſt, Delegatum, in loco ſuæ delegationis exiſtentem, valere citàre partē extra eam, & in aliena,ſiſtentem, Diœceſi, abſque Ordinarij venia,autumat *Genuenſ. prax. cap.* 85. *n.* 15. *in fin.* negat verò *Campanil. diver. jur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 215. annuitque cum *Genuenſ. Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 38. §. *unico n.* 10.

67 Si exteri in alieno territorio ſiſtentes, qui citari debent in commiſſione fuerint expreſ-

68 ſati, at ſecùs ſi in reſcripto eſſent nominati uti Cives unius Civitatis, & ipſi in aliena habitaverint parte, extrà delegationis Diœceſim,tunc opus eſſe licentiam Ordinarij cum *Campanile* concludit, *Ventrigl. ubi ſub n.* 11. ubi aſtruit quādo eſſet neceſſarius conſenſus partium, & Ordinarij.

69 Appellatio equidem non defertur ad ſubdelegantem, ubi appellari contingit à ſubdelegato; etenim per integrā ſubdelegationem juriſdictionem amiſit, eaque ad primū devolvitur delegantem, ad Pontificē nimirū, vel ad Principem, hoc medio omiſſo, *tex. in l.* 1. §. *ab eo, ff. quis, & à quo appellato, cap. ſuper quæſtionū,* §. *porrò de offic. Delegat. Molin. diſp.* 21. *n.* 5. *tract.* 5. *part.* 4. At ſi non integrè, ſed cum aliqua reſervatione ſubdelegaverit, ſecùs erit, & ad ſubdelegantem appellatur, ſi in

hu-

humanis extiterit, vel irretitus non fuerit, aliàs ad primum appellatur delegantem, *cap. ſi is, & cap. ſi à Delegato de off. Deleg. in* 6. cum qua quidem diſtinctione indiſtinctè, tam ſi Delegatus fuerit electus, à Principe, quam ab inferiori electo *Bartolo* tranſit *Marãt. diſp.* 5. *part.* 4. *n.* 27. *Antonell. d. cap.* 9. *n.* 2. *ſed vide Goffred. ſum. tit. de offic. Vicar. nu.* 3. *in fine.*

70 Nequit tamen Delegatus, Delegati cum clauſula (appellatione poſtpoſita) poſtpoſita appellatione procedere, *Molin. diſput.* 22. *ubi nuper*, & ſi Delegato Principis fuerit talis clauſula collata, attamen in terſij præjudicium nõ operatur, quin terſius non poſſit appellari, *Marant. d. cap.* 5. *n.* 76. *par.* 4.

71 Porrò Delegatus itidem Principis recuſatur. *Marant. diſt.* 5. *n.* 4. *p.* 42. *Antonell. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 2. *Farinac. in fragm. crim. part.* 2. *lit. I. & alij per Epiſc. Frances de compet. quæſt.* 11. *nu.* 17. ubi etiam ſi Legatus fuerit à Latere. *idem nu.* ante tamen litem conteſtatam, *tex. in l. apertiſſimi, C. de Jud.* niſi cauſa ſupervenerit poſt litem conteſtatam, vel alia inſurrexerit cauſa, aut ſi iſta notoria fuerit, quæ quandocunque proponi poteſt. *Farinac. fragm. crim. par.* 2. *n.* 903. *poſt tract. de immun. Eccleſ. Boëſ. deciſ.* 258. *n.* 3. *Conſil. Prat. diſcep.* 16. *tom.* 2. *Merlin. contr. cap.* 114. *nu.* 14. *lib.* 2. *Fontanell. deciſ.* 14. *nu.* 1. 2. *lib.* 1. *Vulp. prax. Jud. c.* 25. *Antonell. d. c.* 7. *lib.* 5. *n.* 4. abſque tamen depoſito autumat *Thor. compẽd. verb. depoſitum lib.* 3. quomodo autem Sum. Pontificis delegati, & alij ab eo electi recuſantur, & coram quo ſuſpicio examinari debẽt; vide tradita per *Molin. diſp.* 23. *per totum tract.* 5. *par.* 4. *Antonell. d. cap.* 7. *n.* 8. *lib.* 5. ubi de arbitrorum electione agunt. Ob Sum. Pontificis diſtantiam; argumento *tex. in cap. cum ſpeciali, de appell. cap.* 2. *requiris, §.* 1. *eodem; cap. ſuſpicionis de offic. Deleg. cap. legitima, de appellat. in* 6. Regulariter verò recuſatio, coram eo intentatur, coram quo appellatur, *cap. ſuper eo, de appellat.* aſſimilatur, namque appellationis judicium, & recuſationis; *Lancellot. de attentat. par.* 2. *cap. de attent. poſt recuſat jud. n.* 57. 58 *Famin. Cẽtolin. in add. ord. conſ. Farin.* 17. *tom.* 1. *lit. E. Andr. Knichen in comment. de Sayonico non provocand. jure cap.* 2. *nu.* 14. *ad* 20. & facit *Epiſc. Frances de competent. quæſt.* 12. *n.* 3. 4. At Subdelegatus Delegati

Apoſtolici ſi recuſari contingerit, tunc nō coram Arbitris, ſed coram ipſo Delegante, recuſatio præponitur, qui præſens eſt, ut facilius cum minori diſpēdio expediatur *cap. ſuper quæſtionum 27. §. fin. de offic. Deleg. Gomez. Bajo in prax. Eccleſ. quæſt. 30. n. 4. Cardoſ. ſup. prax. verb. recuſatio n. 9.* ſed vide infra.

72 Planè Delegatio uni collata, ad alios haud porrigitur *cap. quoniam Abbas, de offic. Delegat.* undè delegatio, Epiſcopo indulta, nec ad alios, nec ad ſuum extenditur Vicariū *Pallar. in cap. doceri, & ibi Gloſſ. de reſcript. Fagnan. in cap. quoniam, de off. Deleg. n. 12. Tambor. de jur. Abb. tom. 1. quæſt. 5. n. 4. §. verum, Sborz. de Vicar. lib. 2. quæſt. 36. n. 3. & quæſt. 135. n. 1. & quæſt. 177. n. 5. Ugol. de poteſt. Epiſcop. §. 7. verſ. 12. Gampan. diverſ. rub. 11. cap. 23. n. 148. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 54. n. 111.*

Nequè Delegatio Vicario conceſſa tranſit in ſuum ſucceſſorem *Achill. de Graſſ. deciſ. 3. de offic. Vicar.* Nec ad Vicarium capituli Sede vacāte *Ricc. prax. deciſ. 38. n. 1. p. 1. Galett. Margar. caſ. conſc. verb. Vicarius n. 2. Leo Theſ. p. 1. cap. 10. n. 8. Barboſ. n. 142.* Niſi ex conſuetudine aliter fuerit ſervatū *Rot. Rom. diverſ. deciſ. 12. p. 1. Ricc. deciſ. 38. & in collect. deciſ. 598. tom. 3.* vel ſi Delegatus delegando æſtimationem habuit Tribunali, ubi Vicarius inſerviebat, *Card. Patean. deciſ. 29. p. 2. Maynard. 14. lib. 4.* Sicque deciſum affert *Ricc. collect. deciſ. 1600. p. 5.* vel Dignitati: nam delegatio collata Decano capituli, Decanus in toto delegationis tempore Delegatus eſſe debet, etſi Decanatum reſignaverit, ſucceſſor in Decanato erit Delegatus *ita ex Felin. & Franc. Sāchez de matr. lib. 8. diſp. 27. n. 28. Ventrigl. prax. Eccleſ. ann. 38. §. unic. n. 22. tom. 1. Zöeſ. n. 30.* neque Epiſcopus imponere poteſt manus in Delegatione ſuo Vicario indulta *Sayr. deciſ. 7.*

73 Denique Sum. Pontificis, ac Principis Delegatus, valet quemcumque cogere, ut ſuæ Delegationis munus ſuſcipiat itidem per cenſuras, gradatim inferendas, *cap. Paſtoralis de offic. Deleg. cap. 2. eodem in 6. Molin. diſp. 16. ubi ſupra Antonell. cap. 9. n. 6. lib. 5.* quod idem Epiſcopus poteſt perficere *Gloſſ. in cap. Paſtoralis, de offic. Delegati*, & Ordinarius cum ſubditis ſuis valet non ſubditum Delegatum eligere, eo tamen volente, & non re-

renuente, *l. eum qui*, *&* *ibi Gloſſ.* *&* *l. ultim. ff. de juriſd. omn. Jud. cap. Paſtoralis de offic. Deleg. cap. Paſtoralis de offic. ordinar.* eumque poſt acceptationem cogere valet, ut continuet, *Molin. diſp.* 16. *n.* 1. *tract.* 5. *tom.* 4. *Lopes per eumdem.*

74 Juriſdictio demum delegati prorogari minimè poteſt, nec valet Delegatũ, perſonas cognoſcere, in ſua nõ contentas delegatione *cap.* P. *&* G. *de offic. Delegat. l. privatorum C. de juriſdic. omn. Jud. Marant. de Jud. diſtint.* 5. *p.* 4. *n.* 34. *Zoëſ. lib.* 1. *decr. tit.* 29. *n.* 21. *laxè Petr. Barboſ. in l. prima ff. de Judic. art.* 1. *n.* 204. *ad n.* 225. *&* *ſeqq.* ubi erudit, dari prorogationem in Delegati juriſdictione de cauſa, ad cauſam, inter tamen eaſdem perſonas, itidem per procuratorẽ *ex Decian. tract. crim. cap.* 23. *n.* 18. *lib.* 4. ita & de tẽpore præfixo, ad aliud tempus, de partium conſenſu, ſi tamen antè finitum tempus partes prorogationem confecerint *Zoëſ. d. lib.* 1. *decret. tit.* 29. *n.* 38. *tex. in cap.* 4. *de offic. Deleg.* Quod recipiendum ſanè eſt pro tempore præfixo ad jus proferendum, non tamen pro tempore Delegato aſſignato pro ſua exercenda juriſdictione, hoc etenim non prorogatur tempus, ex partium conſenſu, *Barboſ. d. l.* 1. *d.* 2. *n.* 35. 36. 37. ſed voluntate Delegantis, ſicuti neč de perſona ad perſonam, in qua perſonarum diverſitate prorogatio non admittitur, ut ex Oraculo communi fundant *Afflict. deciſ.* 227. *n.* 2. *Carlevar. de Jud. diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 4. *n.* 1163. niſi aliæ perſonæ in conſequentiam venirent. *Marian. in cap. ſignificaſti n.* 25. *verſ. item*, *&* *verſ. limita etiam*, *de for. compet.*

75 Delegati verò, ad univerſitatẽ cauſarum juriſdictio rectè prorogatur. Sicque communi voto edocent *Barboſ. d. art.* 1. *n.* 217. *Gloſſ. in cap.* P. *&* G. *Gloſſ. in l.* 1. *verb. qui Tribunali ff. de Judic. Carlevar. n.* 1164. Quod potiſſimum locum ſibi vendicat in Delegato Principis *Barboſ. art.* 2. *n.* 31.

Undè fluit, plures ſi dati fuerint delegati, extincto uno, quieſcere juriſdictionem: quo ad omnes edocent infra citãdi, nec ad ulteriora progredi valent cæteri. *cap. pen. de offic. Delegat. Marant. n.* 35. Niſi fuerint obſignati cũ clauſula; ut *duo, vel unus eorum procedat in cauſa*, aut *ſi implicatus unus alter procedat*, tunc rectè unus ſine alio procedit,

pro-

probato tamen alterius impedimento *Genuenſ. prax. cap. 85. in fin.Ricc.prax.reſol.295. p. 2. vide Zoëſ. d. lib.1. tit.29. n.19.*ubi ad id plures adducit caſus, aut cum expreſſo primi Judicis, & partium conſenſu; *Ancher. But. & alij in cap. cum Plures, de offic. Delegat. in 6.Epiſcop.Vetrigl.prax. Eccleſ. ann. 38. §. unic. n. 25. tom. 1. Marant. ibid.*& tunc ſi alter irretitus alterū prȩveniētem implicaverit iſte alterum impedientē plecti valet *Joan. Andreas.& Gemin. in cap. ſi contra unum Deleg. in 6. Menoch. de arbitr. caſ. 438. n. 3. Ventrigl.n.8.* Quit pariter Delegatus partes compellere, cōtumaceſque, Eccleſiaſticis cōprimere coertionibus, etiam ſi hoc non exprimerint ſuæ commiſſionis literæ *cap. præterea de offic. & poteſt.Jud.Deleg.* Imò irruit contra turbātes ſuā juriſdictionē, ac ſuā offendentes perſonā, *cap. 1.de offic. Deleg.* ac contra impedientes teſtium productionē *cap. literis. cap. cum cauſam, & cap. conſtitutis de teſtibus Bellet. diſquiſ. Cleric. tit. de favor. Cleric. real. §. 5. n. 26. par. 1.* Autoreque laudatum, in reſcripto non complicatum, citare quit. *Ricc. collect. deciſ. 415. p. 1.*

Teſteſque, falſum coram ſe deponentes, objurgat.

76 Quilibet ſanè Judex objurgat teſtes, falſum coram eo deponentes, de communi, & magis recepta in omnibus ferè ſubſellijs dixere ex deciſione *Zenonis in l.nullum penitùs 12. C. de teſtibus* ubi diſertè evolvitur *teſtis Judicem non ſuum adhærens animo teſtimonium proferendo, ſi falſitatem vel fraudē agglutinaverit nullo armatæ militiæ clypæo, vel alterius cujuſcumque fori potitur; ſub allarique Judicis Imperio devictus remanebit, etiamſi de civilibus tantum cauſis cognoſceret Cortiad. deciſ. 21. n. 46.et deciſ.35.n.35.*vel ſi quovis modo, juriſdictionē Judicis, nō ſui offenderit, ut ex cæteris, ejuſdē textus verbis depromitur ibi: *ut quicumque aures ejus offenderit*, & inſinuant *Cyn.* & alij ſcribentes, quos afferunt *Praſ. de Franch. deciſ. 679. n. 5. & deciſ. 722. in fine Capiblanc. pragmat. 8. de Baron.n.9.tom. 2. & Fab. Galeota reſp.fiſc.1. n. 24.* Etiamſi perturbantes alterius Judicis juriſdictionē, officiales fuerint, Majoris Judicis: etenim taliter molientes, vel publicam utilitatem offendentes à minori Judice offenſo plectuntur ex *tex. in leg. 4. Codi. de offic. Rector. Provinc. Capyc. Galeot. num. 27.*

Digitized by Google

27. *& ſeqq.* Quæ quidem generalis textus deciſio, arriſit pluribus I.C. primæ notæ, eamque maluerunt conferre ad Delegatum: autumantes valere Delegatum hoſcè teſtes deponentes falſum coram eo, condecenti coërctione, & extraordinariè mulctare *ex Gloſſ. in Clement.* 1. *verbo Judices de off. Deleg. Dec. in cap. prætereà n.* 5. *de offic. Delegat. Bald. itidem in fine, Speculat. tit. de teſtibus* §. 1. *verſ. item quod eſt. n.* 44. magiſtraliter *Didac. Covarr. pract. qu. cap.* 18. *n.* 8. *Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *caſ.* 21. *n.* 91. *tom.* 1. *Afflict. deciſ.* 230. *n.*3. *Myſinger. obſer.* 72. *cent.* 6. *apprimè Anton. de Nigr. in cap. Regni Neap. Illuſtri Viceregi. n.* 26. *Peguer. deciſ.* 79. *n.* 3. *& in prax. crim. cap.* 26. *verſ. præterea Petr. Caball. reſ. crim. caſ.* 261. *Galeot. reſp. Fiſcal.* 1. *n.* 10. *Epiſc. Fermoſ. in cap. ſi Clerici quæſt.* 3. *n.* 6. *de judic.* meliùs omnium *Surd. conſ.* 42. *n.* 17. 18. *lib.* 1. *Merlin. contr. cap.* 71. *n.* 22. *& ſeq. cent.* 2. Cuncti innuentes, hoc permiſſum Delegato eſſe, nè ſua illudatur juriſdictio, ſed conſervetur: potiſſimùm ſi à Principe fuerit indulta delegatio, quoniam iſte major ordinario eſt.

Recenſitæ planè opinioni, haud parùm adverſantur tradita per *Jaſon. in* 1. §. *qui mandatam de offic. ejus*, quem ſequutus mordicùs eſt, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 91. *per totũ* afferens abſolutè falſitatis crimen, ordinariam ſolam poteſtatem abſolvere, ſi judicio principali incidẽter fuerit agglutinatum; adducens ad hoc textum puntualem *in l. Divus Pius la* 2. *ad leg. Cornel. de falſ. & ibi Bart. & tex. in* §. *ſi verò Autent. de teſtibus*, cui opinioni annuit *Bellet. diſquiſ. Cleric. tit. de favor. Cler. real.* §. 1. *n.* 27. *par.* 1. innuentes ex allato textu *in l. Divus*, de-
77 promi Judicem Ordinarium ratione majoris exceſſus delicti, nequire pœnam indicere, ſed Principi reſcribere debere; etenim quoad exceſſus: defecit poteſtas: meritò ex majoritate rationis hoc militare debet in ſimplici Delegato, qui omnimoda caret poteſtate. ex allato inſuper §. *ſi verò*, ex Haloandri verſione, ſancitũ ibi evolvitur, eos, qui magiſtratum nõ retinent, nequire teſtes quæſtionis tormento ſubijcere. Delegatum planè magiſtratum non habere, comprobat *Menoch. nu.* 12. *&* 13. etenim poteſtate caret de certis negotijs ſtatuere, atq; jus dicere: ſubdens quòd magiſtratũ habere nequeunt,

qui

Digitized by Google

qui ad jus dicendi extra ordinem conſtituti reperiuntur *l. ſi aliquem*, *§. fin. de offic. Proconſ.* ut de Præfectis vigilium indicat *tex. in l.2. §. et hæc omnia, de orig. jur.* annectens affabrè *Menoch. ſub n.* 14. malè ſēſiſſe *Deciū in d. cap. præterea n.* 6. aſſerentem *tex. in d. §. ſi verò*, loqui de indicenda tortura, non ad pœnam, ſed ad eruendam veritatem; quoniā ſi ex recenſito textu interdictam eſſe quæſtionē ad eruēdam veritatem, fortiùs ad pœnam interdictam fuiſſe, jure optimo dicendum eſt: ex prima, namque implicatur exercitium juriſdictionis, reticendo teſtes veritatem, & cui tribuitur coërctio, cenſetur illa indulta, ſine qua exerceri juriſdictio non poteſt per *tex. in l. fin. de offic. ejus.*

78 Nec veram eſſe putat *Covarr. ac aliorum* ſententiam, autumantium: hoc ſpeciale eſſe in Delegato Principis, ex quo Principis perſonam ſuſtinendo, majorem ordinario eſſe: quoniam hoc militare intendit in cauſa ſibi delegata, haud verò in ea ſibi non commiſſa: nam in iſta uti privatus habendum eſſe firmat; quibus attentis, perperam hàc ampliùs vannari hæſitationē putat *Gregor. Lopes in l. fin. tit. 6. par. 3.*

Hiſce planè ſolidis, relevātiſſimiſque rationibus nemo ex oppoſitis reſpondiſſe videtur; & quamvis *Merlinus in d. cap.* 71. *n.* 23. de memoratis juribus meminiſſet: perfunctoriè tamen, & ab eis cum cæteris indigeſtè proſiluit, affirmativam ſectando ſententiam, quo ad Principis Delegatum.

79 Nobis equidem multùm ſi arrident tradita per *Menochium ubi nuper*, parique ſchemate efficaciſſima videtur alia fundamenta, quæ ſolertèr aſſeruntur per *Bart. in l.* 1. *C. ſi à non competent. Jud.* edocens Judicem non ſolùm de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere, verùm etiam quidquid ad eam conducit incidenter, vel ratione antecedentis, vel ratione ſubſequentis, licèt aliàs Judex incidentem cognoſcere nequiret *l. nulli*, *l. quoties*, *C. de Judic. cum concordātibus*, *Gaill. obſer. lib.* 1. *cap.* 34. *& ibi Grevenſ. Giurb. conſ.* 80. *nu.* 28. *Fontanell. de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 13. *ſub n.* 5. *tom.* 1. ratio potiſſima, quæ ad hanc fundandam opinionem adducitur, eſt; quia ſi de incidenti, licèt diverſæ ſpeciei, nō cognoſceret; ſua commiſſio ſileret, cauſamque terminare nequiret; potiſſimùm ſi incidens ex eodem facto ſcateret, ut hanc

am-

amplectendo ſententiam dixere *Boſſ. de for.compet.n.*117. *cum ſeqq.* & alij cum eo, nam generale eſt Judicem cognoſcentem de præparantibus, cognoſcere de præparato, ſeù ſubordinato *tex. in l. ordinarij C. de rei vendicat. l. minor, ff. de evict.* ubi Judex, qui cognoſcit de cauſa principali ſuper venditione cognoſcit de judicio evictionis. *Petrus Barboſ. in l. venditor* 49. *à n.*182. *et* 183. *ff. de judic.* nè cauſæ continentia dividatur, taliſque Judicis juriſdictio eludatur.

Queis attentis, depromitur ratio ſolidiſſima, nè Judicis Ordinarij, juriſdictio deluſa, ac fruſtrata remaneat: militare pariter debet reſpectu Delegati, habentis tamen juriſdictionem, & coërctionem: quoniam itidem inanis ejus remaneret juriſdictio, cauſaque principalis implicata: etenim judicio falſitatis non abſoluto, ad cognitionem cauſæ principalis tranſire nequit. Undè nõ immeritò nervosè ſuſtinet *Af-*
80 *flict. in deciſ.* 230. Delegatum valere pronunciare ſuper ſucceſſivo cauſæ ſibi commiſſæ, quæ principalitèr in judicio agebatur, quod repetit *in deciſ.* 227. quas deciſiones extollit *Fabius Capyc. Galeot. reſponſ. Fiſcal.* 1. *n.* 57. *& Decius in d. cap. prætereà ſub n.* 5. firmat: ſi Delegatus tali poteſtate careret, objurgandi teſtes falſum coram eo deponentes; futilis omnis delegatio remaneret: etenim ut plurimũ teſtes reticent veritatem, judiceſque temerè ſpernunt: annuitque *Hippol. Marſ. in l.* 1. *§. prætereà n.* 27. *ff. ad legem Cornel. de Sicar. Marant. in Spec. part.* 6. *act.* 12. *nu.* 2. *& in d. par.* 6. *ſub n.* 148. hoc itidem ſtipulat contra preſentantem in judicio falſum inſtrumentum, vel teſtes, nec diſcrepant *Vantius de nullit. ex defect. juriſdict. ord. n.* 48. *Covarr. d. cap.* 18. *n.* 8. *Boſſ. de falſ. n.* 103.

81 Fluit ſanè ex allatis, diſtinctionem, quam more avium aſſerunt ferè omnes inter Delegatum Principis, & ſimplicẽ, eamq; juridicam conſentaneamq; haud eſſe: quoniam mediũ concludendi: nimirùm nè juriſdictio Judicis remaneat deluſa, & cauſa principalis implicata, militare videtur tam reſpectu Ordinarij, quàm reſpectu Delegati à Principe, & Delegati ſimplicis ab inferiore electi, ſi juriſdictio, & coërctio eis fuerint indultę; pro cujus noſtrę opinionis comprobatione, conducit ratio generalis, quæ in præſenti theſi adducere, ferè omnes aſſolent: nimirùm qui

principalitèr poteſtatem non haberet,incidētèr habere poſſit per *tex. in l. quoties, C. de judic.* potiſſimùm, quoties incidens eſſet principali annexus, ſine quo, principalis cauſa, abſolvere non poteſt: hæc generalis ratio percutit omnes, juriſdictionem habentes in aliqua cauſa, & applicatur ubi in cauſa principali detegitur teſtium falſitas, ob quam principalis cauſa ſilere debet, uſque ad falſitatis abſolutionem, ut prædiximus, quod evenire poteſt tam in ordinario agente, quàm in Delegato à Principe, & ab inferiore electo, juriſdictionem tamen habentibus. Nec herclè relevat altera aſſertio, quam aſſerunt ſectātes pro Delegato à Principe, quippè Principis Delegatum majorem eſſe Ordinario, in cauſa ſibi commiſſa; quoniam Principis Delegatus eſt, major ordinario in cauſa ſibi commiſſa, non autem in non commiſſis: undè oritur: ſi limitatam retineret facultatē ad capiendas tantùm informationes, & non ad coërcendos reos;tunc neque iſtū Principis Delegatū quire teſtes,falſum deponētes coram eo objurgare: at ſecùs ſi juriſdictio, & coërctio ei fuerint indultæ, nam tunc intrat *tex.in d.l.nullum penitus* 12. *C. de teſtibus,* qui generalitèr loquitur quo ad Judices quovis modo, & cauſa incompetentes, ut expreſsè elicitur ex illis tex. verbis ibi. *Data cunctis judicibus abſque ullo præſcriptionis obſtaculo,* ex quibus verbis allata non evolvitur diſtantia delegatorum, meritò de omnibus Delegatis criminalem habentes parilem, aut majorem:non autem limitatam, aut interdictam juriſdictionem recipiendum eſſe, prout recipiunt.*Covarr. in d. cap.* 18. *nu.* 8. *Myſinger.obſerv.*72.*cent.*6.*Giurb. conſ.* 59. *n.* 92. *Caball. nu.* 7. *Cevall. de cognit. per vim, & viol. q.* 47. *n.* 18.*Merl. d.cap.* 71.*n.* 23. *centur.* 2. at meliùs omnium *Borell. conſ.* 78. *nu.* 10. 11. *& ferè per totum,* quē affert,& ſequitur *Tondut.Sanlenger. de prævent. cap.* 47. *n. fin.p.*2.Potiſſimè quia falſitas Delegati manus arctat, ut ſuam delegationem exequi minimè valeat, niſi emanata priùs falſitatis deciſio: etenim principalis cauſa cum falſitate adeò conglobata videtur, ut nequaquàm poſſint ſeparari, ut noſtram comprobādo opinionem concludit ex *l. cum actum, ubi Bart. & Caſtr.ff.de neg. geſt. Tondut. ubi ſupra,* & ante eum *Borrell. ibidem.*

82 Quoniam articulus falſitatis præjudicialis eſt cauſę civili,

li, eamque ſilere facit, donec ipſa abſolvatur criminalis cauſa: ut in puncto dixere *ex l. fin. C. de ord. judic. Barbat. conſ. 43. lib. 1. Ægid. Boſſ. de for. comp. n. 124.* Immo ex ipſa criminali cauſa jus tollitur: *Put. deciſ. 48. & 275. lib. 1. Lancell. de atten. p. 2. c. 4. lim. 23. n. 8. 9. Coccinn: deciſ. 123. n. 33. 34. to. 1.* & faciunt *Trentacinq. var. lib. 2. tit. de judic. reſ. 7. Guazin. in defenſ. reor. 1. c. 24. Rot. deciſ. 579. p. 4. Rot. Rom. Recenſ. deciſ. 579. p. 4. Gratian. diſcept. cap. 394. Barat. deciſ. 47. 69. 34. 415. 944.*

83 Remanet igitur firma concluſio: Delegatum, cum criminali tamen juriſdictione: nè eluſoria remaneat ſua poteſtas valere teſtes falſum coram eo deponentes objurgare; ſicq; textũ *in d. l. nullum penitus 12. C. de falſis* recipiendũ eſſe, ut edocet *Facchin. infra* neque obſtat *textus in d. l. Divus Pius 31. ff. ad Leg. Corn. de falſis*, etenim ibi loquitur de eo Judice, cui interdicta erat talis cognitio, ut benè advertit *Cevall. ubi ſupra n. 20.* nullamque haberet criminalem coërctionem, affabrè ſubdit *Andreas Facchin. contr. Jur. cap. 86. verſ. fin. lib. 9.* quod itidem evolvitur in adducto *§. ſi vero Auth. de teſtibus* ubi interdictum eſt Judici magiſtratum non habenti, quæſtionis ſupplicio teſtes ſubijcere quod haud militat in Delegato criminalem retinente coërctionem.

84 Etenim iſte, Magiſtratũ retinet, quippè antequàm inter Quirites, Monarchia introducta fuit, pœna contra ſontes legis non erat, ſed populi: poſtmodum verò habentes ſupremam poteſtatem, merum ſibi reſervavere Imperium, cujus executionem, ex ſpeciali lege Magiſtratibus indulſere; teſte *Papiniano in l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio* Auguſtus autẽ primus mãdavit licere judici fraudi aliorũ oberrantiũ, parcere teſte *Svetonio in vita Auguſti:* deinde Imperatores delegare aſſolebant Senatui, vel majoribus Magiſtratibus, exordinariũ judicium in delictis atrociſſimis, pro eorum arbitrio *l. 1. ff. ad S. C. Turpillian. Tacit. & Tranquill. in Tiberio, & Veſpaſiano: Severus* eandẽ poteſtatem dedit Capitanio juſtitię Urbis Papiniani tempore *l. 1. ff. de offic. Præfec. Urbis*, & deindè Gubernatoribus provinciarum: *toto titulo de extraord. crimin.* hodie verò Magiſtratus poſsũt quẽlibet condemnare pœna, qua volunt *l. hodie ff. de pœnis.*

quia juriſdictionem habent.

85 Allata quę vera, ſolidaque in jure ſunt, in praxi autem in ſupremis ſubſellijs utriuſq; Siciliæ Regni, ibi nobis ſedentibus, practicari notavimus nimirùm pro falſitate teſtium, vel præſentatione falſi inſtrumenti in cauſa civili coram ſupremo Tribunali M. C. V. Neapolis Sedis Civilis agitata, M. C. Criminalem adire partes aſſolent: ubi præviâ verbali inhibitione, deindè poſtmodum detectâ falſitate per opportunas probationes fit decretum, quod ſtante pendentiâ falſitatis ſuperſedeatur in cauſa civili, nec procedatur ad ulteriora, niſi abſolutâ causâ falſitatis: quâ tandem completâ, & finitâ, copias informationum ſuper falſitate partes in civili judicio præſentare notavimus, ibique pariter, perpensâ falſitate, civile decernitur, & abſolvitur judicium; quod pariter de recenti notavimus in ſupremo M. C. Senatu noſtri Siciliæ Regni, ibi quoque ſedentibus; quod evenit, quia poteſtas in binis ibi dividitur Aulis, in Criminali, & Civili, & unaquęque earum ſuam exercet juriſdictionem.

86 Quilibet porrò ex Legatis itidē de Latere regulariter ſe ingerere nequit, in cauſarum à Summ. Pontifice alteri ſpecialiter delegatarum cognitionem, niſi pro eis juſtè latis confirmandis, aut exequēdis, *tex. in cap. ſtuduiſti, de offic. legat.* & inſinuat *Lel. Zecch. de Repub. Eccleſ. tit. de ſtat. Ill. Legat. n.* 4. *verſ. undecimo, juxtà finem, Daniel Venator, in annal. method. jur. Pontiſ. lib.* 1. *tit.* 1. *axiom.* 1. Specialis namque cōmiſſio, generali detrahit, *Narbon. de appell. à Vicar. ad Epiſc. par.* 1. *n.* 152. Et in commiſſis à Sum. Pontifice privativè, Legatus manus apponere nequit, *Cabed. deciſ. Luſitan* 13. *n.* 16. *p.* 2. *Gigans conſ.* 86. *n.* 2. *Honded. conſ.* 25. *n.* 15. *vol.* 2. quos laudat, & ſequitur *Monacus deciſ. Bonon.* 19. *n.* 40. *verſ. niſi*, niſi ex cauſa

87 noviter orta, & per Sum. Pōtificem à principio veriſimiliter non excogitata, nam tunc generalis Legatus valet ſe immiſcere, cauſam alteri ſpecialiter commiſſam decernendo; firmat *Abbas Sicul. in cap. ſtuduiſti quæſt.* 8. *n.* 9. *argum. tex. in l. ſi hominem ff. de mand. Quintil. Mandoſ. in tract. de inhibit. quæſt.* 5. *n.* 3. *verſ. eſt verum Gratian. diſcep. cap.* 92. *n.* 29. & ante eos *Gamb. de Leg. à Latere tit.* 8. *n.* 100. vel

88 ſi Delegatus iſte ſpecialis negligens fuerit in exequendo ſuam

ſuam ſententiam, quo caſu Legatus eum ex æquitate potius, non autem de rigore cōpellere poteſt, ut autumat *Ant. Butr. & Abb. in d. cap. ſtuduiſti, ſpeculat. in tit. de Judic. verſ. ſed pone, Petr. Andr. Gambar. in d. quæſt.* 8. *à n.* 100. *ex Gloſſ. in allato cap. ſtuduiſti.* Enim verò Abb. Siculus loco indicato audacter ſuſtinet, eum nequire compellere, quoniam in illa cauſa Sum. Pontificis perſonam repræſentat, & faciunt *ex cap. cum olim.* 2. *de offic. delegat. Villadieg. in tract. delegat. quæſt.* 8. *n.* 15. *Gambar. de offic. legat. cap.* 8. *n.* 160.

89 Quit tamen Legatus ſe immiſcere, in cauſa alteri ſpecialiter delegata; quoties Delegatus particularis contrà formam ſui reſcripti pronunciaſſet, ac extrà ſuæ commiſſionis cancellos exiret, maxima cum ſubditorum jactura, quippè tunc uno innuunt conſortio, itidem, & Canoniſtæ valere ſe ingerere Legatum. *Gambar. tract. delegat. cap.* 8. *n.* 99. *Butr. in d. cap. ſtuduiſti*, cum quibus annuit *Aufrer. Capp. Toloſ. deciſ.* 423. & ante eos *Cyn. Sicul. & Jo: And. in l. qua in provincia, C. ubi de criminibus* ſententiamque Delegati impediendo, *Butr. d. cap. ſtuduiſti, & ſequitur Gambar. n.*
90 99. Etenim dato exceſſu, per Delegatū patrato, nòn modo Legatus, verum, & Epiſcopus loci Ordinarius in Delegatū malè exequentem, aut extrà cōmiſſionē, delinquentē, animadvertere valet, *ut ex Capp. Toloſan. deciſione* 423. *ait Aufrer. & ſequuntur. Boër. deciſ.* 9. *n.* 5. *Bellug. ſpec. Princip. rub.* 11. *§. & quod dicta n.* 4. *Bolognet. in l. ut vim, n.* 56. *de juſt. & jur. Jo: And. & Franc. in cap. ſtatuum §. fin. de reſcr. in* 6. *Ranchin. ad Guid. Pap. deciſ.* 328. *Ant. Fab. in Cod. lib.* 7 *tit.* 20. *diffin.* 49. *n.* 6. 7. *Molin. de brach. ſæcul. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 15. *Ripoll. var. cap.* 1. *n.* 455. *Virmigl. conſ.* 145. *n.* 8. *Fermoſin. tit. de for. compet. Alleg.* 1. *art.* 1. *n.* 40. *Cancer. var. p.* 3. *cap.* 13. *n.* 223. *Tib. Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 16. *Proſp. Farinac. fragm. Crim. p.* 2. *lit. l.* & alij *per Cottiad. deciſ.* 27. *n.* 111. *& deciſ.* 34. *n.* 141. *Epiſcop. D. Didac. Fràceſ. Arrutigoyt. in Paſt. regul. par.* 11. *clauſ.* 11. *n.* 6. *& antè eos dixere Caball. reſ. crim. caſ.* 53. *Sebaſt. Guazin. defenſ. reor.* 1. *cap.* 39. *n.* 21. *in fine*, eique reſiſtere valeat, *Jo: And. & Franc. in d. cap ſtatutū §. fin. de reſcript. in* 6. Aut
91 ſi per actū nullū gravaverit

ſen-

ſentit *Navarr.in cap. cũ cõtin-*
gat. verſ. 2. de reſcript. in 6.
lares ſuæ Delegationis egre-
diendo, cum tunc deſinat eſ-
ſe Judex, eique poteſtas, &
circumſcripta juriſdictio defi-
ceret: alienamque, ut priva-
tus ſubiret, ac ſi circundatam,
ac limitatam in territorio ha-
beret juriſdictionem; meritò
confeſtim quod ex indicatis
egrederetur cancellis, ſua eva-
neſceret juriſdictio: ideo acta
92 irrita nè duceret ſua, rectè oc-
currere poteſt Legatus, ac lo-
ci Ordinarius: enodatè inſi-
nuat *Molin. de juſt. & jure*
tit. de juriſd. tract. 5. diſp. 25.
tom.4. digitoque indicat textus
in l. fin. de offic. Præfec. Urb.
ibi: *cum terminos Urbis exie-*
rit poteſtatem non habet: &
tex. in l. extrà territorium ff.
de juriſd. omn. jud. ibi: *extrà*
territorium jus dicenti impunè
non paretur: ac *in l. poſt ſenten-*
tiam C. de ſent. & interloc.
omni. judic. & in l. contrà no-
ſtra C. de exequutoribus, &
exactor. lib. 12. & ponderat
Sanch. de matrim. lib. 2. diſp.
40. n. 17. Gregor. Tholeſ. tract.
de appell. l. 2. cap. 11. n. 2. verſ.
quod maximè, Sacc. de appell.
q. 17. lim. 11. n. 6. latè Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 8. n. 13.
17. & conſ. 69. n. 75. vol. 1.
Giurb. deciſ. 96. ſub n. 10. Sal-
gad. de reg. protect. p. 4. cap. 3.
à n. 57. & c. 4. n. 14. 15. Rot.
Rom. deciſ. 45. aliàs 346. in
93 *Noviſſim. & deciſ. 100. n. 17.*
p. 1. diverſ. At ſi rectè, juſtè-
que Summi Pontificis Dele-
gatus, in ſua delegatione ſe
geſſerit: tunc tanquàm Ordi-
nario ſuperior, nec ab iſto, ne-
que ab alio inquietari poteſt
in cauſa, ſibi à Sum. Pontifice
commiſſa, *cap. ſanè de offic.*
Deleg. Gratian. diſcept. 3. n. 65.
cum ſeqq. Guitterr. de matrim.
cap. 63. n. 24. Ventrigl. prax.
ann. 38. §. un. n. 6. tom. 1.
Molin. de juſt. & jur. tom. 4.
tract. 5. diſp. 26 n. 1. cum ſeqq.
94 ubi infert: loci Ordinarium,
abſolvere haud valere, excõ-
municatum à Summi Ponti-
ficis Delegato, etiam ſi iſte
prædeceſſerit, vel in eo aliquo
modo juriſdictio defecerit;
quod itidem firmat *Aug. Bar-*
boſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.
95 *1. cap. n. 83.* Debet equi-
dem talis particularis Delega-
tus, ſuam oſtendere commiſ-
ſionem: alioquin nemo ei pa-
rere tenetur, itidem in exe-
quutione ſuæ ſententiæ, vel
in denunciatione excommu-
nicatum aliquem à ſe fuiſſe;
cap. cum jure de offic. delegat.
Aufrer. d. deciſ. 423. circa fi-
nem Niſi in citatione, te-
nor ſuæ poteſtatis inſertus
fuerit: Imo teneri talem ſuæ
poteſtatis tenorem in citatio-

ne

ne, aut aliter inſerere inſinuant, de veriori ſententia *Gratian. diſcep. cap.* 170. *n.* 15. *Menoch. de præſum.* 15. *n.* 2. *lib.* 2. *&* *conſ.* 100. *n.* 71. 72. *&* *conſ.* 790. *n.* 6. *Burgi. de mod. proced. ex abrup. q.* 90. *n.* 12. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *nu.* 34. *&* 41. *Molin. de juſt. &* *jur. lib.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 25. *nu.* 1. *Petr. Barboſ. in l. ſi quis aliena n.* 9. *ff. de Judic.* aut, aliter citatum de ſua delegatione, certiorem feciſſet *d. cap. cum jure, &* *cap. præterea, de Legat. ubi Panormi, Felin. &* *Butr.* ſub diſtinctione tamẽ, hanc abſolvit heſitationem *Marant. infra*, nimirũ: ſi agitur de magno prejudicio, & citandus valdè diſtaret, & tunc recenſita procedunt, at ſecùs ſi in eadem maneret Civitate, vel modicum diſtaret. *Marant. Spec. part.* 4. *diſtinct.* 5. *num.* 59. *&* 60. Recipit planè exercitium ſuæ juriſdictionis Delegatus à die præſentati reſcripti: taliter quòd, cuncta per eum geſta, ante ejus præſentationem, & poſt reſcripti datam, nulla, irritaque eſſe, neque convalidari, per illius præſentationem fundant ex *Lap. alleg.* 81. *nu.* 6. *Mandoſi. ibidem, Federic. de Sen. in conſ.* 24. & alij per *Ventrigl. prax. annot.* 38. *§. unic. de Deleg. Apoſt. num.* 1. *tom.* 1. Niſi conſenſus partium intervenerit expreſſus, vel tacitus, quo mediante, convalidatur proceſſus: quoniam partes tunc nõ conferunt juriſdictionem: ſed tollunt impedimentum juriſdictionis jàm quæſitæ: elatè *Gratian. diſcept. cap.* 170. *n.* 27. *Ricc. collect. deciſ.* 532. *to n.* 1. *Ventrigl. n.* 2. de qua queſtione vide tradita per *Cortiad. deciſ.* 233. *per totum*, ubi laxè, hanc extricat materiã

96 de more: fineſque ſuæ commiſſionis, crebrò pre oculis habere debet, ac intrà eos ſe cõtinere, *tex. in l. diligenter*, ibi. (*Fines mandati cuſtodiendi ſunt;*) *ff. mand. l. non diſtinguemus, §. de offic. &* *§. fin. de recept. arbitr. cap. cum dilecta, de reſcript. cap. cum in veteri, de accuſat. cap. bonæ memoriæ,* 2. *de poſtulat. Prælat. Gloſſ. in l. prædius, §. ſervum, ff. de arbitr. quod quoque dictat tex. in l. prohibitum, C. de jure Fiſci in* 10. ibi. (*cum litteris noſtris cognoverit non ex arbitrio ſuo.*) *L.* 1. *C. de exacto. trib. lib.* 10. *l.* 1. *C. mand. Princip.* Eſtque autem tenor ſui mandati, recta via, ac ejus lucerna: ut Regalis edocet Propheta in Pſal. 2. ibi. (*Lucerna pedibus meis:*) & iterùm, (*A mandatis tuis intellexi propterea odivi omnem viam iniquitatis,*) & in Pſal. 3. (*Declinate à me maligni, &* *ſcru-*

ſcrutabor mandata Dei mei,) & in Pſal. 2. (*Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut cuſtodiã verba tua,*) & in Pſalm. 111. (*Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, & ulteriùs increpaſti ſuperbos, maledicti, qui declinant à mandatis tuis,*) & in Pſal. 1. (*Redime me à calũnijs hominum, ut cuſtodiam mandata tua:*) & evolvitur in Apocalypſ. cap. ultim. ibi. (*Si quis appoſuerit aliquid ſuper hoc, apponet Deus ſuper ipſum plagas:*) quod mirè, atticèque de more explicat amantiſſimus Avunculus meus *P. D. Andreas Cirino C. R. in proxemat. Apocalypſ.* adhùc ad calamum, & itidem evolvitur in Exod. cap. 25. ibi. (*Vide omnia, facito ſecundùm exemplar, quod tibi oſtenſum in Monte:*) & in Deuteron. cap. 12. in fine ibi. *Non facientes ſinguli, quod vobis rectum videtur, ſed quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quidquam.*

97 Eo igitur ſuæ commiſſionis lares excedente, per ſe nimirùm agendo: uti inferior haud ſuperior, privatus non Judex, nec exequutor habendus eſt, cui Ordinarius non modo reſiſtere, ut explanatum eſt, verùm, & ſuum valet reponere exceſsũ *Gloſſ. & Scribentes in l. ſi contra, C. de exequut. & exactor. lib. 12. & in l. prohibitum, 1. de jur. Fiſci cap. nobiliſſimus 97. Gloſſ. in cap. fin. de reſcript. lib. 6. Aut. de mandat. Principum, §. inde competens, Cardin. Zaberell. in Clement. 1. n. 16. verſ. item non debet, de offic. ordin. & in Clement. 2. in verb. Notarij n. 2. de hæret. Marant. de ordin. Judic. diſput.* 1. laxè, ac eruditè *à n. 15. ad 26. Paris de Put. de Sindic. verbo reſiſtentia, cap. 1. n. 3. Cappell. Toloſan. deciſ. 423. & ibi Aufrer. Plaça epitom. delict. lib. 1. cap. 28. n. 9. Sanch. de matrim. lib. 2. diſput. 40. n. 17. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 21. nu. 109. ſub litter. C.*

98 Tanquàm nullum, ac ineptè collatum; etenim in illo exceſſu deficit juriſdictio, *Rot. Rom. diverſ. deciſ. 100. n. 17. par. 1.* & inſanabilem producit nullitatem, ex poteſtatis defectu *Boër. deciſ. 299. Giurb. deciſ. 96. n. 10. Cavalcan. deciſ. 19. n. 1. par. 3. Salgad. de reg. poteſt. par. 4. cap. 3. n. 62. cum ſeqq. & cap. 4. n. 18.* Etiã

99 ſi merus Papæ eſſet exequutor, cui quilibet reſiſtere quit, ſi ſuos commiſſionis limites exceſſerit, ut inſtruunt *Alex. & Bart. in d. l. prohibitum, C. de jur. Fiſc. lib. 10. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 21. n. 109. d. lit. C.* à quo pro exceſſu appellatur tam ſi mixtus, quàm me-

rus

rus exequutor eſſet; *Parlador. lib. 2. rer. quotid. par. 2. §. 3. Rodriq. de exequut. ſen. cap. 2.*
100 *ſub n.* 43. tam quo ad devolitivum, quàm quo ad ſuſpenſivum: ut inſinuat contrà *Gratian. diſcep. tom. 1. cap. 146. n. 36. Salgad. d. cap. 3. n. 19. 35. to. 1. p. 1.* ubi ſubdit etiã ſi
101 Eccleſiaſticus, tam Ordinarius, quàm Delegatus, Regis ſubditum injuſtè opprimeret; valere tunc Principem ſæcularem eis reſiſtere: & ante eum dixere *Covarr. quæſt. pract. cap. 33. n. 3. verſic. at ſi laicas Portules §. appellatio n. 31. & §. firma n. 173. Reg. Vico pragm. Reg. Sardin. lib. 1. tit. 7. cap. 2. n. 48. verſ. 4. Fontanell. deciſ. 316. n. 13. par. 2. Caſtill. de terſijs cap. 41. n. 170. tom. 7.* & quoq; aſtruit *Olibã. de jur. Fiſci cap. 11. n. 53. 54. R. Hjeronym. de Leo deciſ. 2. n. 10.* & alij: quos lato calamo cumulat *D. Mich. Cortiad. deciſ. 29. n. 113. Ceval. cõmun. contr. cõmun. q. 89. n. 111. lib. 4. & de cognit. per viã violent. Gloſ. 6. & 7. Matt. de regim. Valent. to. 2. c. 7. §. 1. ſect. 3. n.* 83. 88. 91. 94. ſi acta extarent laxè *Salgad. d. c. 3. n. 36. et ſeq p. 1. to. 1.* ex qua Vaſalli, tã laici, quàm Clerici oppreſſione, itidem in ſpiritualibus, ob ſuam regaliã Princeps ſæcularis, ejuſq; Magiſtratus,
102 nõ ut de cauſa cognoſcant; ſed ut extra judicialitèr cernerent: an nè Eccleſiaſticus infrà ſuæ juriſdictionis lares proceſſit, ut oppreſſus ſuccurratur per viam extraordinariæ defenſionis, ſe ingerere valeãt, ex communi Provinciarum
103 obſervantia, textantur in Cathalonia: *Oliban. de jur. Fiſc. cap. 13. n. 40. & cap. 14. nu. 100. & cap. 15. nu. 33. Ferr. Ripollius, Fontanell.* & alij per *Cortiad. d. deciſ. 29. nu. 111.* in Aragonia, *Seſſe de inhibit. cap. 8. §. 1. 2. & 3. & deciſ. 114. & in Epiſtol. ad Regem tom. 2. deciſ. 318. tom. 3. Reg. Leo deciſ. 2. tom. 1. Mattheu, ubi ſupra tom. 2. cap. 1. ſect. 3. à n. 57. ad 113. & ſect. 5. nu. 197.* in Caſtellis, *Covarr. ubi proximè, Guttier. Aviles, Avendañus, Salzed. Cevall. Azaved. Narbon Curia Philip. Parlador.* & alij per *Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 1. & per quinque præludia, & de ſupplicat. ad Sanctiſs. part. 1. cap. 1. à n. 102. Salzed. de leg. polit lib. 1. cap. 7. & §. 1. Solerzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 8. & lib. 4. cap. 3. n. 25. & in polit. lib. 5. cap. 3. Fermoſin. cap. 2. quæſt. 19. de Judic. Caſtill. de terſijs, cap. 41. à n. 163. 181. Vela diſput. 44. n. 46. verſ. ex quib.* in Luſitania *Valaſc. conſult. 99. Barboſ. in l. Titia, n. 47. verſ.*

poterit, *ff. ſolut. matrim.* in Galicia *Garſia de nobilit. gloſſ.* 9. *n.* 51. *Rodric. de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 66.

104 In Parthenopæo Regno *P. de Franch. deciſ.* 193. *n.* 11. & antè eum *Afflict. deciſ.* 2. *&* 24. *Reg. Tap. in l. Regn. rubr.* 4. *n.* 11. *lib.* 3. *Thom. Gramm. deciſ.* 78. *n.* 2. *Genuenſ. in prax. Archiepiſc. cap.* 12. *Thor. compend. deciſ. tom.* 1. *verb. Judex laicus*, in noſtro Trinacrio Regno *Carol. de Graff. de effect. Cler. effect.* 1. *à n.* 396. *Maſtrill. deciſ.* 79. *n.* 1. *D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 14. *per totum*, & ſic de alijs Europæ Provincijs textantur Doctores adducti per *Cortiad. ubi proximè*.

105 Defenſio autem oppreſſorum Vaſſallorũ, vim patientium; Principis inhæret officio, ex jure indulta naturali: edocent *Alvar. Valaſq. conſult.* 100. *Ant. Petr. de Princip. poteſt. cap.* 3. *quæſt.* 3. & confert *cap. filijs* 26. *quæſt.* 2. *Valaſq. conſ.* 73. *n.* 5. *Seſſe deciſ.* 113. *n.* 2. 3. *Covarr. pract. q.* 1. *n.* 2.

106 & præclarè, pro hac Vaſſallorum neceſſaria defenſione; innuit Roberti Siciliæ Regis oraculum in conſtit. utriuſque Siciliæ *Ad Regale faſtigium* & facit optima hujus conſtitutionis additio in fine *Gloſſ. ibi hoc ſtatutum multi Prælati.* Peragenda planè maximo cũ temperamento, in omnibus Summi Pontificis, ac Eccleſiaſticorum authoritate, & obſequio ſemper ſalvo: prævià itidem patrati exceſſus, per actorum inſpectionem clarificatione: quoniam non præſumitur, niſi probetur: ut advertit *Rot. Rom. deciſ.* 45. *alias* 346. *n.* 10. *in noviſſ. Lancell. de attentat. par.* 2. *cap. part.* 2. *cap.* 12. *cum* 53. *n.* 25. *Steph. Gratian. diſcept. for. cap.* 333. *ſub. n.* 13. *tom.* 2. *Vincent. Carocc. tract. de except. except.* 44. *n.* 87.

107 Equidem dicitur excedere de quantitate, ad quãtitatem, de perſona, ad perſonam, de loco, ad locum, de tempore, ad tempus: vel ex defectu carentiæ poteſtatis: ut in tex. *ex Gloſſ. in l. ab exequutione verb. excedat C. quorum appellat. nõ recip.* *Gloſſ. in cap. quo ad conſultationem de ſentent. &* *re judicat.* & innuunt *Roland. à Vall. conſ.* 43. *n.* 6. 8. *tom.* 1. *Vincent. Caroc. in tract. de except. except.* 44. *n.* 90. *Rebuff. de ſentent. exequution. art.* 7. *Gloſſ.* 14. *to. l. ſub n.* 34. 9. *& Gloſſ.* 12. *n.* 7. *Gregor. Toloſan. de appellat. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1. & alij quos laudat *Salgad. de Reg. protect. p.* 4. *d. cap.*

108 3. *n.* 72. 73. Quoque, & violentia, ac oppreſſio, quæ

Prin-

Principi ſæculari, extrà judicialem defert poteſtatem: ut eam exerceat, conſtare debet; nec faciles, quærelis, & expoſtulationibus clamantium; aures præbere debet: innuunt *Afflict. deciſ.* 24. *n.* 6. *Oliban. de Jur. Fiſc. d. cap.* 11. *n* 57. fusè *Seſſe in allegata Regis Epiſtola tom.* 2. *deciſ. n.* 77. *& deciſ.* 114. *n.* 4. *& de inhibit. cap.*8. §. 3. *n.* 62. *Cortiad. d. deciſ.* 29. *n.* 114. *cum ſeqq. Matthæu de regimin. Valent. to.* 2. *cap.*7. §. 1. *ſect.* 3. *n.* 97. *Avendañ. de exequend. mandat. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 32.

109 Potiſſimùm ſi interpoſitam appellationem denegaverit, aut adulteriora proceſſerit *tex. expreſſus in l. Julia* 7. *ff. ad l. Jul. de vi public.* & tunc itidē ipſe, vim paſſus ei reſiſtere quit: quippè urbanius agit vim paſſus appellādo, quā defacto procedenti: quàm defacto reſiſtendo *Ludovic. Saravia de adjunct. qu.* 30. *n.* 15. *Seſſe de inhibit. cap.* 8. §. 3. *n.* 175. pro quā violentia reprimenda, valet; taliter oppreſſus Eccleſiaſticus, ad ſupremum ſæcularem Principem, ejuſque Tribunalia, occurrere *Seſſe ibidem & deciſ.* 114. *n.* 1. 13. 14. 21. *& ſeq. D. Franc. Mont. Major à Cueva deciſ. R. Cancell. Hiſp. nov. vigil.* 2. *n.* 24. 25. cujus officium, ut prædiximus (œconomicâ quàdam poteſtate) oppreſſos relevare eſt *Canon. Regum officium* 26. *qu.* 5. *Canon. Princeps* 23. *qu.* 5. *Hjeremiæ cap.* 21. *&* 22. de qua quidem appellatione, enodatè conſtare debet: quoniam Eccleſiaſticus, vel alter Ordinarius, aut Delegatus admittere renuit; ad hoc ut ſecularis Princeps procedat ad tollendam violentiam: immo oportet, quod cauſa appellabilis ſit: ſubdit *Cevallos de cognit. per viam violen. Gloſſ.* 6. *n.* 90. *fusè Vela d. diſertat.* 44. *n.* 46. *verſ. ex quibus to.* 2. quo ad utrūq; effectū. *Seſſe ubi proximè n.* 83. *& deciſ.* 114. *n.* 4. *& de inhib. c.* 8. §. 1. *n.* 4. *et* §. 2. *n.* 9. *&* 12. 13. *Suelves conſ.* 31. *n.* 2. *lib.* 1. at ſi quo, ad devolutivū tantum appellabilis eſſet cauſa; ceſſat violentiæ ratio: *Seſſe in locis indic. Petr. Fōtanell. deciſ.* 316. *n.* 28. *to.* 2. nec diſcrepat *Cortiad. n.* 118.

110 Inſuper: & ſi Eccleſiaſticus Judex Superior, qui vim repellere, propulſare, ac oppreſsū ſublevare poterit, abeſſet: vel valdè longè diſtaret: aut renuiſſet debitū præſtare auxilium, Princeps tunc ſæcularis, ad hoc, ut opprimens ſe ad tramites legitimos reduceret: auxilium miſeris, ac afflictis miniſtrando; ſe ingerere valeat, violentiam, & op-

preſſionem reprimendo: donec per Summum Pōtificem debitum jure pręſtetur auxilium, *ex Canon. petimus* 11. *qu.* 1. *Anton. Oliban. de jur. Fiſci. cap.* 11. *n.* 56. *Seſſe d. epiſtol. n.* 87. *&* *deciſ.* 114. *n.* 2. *Portell. in addit. ad dubia regul. in fine operis verb. appellare n.* 3. *Epiſcop. Antuerpienſ. Joann. Malderius. in part.* 2. *qu.* 96. *art.* 4. *Trullench. lib.* 7. *Decalog. cap.* 13. *dub.* 5. *n.* 9. *in fin. Thom. del Bene de parlam. dub.* 4. *ſect.* 19 *ſub ſect.* 4. *ſub n.* 15. *&* *de imm. Eccleſiaſtica tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *ſect.* 1. *n.* 20. & tunc Religio-
111 ſus, vel alter ad talem ſæcularem recurrendo Magiſtratum: haud in cenſuras Bullæ Cęnę Domin. vel alterius incurreret: autumat *Portel. ubi nuper*: quem ſequitur *Souſa Dominicanus in Bull. Cęnę cap.* 15. *diſput.* 78. *n.* 2. 3. nec diſcrepat *Dian. reſol. Mor. trac.* 1. *de immun. Eccleſ. cap.* 13. *verſ. ſed ego in controverſia*.
112 Nec ipſæ ſæculares poteſtates, cū tali caſu amplectentes, & ſecundū juris diſpoſitionē, in caſibus permiſſis in enunciatas incurrūt cenſuras, Bullæ Cęnę Dom. ut apprimè inſinuat *Card. Toletus Summ. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 3. quoniam Bulla Cęnę, realis violentię averſionē & medelam, haud interdixit; ſed tantum prętexta, ſub quorum colore Eccleſiaſtica negotia ad laicos attrahuntur foros: mirè probat *D. Mar. Cutell. d. cap.* 14. *to.* 2. *de imm. Eccl. & Salgad. in locis indicatis. Souſa, ubi ſupra.*

Et quod iſte juſtus recurſus haud includitur, in recenſita Bulla Cęnę Dom. nec Principes, eorumque Miniſtri: neque in iſtas, neque in alias ruunt cenſuras: graphicè aſtruunt pręter laudatos *Corduba de caſib. conſcien. caſ.* 35. *Rodriq. in addict. ad Bullam* §. 9. *n.* 87. *Vega ſum. tom.* 1. *cap.* 29. *caſ.* 1. *& cap.* 85. *caſ.* 141. *Navarr. in Man. cap.* 27. *n.* 69. 70. *Seſſe de inhib. cap.* 8. §. 3. *ſub n.* 82. *& ſeqq. & n.* 88. *& ſeqq. Vivald. in explicat. Bullæ Cænæ Dom. n.* 107. *&* 102. cuncti unanimiter concludentes: hoc conficere ſeculares Principes, ut vis tollatur, donec à Sum. Pont. de jure, cauſa decernatur, non autem: vt de ea cognoſcant: meritò Eccleſiaſtica juriſdictio illæſa remanet firmat *Salgad. p.* 1. *cap.* 1. *præl.* 3. n. 111. quod pariter comptè edocuit *Nicol. Balbus in ſuo conſ. n.* 33. *penes Oſaſc. Caccheran. poſt deciſ.* 181. & apertè depromitur *ex tex. in cap. filijs, vel nepotibus* 16. *q.* 7. ubi pro fraude facta in rebus

bus aſſignatis pro fundatione, aut dotatione Eccleſiæ Epiſcopo pro correctione denũciare debet: etſi Epiſcopus fraudem patraverit, Metropolitano: etſi iſte, Regis hæc auribus intimare non differat: & ibi ſubdit *Gloſſ.* ut eũ corrigat: cũ per Eccleſiaſticũ corrigi non poteſt, & facit *cap. adminiſtratores, & cap. Principes* 23. *quæſt.* 5. Ratio potiſſima, quam ad id afferunt *Mart. n.* 26. & cæteri deſuper citati eſt; quia Principis officium eſt liberare de manu calumniantiũ, vi oppreſſos, *cap.* 1. *de pace tuenda, in principio, & Salgadus in parte* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *nn.* 111. *ex Gloſſ. d. cap. filijs, & nepotibus*, ſumit negligentiã, itidem pro violentiã, defacto Eccleſiaſticus Judex procedendo. Recenſitã
113 equidem procedunt: ſi Pontifex valdè diſtaret, vel quilibet alter Eccleſiaſticus ſuperior præſens, ac præſto haud eſſet, vel fuerit negligens: at ſecùs ſi nec abſentia, nec negligentia Pontificis, aut alterius ſuperioris adfuerit; namtunc talis oppreſſionis ratio, abeſſe cenſetur: ut in caſu Põtificis abſentiæ firmat *Mart. de juriſdict. par.* 1. *cap.* 48. *nũ.* 25. 26. & 27. licèt contrariũ ſentiãt *Fõtanell. Olibã. Matth.* exiſtimãtes, quod etiã ſi Nuncius Pontificis adeſſet, & Pont. valdè diſtaret; ſemper ſæcularis poteſtas ſe intromittere valeat.

Nos autem: pro totali prædictę hæſitationis ſolutione; inquimus: Delegatum, in ſua commiſſione delinquentem: nimirùm contra mandati formam, & ſic in non procedendo, & Sum. Pontificis mandata non parendo; tunc à Sum. Pontifice objurgandum eſſe: non ab alio: at ſi defecerit per ſe agendo; & tunc ab Ordinario compeſcitur: non uti Delegatus, ſed uti quilibet privatus crimінoſus: ut benè *ex Joan. Andr. in cap. fin. de reſcript. & Genuenſ. cap.* 38. *n.* 6. *Ventrigl. prax. ann.* 38. *n.* 7. quæ ſupra firmata ſententia itidem militat, ſi in caſu in ſuã commiſſione non comprehenſo proceſſerit: nam tunc ei reſiſtere valet Ordinarius, ſuũ etiam impediendo proceſſum *cap. ſi quando de offic. Delegat. Ricc. prax. pat.* 1. *reſolut.* 413. *Genuenſ. n.* 5. *Ventrigl. nu.* 7. Vel ſi appellationẽ jure permiſſam vetuerit: aut aliam de facto agendo intulerit violentiam; quibus in caſibus valent Principes ſæculares, eorumq; Magiſtratus impediendo, occurrere: donec per Sum. Pontificem opportuna applicetur medela: ut ſupra affluenter

com-

comprobatum remanet:& annuit quoad Ordinarium, *Ventrigl.ex Innoc.in cap ſi quando, de offic. Delegat. Gloſſ. & Abb. in cap. ex litteris, eodem.*

114 Ad hanc, Legati de Latere poteſtatem explanandam, haud parùm conducit indicare Judices, aliosque Prælatos Eccleſiaſticos nequire à Prorege veniam agendi contra Clericos, aliaſque Eccleſiaſticas perſonas;ex abrupto expoſcere: quoniam ipſi ad Canonum obſervantiam, præcisè ſub pœnis traditis per Præpoſitum *in cap. nonnulli 9.diſtin.* devincuntur: aliàs puniuntur, *Abb.in cap. cum non licet, & in cap. ego num.* 31. & ibi *Felin. de jur. jurand. Afflict. in conſtitut. de perſon. Bernard. Diaz. in pract. crimin. Canon.*

115 *cap.* 36. de jure autem Canonico, ad torturam minimè devenitur contrà Eccleſiaſticos; niſi data copia inditiorum: & in eorum defenſionibus plenè auditis:ut unanimiter notant *DD. in cap. cum in contemplatione, de reg. jur.* & mirè ait *Soccin. conſ.* 20.*n.*19. *inter conſ. Curt. Seni. Nepit. in prohem.conſtit.Catanenſ.n.*87. *Menoch. conſ.* 90.*n.* 6. & proceſſivo modo *Anto. de Ball. in pragm. unica tit.* 42.*n.*8. *Burg. de modo proced. ex abrupt. cent.*

116 1.*n.* 12. quem procedendi ad torturā modū, nō datis defenſionibus; cōtrà leges Divinas,naturales, ac humanas eſſe, & nō ſinè peccato imperatur à Principe, &exequitur à Judice,autumāt *Roland.à Valle conſ.* 12.*lib.*3.*Ant.de Ball.lib.* 2.*de indic.q.*10.*n.*16. 17. ſubdēs,hoc immedicabile vulnus annoſas ſparſit in Regno radices:undè ipſi ex ſe, nequeūt ſuperiores Eccleſiaſtici, ſuo

117 marte, id peragere; licèt eis interdictum haud ſit, hoc à Summo Pontifice expoſcere: cum penès eum,abſolutè talis reſidet poteſtas procedendi contra Eccleaſticos Reos, ex abrupto: tanquam fructus ſupremæ ſuæ poteſtatis: edocet *Cavalc. de brach. Reg. par.* 3.

118 *num* 27. ad eumque pariter ſpectat, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus; contrà juris Canonici diſpoſitionem diſpenſare, cæteraque pro libito concedere, ſua ſuprema, abſolutaque poteſtate mediàte, quam à Deo recipit:inquit *Bald. in l. imperium lect.* 2. & ibi *Cagnol. n.* 156. *ff. de juriſdict. omn. judic. Petr. Andr. Gambar. de auct. Legat. de Lat. quæſt.* 2. *nu.* 323. 325. *Joan. Capi. de auct. Pap. par.*2.*n.*64. *Rodolſin.de ſup. Princip.poteſt. caſ.* 2. *n.* 1. *Petr. de Gregor. de ſucceſ. feud. part.* 7. *quæſt.* 4. *Farinac. quæſt.* 39. *n.* 17. nec

ab

ab alio inferiore, poſſit exerceri: addētes ad *Bertach.verſ. Papa, nu.* 120. & ſpecialiter procedendi ex abrupto contrà Clericos: cum ipſe tantū hoc diſpenſat *Mar.Burg.quæſt.*17. *n.* 1. *Farinac. conſ.* 103. *n.* 8. prout aliquoties in Urbe, Gubernatori, talis conceditur diſpenſatio: teſte *Proſp.Farinac. quæſt.* 37. *n.* 73. *& conſ.* 103. *nu.* 7. *& deciſ.* 3. *Anton. de Ball. de indic. quæſt.* 10. *n.* 33. *Mar. Burg. quæſt.* 56. *nu.* 4. quod moderavit Paulus III. & confirmavit Pius IV. indicant *Farinac. d. conſ.* 103. quem refert *Guazin. defenſ.* 20. *cap.*
119 9. *n.* 12. ijs autem non expoſcentibus; jura obſervare tenentur Canonica: nec Legatus poteſt generaliter mandare: ut in omnibus ferè cauſis, contrà Clericos, alioſque Eccleſiaſticos, ex abrupto nullis datis defenſionibus, procedatur; etenim nec de Latere, nec minùs Natus, legē poſſit generalem contra Canones condere, & clauſula uti (non obſtante) *per tex. in cap. præſenti de offic. Legat. in* 6. & probat. *Joan. Andr.* & addentes ad eum, & confert *cap. quo ad tranſactionem de offic. Legat.* nec contrà Conſtitutiones, & Summorum Pontificum Statuta diſpenſare, *Nicol. Boër de poteſt. Legat. de Lat. nu.* 44. & congruūt Scribentes *in d. cap. ſignificaſti de electio.* & notat *Jo. Imol. Abb. & Bald. in cap. jus, de offic. Præf. Præt.* ubi quanquam Præfecto Prętorio per Principē, condendi, leges venia impertiatur; haud autē leges derogandi: innuit atticè *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de diverſ. præd. urban. lib.* 11. *Boër. ubi nuper n.* 45. 46.

120 Attamen certis in caſibus, & perſonis, licere ſuperiori, legem diſpenſare humanā, ait *Sotus de juſt. & jure lib.* 1. *quæſt.* 2. *artic.* 3. & in omnibus perſonis, & caſibus, in quibus ceſſat ratio; fieri poſſit diſpenſatio à ſuperiore, exiſtimat *Velaſq. lib.* 1. *contr. Illuſtr. cap.* 25. *n.* 8. In exemptos igi-
121 tur, Legatus procedere debet ſecundùm Canones: ut fatentur uno ore noſtrates: & meminit *Capic. deciſ.* 137. *n.* 15. ac expreſsè mandavit Phi-
122 lip. II. Majeſtas in enunciatis litteris ſuis, anno 1571. e-
123 manatis, niſi proximę vergeret medelæ neceſſitas, propter criminis atrocitatem, ac pro populorum tranquillitate ſedanda: potiſſimùm in notorijs, & ubi in fraganti Reus captus fuiſſet: & ſic Reipubli-
124 cæ bonum expoſceret, propter notabilem qualitatem concurrentem in delicto: ut ſi de ſui ſuperioris homicidio

tra-

tractaretur; tunc poteſt Pontifex, ac inferior diſpenſare,ut ex abrupto, ad torturam procedatur; etenim, cum cauſa recceditur à regulæ nuper adductæ,ligamine: & non modo ſupremi Principes, verùm, & inferiores uti poſſunt clauſula, (*non obſtantibus legibus in contrarium adductis, & dictantibus*) edocet *Bart. poſt Gloſſ. in l. ictus fuſtium,verſ. extra prædicta oppono, ff. de imfamib. Bald. & Jaſon. in l. omnes Populi, ff.de juſt. & jur. Felin. in cap.* 1. *de conſtit.* argum. tex. *in l. ſi hominem, ff. mandat. Alex. in l. nemo poteſt, n.* 5. *delegat.* 1. *& in conſ.* 248. *lib.* 2. *D. Fernand. Lojoſ. in allegat. March. de los Veles in pr. dubio n.* 11. *Arias Pinell. in rubr. C. de reſcindend. vendit. part.* 1. *cap.* 20. *n.* 6. quam ſententiā communem eſſe prædicat, & mirè aſtruit *Ferdin. Vaſq. Ill. controv.* 35. *n.* 24. idem *de ſucceſſ. Creat. lib.* 1. *§.* 6. *n.* 11. ubi ex multis comprobat fas eſſe Judici, quamvis inferiori, ex cauſa;jura tranſgredi.

125 Inſuper Legatum juriſdictionem retinere in foro externo in ſubditos, in Provincia ſibi decreta commorantes, eoſque merito judicare, corrigere, animadvertere, in carcerem detrudere, ſuſpendere, & conſequenter excommunicare poſſe, dixerunt Scribentes *in cap. Legatos de offic. Legat. in* 6. *cap.* 1. *eodem, & cap. per teſtes* 25. *diſt. cap. ſententia paſtoris* 11. *quæſt.* 3. *cap. conquærente de offic.ordin.cap.quærenti,*ibi *Judex,de verb. ſignif. cap. at ſi Clerici, cap. cum non ab homine de jud.cap.poſtulaſti, cap. conqueſtus de for. compet. cap. ut famæ, cap. ſi Clericus de ſent. excommun. cap. degradatio, de pæn. lib.* 6. *Zoëſ. in lib.* 5. *decret. tit.* 39. *de ſent.excōmun.n.* 3. alioquin inutilis eſſet talis ſuæ juriſdictionis poteſtas: innuit Sac. Trid. Conc. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de refor.* ideò præcisā ad continendos ſubditos in Provincia ſibi commiſſa, in officio fuiſſe, ſubdit *Petr. Andr. Gamb. de offic. & poteſt. Legat. lib.* 8. *n.* 20. latè *Bonac. de cenſur. diſput.* 1. *q.* 1. *par.* 2. *præpoſit. unica.*

126 Etiā ſi Legatus ſit laicus:etenim, laicus;licèt ex ſe incapax juriſdictionis Eccleſiaſticę eſt: *cap. Eccleſia de conſtit. cap.* 2. *de judic.* Attamen ex Pontificis delegatione; juriſdictione Eccleſiaſtica, delegantis nomine fungi poteſt: *Bobadill. in polit. cap.* 18. *n.* 45. *lit. B. Matth. de regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 2. *n.* 36. *Barboſ.in Can.præter nu.*4.*diſt.* quoniā nuper recenſita facultas in Eccleſia, de jure poſitivo

tivo conſtituta eſt: cui, Sum. Pontifex, diſpenſare valet, laicoque committere: nam ſuprahumanum eſt. *tot. tit. de conſtit. Gloſſ. in cap. præter* 5. *ducibus diſtinct.* 32. *Zoëſ. n.* 6. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *ſect.* 6. *n.* 26. *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 7. *tom.* 1. *n.* 119. *Pereir. deciſ.* 5. *n.* 9. ipſeque Delegatus, tunc delegantis nomine, jura ſtatuit *cap. ut famæ* 35. *verſ. cum non ipſi, de ſent. excommun. cap. ad audientiam, de præſcript. l. obviare, de verb. obligat,* latè *Pereir. de inſtrum. edit. tit.* 2. *reſol.* 2. *n.* 38. *D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 9. *& in Cod. Sicul. ad leg.* 35. *Reg. Martin. notab.* 36. ideò
127 capax, talis delegationis, eſt laicus: *Gloſſ. in cap. valdè diſtinct.* 49. & ex pluribus comprobat *Suarez lib.* 4. *de immun. par.* 2. *argum.* 6. *reſponſ.* 2. *Aufrer. de poteſt. ſecul. in Eccleſiaſticos reg.* 1. *fallen.* 12. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 388. *Menoch. de retin. remed. n.* 35. *Seſſe in epiſtola ad Reg. n.* 46. 100. *& de inhibit. cap.* 8. *§.* 3. *ex n.* 152. nec diſcrepat *P. Dian. reſol.* 112. *n.* 1. & antè eum *Navar. in manual. cap.* 27. *n.* 6. juraq;
128 tanquam Epiſcopus cernit *D. Larr. alleg. Fiſc.* 27. *n.* 10. & ex Eccleſiaſtica juriſdictione delegata jus dicit, haud ex propria laicali, *Matth. de regim. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 8. *à n.* 336. *del Bene ubi ſupra tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *ſect.* 6. *n.* 26. *de immun. Eccleſ. Pereir. d. deciſ.* 58. *ſub n.* 9. ex Sum:
129 totius Eccleſiæ Antiſtitis, placito, quod, Pontifici vetitũ haud eſt: valet namq; per privilegiũ Principi, vel Judici laico ex cauſa, poteſtatẽ pronũciandi, reſpectu certorũ Clericorũ, criminũ, impertiri: indicat *Can. Adrianus,* 22. *Can. in Synodo,* 23. *diſt.* 63. *Can. Mennã,* 7. 2. *q.* 5. *& ibi Gloſſ. verb. arbitrio, Can. illud te,* 4. *to.* 10. *q.* 3. *Gloſ. in c. decernimus,* 2. *de judic. verb. non præſumant.* Quę quidem jura itidem, quo ad ſpirituales cauſas, ratiocinantur: & faciunt *Solorzan. de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 44. *& cap.* 27. *n.* 60. *Bobadill. lib.* 2. *polit. cap.* 18. *n.* 42. *Morl. Empor. jur. p.* 1. *tit.* 2. *de juriſd. nu.* 162. *Covarr. in cap. Alma mater, §.* 11. *n.* 3. & generaliter aſtruunt ex *Gloſſ. in Canon. laicis* 16. *quæſt.* 7. *Felin. in cap.* 2. *n.* 2. *de major. & obedien.* magiſtraliter *Tib. Decian. tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 66. *Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 43. 92. *Seſſe de inhibit. d. cap.* 8. *§.* 1. *nu.* 158. *Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 7. *& quæſt.* 4. *n.* 20. *&*

quæſt. 16. n. 19. atticè Suar. contra Reg. Angliæ lib. 4. de immun. Eccleſ. par. 2. argum. 6. Didac. Covar. pract. quæſt. cap. 31. n. 4. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 18. n. 42. de Graſſis d. eſfect. 1. n. 372. Marth. de juriſd. par. 2. cap. 6. nu. 41. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 27. nu. 60. Matth. de regim. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 2. n. 3. & quæſt. 16. nu. 19. del Bene de parlam. dub. 27. ſect. 8. ſub ſect. 3. nu. 5. & de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 2. ſect. 3. n. 5. & dub. 15. ſect. 2. n. 1. & cap. 4. dub. 31. n. 11. Fermoſ. in cap. Sanct. Mariæ n. 11. de conſtit. Proſp. Farinac. in prax. par. 1. quæſt. 4. n. 4. D. Mich. Cortiad. d. deciſ. 7. nu. 108. eiſque criminales cauſas
130 Clericorum, committere, ac delegare d. Canon. præter §. verum 32. diſtinct. Gloſſ. in Canon. bene quidem, verſ. præter 96. diſt. & in Canon. 1. verſ. præcipimus 92. 94. diſtin. Jul. Clar. §. fin. q. 41. nu. 8. Ambr. cap. 18. n. 1. de immun. Eccleſ. Seſſe deciſ. 113. ſub n. 92. lib. 2. & de inhibit. d. cap. 8. §. 3. n. 15. Fontanell. deciſ. 309. n. 14. par. 2. Farinac. ubi ſupra, immò & ſpirituales, ex cauſa Gloſ. in cap. præter, verſ. ducibus 32. diſtinct. Gloſſ. magna in cap. quanto, de conſuet. Gloſſ. in Canon. Mennam 3. quæſt. 5. Gloſſ. 2. cap. 2. de judic. probant Navar. in manual. cap. 27. nu. 6. Cutell. de immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 4. nu. 20. & poſt eos, eruditiſſimus D. Joan. Franciſcus à Monte Major de Cueva in ſua propugnat. pro Reg. juriſd. §. 20. n. 3. et §. 28. n. 6. 7. cum facultate excõmunicãdi, ut ex Canon. 1. Canõ. bene quidẽ 96. diſtinct. cap. fin. de offic. ordin. cap. decernimus de judicijs, & facit ex Belluga in Specul. rubr. 11. §. videndum n. 12. in fin. Creſpes de Valdaur. obſer. deciſ. 53. n. 33. in fin. Quidquid, reſpectu cauſarum criminalium, oppoſitum ſentiãt, Auguſt. Barboſ. allegat. 109. par. 3. Sacc. de judic. par. 1. cap. 11. n. 4. Carol. de Graſſis effect. 1. n. 556. Etenim idem Carol. de Graſſ. d. effect. 1. nu. 32. & ſub nu. 26. ex cap. Romana, §. debet, de appellat. in 6. & ex cap. illud 10. quæſt. 3. affert Pelagium cuidam Nobili Siculo, facultatem indulſiſſe, puniendi Epiſcopos, Clericos opprimentes, & vexantes.

Quod itidẽ evenit in Regno, an. 1529. in quo Clemẽs VII. Sum. Pontifex; criminale judiciũ, contra Archiepiſ. Epiſcopos, alioſve Regni Prælatos; Jo. Antonio Pulleoni Baroni Burgij Siculi, ſub iſtis expreſſis verbis delegavit. *Et ſi quæ-*

relas

relas ipſas eſſe repereris, tibi ſuper illis opportunis remedijs, & cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac pecuniarijs perſonã Eccleſiaſticã per te eligendum ſuper quo tibi plenã licentiã providẽdi cõcedimus, &c. ut evolvitur in ipſis Apoſtolicis litteris, eidem Baroni, ac Dom. Proregi Comiti Montis Leonis, directis, Romæ expeditis, anno Pontificatus ſexto: per Bloſiũ firmatis: & in libro præclariſſime Podionis Familiæ adnotatis: & per Magn. Dilectiſſimæ, ac Fideliſſimæ Alicatæ Civitatis, Magiſtrum Notarium, extractis: ſolitoque ejuſdem Civitatis, ſicillo, approbatis. Alioſque pariles caſus affert: *Gigas in tract. de læſ. Majeſt. lib. 1. tit. quis de crimin. læſæ Majeſt. cognoſ. poteſt n.* 20. quod privilegium, apud Venetos, legiſſe textatur *Matth. de regim. tom. 2. d. cap.* 8. §. 8. *n.* 392. *Morl. Empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *Fermoſ. in cap.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 10. *judic: Seſſ. d. deciſ.* 113. *n.* 92. *lib.* 2. Ducibus tamen Rodulphi, & Bertoldi: facultatem cognoſcẽndi de ſimonia à nõnullis Clericis patratã; impertivit Sum. Pontifex Gregorius: qui itidem, & Brunicildæ, Galliæ Reginæ: cauſæ Epiſcopi Meñe cognitionem commiſſit: depromitur ex allato *cap. Mennam,* 3. *quæſt.* 5. & refert *Bobadill. polit. d. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 45. 46. ubi ſubdit:

131 quòd itidem, & fæminis dignitate fulgentibus; Pontifex talem poteſtatem Eccleſiaſticam, juriſdictionem exercendi; cenſuraſque ferendi; impertiri queat: textus apertus *in cap. dilecta de major. & obed.* ubi *Abb. Gnilier. de Benedict. in cap. Raynutius, verbo & Uxorem, in* 2. *n.* 135. *Covar. in cap. alma mater, de ſent. excom. par.* 1. *reſolutionis* §. 11. *n.* 2. *Paludan. in* 4. *diſtinct.* 19. *quæſt.* 2. *artic:* 1. *Sot. d. cap.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 4. *Navar. conſ.* 51. & 73. *de ſent. excom. Ugolin. de cenſur. tab. cap.* 2. §. 7. *nu.* 5. *Abb. in cap. dilecti, n.* 2. *de arbitr. Bero. qu.* 2. *n.* 1. & quamvis, jure communi inſpecto, fæminam incapacem eſſe ferendi cenſuras; nec capacem fieri poſſe, commiſſione Sum. Pontificis; evolvitur *in cap. de Monialibus, de ſent. excomm.* ubi Abbatiſſa nec ligare, nec abſolvere poteſt Monialibus ſuis à cenſura, quam irruere, & *in cap. nova,* 10. *de pœnit.* ait Põtifex: claves Regni non eſſe datas fæminis, neque B. Virgini. Attamen de abſoluta Sum. Pontificis poteſtate; allatam poteſtatem tribui poſſe fæminis: etenim contra jus

Divinum non eſt: niſi contra uſum Eccleſiæ: nec ad claves ſpectat:ſed ad juriſdictionem: meritò ex Panormit. concludunt *Navar. conſ.* 1. *de ſent. excom.* & *Suarez diſp.* 2. *ſect,* 3. *n.*7. valere Sum. Pontificẽ. diſpenſando, talẽ facultatẽ fœminę indulgere: nec diſcrepat *Zoeſ.lib.*5.*decret.tit.*39.*n.*8.cõducitq; ad rem *Gloſſ. fin. cap.* 2.*quæſt.*2.ubi Innocentius ait: poſſe fæminam habentem regimen, vel comitatum; jura pronunciare: & facit *Gloſſ. in cap.* 1. § *è contra verſ. Mulieres* 15. *quæſt.* 3.quam ſententiam veriorem eſſe probant: eamque ſequuntur *Armill. in verb. excommunicatio nu.* 24. *cap. dilecti, de arbitr. Molin.de prim. gen. lib.* 1. *cap.* 13. *n.*14. 15.*Gonſal.reg.Cancell.* 8.*q.*22. *n.*20.*Dian.*mox citandus,probabilemque eſſe autumat *Alterius lib.* 3.*diſput.* 7.*lib.* 3.*cap.* 5. *verſ. propter hanc rationem, Sayr. Filuc.* & alij,quos laudat *P. Gaſp. Hurtad. de Sacram. tract. de cenſur. in commun. n.* 13. *in fin. Duard.lib.*2.*in Bull. Cœnæ Dñi cap.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 32. nec improbabilẽ eſſe inquit *Martin. Bonac. diſp.* 1. *de cenſur.quæſt.*1.*propoſit.*1. *punct.* 2.*n.*4.Imo habere itidem poſſunt,juriſdictionẽ ſpiritualem: ut de Abbatiſſa Monaſterij Eſſedienſis refert *Card. de Luca de juriſd. & for. compet. diſput.*25. *tom.* 3. de Sum.Pontificis conceſſione, quod depromitur ex *cap. dilecta de major. & obedient. Rodriq. qu. regul. tom.* 1. *quæſt.* 17. *n.*12. *Mirand. de Sacr. Mon. quæſt.* 6. *art.* 5. *Tambor. de jur. Abb. diſp.* 22. *quæſt.* 12.*n.*1.& tanquam Abbatiſſa, poteſt habere collationem beneficiorum, & curam Animarum: *Bellett. diſq. Cleric. p.* 1. *tit. de diſcipl. Cler.* § 8. *n.* 17. *Gonſales reg. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 22. *nu.* 12. *Marc. Ant. var. reſol.* 63. *nu.* 15. *lib.*1. quam,per Vicarium exercere debet *Gonſales n.*14. ac Epiſcopalis juriſdictionis, capacem eſſe,inſinuat ex *Abb. in dict. cap. dilecta, de major.et obedient. n.* 2. *Gonſal. nu.* 19. licèt eam excommunicare nequire ſubdit: attamen oppoſitam magis amplexam, ac veriorem eſſe autumamus. Ete-
132 nim de humano, poſitivoque agitur jure, ut prædiximus, cui Pontifex, ex plenitudine ſuæ poteſtatis, diſpenſare valet; innuũt præter adductos, *Suar. de cenſur. diſput.* 2. *ſect.* 3.*n.*7. *Cardin. Lugo de Fid. diſput.* 23. *reſol.* 3. *quæſt.* 4. *n.*112. *Layman. lib.*1 *tract.* 5. *par.* 1. *cap.* 3. *n.* 4. *Sot. in* 4. *diſput.* 20 *qu.* 1. *art.* 4. *circa* 4. *argum.*

Etſi nonnulli autumavere: hunc

hunc funditus, ſedulòq; exarando articulum; fœmineum ſexum,non eſſe ordinatum ad ſpiritualia: quibus, nec docere, neque dominari, viribus ſuis permiſsũ ſit: ut depromitur *in lib. Timoth.* 2. & de Quiritum jure ab officijs remouẽtur publicis *tex. in l.* 2. *ff. de regl. jur.* Imo pro *capitali dilecta* 12. *de major. & obedient.* explatione ſubdunt, Abbatiſſam, ibi ſolitam fuiſſe; Clericos ſuæ ditioni ſubjectos, ac ſuas Canonicas, ſuſpendere ab officio,& beneficio: quamquidem ſuſpenſionem, haud eſſe eam,quæ propriè cenſura eſt: ſed potius prohibitio,ſivè fructuum privatio: quam largo modo ſuſpenſionem dici poſſe concludunt: ſubduntq; in recenſito *cap. dilecta* Sum. Pontificem, haud dixiſſe,cenſuram eſſe ſervandam: ſed præceptum, & mandatum talium Abbatiſſarum ſervari: ut inter alios magiſtraliter erudiunt *Suarez de cenſ. d. ſect.* 3. *n.* 5. *diſp.* 2. *Covarr. in dict. cap. Alma mater par.* 1. *§.* 11. *nu.* 2. *Avila de cenſur. par.* 1. *dub.* 6. Attamen iſti, cum alijs ſuperius recenſitis; ex cõmuni ferè cæterorum oraculo; concludunt: fœminis, ex abſoluta poteſtate, poſſe Sum. Pontificem talem facultatem, cenſuras inferendi, indulgere. *Zoeſ. lib.* 5. *decr. tit.* 39. *de ſent. excommun. nu.* 8. *in fin.* cuncti agglutinantes, eſſe fœminas, circa ea, quæ ordinis ſunt, prorsùs incapaces, *Frãc. Marc. quæſt.* 1303. *nu.* 6. *tom.* 2. at ſecùs ſpiritualis juriſdictionis, ſaltem ex cõmiſſione, & quo ad exercitiũ, ut ex *D. Thom. in* 4. *diſtin.* 19. *quæſt.* 1 *art.* 1. *quæſt.* 3. *ad* 4. *diſtin.* 25. *q.* 2. *art.* 1. *quæſt.* 1. *ad ſencandum.* inſinuant *Abb. Silveſt.* & alij, quos enumerat *Padulan.* 4. *diſtin.* 19. *quæſt.* 2. *art.* 1. *Silverſ. verb. Abbatiſſa n.* 1. licèt *Abbas, & alij in cap. dilecta, de major. & obedient. cum Gloſ.* tenent etiam ſecluſa commiſſione, & delegatione; fœminas capaces eſſe ordinariæ juriſdictionis: & refert *Azor. inſtit. mor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *ſub verſ.* 5. *quæritur*, ſubdit tamen *Padulan.* & alij ab eo valere Pontificem fœminis primam conferre tonſuram, cum merè humanum ſit: quamvis in conſentaneum eſſe aſſerit *P. Dian. reſolut. moral. par.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 39. *per totum.* Cæterum itidem in priſcis evolvitur hiſtorijs: fœminas fuiſſe capaces temporalis juriſdictionis, & Imperij, itidem cum abſoluto Regis faſtigio. Semiramidis, inquã, ex Aſcalone Syriæ Oppido oriunda, Caldęorum Reginæ fuit: & ſic

ſic à columbis altricibus dicta, quæ *apud Aſſiros Semiramides* appellantur:teſtè *Dioniſ.Sicul. lib.*2.*c.*2.de ea taliter teſtante: *expoſita fuit infans,& ab avibus educata, quæ alij eam foventes, enutrierunt lacte coagulato, è proximis Paſtorum mappalibus, racto*:Paſtores tandem repertam,Præſidi Regio donarunt: qui liberis carens, filię loco eam ſuſcepit, eamque Menoni ſupremo Nini Pręfecto prima vice nuptui, elocavit: teſtè *Reineccio Syntagm. Heroico p.* 53. quo Menone, in Bello Bactriano extincto, Ninus III. Aſſiriorum Rex;eam in conjugem popoſcit;poſt cujus Nini interitum, Semiramis in Imperium ſucceſſit: quoniam Ninyas filius,adhuc impuber erat:tandē in proprium filium, inceſtuoſo amore exarſit: qui maternum exhorrens concubitum; eam interfeciſſe creditur: teſtè *Beroſo, Diodoro, Plutarco, Suida.*

Cleopatra, Κλεοπάτρα hoc eſt gloria patrię; fratri ſuo Dionyſio, juniori connubio, juncta fuit. Julius Cęſar autem Alexandria, atque adeò univerſa, Ægypto ſubacta; Cleopatrę Regnum conceſsit: quę blandi loquentia ſua, ac morum ſuavitate; inter alios,Antonium, inſana libidine adduxit:ut repudiata Octavia, Octavij Auguſti ſorore; ſe in matrimonium duceret: Antonius tandem, ab Auguſto victus in Ægyptum fugit:Cleopatra verò, metuens nè in triumphum abduceretur Romam; morſu admotæ aſpidis mortem ſibi conſcivit, & ab ignominioſa captivitate vendicavit:poſtquam in Ægypto regnaſſet annos 22. 18. ſola, 4. cum fratre. teſte *Plutarc. in Antonio.*

Quiriti profecto Orbem moderantes, in Imperij ſtatu fęminas aliquando ad Regimen adhibuere. Livia enim Druſilla, è Tiberij Neronis poſſe evulſa, cui potiùs pater quam maritus erat, Auguſto nuptui collocata; ab eo hęres extriente deſcripta fuit, quę licet haud ſola, attamen cum Tiberio Auguſti filio ex beſſe hærede,imperavit: teſtè *Dion. in Auguſt. l.* 7.

Sicque, & Agrippina Germanici filia,& Domitij Neronis mater,quam Claudius Tiberius Druſus ejuſdem Germanici frater, propinquitate ſanguinis non obſtante, uxorem duxit, Claudio annuente ſalutata fuit Auguſta, & ut exteris ſuam obſtenderet potentiam; Coloniam in Ubios, ubi nata erat veteranorum militum deduci eamq;Agrippi-

pi-

pinam appellare juſſit *Tac. ann. lib.* 12.

Eudoxia Arcadij Imperatoris uxor ambitioſa, & ſuperba, ac πολυπράγμων Imperij negotijs ſe immiſcuit: quapropter à Joanne Chryſoſtomo pluries reprehenſa; bis eum in exilium ejecit. *Zonar. Monac. lib.* 3. *hiſt.* Athenaida: quam Theodoſius II. Pulcherię ſororis conſilio in uxorem duxit; ſacra Baptiſmatis aqua per Atticum Epiſcopum Cõſtantinopolitanum abluta, in Eudociã nomine mutato; Imperiali diademate ornata, & Auguſta appellata fuit: ſcripſitque Heroico carmine poëmata multa, & Ὁμηρόκεντρα ſive Centones Homeri cõgeſſit *Zonar. lib.* 3. *hiſt.*

Zoe, & Theodora ſorores Michaele Calafato oculis orbato, & ab Imperio ejecto, militię applauſu annuentibus Senatoribus, & Principibus; ad Imperiale faſtigium adductæ fuere *Zonarr. lib.* 3. *hiſt.*

Eudocia altera Conſtantini Ducis Imperatoris uxor, ſimul cũ Michaele, & Andronico filijs, poſt Imperatoris obitum; eo ſic jubente; ad Imperium ſucceſsit, & imperavit; *Zonar. d. l.* 3. *hiſt.*

Irenes Cõſtantini VI. Porphirogeniti mater, cum filio imperavit: eumq; ut ab imperio removeret; oculos, maxima crudelitate, effodere ei fecit eadem die, & hora, qua ante quinquennium, patruo ſuo Conſtantino, oculos effodiendos curaverat *Zonar. lib.* 3. *cedr. ann. l.* 5.

In noſtris tandem regionibus Cõſtantia, ultimus ex Regio Normannorum ſanguine radius; in utroque Siciliæ Regno ſucceſſit, ac imperavit.

Et Imperium, utriuſque Joannæ, Parthenopei Regni Reginę: patens omnibus eſt: ſicuti illud Eliſabettæ in Britannia: ac noſtra tempeſtate ob Regis minorẽ ætatẽ; Marianæ Annæ matris Regimen.

Attamen Imperij, & Eccleſiaſticæ dignitatis, & juriſdictionis, fœminas prorsùs inhabiles eſſe, nonnulli autumãt: licet in legum Civilium corpore evolvuntur Presbiteræ, Diaconæ, ac & Epiſcopæ: Et in Civitate Converſani Apuliæ, quædam adeſt Abbatiſſa: quæ Eccleſiaſticam, quaſi Epiſcopalem exercet, per Vicarium, juriſdictionem: teſtè *Card. de Luca in lib.* 3. *juriſd.* quod idem notamur in noſtris Reginis: quæ, per ſuos Regni Vicarios; hanc ſemper exercere legationem.

133 Valet quoque Sum. Pontifex, in omnibus jus Divinũ diſpenſare: præterquam contra

tra

tra Fidei articulos, & contra univerſalem ſtatutum Eccleſiæ, *ex cap. litteras, & ibi Gloſ. verſ. non poteſt, de reſtit. ſpoliat. Gloſſ. in cap. præpoſuit, verſ. diſpenſare, de conceſ. præbend. D. Mar. Cutell. in Cod. leg. Mart. not. 36. & de imm. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 4. nu. 21. Chart. deciſ. 46. n. 91. Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 64. n. 14.* ubi cum *Abb. in cap. non eſt, de voto, & Felin. in cap. Eccleſiarum, nu. 19. de conſtit.* edocet: valere Sum. Pontificem, cum cauſa in jure Divino diſpenſare: & ante eum dixit *Grat. conſ. 1. n. 31. vol.* 2. Equidem,
134 cognoſcere de cauſis Clericorum criminalibus; ordinis haud eſt: ſed juriſdictionis: ut prædiximus: & habetur *in ſumm. 10. qu. 1. & in cap. dilectus de offic. ordin.* circà quas Pontifex plenam retinet poteſtatem, eaſque delegare valet, *tex. in cap. de conceſſ. præbend.* Gloſſ. *in Canon. præter ?. verum 32. diſtinct.* at ſecùs in eis, quæ ordinis ſunt: quæ laicis interdicuntur: ut Miſſam dicere, vel peccata abſolvere, eiſque delegare, vetant jura Gloſſ. *in verſ. concedimus, Canon. pervenit 95. diſtinct. Didac. Covar. var. lib. 1. cap. 10. n. 4. Barboſ. in cap. quanto n. 9. de conſuet. & in Canon. præter n. 4. 5. 32. diſtinct. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 8. n. 2. Fontanell. deciſ. 324. n. 9. 10. p. 2. Fermoſ. in c. 2. q. 10. n. 4. de jud.*

Potiſſimè, & fæminis; ſunt planè fæminæ taliter ad nanciſcendos ordines expulſæ: ut itidem Eccleſiæ miniſterium eis interdictum eſt, nequeunt namque fæminę, Deo ſacratę, & Moniales; ſacra vaſa aut pallas tangerēt: nec incenſum ad Altare deferre: & ſi hoc conficere contigerit; vituperatione, ac reprehenſione dignum erit: *Canon. ſacrata diſtinct.* 25. fortiùs igitur ab ordinibus, arcendas eſſe, concludendum eſt. Chriſtus porrò noſtræ ſalutis Reparator, Cælorum Regni claves, Divo Petro commiſiſſe evolvitur: non autem Deiparę Virgini, licèt propter merita digniori, & excellentiori, ut prædixmus. Meritò, ſub Leon. X. inter cęteros Lutheri articulos; hunc damnatū remāſit: in quo, fæminis, abſolvendi poteſtatem, agglutinabat. *Et D. Auguſt. lib. de hæreſi, c. 27. ac Epiphanius hæreſ.* 44. edocuere: hæreſim eſſe fæminarum ordinationem: & ſequuntur *D. Thomas in 4. ſentent. diſtin. 25. art. 1.* ubi *Riccard. de Media Villa art. 4. qu.* 1. & ita ferè omnes Theologi, & Canoniſtæ concludunt.

135 Inſuper depromitur quoque ab explanatis: valere talē

lai-

Digitized by Google

laicum Delegatum excõmunicare, ex delegata, non autẽ ex propria, poteſtate: nam, & ſi excommunicatio à clavibus procedit, quo ad propriam poteſtatem; attamen delegata poteſtate ratione officij, & à laicis inferri poteſt, eſtque poteſtas excommunicandi bipartita; altera enim propria, altera delegata: & quoad forum exteriùs, haud interiùs de laico intelligendum eſt; immò regulariter juriſdictionem Eccleſiaſticam, in foro exteriori habentem; excommunicandi habere poteſtatem, indicāt ex *Divo Thom.* & alijs *in 4. ſent. diſtinct.* 18. *quæſt.* 2. *artic.* 2. idem *in* 19. *diſtinct. quæſt.* 1. *ad* 3. & annuit *Panorm. in cap. ab excommunicato nu.* 6. *de reſcript. Vallenſ paratitla decretr. Gregor. IX. lib.* 5. *tit.* 39. *§.* 5. *n.* 1. *Henr. Zoëſ. eod. loc. tit.* 29. *de ſent. excom. n.* 3. 4. & Authores omnes *in ſum. verb. excommunicatio*, idem *Panormit. in cap. tranſmiſſam, de electi̇on. notab.* 1. *Hoſtienſ. in ſumm. de ſent. excom. Felin. in cap. dilecta, de major. & obedient. n.* 3. idem *Panormit. in cap. decernimus, de judic. colum.* 1. *& in cap. ab excommunicato, de reſcript. col.* 2. *Abb. & Felin. in cap. ad probandum, de judic.* idem *Felin. in cap. ſi verò, de ſentent. excom.* cujus ſententię auctor ipſe *Divus Thomas* videtur eſſe, *in* 4. *eadem diſtinc.* 18. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *ad* 3. ibi aſſerendo, non poſſe excommunicatum excommunicare: quia caret juriſdictione: ergo juriſdictionis uſum habendo, excommunicat: quam quidem ſententiam veriorem eſſe, aſſerit *Divus Anton. Florent. Archiepiſcop. par.* 3. *tit.* 25. *cap.* 75. & ſequitur *Barthol. Ugolin. de cenſur. Eccleſ. tab.* 1. *§.* 10. *n.* 4.

136 Noſtri demùm Regni Reges Legati, ut aſſeruimus, Nati cum qualitate de Latere inconcuſsè, omni ferè ævo à Comite Rogerio, uſque ad hodiernum diem, itidem fæminę, ut fuere Calgarita, Ruberti Ducis uxor, Meilita Giletta, Comitis Rogerij filia, ac Adelaſia, ejuſdẽ Comitis Rogerij uxor: quę cum alijs Regni Regibus, excommunicationis cenſuris uſæ fuere: indicat *Inquiſit. Paramus in ſuo Cod. manuſcripto, de Monarchia fol. mihi* 302. & in alio ad *Peñam de origine, uſu, & poteſt. Monarch. fol. mihi* 102. & depromitur in Codice de Monarchia penès Reg. Regni Cancellariam, à Joan. Vega ejuſdẽ Regni Moderatore, cumulato: & paſſim utuntur Dñi Proreges ejuſdẽ Legati Nati Vicarij: qui cũ Eccleſiaſtico

ejuſdem Tribunalis Aſſerore enunciatis Pij V. & Cardinalis Alexandrini cōcordatis, attentis; cauſas decernunt Eccleſiaſticas, cenſuraſque inferunt, in quo Supremo Tribunali,hodie optimo præeſt jure D.Philippus Ignatius Truchillo,& Guerrero,vir ſummo genere natus, doctrinâ, ac moribus preſtantiſſimus.

137 Confert equidem, hac cū opportunitate; aliqua ſcitu digna,circa excōmunicationem conglobare. Eſt planè excommunicatio Eccleſiaſtica cenſura, ob quam Fidelis aliquibus bonis privatur communibus: nimirùm, cæterorum Fidelium conſortio: Sacramentorum, ac communium Eccleſiæ ſuffragiorum participatione:vt ferè omnes erudiunt, inter quos *Bonac. in compend. verb. excommunication.* 1. &

138 iſta major nuncupatur excommunicatio, *Abb. in cap. à nobis n. 5. de except. in 6. cap. pœna, de ſent. excōmun.* minor autem, à Communione, & Sacramentorum participatione tantùm Fidelem arcet *dict. cap. à nobis, de except. in 6. cap. fin. de Cleric. excom. miniſtr.*

139 Major herclè, inter cunctas Canonicas, ac Eccleſiaſticas pœnas, graviſſima eſt: ideò magis formidabilis *cap. corripiuntur, verſ. quæ pœna*, 24. *quæſt.* 3. quam, in Imperio politico,ac Civili jure, deportationi correſpondere autumant *ex l. placet, §. ubi Gloſ. C. de SS. Eccleſ. cap. non minùs, 4. & cap. adverſùs, 7. de imm. Eccleſ. Bald. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Sichard. in Aut. habita, 14. C. nè fil. pro patr. And.* Gaill. *lib.* 2. *de pac. pub. cap.* 1. *n.* 26. *& cap.* 12. *n.* 22. *Weſemb. in parat. n.* 6. *C. de hæret.* Exilio, ſeù relegationi putavere *Gloſ. fin. in cap. paſtoralis, §* 3. *de appellat. Sylve. Aldobrand. ad gloſſ. in §. minor, inſtit. de capit. minut.* & poſt eos *Baldaſ. Conrad. Zahnn. de mendac. lib.* 3. *cap.* 16. *à n.* 22. *& ſeqq.* nam, ſicuti per deportationem jus Civitatis amittitur; ita per majorem excommunicationē Eccleſiæ, jus deperditur: ideò Anathema aliquoties appellatur *cap. certum,* 24. *quæſt.* 3. & in Eccleſia habetur ceù Ethnicus, & Publicanus: nimirùm prophanus, impius: ac à Religione alienus: nihil communo habens cum Chriſti Eccleſia, niſi reſipuerit: ſucceſſit porrò in locum mucronis temporalis, quo mediante, Moſaicæ legis tempeſtate; contumaces interficiebatur: quippè hodie Eccleſia eo haud utitur *cap. Clericis, cap. ſententiam,* 9. *nè Cler. vel Monach. ſæcular. negot.* ideò infligitur ut Eccleſię

re-

Digitized by Google

refractarij ineſpiati, minimè remaneant: & pudore erubeſcentes, reſipiſcerent, ac ad meliorem reducātur frugem. *Petr. de Gregor. Syntagm.l.*31. *cap.* 9.*n.*4.

140 Oportet igitur, ante quàm ad excommunicationis ſentētiam deveniturąut tres præcecedant monitiones: *cap.omnes decimæ*, 16. *quæſt.* 7. *cap. de illicita*, 24. *cap. notandum*, 18. *quæſt.* 4. *cap. de Præsbyterorū, cap. nemo Epiſcopus*, 2.*quæſt.*1. *cap. cum ſpeciali, de appellat. cap. ſacro, & cap. contingit, de ſent. excom.*

141 Sicque edocuit Chriſtus Salvator noſter. *Matth.* 18. *verſ.* 15. 16.17. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & argue eum inter te, & ipſum ſolum*, & iſta prima eſt Evangelica denunciatio, *Speculat. tit. de denunc.* §. 1. *n.* 8. quæ, inter corripientem, & peccantē ad iſtius emendationem perficitur. *Bart. in extrav. de reprim. ver. denunciatio, n.* 5.6. *&* 17. *Bald. in Aut. ad hæc*, 18. *C. de uſur. Mart. de juriſd. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 6. Non enim, privata lapſa, confeſtim ſpargenda, & deferēda foràs ſunt, nè alij offendantur: elatè inſinuat *Bald. Conrad. Zahnn. de mendac. d. lib.* 3. *cap.*16.*n.*61.

Subditque Divinum noſtri Redemptoris Oraculum, *& ſi te non audiverit, adhibe tecum unum, vel duos teſtes, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*: & hic eſt ſecundus correptionis, ſivè monitionis judicialiſque gradus, qui per teſtes, imò per denunciantis juramētum, clarificatur. *Bart. ubi ſupra n.* 17. *Bald. ibidem n.* 18. *Anan. in cap. omnia, de teſt.*

Coràm igitur duobus teſtibus, & fide dignis; monitiones recenſitæ fieri debent: etenim de re maximi ponderis agitur, dum Fidelis, uti contumax, ab Eccleſia, & à cæterorum Fidelium conſortio, eſt eijciendus *d. cap. ſacro de ſent. excom. cum alijs ubi nuper.*

Et ſi inſurdeſcerit, ac exaudire contēpſerit: annectit eadē Divina Sapientia, (*dic Eccleſiæ*) hoc eſt: accuſa eum, vel coram Eccleſiaſtico Senatu, & Conſiſtorio, Paſtoribus, & Decanis, vel coram pluribus fratribus: vel etiàm ipſe ſi eſt in miniſterio, pro Concione, ut alij, eum tanquàm contumacē agnoſcant, & ipſe pudore ſuffuſus, reſepiſcat, & emendetur: ut ſupra allati afferunt, & poſt eos mirè *Conrad. Zahnn. d. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 63. Eſtq; ſanè hæc tertia denunciatio, quā Eccleſia utitur: & Canonica denominatur, *Specul. in d. tit. de denunc. Mart. d. par.*

3. *cap.* 3. *nu.* 8. edocens, hoc Divinæ legis mandatum, prępoſterari nō poſſe: quod ante eum dixere *Hoſtienſ. & Joan. And. in cap. novit, de judic. ver. audierit, Præpoſ. in cap. ſi peccaverit, nu.* 39. *ver. aut ſi non vult pœnitere,* 2. *qu.* 1.

Adductæ, ſiquidem monitiones mandantur diſertè *in cap. de illicita,* 24. *quæſt.* 3. *in cap. excommunicationis,* 24. *q.* 2. *cap. reprehenſibilis, & in cap. cum ſpeciali, de appellat. & in alijs concordātibus.* Congruę pariter, & intervallatæ dierum monitiones: eſſe debēt ſaltem quælibet per tres dies; ut ſtatuit *Gregor. X. in c. Cōſtitutionū, 9. de ſent. excom. in* 6. indicātis tamen arbitrio, qui attentā qualitate peccati, rei, ac temporis; dies augere, vel diminuere valet: inſinuant *Bellett. diſquiſ. Cler. §.* 4. *n.* 23. & 43. *Sayr. cap.* 22. *n.* 36. *Cæſar. Panimoll. deciſ.* 96. *adnot.* 1. *n.* 5. 6. 7.

Irruētes in adductā cenſurā, nō excuſantur per Clerici percuſſi conſenſum; ſi actio injurioſa ſit ordini facta *cap. contingit. 36. de ſentent. excomm: Avil. de cenſ. diſp. 3. dub. 12. ʔ. ex dictis, Zoëſ. n. 84.*

Imò ſi ſe ipſum Clericus percuſſerit, cum gravi corporis læſione, non liberatur ab allata cenſura, *cap. ſi non licet 23. qu. 5.* non minus ſe ipſum occidens. *Abb. in cap. contingit 36. n. 6. Navar. ſum. cap. 27. n. 80. Clar. qu. 77. n. 3. Zoëſ. nu. 66. Gonzal. cap. 36. nu. 2.*

Juſtus inſuper titulus excludit ab hac excommunicatione percuſſorem: etenim Superior Eccleſiaſticus ob opportunam cauſam, ſi ſubditum ſuum Clericū, ut corrigatur, percutit; non impiè, aut temerariè hoc agere dicitur: at ſecus ſi non ſubditus eſſet; nam tunc injuſta eſt percuſſio, contrà juris ordinem ex defectu juriſdictionis, meritò in enunciatam cadit cenſuram. *Zoëſ. n. 60.* In hanc excommunicationem equidem ruit quidam Regni Archiepiſcopus: qui, pretextu in obediētię, Abbatem, à ſua juriſdictione exēptum; pugnis, alaphiſq; colaphizavit: ità pariter erit, ſi Superior abſque proportionata, cauſa, ſuum percuſſerit Religioſum: etenim hæc non dicitur correptio: & in Canonis pœnam incidit *cap. univerſitatis, 24. de ſent. excommun.*

Advertendum tamen eſt: quòd ſi juridica pœna contra deficientem adſit; tunc ordo judicialis eſt ſervandus, & Religionis conſuetudo, ſi iſta paterna, & Religioſa ſit. Ulterius Religioſi correptio, ſi per verbera agenda ſit, fieri debet de Superioris mandato per Monachum, vel Clericum, vel per Converſum; niſi iſte tantùm addictus ſit, ut Religioni inſerviret: quoniam iſte Religioſus haud eſt: committitur tamen laico Clerici verberatio per Eccleſiaſticum Superiorem; ſi aliter correptio haberi non poſſit, & ſic ob neceſſitatem, quæ à cenſuris excuſat. *Suarez. ſect. 1. n. 42. 43.* citra ſanguinis effuſionē. *D. D. Emman. Gonzal. Tellez in cōmen. lib. 5. decret. tit. 39. de ſent. excom. c. 1. n. 4.* Parili itidē ſchemata pater; & præceptor currunt, qui mode-

deratam queunt facere filio, vel diſcipulo Clerico caſtigationem *cap.* 1. *&* *cap. cum voluntate* 54. *de ſent. excõm.* nec complicantur ſub hac cẽſura, eijcientes ab Eccleſia, perturbantem divina Officia, *d. cap.* 54. *& cap. veniens* 16. *eodem* nec Clericum percutiẽs ludendo. *Navar. ſum. cap.* 27. *n.* 80. *& ſeqq. Suarez n.* 49. 50. Excuſatur pariter percuſſio ex ſubito motu: etenim defectus deliberationis, intenſionem deficere facit. *Zoëſ. n.* 71. primi namque motus, nõ ſunt in noſtri intellectus plenitudine: *Gloſſ. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & Cleric. Clar. lib.* 5. 9. 60. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 9. *n.* 235. *Gambac. de imm. Eccl. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 14. Difficilis eſt iram continere, quàm miracula facere: ait *D. Thomas*: motum ſiquidem animi fervidum, propter humanam fragilitatem, in poteſtate retinere haud poſſumus, ſuffragante tamen Dei gratiâ, diſciplinæ ratione continemus, & ſi iraſcamur, nec Dei conſideratione contineremus. *Caſſiod. ſup. Matth.* melior denique eſt, qui vincit iram, quàm, qui capit Civitatem: ſubdit idem *Caſſiod. ſup. Pſalm. iraſcimini, & nolite peccare.*

Obnoxius denique huic excommunicationis coërtioni ebrius haud eſt: etenim à ſenſu carente, ſcatere poteſt injuria, Clerico, per eum inflixa, ſi tanta ſit ebrietas, quæ animi ſenſum, ac malitiam auferat: erudiunt *Covarr. Clement. ſi furioſus, par.* 3. *nu.* 3. *Sanch. in* 1. *præcep. Decalog. cap.* 12. *n.* 7. 8. Eſtque ebrius furioſo ſimilis: meritò ultiones omnes ei leniendæ ſunt, *tex. in l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit. l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pæn.* quippè nõ ſtudioſè, ſed potiùs impetuoſè delinquere dicitur *Bald. in cap. à crapula, de vit. & honeſt. Cleric.* undè dixit *Petr. Rav. in quod. ſerm.* ebrietatem eſſe litium matrem, furoris generatricem, petulantię magiſtrã, & qui eam retinet homo non eſt; & peccatum haud ageret, licèt ipsũmet ebriũ peccatum eſſe, ſubditque ebrietatem rabiem voluntatis eſſe, honeſtatis illecebram, & pudoris injuriam. *D. Auguſt. in lib. de pæn.* annectit ebrium, naturam confundere, gratiam amittere, gloriã perdere, ac in æternam damnationem incurrere. De iſtis ebrijs, ac ebrioſis fusè adduximus *in* 2. *tom. de Cleric. quandoque amittend. in cap. de Cleric. aſſaſſin.*

152 Planè cenſuris juris innodati, alteri reſervatis, ab eo, qui

qui eas protulit, vel à ſuo ſuperiore, vel à ſucceſſore abſolvuntur *Bonac. ubi ſupra punct.* 1. *præpoſit.* 1. *num.* 1. *& præ-*
153 *poſit.* 3. *n.* 10. Ab eis verò, quæ ex juris fonte ſcatent, reſervantur, omnes Epiſcopi, & Prælati, juriſdictionem habentes, in foro externo abſolvunt: itidem & Parochus, aliuſque Sacerdos, poteſtatem habens abſolvendi à mortalibus, ut ex *cap. nuper de ſenten. excom.* probant *Navarr. cap.* 27. *nu.* 29. *Suarez diſput.* 7. *ſect.* 3. *n.* 23. *& ſect.* 4. *n.* 9. *Ugolin. de cenſur. tab.* 1. *cap.* 18. *Alter. lib.* 4. *diſput.* 3. *cap.* 3. *&* 4. *Poſſevin. de offic. Curat. cap.* 7. *n.* 50. Etenim, dum ſuperior non reſervat abſolutionem; cenſetur cuicumq; Confeſſario concedere facultatem abſolvendi, *Bonac. in d. præpoſit:* 3. *n.* 10. nec diſcrepant *Covar. Guttier. Villalob. & alij per Fontanell. deciſ.* 101. *n.* 17. *par.* 1. *Dian. reſol. mor. par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 23. *& part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 5. *& in ſumm. verb. abſolutio, D. Mich. Cortiad. deciſ.* 27. *n.* 31. 32. 33. *Ciarlin. contr. cap.* 155. *n.* 11. 12. *par.* 2. *Caſtr. Palaus to.* 2. *tract.* 11. *diſput. unic. punct.* 12. *n.* 7. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat.* 50. *n.* 183. *par.* 3.

154 Inſuper cenſura, ab homine per ſententiam generalem, vel particularem lata; ab eo aufertur, qui eam tulit, vel per ejus ſuperiorem, vel per ſucceſſorem, aut per illum, cui ſpecialis fuit indulta facultas, ut uno fatentur ore Doctores: & habetur in *cap. per tuas, & cap. ſacro, de ſent. excom. Bonac. ubi ſupra*; undè ſi generalis excõmunicatio eſſet: plectens nimirùm furtum facientes, juxtà *tex. in cap. frequentibus, de inſtitutionib.* & notata *in cap. à nobis lo* 1. *de ſent. excom.* tunc omnis Legatus, etiam ſi non ſit de Latere; poterit ab ea abſolvere: etenim poſſet Epiſcopus, cum quo concurrit Legatus, DD. omnes, ubi ſupra, quibus, adde *Gondiſſ. Villadieg. de Legat. qu.* 13. *n.* 13.

155 At ſi per viam ſententiæ particularis, ſivè ſpecialis fuerit lata excommunicatio per Pontificem; ſe abſtinet Legatus, nec ſe intromittit ad eam
156 abſolvendam; ità & ſi per ſuum Delegatum fuiſſet prolata: nam non ſe immiſcent cæteri: ut in *cap. ſtuduiſti, de offic. Legat.* quoniam in illa cauſa ſibi commiſſa, cunctis major eſt Ordinarijs: ut in *cap. ſanè* 102. *eodem*: in eis verò illatis, per inferiorem, cum cauſæ cognitione, & per juris tramites, abſolvit ſuperior, *c. contingat, de offic. Delegat. cap.*

ad reprimendum, de offic. ordin. cap. per ſuas, de ſent. excomm.

157 Prælatum namque, ſuperiorem juriſdictionem habẽtem; valere abſolvere à cenſuris illatis à ſuo inferiore, DD. communiter aſſerunt; undè Epiſcopus valet abſolvere à cenſuris illatis ab Archidiacono, & ſic de alijs; etenim juriſdictio inferiori competens; ei haud privativè, ſed cumulativè cum ſuperiore tribuitur, iſtius auctoritate non ablata, *Suar. diſp. 7. ſect. 2. nu. 12. Avila part. 2. cap. 7. diſput. 1. dub. 11. Ugolin. d. tab. 1. cap. 4. Coninck. diſput. 14. dub. 16. n. 233.* & alij, quos affert *Bonac. d. quæſt. 3. punct. 1. nu. 3. diſput. 2.*

158 Planè opportunũ itidem eſt, alteram explanare hæſitationem: num abſolutus à quolibet Confeſſario, virtute privilegij Bullę Cruciatæ; cenſeatur abſolutus, tàm reſpectũ fori interni, quàm externi? adeò quòd opus haud ſit ad excommunicantem, accedere Judicem pro foro externo: Et quamvis præſens hęſitatio ſubtilis, ac non minus obſcura agnoſcitur ex diverſis DD. ſententijs, diſcriminatim omni ferè ævo prolatis: ex quibus potiùs difficultatibus nodata remanet, quàm explicitè ſoluta; attamen prę viribus noſtris verã, germanam, ac in Eccleſiaſticis ſubſellijs, magis receptam opinionem enucleabimus; Negant equidem ſubſiſtẽtiam hujuſce abſolutionis quo ad forũ externum *Henriq. lib. 7. de indulgent. cap. 18. n. 2. Avil. de cenſur. p. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 13. à Cruce in expoſit. bull. diſp. 1. cap. 4. dub. 3. n. 3. P. Ant. Dian. reſ. mor. p. 1. tract. 11. reſ. 26. Ricciull. de jur. perſon. extra grem. Eccleſ. conſiſtent. lib. 4. cap. 69. n. 13. Didac. Covarr. var. lib. 2. cap. 20. n. 3. & 6. & in cap. Alma Mater p. 1. §. 11. n. 16. idem à Cruce in d. cap. Alma Mater p. 1. §. 11. n. 16. de ſent. excomm. in 6. idem Covarr. in cap. Raynutius de teſtam. n. 19. Caſtr. Pala. oper. mor. p. 4. tract. 25. de Bulla Cruc. diſp. unica punct.* 8. & alij, quos lato calamo cumulat. *Leand. à Sanctiſ. Sacram. de excomm. p. 4. tract. 2. diſput. 17. qu. 97. Sorb. apud Garciam de benef. p. 2. cap. 5. n. 55. Barboſ. tract. variar. in locis comm. loc. 50. F. Hieron. Garcia polit. regul. tract. 10. diffic. 7. dub.* 3. cuncti uno blaterantes ore: abſolutionem excommunicationis, vel alterius cenſuræ, ratione Bullæ Cruciatę, vel Jubilęi indultã; tantum valere pro interiori foro, & conſcientię; Etenim pri-

privilegium nunquam juvare pro exteriori foro; niſi, id in eo explicitè evolveretur: imò talem abſolutionem omninò tendere contra auctoritatem Eccleſiaſtici Præpoſiti, excõmunicationẽ indicentis, demõſtrant: quoniã ſi iſte, excomunicationis vinculo, aliquẽ nodaret, eumq; Confeſsarius abſolveret, contra ſuã auctoritatẽ, & juriſdictionẽ foret, quę haud parũ turberetur, ex quibus, & alijs medijs putãt valere Eccleſiaſt. Antiſtitẽ excõmunicantẽ; cõtrà excõmunicatũ, & virtute Bullæ Cruc. ſolutũ, procedere, ac ſi abſolutus minimè fuiſſet: pro quorum ſententiæ confirmatione; ſpecialem Urbani VIII conſtitutionem, anno 1630. editam, afferunt: ex qua Summ. Pontifex declaravit, Bullæ Cruciatæ privilegium, quoad caſus reſervatos, itidem in Bulla Cænę Domini, non niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragari: ex qua quidem Põtificis conſtitutione, finitam eſſe allatam hęſitationem autumant: & ſequitur *Bard. ad Bull. Cruciat. trac. 6. cap. 5. ſect. 1.* eamque referunt tamen nonnulli ex eis, ad excommunicationes indictas ab homine: non autem à jure: nam iſtæ itidem in foro externo, à quolibet Cõfeſſario approbato, virtute Bullæ Cruciatę, abſolvuntur ſubdunt recenſiti: nec diſcrepant *Acoſta in Bulla Cruciat. qu. 50. verſ prima ſit, Dian. in ſumm. Bullæ Cruciatæ. n. 29. Avil. de cenſur. cap. 7. dub. 12.*

Cæteri verò exiſtimant, abſolutionẽ: virtute Bullæ Cruciatæ, à quolibet Confeſſario approbato impertitam; validã eſſe: itidem in caſibus Sedis Apoſtolicæ reſervatis, ſemel tamen in vita, & ſemel in articulo mortis; etiamſi in forũ contenſioſũ, & judicialẽ fuerint adducti: & in non reſervatis verò toties, quoties: ut in ipſamet evolvitur Cruciatę Bulla, & inſinuant *Tambor. in Bulla Cruciatæ cap. 11. ꝫ. 6. n. 1. tom. 1. Bonac. de cenſur. quæſt. 2. punct. 5. tom. 1.* potiſſimùm ſi in privilegio altera non evolveretur limitatio: annectunt *Sot. 4. diſtin. 22. art. 3. Henriq. lib. 7. cap. 13. n. 2. Rodriques ad Bull. ꝫ. 9. n. 49. Sanch. oper. mor. lib. 6. cap. 18. n. 42.* quos adducit *Bonacin. ubi nuper.* Nonnulli tamen inſinuãt, facultatem, ſimpliciter tributam abſolvendi, ex privilegio, pro utroque foro conceſſam cenſeri: nec in diverſam ivere ſententiam *Navar. cap. 27. nu. 278. Rodriq. cap. 83. n. 9. Suarez diſput. 7. ſect. 5. n. 21. Filiucc. tom. 1. tract.*

11. *cap.* 9. *quæſt.* 7. *nu.* 291. Et in ſpecie Bullæ Cruciatæ, abſque alia reſtrictione, ac limitatione indultæ, quòd abſque nulla limitatione alia, recipiendà eſt, præter caſum hæreſim: inſiuant *Sanch. in ſum. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 49. *Acoſtà in explic. Bull. qu.* 50. *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 29. *Henriq. lib.* 8. *cap.* 60. *n.* 4. *P. Dian. reſ. mor.* 26. *par.* 1. *tract.* 11. *verſ. ſed probabiliorem*, *Mendo in explicat. Bull. Cruc. diſput.* 1. *cap.* 6. *per totum*, & *ex nu.* 45. *Garcia polit. regul. tom.* 1. *tract.* 10. *diffic.* 7. *n.* 11. Imò probari agglutinat allatam abſolutionē, pro foro externo, per Confeſſarij fidem, *Tambor. d. cap.* 11. *ʓ.* 8. *n.* 11. *Caſtr. Palau. oper. mor. tom.* 4. *tract.* 25. *punct.* 9. *Suarez de cenſur. diſput.* 7. *ſeſ.* 8. *n.* 26. *Mendes inſtruct. Conf. cap.* 12. *in fine*. Ob quā Confeſſarij atteſtationē; Eccleſiaſticus Prælatus debet eſſe pacatus, ac excommunicatum taliter abſolutum; inquietare amplius non debet: ſubdunt *Acoſta ſuper Bull. Cruc. d. qu.* 50. *Dian. reſol.* 26. *p.* 2. *tract.* 11. *n.* 6. Sicque decíſum bis per *Rot. Rom. Card. de Luca Miſcellan. Eccleſiaſt. diſcurſ.* 21. *per totum*, & de recenti, in hoc noſtro Siculo Regno, per Supremum Monarchiæ Tribunal, Præſidente Ill. D. D. Joanne de Solorzano, & Caſtillo, meritiſſimo Prçſule, conſummatoque, U. J. D. ſic pariter fuit deciſum in cauſa Franciſci Cazola, Joannis Caſati, & aliorum excommunicatorum per Magnam Curiā Archiepiſcopalem Feliciſſimę Urbis Panormi, ob gravem reſiſtentiam, ac eximentiam, è manibus ejuſdem Magnæ Curiæ Satellitum: quos tanquàm perturbatores Eccleſiaſticæ juriſdictionis; in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, incurriſſe autumabat Fiſcus Eccleſiaſticus: futilemque ſupponebat fuiſſe abſolutionem à Confeſſario, virtute Bullæ Cruciatæ obtentam: attamē, exhibita in dicto Supremo Monarchiæ Trib. recenſitam abſolutionem legaliter per fidem Rever. Sacr. Theolog. Doctoris D. Anibalis Montaquila; de abſolutione virtute privilegij Bullæ Cruciatę teſtantis; fuit dictum anno 1690. fuiſſe, ac eſſe illatum gravamen: & proindè excommunicati fuerunt liberè, ac totaliter ab omni vexatione ſoluti; de hoc autem delicto eximentiæ, & reſiſtentiæ patrato contra Miniſtros Judicis Eccleſiaſtici; vide per nos tradita *ſub n.* 164. *in fine*, *in hoc eodem Capite*. Et tandem pro con-

confirmatione ſupra recenſitę ſententiæ graphicè conducit conſtitutio Diœceſis Salmantinæ, quam afferunt *Henriq. lib. 7. cap. 17.n.2. lit.V. Leander à Sanctiſſ. Sacram. part. 4. tract. 2. diſput. 17. quæſt. 117. verſ. tertio quia de facto, &* meminit *Trullench. in explicatione Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 9. n. 3.* per quam ſtatutum fuit: poſſe reum per Bullam abſolvi pro foro conſcientiæ: & conſtitutio Diœceſis Salmantinæ concedit; ut valeat etiam pro foro exteriori; id quod ſimiliter conceſſit Pontifex in Jubileo.

159 Nec huic ſententiæ, & Salmantinę conſtitutioni inficiari videtur *Urbani* VIII. memorata conſtitutio: etenim iſta tantùm loquitur quoad facultatem Regularium, circa privilegium eligendi Confeſſarios, extrà ſuum ordinem, pro caſibus Pontifici, vel ſuis Superioribus reſervatis: in reliquis autem revocatum haud fuiſſe id quod ſtatuere Pius V. & Greg. XIII. licèt incidēter potiùs, quàm per modū legis condēdæ, Pontifex ibi dixiſſet privilegium Bullæ tantùm ſuffragari pro foro interno; hoc tamen non definitè, ſed opinativè locutum fuiſſe Pontificem, ut contra *Bardium tract. 6. cap. 5. ſect. 1.* innuit *Leander d. q. 117. verſ. 1.* quia *Urbanus* Pōtifex in eo caſu loquutus fuit, ut Doctor particularis; ideò authoritatē definitionis haud retinet: inſinuant *Fragoſ. de repub. p. 2. lib. 1. diſp. 1. §. 3. n. 32.* imò ſequendam haud eſſe ejus opinionem, ſi contraria magis fuerit cōmunis, ſubdit *P. Boſſ. in ſuis mor. tom. 1. par. 1. tit. 1. §. 27. nu. 564.* & conducit *tex. in cap. à quodam Judæo, de conſec. diſtin. 4.* ubi verba decretalium, non ſunt deciſiones, itidem prolata à Sum. Pontificibus, & ſequitur *Dian. reſol. 9. par. 11. tract. 2.* edocens in decretis, & definitionibus Eccleſiæ cōcluſiones tantùm eſſe de fide, non autem probationes in eis contentas; undè concludit in Concilijs, & Sacris Canonibus, directè definita, pertinere ad fidem, non verò ea quę obiter afferuntur.

Præterquàm quòd, itidem reſpectu Regularium ex *Urbani* VIII. conſtitutione, non deſunt ambages, & ſolida inter Doctores Sacræ Theologiæ excitata diſſidia: autumantes: ex probabiliori ſentētia allatam conſtitutionē haud eſſe conſiderandam in locis, & Religionibus, ubi publicata, ac acceptata non fuit, ac ubi à ſuperioribus, non eſt ſubditis notificata, ac intimata: ut be-

benè ex multis authoritatibus, & rationibus ratiocinatur, *Trullench. in expoſit. d. Bull. Cruciat. lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 9. *à n.* 17. 18. 19. 20. *& ſeqq.* potiſſimùm poſt mortem Urbani conſtituentis: ut ex *Dian. d. reſol.* 9. annuit *Trullench. n.* 27.

Nec refragatur, quòd ſit Romę publicata, & in toto terrarū Orbe ſervetur: ut exiſtimàt *Suar. de leg. lib.* 4. *cap.* 15. *Salas diſput.* 12. *ſect.* 2. *n.* 10. *& alij Dian. reſ.* 8. *tract.* 10. *de leg. part.* 1. nam opus ęſt ut promulgetur in ſingulis Diœceſibus, & Provincijs: ut edocent *Sararius in Opuſc. Theolog. tom.* 3. *diſput. de leg. n.* 56. *& ſeqq. Emman. Sà verb. lex, nu.* 9. *Tolet. de poteſt. Confeſſ. cap.* 9. *quæſt.* 5. *Mirand. in manuſ. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 25. *art.* 4. *concluſ.* 5. *Molin. de juſt. & jur. tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.* 395. *nu.* 4. Quam ſententiam tutam eſſe in conſciētia dixere *Layman. in Theol. mor. lib.* 1. *art.* 4. *cap.* 3. *nu.* 3. *Becanus in ſum. Theolog. par.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *n.* 5. 6. *Homobon. de exam. Eccleſ. p.* 2. *tract.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 10. *in fine, Leſſ. lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 13. *n.* 28. & nos fusè attexìmus ſub *cap.* 8. *de monet.* & laxè ſcripſit *Domin. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *& cap.* 3. *per totum, D. Mich. Cortiad. deciſ.* 119. *n.* 9. ſi jura ſpecialia lædit, aut perjudicat, ſubdit *Creſp. de Valdaur. obſer.* 63. *n.* 5. 6.

Corroboratur tandem ſupra firmata ſententia, nō tantùm ex adducta ratione; nimirùm quia facultas abſolvēdi virtute Bullæ Cruciatæ, fuit ſimpliciter, abſque alia reſtrictione, & limitatione tradita, quæ pro utroquo foro accipienda ſemper eſt: ut ex probabiliori ſententia autumavere recenſiti: inter quos *Joan. Ægid. Trullench. in expoſit. Bull. Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 10. *n.* 4. *Mart. Bonac. de cenſur. in comm. diſp.* 1. *qu.* 3. *punct.* 10. *nu.* 2. *Salſed. prax. par.* 2. *cap.* 6. *nu.* 42. Verùm etiam ex aſſueto Pontificio jure; aſſolent, namque Sum. Pōtifices, in hiſce facultatibus, & Jubilæis, ubi voluere interdicere abſolutionem, quo ad forum externum, diſertè, & explicitè hanc indixere prohibitionem: ut effecere Pius V. anno 1586. Gregorius XIII. & XIV. Sixtus V. anno 1585. ac Paulus V. anno 1605. ut elatè ponderant *Garcia polit. regul. tom.* 1. *tract.* 10. *difficul.* 7. *dub.* 2. *n.* 11. *Mend. ubi ſupra d. diſp.* 1. *cap.* 6. *Sayr. de cenſur. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 29. *Trullech. in expoſit. Bull. Cruc. lib.*

lib. 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 9. *n.* 4. ex quo Pontificio aſſueto ſtylo, taliter concedendi Jubileũ; elicitur, mentem noſtri Sum. Pontificis, fuiſſe in Bulla Cruciatæ, pro utroque foro interiori, & exteriori, Jubileum concedere: dum in ea nullam appoſuit limitationem, ac reſtrictionem: ut factitaverè cæteri, nuper recenſiti: ac innuit *Leand. à Sanctiſ. Sacram. par.* 4. *tract.* 2. *diſput.* 17. §. 3. *quæſt.* 7. & declaravit *Rot. Rom. in una Conimbicenſi penſionis anno* 1605. *coram Melino, quam affert Proſp. Farinac. deciſ.* 133. *par.* 2. eamque extollit *Barboſ. de exigend. penſion. par.* 1. *q.* 7. *n.* 21.

Recenſitæ porrò rationes; quamvis efficaces nobis totaliter non arrident; etenim ſi hanc abſolutè admittimus sẽtentiam valere, utputà, abſolutionem virtute Bullæ Cruciatæ pro utroque foro; maximum oriri videtur inconveniens, reſpectu Prælatorum excõmunicantium, extimationis: nam ipſi cenſurarum gladio feriunt: ſimplex verò Confeſſarius abſolvit: ex qua, evidens facilitas perturbandi Ordinariorum Prelatorum juriſdictionem; præberi videtur: ut benè innuunt allati prò prima opinione negativa, additis *Villalobos par.* 1. *tract.* 27.
cauſ. 9. *n.* 24. *Covarr. var. cap.* 10. *n.* 3. 6. *& in cap. Alma mater par.* 1. §. 11. *n.* 16. *& in cap. Raynutius de teſtam. n.* 19. *Trullench. d. lib.* 1. §. 7.
160 *cap.* 2. *dub.* 9. *n.* 2. Meritò
magis juſtam putamus eorũ ſententiam: qui edocent valere talem abſolutionẽ, à Confeſſario virtute Bullę Cruciatę indultam pro foro interiori, ſatisfactâ tamen parte: ut mirè explicant *Ugolin. de cenſur. tab.* 1. *n.* 10. §. 4. *nu.* 5. *Vega in ſum. p.* 1. *cap.* 6. *caſ.* 52. *Henriq. de Indulg. lib.* 7. *cap.* 13. §. 2. *Rodriq. in explicat. Bull.* §. 9. *n.* 55. *in fin. & in addit. n.* 49. 51. *& in q. regul. to.* 1. *q.* 20. *art.* 6. *et q.* 61. *art.* 6. *et in ſum. to.* 1. *c.* 83. *n.* 9. *Sorb. comp. mendic. in reſ. abſol. p.* 57. *Leãd. à Sanctiſſ. Sacr. Theol. Mor. p.* 4. *tract.* 2. *diſp.* 17. §. 3. *q.* 97. *verſ. ſed probabiliter certè, Joan. de la Cruz in direct. conſcient. par.* 2. *trac. de excomm. dub.* 5. *concluſ.* 3. *Trullench. d. dub.* 9. *nu.* 3. *& dub.* 10. *per totum, Martin. Bonac. de cenſur. in comm. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 10. *n.* 2. *Ozpellet: de caſ. temp. mor. occurr. tract.* 10. *reſ.* 6. *n.* 3. *Donat. de regul. tom.* 2. *part.* 4. *tract.* 6. *reſ.* 17. *à n.* 11. *Garcia de benefic. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 55. *Joan. Valero de utroque for. verb. abſolutio, differ.* 5. *n.* 6. *& diff.* 3. *n.* 4. *F. Hjeron Garcia polit. reg.*

tom.

Digitized by Google

tom. 1. *tract.* 10. *diff.*7. *dub.*1. *à nu.* 10. *& ſeqq.* & alij, quos laudat *Epiſcop.Frances ubi ſupra, & Merlin. deciſ.* 136. *n.* 11.12.*to.* 1.*Bobadil.polit.lib.*2. *cap.*19. *n.* 46. qui ex ſententia F. Bartholomęi Medina, ac aliorum Theologorum, uti correctior, eam obſervaſſe teſtatur.

Facultas autem, ex recenſita Cruciatæ Bulla, Confeſſario indulta; intelligi debet citrà terſij præjudicium; Sum. enim Pontificē non præſumitur in terſijs jacturam concedere; niſi diſertè hoc exprimat, *cap. quamvis de reſcript. in* 6. *Pariſ. conſ.* 67. *n.*23.24. *lib.* 4.*Ledeſm.* 4.*quæſt.* 26.*art.* 1. *dub.fin. verſ.quamvis*, & ex verbis ejuſdem Bullæ Cruciatæ innuunt *Covarr. in d. cap. Alma mater,de ſent. excom.par.* 1. §. 11. *n.* 16. *Navarr. conſ.* 48. & 49. *n.* 2. *eod.tit. Acoſt. in d. Bull. Cruc. quæſt.* 50.*Villalob. Valer.* & alij nuper citati, & poſt eos *Merlin. deciſ.* 136. *n.* 12. 13. *tom.* 1.

Ex qua equidem abſolutione pacata jam parte à Confeſſario approbato indulta, virtute Bullæ Cruciatę: nec vileſcit Prælati excommunicantis authoritas, nec ejus perturbatur juriſdictio: etenim tunc non Confeſſarius ſimplex abſolvit; ſed Sum. Pōtifex, à quo ſcatet hoc beneficium, & ſic à ſuprema delegantis poteſtate: non Sacerdotis abſolventis, ut meliùs infrà explicabimus: neque ſua perturbatur juriſdictio: quoniam itidem, poſt receptā à Confeſſario abſolutionem, quit Ordinarius cognoſcere, ſi aliquod defectum patiatur allata partis ſatisfactio: imò ſi ob delictum promerit contumacia valere Eccleſiaſticum Prælatum abſolutum, ob injuriam, ſuæ juriſdictioni indictā objurgare, ratione publici boni: ut erudiunt *Sanch. in ſelectis diſp.* 48. *n.* 62. *Tambor.de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 17. *q.* 2. *n.* 1. *Garcia de benefic.p.* 1. *cap.* 10.*n.*145.*Gutierr.Canon. quæſt. cap.* 2. *n.* 20. *Caſtr. Palau. oper. mor. de Bull. Cruc.to.* 4. *tract.*25.*diſp. unic. punct.*9. *n.* 10. *Garcia in pral. reg. to.* 1. *tract.* 10. *dif.* 7. *dub.* 2. *n.* 11. *D. Franc. Frances de Urrutigoyti var. utriuſque jur.reſ.cap.* 20. *nu.* 40. 41. & ante eum *Leander d. quæſt.* 117. *verſ.*4. *Baſſeus in Flor. Theol. par.* 1. *verb. abſol. n.* 23. Meritò abſolutus à cenſuris, vigore recenſitæ abſolutionis, remanet immunis ab ea, quoad forum internum: non tamen recenſita abſolutio tollit cenſuras, à Superiore indictas, tanquam per ſpeciem pœnæ; meritò Prælatus Eccleſiaſticus abſo-

luto

luto imponit pœnam, ut ſcandalum illatum expiatum remaneat, *Leander*, & *Sanch. ſelectis, cum Urrutigoyt, ubi nuper* comptè, ac enodatè *Card. de Luca part. 4. Miſcell. rer. Eccleſ. diſcurſ. 21. nu. 5. poſt de Regular. tom. 14.*

161 Intelligas tamen in excõmunicationibus ab homine, ratione homicidij, vel alterius delicti indictis, vel ob contumaciam jam in judicio contractam, quæ omnes minimè tolluntur per abſolutionem vigore Bullæ Cruciatæ; niſi per Prælatum excommunicãtem: nam in iſtis, abſolutionẽ à cenſuris eximere quoad judicium internum, non verò à pœna, ut preter allatos firmavit *Card. de Luca in d. Miſcellan. Eccleſiaſt. diſcurſ. 21. n. 4. tom. 14. de regular.* & antè eum dixere *Covarr. in relect. ad tex. in d. cap. Alma mater, par. 1. §. 11. n. 16. de ſentent. excom. in 6. Dian. reſ. 13. p. 5. tract. 9.* imò adhùc ſatisfactâ parte reſpectu contumaciæ, & pœnæ poſſit accuſari, ac puniri: non autem reſpectu excommunicationis, ſubdit idem *Covarr. lib. 2. var. cap. 10. nu. 3.* & *Gutierr. Canon. quæſt. d. lib. 1. cap. 2. n. 3. Cened. collectat. 111. ad decret.* & alij per *Rot. Rom. apud Merlin. deciſ. 15.* verùm quantùm oportet ad contumaciæ vindictam, ſivè ad publicam ſatisfactionem, aut ad elidendum ſcandalum, ſubdit *Garcia polit. regul. tom. 1. tract. 10. diſ. 7. dub. 1. n. 9.* benignè ſe gerere debet Prælatus, pœnã, ac vigorem temperando in abſoluto rigore Bullæ Cruciatæ: etenim in conſpectu Dei verè excommunicatus nõ eſt, *Gutier. ubi ſupra cap. 2. n. 20. Caſtr. Palaus d. p. 4. tract. 25. de Bull. Cruc. diſput. unic. punct. 9. nu. 10. Garcia polit. d. dub. 2. n. 11.* & ſi res in judicio detecta haud fuit, eum inquietare non debet Prælatus Eccleſiaſticus: quippè tũc ceſſat perturbatio judicialis ordinis: mirè annectunt relati per *Pellizar. tract. 8. cap. 3. ſect. 2. ſub ſect. 2. quæſt. 7. n. 63.* & tunc tenetur eum abſolvere ab excommunicatione à ſe illata *Covarr. var. lib. 2. cap. 1. n. 5. §. 9. Villalobos in ſumm. tom. 16. difficul. 19. n. 10. Valer. de utroque for. verb. abſolut. diff. 2. n. 6. Mend. ad Bull. Cruc. diſp. 25. cap. 14. n. 156. Trallench. in expoſit. Bull. Cruc. d. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 10. nu. 10. in fin.* & ſi renuit, peccat *Navarr. in cap. placuit, n. 19. de pœnit. diſtin. 6.* & à Superiore abſolvitur *cap. ad reprimendum, de offic. ordin. Garcia polit. reg. tom. 1.*

tract. 10. *diſſ.* 5. *dub.* 3. *punct.* 4. *n.* 8. & *diſ.* 7. *dub.* 1. *n. fin.* Ratio autem potiſſima affertur per *Donatum de Regular. tom.* 2. *part.* 4. *tract.* 6. *quæſt.* 19. *à n.* 11. & *ſeqq.* edocens, quòd Judex ferendo cenſuras ad partis inſtantiam, cenſetur ſe confirmare intenſioni partis, quà pacatâ, quieſcit Tribunal: nec diſcrepat *Valer. ubi ſupra diſſ.* 5. *n.* 4. *in fine*, licèt de rigore juris, Prælatus, qui excommunicationem indixit, talem abſolutionem non tenetur acceptare, niſi ex æquitate, & benignitate: autumat *Trullench. ubi nuper dub.* 10. *n. fin. in fine.*

Abſolutione igitur obtentâ cum partis ſatisfactione, vel ſub cautione, aut juramento de concordanda parte, valida remanet abſolutio, quo ad judicium internum in excommunicatione ab homine illata, licèt quo ad pœnam remanet devinctus taliter abſolutus, ut coram Prælato Eccleſiaſtico excommunicante, delictum, ejuſque contumaciam expurgaret, innuunt nuper allati; realis tamen partis ſatiſfactio neceſſariò requiritur, vel ejus concordatio, aut licentia, aliàs futilis eſſet abſolutio, etiam ſi impotens ad ſatisfaciendum ſit, & cum maxima partis injuria, ac juris ordinis perturbatione facta, cenſetur: inſinuant *Sotus in* 4. *diſtinct.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 3. *concluſ.* 2. *Covarr. in d. cap. Alma mater, par.* 1. §. 11. *de ſentent. excom. in* 6. *Henriq. d. cap.* 28. *nu.* 2. *Valer. diſſ.* 3. *nu.* 1. eique tantùm pro foro interno, & pœnitentiali juvabit, putat *Trullench. d. dub.* 10. *n.* 9. *in fin.* Niſi citata parte læſa, impotentiam ſatisfaciendi judicialiter coram Judice tamen excommunicante clarificaverit, agglutinat *Trullench. n.* 9. ex quibus inferunt alij, quòd ſi commodè quit excommunicatus parti læſæ ſatisfacere, eumque Confeſſarius ſub cautione, vel juramēto de ſatisfacienda parte abſolverit; nulla, irrita, ac illicita erit talis abſolutio: nec convalidatur; niſi cum effectu pacata fuerit pars læſa: etenim conditionem cōtinet talis abſolutio, quæ omninò adimplenda eſt, *Suarez tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 5. *nu.* 42. 44. *Henriq. de excom. cap.* 28. *n.* 2. & *de Indulg. cap.* 13. *n.* 2. *Navarr. cap.* 27. *n.* 37. & *conſ.* 49. *n.* 3. *de ſent. excom. Sot. in* 4. *diſtinct.* 26. *quæſt.* 2. *art.* 3. *concluſ.* 2. *Valer. diſſ.* 5. *Trullench. ubi ſupra n.* 11. 12. ubi contra alios nervosè hanc tuetur ſententiam.

162 In alijs verò excommunica-

cationibus à jure indictis, ac ab homine generaliter tamen uti publicator, & denunciator ac legis executor, itidem Sum. totius Eccleſiæ Antiſtiti, & Sedis Apoſtolicæ reſervatis, tã in motibus proprijs, quàm in alijs conſtitutionibus ante, & poſt Concilium promulgatis, & in caſibus Bullæ Cœnę Domini contentis, excepta hęreſi; valida, abſque alia hæſitatione, eſt abſolutio vigore Bullæ Cruciatæ, à Confeſſario indulta pro utroque foro, tam interno, quàm externo: firmavere *Trullench. ubi ſupra dub.* 8. *nu.* 1. 2. 3. 4. *Navarr. conſ.* 42. *de ſent. excom. lib.* 5. *par.* 2. *cum quibus annuit Card. de Luca in d. Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 21. *nu.* 9. *in* 14. *tom.* Etiam ſi ſpecialiter contra aliquem nominatim publicata fuerit: attamen ſatisfacta parte, invalida erit talis abſolutio pro utroque foro: fundat magiſtraliter *Trulleuch. d. dub.* 9. *n.* 4. & ante eum *Valer. utroq; for. verb. abſolutio, diff.* 5. *n.* 6. *Rodriq. in Bull.* §. 9. *n.* 56. 57. *& in addit. ad* §. 9. *n.* 51. *Henriq. de Indulg. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 2. *lit. V. Navar. manuſ. cap.* 26. *nu.* 26. Etiam ſi nulla Judicis excommunicantis venia fuerit conceſſa: firmat contra *Villalob. tract.* 27. *clauſ.* 9. §. 2. *n.* 24. *Medin. lib.* 2. *cap.* 12. *in fin.* Imò neque talis abſolutus tenetur ſe coram Pontifice præſentare, prout tenebatur de jure, tanquam abſolutus ab inferiore *ex cap. de cætero, & cap. eos, de ſent. excomm. in* 6. ſed exemptus ab hac abſolutione remanet: ut elatè inſtruunt *Pat. Boſſ. in mor. tom.* 2. *tit.* 4. §. 14. *n.* 154. *Mached. in ſum. tom.* 1. *par.* 3. *tract.* 1. *document.* 6. *n.* 5. *Frances. Urrutigoyt. var. utriuſque jur. reſol. cap.* 20. *n.* 262. & de percutiente Clerico, & ex *cap. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *q.* 4. *dixit Dom. Card. de Luca d. diſcurſ.* 21. *per totũ in Miſcell. Eccleſiaſt. poſt tom.* 14. *de regul.*

Cõfert ſanè Cõfeſſarius, vigore Bullæ Cruciatæ, abſolutionem, non ut ſimplex Sacerdos; ſed tanquam Delegatus Sum. Pontificis, à qua ſuprema omnium poteſtate, commiſſio, abſolutionem hiſce cenſuris innodatis conferendi, ſcatet: & uti in Urbe Pœnitentiarij hoc perficiunt; ita, & cæteri Confeſſarij approbati ex Sum. Pontificis delegatione, in Bulla Cruciatæ contenta, factitant; & ſic hoc prodeſſe ab ea ſuprema poteſtate ſuboritur: ut prędiximus, & edocent *Baſſ. in Flor. Theol. verb. abſolut. n.* 21. *Jo. Valero d. diff.* 5. *n.* 6. declaravit *Rot.*

Digitized by Google

Rom. apud Farinac. deciſ. 649. *n.* 3. *par.* 2 Hic eſt, quòd venerandus eſt talis Confeſſarius, uti ipſe Sum. Pontifex: & abſolutio, ab hoc Confeſſario obtenta, virtute dictæ Bullæ habetur, ac ſi ab ipſo Summo Pontifice obtenta fuerit: ut præter recenſitos ait *Epiſcop. Barbaſtenſ. D. Didacus Frances Urrutigoyt. de intruſ. q.* 74. *per totum.*

Recēſita equidē firmata ſētentia; nimirùm abſolutionē à Confeſſario, vigore Bullę Cruciatæ impertitam, ſuffragare itidem in reſervatis Sum. Pōtifici, & in Bulla Cœnæ Domini contentis, non ſine oppoſitione aliorum non inferioris notæ tranſit: etenim edocent cum maximo fundamento aliqui, Sum. Pontificē, in allata Cœnę Domini Bulla, expreſsè interdixiſſe aliorum abſolutionem, in caſibus in ipſa Bulla contentis; niſi in mortis articulo, in reliquis, pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, abſolutionem reſervavit, ſub derogatione cæterorum indultorum privilegiorum, facultatum generalium, & ſpecialiū; ex cujus Bullæ tenore, itidem facultatem Epiſcopis per Cōcil. Triden. *ſeſſ.* 24. tributam, abſolvendi de occultis, & reſervatis Sed. Apoſtol. itidē ab hæreſi occulta, fuiſſe revocatam putant *Navarr. manual. cap.* 27. *n.* 275. *Molin. de juſt. & jur. tom.* 4. *diſp.* 64. *nu.* 8. *Joan. Azor. inſt. moral. lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 10. ubi hanc veriorem, & tutiorem eſſe ſententiam cenſet *Sanch. præcep. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 26. 27. *Suar. de pœn. diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 11. *& de cenſur. diſp.* 12. *ſect.* 2. *n.* 5. *Duran. ad Bull. Cœnæ Domini par.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 43. *Bleda Valent. in opuſc. cap.* 13. Garc. *de benefic. par.* 11. *cap.* 10. *n.* 130. 131. fatentes Clementē VIII. reſpondiſſe, facultatem Cruciatę fuiſſe revocatā quo ad caſus reſervatos in Bulla Cœnę; niſi petatur revalidatio. Imò reſpuiſſe ab Epiſcopatus dignitate, duos Hiſpanos, ab eo interrogatos oppoſitum reſpondentes, ſicque tandem deciſum per Rot. Rom. utraque parte informātè, ad alterius deciſionis revocationem coram *Merlino*, affert idem *Merlin. d. deciſ.* 136. *tom.* 1. ubi affluenter materiā extricat, aliiſque reſpondet, itidem in *deciſ.* 15. & licèt, allatę *Merlini* deciſioni conatur reſpondere *Frances var. utriuſq; jur. reſol. cap.* 20. *à n.* 179. *& ſeqq.* attamen difficultates omnes, in eadem deciſione adductas, haud abſolvit; ſed tantùm partem non fuiſſe ſatiſfactam in *Merlini* deciſionem

nem adducendo, preſilit: alterum verò eſſentiale punctũ, an per abſolutionem, virtute Bullę Cruciatę, relevat abſolutio, quo ad reſarvata in Bulla Cœnę Domini; indigeſtũ reticuit: probat tamen laxè recenſitam abſolutionem à Cõfeſſario approbato, vigore Bullę Cruciatę valere itidem pro reſervatis, tam quo ad forum internum, quàm externum, ſatisfacta parte.

163 Inſuper, Confeſſario, per fidem hanc, abſolutionem virtute Bullę Cruciatę conferenti; & atteſtanti; omninò credendum eſt, tanquàm confecta ab officiali ad id deputato, ſupra re, quę ad ſuum ſpectat officium: & eſt ſcriptura juſtificata, cui ſtandum eſt: ſicq; declaravit *Rot. Rom. in Noviſ. par. 3. deciſ.* 573. itidem contra alios Prębyteros aſpectantes: ut in ipſa deciſione evolvitur, & faciunt *Calderin. conſ. 2. de teſt. Paleot. deciſ.* 220. *Navarr. cap.* 27. *n.* 42. ubi agglutinat, quòd Confeſſarius poſſit hanc abſolutionem conficere, obtento priùs peccatorum dolore, & veniâ à pœnitente; illam conficiendi: aliàs ſecùs, nec diſcrepant, *Suarez diſp. 7. ſect. 5. nu.* 26. *Filiucc. tract.* 11. *cap.* 9. *q.* 7. *nu.* 292. *tom.* 1. & laxè *Alterius lib.* 4. *diſput.* 4. *cap.* 4. *& diſp.* 5. *cap.* 5. *Epiſcop. Barbaſt. ubi nuper.*

164 Rurſus hiſce cenſuris, à jure indictis, innodatus, & abſolutus, virtute Bullę Cruciatę, in foro externo; nec in irregularitatem, ſi celebraverit, nec in aliam incurrit pœnam: ut de percutiente Clericum ſtatuit *Rot. Rom. in una Pampilonenſis Parochialis die* 20. *Martij* 1618. quam affert *Proſp. Farinac. in deciſ.* 438. *n.* 4. *in poſthm. tom.* 2. *& in alia Rot. Rom. deciſione, quam itidem adducit idem Farinac. deciſ.* 659. *nu.* 2. *tom.* 2. *ubi ex Navar. conſ.* 51. *n.* 2. *de ſent. excom.* & alij autumavere, Patres de Rota ſufficere excommunicatum partis veniam petiviſſe, quamvis illam obtinere nequit: quoniam abſolutio, quæ ad forum conſcientiæ tãtùm ſuffragatur, operatur, ut abſolutus Divina Sacramenta percipere poſſit: ratio namq; deciſionis ſuit, ex eo quoniam in hoc excommunicato claviũ contemptum minimè conſideratur, & in excommunicatione, abſque contemptu, non incurritur. *Alb. in cap. Paſtoralis, §. verùm, n.* 75. *de appell. Felin. in cap. Rodulfus n.* 43. *de præſcript. & alij per Navarr. in manual. cap.* 87. *nu.* 292. Undè nequit Prælatus Eccleſiaſticus, dę irregularitate, cõtra

tra talem Clerici percuſſorem, & virtute Bullæ Cruciatæ ſolutum, inquirere; ſi poſt receptam talem abſolutionem, celebraverit: inſinuant *P. Ant. Dian. reſ. mor.* 26. *p.* 1. *tract.* 11. *Trullench. in expoſit. Bull. Cruciat. lib.* 1. §. 7. *dub.* 9. *à n.* 3. *in fin.* & exprimit *dict. Rot. Rom. deciſ.* 573. *par.* 3. *diverſ.* ipſeq; pro foro itidem externo ſe ingerere poteſt, ac ſi ſine cauſa fuiſſet excommunicatus *Squillant. de obligat. & privileg. Epiſcop. par.* 3. *cap.* 8. *nu.* 20. *Genuenſ. in prax. M.Cur. Arch. Neapol. cap.* 3. Imò capacem eſſe beneficiorum talem abſolutum vigore Bullæ Cruciatæ *ex Calder. conſ.* 2. *de reſtitut.* declaravit *Rot. Rom. par.* 3. *in deciſ.* 572. *in Noviſſimis*; nec nova indigere abſolutione; imò poſſe cum cæteris communicare, actuſque per cenſuras interdictas exercere, erudiunt *Mirand. in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 7. *Coninch. diſput.* 15. *dub.* 16. *quæſt.* 10. *n.* 227.

Congruit equidem huic attexendo advertere, in recenſitas cenſuras, Sum. Pontifici reſervatas, & in Bulla Cœnæ Domini contentas; haud ruere eximentes, reſiſtentes, inobedientes, vel quoquo modo Eccleſiaſticæ jurisdictionis exercitium impedientes: ſi hoc non auctoritativè, & juriſdictionali jure perficiunt; ſed tanquam privatę perſonæ; vel ut ipſemet reus ſe è manibus juſtitiæ perſonaliter eximat: vel ſi amici, parentes, vel cæteri ſimiles, itidem armata manu, & potentialiter, carceratum eximunt; vel executionem exercitij Eccleſiaſticę juriſdictionis impedirent: hoc namque ſemper dicitur privatum eximentiæ, & reſiſtentiæ delictum: non tamen formalis turbatio juriſdictionis, ob quod in allatas haud inciditur cenſuras Bullæ Cœnæ Dom. quoniam iſta de eis minimè loquitur; ſed tantùm contra eos, qui juriſdictionis calore, aut auctoritativę poteſtatis ratione, id perficiunt: nimirùm ſi à Magiſtratu, vel Officialibus juriſdictioně retinentibus, vel à Communitate tale patratur delictum, aut ab aliquo Barone, vel Domicello, qui juriſdictionis exercitium, licèt actu non haberet: quia à Judicibus, & Magiſtratu exercetur juriſdictio; attamen eamdem in Domino retinet. Et iſti ruunt in allatas cenſuras, & eorum dicitur formalis turbatio, & auctoritativum impedimentum exercědi Eccleſiaſticam juriſdictionem: quippè potentes ſunt perſonæ, ut magiſtraliter conci-

ci-

Digitized by Google

ciliando oppoſitas opiniones, purgatiſſima *Card. de Luca minerva in Miſcell. Eccleſiaſt. par. 4. diſcurſ. 19. per totum poſt tract. de Regul. in tom. 14.* edocet, ſequendo, ac probabiliorem declarando ſententiam *Duardi in Bull. Cœn. Dom. cap. 16. quæſt. 4.* ac aliorum ab eo relatorum, reſſellendo contrariam, quam afferunt *del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 3. dub. 10. ſect. 2. n. 11. & dub. 11. ſect. 2. Alph. de Leon. de cenſur. collect. 4. lit. I. verb. impedientes*, qui audacter firmant, in enunciatas cenſuras ruere quoſcumque impedientes Eccleſiaſticæ juriſdictionis exercitium.

Ex quibus lucidè depromitur, haud probè factitant Eccleſiaſtici Antiſtites, qui crebò pro allato eximentię, & reſiſtentię delicto; monitoria relaxant, & cenſurarum in Bulla Cœnę Domini contentarum, fulminanter ad declarationem deveniunt: pro quibus rectè ad Legati de Latere Supremum Tribunal appellatur.

Hoc idem inſtruit *Card. de Luca in alio diſcurſ. 17. ejuſdem loci*, firmans in adductas Bullę Cœnę Domini cenſuras, incidere Judices, vel alios, qui juriſdictionaliter, ac auctoritativè Eccleſiaſticos ad ſuum judicialiter trahunt forum, non autem partes colligantes, hoc perficere attentantes; nam contra hoſce haud loquitur Bulla: quod ante eũ dixere *Ugolin. in d. Bull. cap. 15. §. 1. n. 11. Duard. ad eamdem cap. 15. quæſt. 10. nu. 2. Theſaur. de pœn. Eccleſ. verb. Curia, cap. 9. verſ. quæ res an litigantes, & verb. juriſdictio, cap. 9. in princ.* cuncti uno concinẽtes ore hoſce incidere in alias cenſuras, & pœnas à Sacris Canonibus indictas, cũ quibus annuit *Cœned. in quæſt. Canon. 45. ſub n. 9. & 13.* nec diſcrepat *Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 2. n. 61. 62. ubi ſub n. 59. & in cap. 1. nu. 16.* & ferè per cuncta præludia mordicùs ſuſtinet, nec partes, nec Principes, ejuſque laicos, miniſtros in adductas cẽſuras Bullę Cœnę Domini, ruere; ſi ad eos occurritur; nõ ut judicialiter, & cum juriſdictione de cauſa principali, cognoſcatur; ſed ut releventur ab indebita, & injuſta Eccleſiaſtici Judicis violentia, extra tamen judicialiter, adhibito opportuno impedimento, donec per Sum. Pontificem res maturè abſolvatur: ut cum quàm plurimis alijs ab eo adductis, tam Theologis, quàm Juriſperitis, probat *in locis indicatis*.

Cę-

165 Cæterum ad hoc ut magìs luculenter hęc excõmunicationis materia abſolvatur, inquimus, cenſurarũ,& excõmunieationis ſpecies aliæ sũt à lege indictę,ut prædiximus, quę ex delicto, vel ex contraventione contrahuntur: nimirùm ob violentã Clerici percuſſionem, eique illatam injuriam,vel ob Eccleſię, ejuſq; immunitatis violationem, ob ſingularem pugnam in duello obventam, vel ob uſurpationem Eccleſiaſticorum bonorum, ac ob alios caſus in ſacris Canonibus, Concilijs Apoſtolicisve conſtitutionibus, aut in Bulla Cenę Domini contentas, in quibus Eccleſiaſticus Antiſtes promptus eſse debet ad illas detegendas, ae declarandas: itidem contrà exemptos,& per Sedem Apoſtolicam privilegiatos erudiũt *Epiſc. Genuenſ. in prax. Arch. Neap. cap. 59. Campan. in diverſ. Jur. Canon. rub. 12. cap. 16. n. 42. Gaballin. de Sacr. Jur. diſqu. 4. qu. 3. n. 7. Card. de Luca de juriſdic. diſcurſ. 29. & in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ. 14. n. 4.* arma ſpiritualia tendo pro tuitione proprij juris, itidem contrà non ſubditos: etenim tunc ipſe nullum exercet, juriſdictionalem actum, ſed tantùm juris cenſuras enucleat, denunciat, ac detegit, abſque tamen cauſę cognitione, & judicii formæ; ſi certum factum ſit, de quo nulla caderet hęſitatio: & tũc citatio non requiritur, niſi ex quadam urbanitate, per monitionis formam potiùs,quàm per modum exercendi juriſdictionem, *Cardin. de Luc. in d. diſcurſ. 14. n. 8.* at ſecus ſi de cenſurarum incurſu veretur; nam tunc Judicialẽ debet Eccleſiaſticus Pręlatus conficere ordinem, citatione ſemper præcedente: ut deſuper firmavimus. Quoniam tũc cùm exercere debeat juriſdictionẽ, & causã cognoſcere; nequit ideo Prælatus Eccleſiaſticus cõtrà exẽptos ordinẽ Judiciariũ omittere, niſi ſua fuerit offẽſa authoritas, ac dignitas,& ſic ejus aures,adeò quòd factum quieſcere faciat juriſdictionem:fundat idem *de Luca in addit. ad S. C. Tridentinum in diſcurſ. 43. n. 7. & in tit. de juriſd. diſcurſ. 29: quod repetit in Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ. 14. & 15. in tom. 14. de Regular:*

Altera verò eſt ſpecies, quę ab homine profertur, ut ſi ageretur de debito pecuniario, vel alio temporali, implemento ex quibus ob culpoſam morã non adimplendi, devenitur ad cenſuras, in ſubſidium tamen tanquam remedium extraordi-

dinarium *cap.* 3. *de reform. verſ. in cauſis verò.* Et ſi ordinariũ intentari poſsit; extraordinarium ſilet remedium *tex. in l. quædam ff. de edenden. Sotus in lib.* 4. *ſent. diſtinct.* 22: *quæſt.* 1. *art.* 2. undè fluit, quod excommunicatur debitor, idoneus ad ſolvendum itidem quoties utilia ob potentiam, vel ob aliquod impedimentum, cætera exequutiva perſonalia, ac realia; remanſere remedia *R. Rom. poſt Zacchiam de obligat. Camer. deciſ.* 165. at ſi inhabilis erit, & ad ſolvendum non idoneus debitor; cenſuræ minimè intrãt: ſubdit *Marth. de Judic. par.* 3. *cap.* 5. *n.* 22. *& ante eum Diaz. in regul.* 243. *Sotus in* 4. *lib. ſentent. diſtinct.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 3. *& poſt eos Luc. d. diſcurſ.* 43. *n.* 9. 10. 11. *& in annot. ad Conc. Trident. in part.* 14. *de regal.* in foro tamen poli: at ſecùs in foro fori; niſi ex actis conſtaret de debitoris impotentia ſolvendi *Guid. Pap. tract. de appellat. qu.* 15. *n.* 22. affluenter *Marth. n.* 23. 24. quibus in caſibus, Prelatus Eccleſiaſticus providus eſſe non debet ad cenſuras indicẽdas; ſed moderatus, & in ſubſidiũ, alijs medijs non extantibus, ut prædiximus: potiſſimum, ſi pecuniariæ multæ intrare poſſint, quæ ad proprium nequit Prælatus convertere uſum; ſed pijs debet diſtribuere locis: etſi potentialiter bona, ac Eccleſiaſtica jura occupata fuerint, aut uſurpata, vel Prælatus iſte ad poſſidendum, vel ad exigendum fructus ex eis fuerit impeditus: etenim eo in caſu itidem contrà non ſubditos, quit cenſuras, extrajudiciali modo, per modum defenſionis, infligere; annectit *Luc. tract. de juriſd. diſcurſ.* 47. *&* 48. *& in annot. ad Conc. Trid. diſcurſ.* 43. *n.* 12.

Inſuper in cenſuris pro delictis, & controventionibus, itidem ab homine indictis, facilis eſſe non debet Prelatus Eccleſiaſticus ad eas fulminãdas, tam in Clericos, quàm in laicos; imò damnabile eſt pro pœnis temporalibus, aut realibus, cẽſuras adhibere; erudit *idẽ Luca d. diſcur.* 43. *n.* 13.

166 Ex ſuperius exaratis ſequitur juſtam, ac validam excommunicationẽ minorem, privare excommunicato uſu, & Sacramentorum participatione paſſiva *cap. penult. de ſent. excom. cap. à nobis,* 2. *de except. cap. fin. de Cleric. excomm. miniſtran.* undè fluit Sacerdotem excommunicatum minori, Eccleſiaſticis frui ſuffragijs: nõ verò celebrare poſſe, ſub gravi pœna peccati:

Pp ete-

etenim in juribus adductis evolvitur, *non ſine peccato alijs conferre Sacramẽta*: verùm de peccato veniàli, non mortali intelligunt *Covarr. in cap. Alma mater, par.* 1. §. 8. *nu.* 12. *de ſent. excom. Andr. Vallenſ. paratitl. lib.* 5. *decret. tit.* 39. *n.* 3. *eodem*, nec à Fidelium Cõmunione arcendum eſſe, firmãt idem *Covarr. ibidem*, *Suarez de cenſur. diſput.* 4. *ſect.* 2. neque in irregularitatem incidere *ex cap. ſi celebrat, de Cleric. excom. miniſtr.* edocet *Vallenſ. ubi nuper*, ut ex multis elatè, ac magiſtraliter oppoſitis reſpondendo, firmat *D. D. Emman. Gonzal. Tellez in comm. ad lib.* 5. *decret. tit.* 27. *de Cleric. excom. celebr. cap.* 10. *n.* 10. *comment.*

167 Iſte planè, minori excommunicatione irretitus, inhabilis eſt, ut ad beneficia eligatur, *Gloſſ. in cap. illa*, 39. *de elect. Gloſſ. in cap. fin. de Cler. excom. miniſtr.* licèt electio in ejus perſonã non eſt ipſo jure nulla, ſed irritanda *d. cap. fin.* ibi: *ejus electio irritanda*, quam *Gloſſ.* ſententiam non improbabilem eſſe putat *Covarr. Regul. peccatum par.* 2. §. 7. *n.* 3. *Felin.* autem *in cap. dilecta*, 10. *n.* 4. *de excep.* ait non tam ipſo jure eſſe irritã, quàm irritandam, & cum eo annuit *Henr. Zoëſ. lib.* 1. *decret. tit.* 6. *nu.* 30. 31. 32. *de elect.* quod ante eum aſtruit *Suar. ubi ſupra ſect.* 2. *n.* 3. *& ſeqq.*

Irritatur ſanè electio collata excommunicato minori, etiam ſi ignorantia concurrerit: etenim talis electio infirmatur, non ſolùm ob culpam ſcienter eligentis, aut recipiẽtis; verùm etiam, ex vi illatæ cenſuræ impedientis paſſivũ Sacramentorum uſum minori excommunicato: quod eſt de mente *Gloſſæ in d. cap. fin. de Cler. excom. miniſtr.* quam affert *Zoëſ. nu.* 31. 32. ubi hoc idem firmat, ſi taliter excommunicatus inſcius de excommunicatione fuerit: nec diſcrepat *Covarr. ibidem par.* 1. §. 7. *n.* 3. *cap. Alma mater.*

168 In recenſitam itidem minorem excommunicationem ruit, communicans ſe indebitè cum excommunicato majori *cap. ſtatuimus, de ſent. excomun. in* 6. monitione tamẽ præcedente, coram teſtibus, ut de ea conſtaret, *cap. ſacro*, 48. *de ſent. excom. Suar. diſp.* 3. *ſect.* 11. *nu.* 2. aliàs eâ denunciatione omiſsâ irritam eſſe excommunicationem cõcludit, poſt *Suar. diſp.* 3. *ſect.* 12. *Zoëſ. lib.* 5. *decret. tit.* 39. *de ſent. excom. n.* 18. & facit *tex. in cap. ſtatuimus*, 3. *& cap. ſtatutum*, 13. *eodem in* 6.

169 Majori porrò excommuni-

nicatione ligatus, participationem, nec activam, nec paſſivam Sacramẽtorum retinet: adeò ut ea nec dare, nec recipere quit *Vallenſ. d. lib. 5. decret. tit. 39. §. 3. n. 1.* meritò non celebrat, Ordines haud recipit: & ſi conſecrat, vel Sacramenta adminiſtrat; illicitè conficit, *cap. latores, cap. fin. de Cleric. excom. miniſtr. cap. cùm illorum, 22. de ſent. excom.* & in irregularitatem ruit: probat funditus materia exquirendo, *Gonzal. ubi ſupra in cap. 4. à n. 1. & ſeqq.* licèt *ſub n. 5.* fatetur, nullum diſertum extare textum, allatam irregularitatem indicentem: tamen per verba æquipollentia; eam inferre incũbit: quod durum nobis, pace tanti viri, videtur, in pœnalibus coërtiones extendere per æquipollentia; potiſſimùm quippè in irregularitatem nõ incurritur, niſi in caſibus à jure expreſſis *cap. 15. qui, 18. de ſent. excom.* nec ab homine indicitur: quoniam iſte nequit imponere eam in caſu, quo à jure nõ eſt impoſita: & ſi quit declarare, declaratio ſupponit jus, irregularitatem imponentem, *Navar. man. cap. 27. n. 94. Covarr. in Clement. unic. de homic. n. 3. Suar. de cenſur. tom. 5. diſput. 40. ſect. 4. n. 10.* Expoſita arrident *Zoëſio in lib. 5. tit. 27. de Cleric. excom. n. 3. 4. 5.* verùm in reſolutione ſe involuit: nos autem in negativa non permanemus, eâ tantùm ratione: quia affirmativam in majori calculo à digniſſimis quoque viris ſectatam, notamus. Verùm collatâ ab excõmunicato majori nõ infirmatur, *tot. tit. de ordinatis ab Epiſcop. qui renuit Epiſcop.* graviter tamen peccat, & in irregularitatem incidit Sacramenta adminiſtrando; in quam quidem pœnam incurrunt itidẽ recipiẽtes, ob communionem cum eo; niſi abſque Clavium contemptu receperint: nimirùm propter neceſſitatem, aut ex probabili ignorantia, quæ eos à temerarietate excludit, & à cenſuris arcet *Zoëſ. in d. lib. 5. decret. tit. 39. de ſent. excom. n. 74. Vallenſ. n. 1.*

170 Pœnitentiæ Sacramentũ haud confert: quoniam defecit in eo juriſdictio ad id neceſſaria, quit porrò talis majori excommunicatione nodatus hoc Sacramentum conferre, exiſtenti in extremo mortis articulo: nam ſufficiens eſt neceſſitas, quæ ab Eccleſiaſtica obligatione excuſat. Si tamen mortis periculum immineret, neque alter non excommunicatus Sacerdos adſit: *Navar. in ſum. cap. 22. nu. 4. & cap. 27. nu. 272. Suar. d. diſp. 11.*

Digitized by Google

ſect. 1. *n.* 7. 8. *Zoëſ. n.* 76.

Nec Orationes,aliaque Eccleſiæ ſuffragia ei juvantur, imò Diabolo tradantur, *Canon. audi*, 11. *quæſt.* 3. *Canon. omnis*, 11. *quæſt.* 3. Niſi verè contritus pro abſolutione recipienda navaverit: nam iſte coram Supremo Judice miſericordiarũ Deo abſolutus eſt. Ita pariter eſt ſi injuſtè,quamvis validè in foro exteriori excommunicatus fuerit, *Navar. in ſumm. cap.* 28. *nu.* 18. ubi ſubdit taliter excommunicato non eſſe concedendam Sacramentorum participationem, ante obtentam abſolutionem: ſed vide *Suar. diſput.* 9. *ſect.* 3. *Avil. de cenſur. par.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 4. *dub.* 2. ad quos ſe remittit *Zoëſ. ubi ſupra*, de qua re meliùs infrà.

171 Intereſſe Miſſę ſacrificio, interdictum eſt excommunicato majori excommunicatione, cum, eo præſente, Miſſam celebrare non poſſit, aliàs celebrans graviter peccaret, licèt in irregularitatem non incurreret, *cap. is, qui* 18. *de ſent. excom. in* 6. *cap. Epiſcoporum, de privil. in* 6. Undè ſacrificio Miſſæ non inchoato, ſe abſtinere debet Sacerdos, donec è Templo excõmunicatus exierit, & inchoato ſiſtere, donec expellatur, etiam violenter, ſi monitus exire renuerit, & abſque cenſurarum formidine ſi Sacerdos ſit excõmunicatus, *cap. veniens*, 16. *de ſent. excom. in* 6. At ſi procaciter ſiſteret, Canone non incepto; continere ſe potiùs debet Sacerdos, quàm coram eo Miſſæ ſacrificium perficere, *Clement.* 2. *eodem*; incepto tandem Canone, proſequitur, uſque ad Specierum ſumptionem: quoniam ait *Innoc. in cap. nuper*, 29. *eodem*, inchoatâ conſecratione incipere Miſſam quo ad ſubſtantiam.

172 Ab hac migrante vita excommunicatus majori, in Eccleſia haud tumulatur: imò ejus corpus, & oſſa in Eccleſia, vel loco ſacro repoſita, ſi cernere poſſunt exhumantur, & abijciuntur, *cap. ſacris*, *de ſepult. Canon. Eccleſiam*, 27. *cum cap. ſeq. de conſecr.* ni ſacra polluant loca: ubi namque interdicta eſt communicatio cum vivis; itidem cum eis mortuis prohibitio durat: ut ex juribus recenſitis inſinuat *Zoëſ. infrà*; agglutinat planè *Vallenſ. d. lib.* 5. *tit.* 39. *§.* 3. *n.* 7. hoc de notorio, & denunciato Clerici percuſſore certè, intelligunt DD. Recenſita autem procedere, etiam ſi talis excõmunicatus tolleratus fuerit: erudit *Zoëſ. lib.* 3. *decret. tit.* 28. *de ſepul. n.* 9. *& lib.* 5. *tit.* 39. *nu.* 79. *de ſent. excom.*

licèt

licèt oppoſitum ſentiat *Navarr. conſ.* 4. *de ſepult.n.* 9. *ex Bull. Mart. V. ad evitanda, in Concil. Conſtant.* Attamen *Zoëſij* opinionem veram eſſe putamus: etenim Bullam adductam minimè relevare excommunicatos; ſed tantùm communicãtes cum eis,& hoc ut ſuccurrantur à timoratis conſcientiæ in vita tamen: ideò extendenda haud eſt in morte:ulterius ejectio excommunicati ab Eccleſia, vel loco ſacro, ex alia itidem ſcatet ratione: nimirùm ni ſacer locus violetur, & polluatur: ob quã rationem, fuit aucta excõmunicatio generalis, in quam incidunt ſepelliẽtes excommunicatos in Eccleſiã,propter cõmunionem: & redacta fuit ad majorem excommunicationẽ, *ex Clement* 1. *de ſepult.* ſi ſciẽter fecerint: at ſecùs ſi ignoranter etiam culpabiliter:nam hæc non infert temerarietatẽ, ideò excuſat *Zoëſ. n.* 9.

Tandem permittitur ſepultura in loco ſacro, & Eccleſia excommunicato majori; ſi ante mortem pœnitentiæ ſigna dederit, & abſolutionem obtinuerit: etenim hiſce ſic morientibus abſolutio poſt mortẽ impertitur, ſi de contritione conſtaret, *cap. à nobis*, 28. *de ſent. excom.* ut contra *Covarr. in d. cap.Alma mater, par.* 1.§. 11. *n.* 8. *ex Navarr. ſum. cap.* 28. *de ſent. excom. n.* 32.ſuſtinet *Zoëſ. d. lib.* 5.*tit.* 39. *num.* 159. Imò occultum excõmunicatum, ſigna contritionis, ante mortem oſtendentem, occultè abſolvendũ eſſe edocet *Navarr. ubi proximè*, & ſi hoc poſſibile haud ſit; diſſimulandam eſſe abſolutionem ſubdit,ni injuria irrogatur defuncto, nec corpus ejus loco ſacro repoſitum extumulandũ eſſe concludit: etenim talis moriens coràm Deo abſolutus eſt,ſuppoſitã contritione,*Navarr. ſum. cap.* 26.*n.* 32. *Suar. de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 2. *n.* 7. *Avila de cenſur. par.* 2. *cap.* 4. *diſp.* 1 .*concluſ.* 5. *et ex eis Zoëſ. n.* 159. *in fine.*

173 Ad honores,dignitates,& Eccleſiaſtica ſub quocumque titulo beneficia ſcandere nequit, tanquam inhabilis talis majori excommunicatus, *cap. bonæ, de ætat. & qualitat. cap. ad probandum, de ſent. & re judic. cap. Paſtoralis, cum cap. ſeq. de Cleric. excomm. miniſtr.* Et ſi pendente excommunicatione, beneficium acquiſiverit, retinere nequit: *Navarr. in ſum. cap.*27. *num.* 21. & facit *in cap. ſi quando de reſcript.* 9. *except.* 10. *Covarr. in cap. Alma Mater. p.* 1. §. 7. *Suar. de cenſur. diſp.* 13. *ſect.* 1. *n.* 2. Quoniam Canonicè ele-

Digitized by Google

electus non dicitur, imò ſciẽter eum eligens, à collatione jure priſco attẽto ſuſpenditur *Zoës d. lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 80. Undè beneficij reſignatio, collatio, & electio ad excommunicati favorem futilis eſt, itidẽ & impetratio *cap.* 1. *de reſcript.* etiam ſi motu proprio Summ. Pontifex elexerit, ignoranter tamen de excõmunicatione: nam ſi conſcius de ea elexerit, cenſetur diſpenſare *Zoës.* & *alij infra.*

Nec reconvaleſcit collatio beneficij excommunicato facta per ſubſequentem abſolutionem obtentam. *Rebuff. in concordatis tit. de excommun. non evitand. verſ. advertendũ eſt*; & regulariter habilitas, & capacitas requiritur tempore proviſionis, nec ſufficit ſi ſuperveniat *Gratian. diſcept. cap.* 508. *n.* 10. *Sanleng. Tondut. de reſol. benefic. p.* 2. *cap.* 5. *§.* 3. *n.* 2. & *ſeqq.* ubi *Maynardi* oppoſitam declarat deciſionem *in libr.* 1. *cap.* 15.

Neque excõmunicato occulto, vel tollerato beneficiũ confertur: etenim eſſe occultum, haud aufert impedimentum, quod ex Canonico ſcatet defectu, *cap. poſtulaſti*, 7. *de Cleric. excomm. miniſtr.* nec ignorantia conferentis, aut acceptantis relevat: quoniam iſta validare nequit actũ alias invalidum *Covarr. ubi nuper n.* 3. *Suar. diſp.* 12. *ſect.* 1. *n.* 3. *ubi ſub n.* 25. *ad n.* 29. idem firmat quoad excommunicatum vitandum, *Zoëſ. n.* 82.

Verùm ſi beneficij collatio in perſonam excommunicati facta ſit, poſt interpoſitam legitimam appellationem tenet: quippè non ligat *cap. ad præſentiam noſtram*, 16. *de appell. Zoëſ. lib.* 1. *tit.* 6. *de elect. n.* 26. Cæterum prædiximus collationem, & electionem in perſonam excommunicati nullam eſſe: advertendum tamen eſt, talem haud eſſe acceptationem, & poſſeſſionem, quam excommunicatus recipit, virtute juris, aliàs quæſiti ante indictã excõmunicationem. *Dian. reſ. mor. p.* 11. *tract.* 5. *reſ.* 2. & *p.* 9. *tr.* 8. *reſ.* 34. vbi edocet excommunicatum ſuccedere in Officio ſæculare, vel Majoratu ſibi ante excõmunicationem delatum, de quibus poſſeſſionem capere, quit licèt ab juriſdictionis exercitio ſuſpendatur, eamque capere poteſt, etiam pendente excommunicatione, ſi munera non ſint Eccleſiaſtica, & beneficij conditioni non accedant: quod ipſe *Diana repetit in p.* 5. *trac.* 9. *reſol.* 102. & facit *Garcia de benefic. p.* 7. *cap.* 13. *n.* 35. imo cum alijs firmant, beneficium

174 cium ante excommunicationem collatum, rectè quit excommunicatus acceptare Dian. *ubi proximè*, *&* *d. reſol.* 2. *&* *ex eo Frances var. reſol. cap.* 41. *n.* 27. 28. 29. *&* 42. ſicque deciſum affert *per Rot. Rom. Gonzal. regul. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 58. *n.* 25. 26. *Caſſiad. deciſ.* 1. *de præbend. Caputaq. deciſ.* 405. *p.* 2. putantes validã eſſe talem electionem; & acceptationem eſſe quid facti, ac voluntatis, & mentis declarationem, quæ nihil juris habet. Ab hac verò ſententia diſcedit *Covarr. var. lib.* 3. *cap.* 16. *ſub. n.* 4. *verſ. mihi profectò:* & maximo cum fundamento oppoſitum ſuſtinet *Covarr.* ſectando *Zoëſ. lib.* 5. *cap.* 39. *de ſent. excõm. n.* 82. *in medio*, inſtruens, collationem, aut electionem nihil ex ſe operari, & ante acceptationem, nullumque afferre titulum, ut in abſente, qui nihil lucratur, donec conſentiat, *tex. in cap. ſi tibi abſenti, de præbend. in* 6. undè depromitur, per acceptationem jus acquiri: quę quidem acceptatio, per ſupervenientem impedimentum, ortum ex excõmunicatione indicta, poſt collationem impedit quid de novo acquirere; licèt indultum non tollat *Zoëſ. n.* 82. ubi ſubdit quòd hoc impedimentum acceptationis tollatur per obtentam abſolutionem: vide *Navarr. in cap. ſi quando de præſcrip. excep.* 10. *n.* 13. *Covarr. var. d. cap.* 16. *n.* 3. 4. *lib.* 3. *Suar. d. diſp.* 11. *n.* 15. *&* *ſeqq.* Ulterius privandus haud eſt excommunicatus muneribus, quamvis ſæcularibus, quę antea retinebat *Sayr. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 9. nec juriſdictione exuatur *idem Sayr. ibidem cap.* 12. *n.* 13. de ejus tamen exercitio ſuſpenditur: ut dictum eſt *ex cap. poſtulaſti de Cleric. excomm. miniſtr. cap. venerabilem de elect.* undè actum aliquem juriſdictionalem conficere nequit excommunicatus *Canon. audivimus* 24. *qu.* 1. quoniam juriſdictione caret: quod aſſerendum etiam eſt de alijs, qui juriſdictionem ab eo recipiunt, ut de Vicario juriſdictionem recipiente ab Epiſcopo, qui excommunicatus fuit. *cap.* 1, *de offic. Vicar. in* 6. Expirat planè tunc Vicàrij officium, etiam quoad negotia cepta *Meroll. Theol. mor. p.* 3. *cap.* 6. *dub.* 54. *per totum*, *Ventrigl. prax. annot.* 4. *§.* 1. *n.* 57. *in fin. de Vicar. Gener. tom.* 2. et ſic de Epiſcopi excõmunicati Delegato *Suarez diſp.* 14. *ſect.* 21. *n.* 21. *&* *ſeqq.*

175 Canonicus igitur, tempore habili electus, ſi deinde in ex-

excommunicationis ligamen fuerit vacante poſtmodum præbendâ, quæ annexam retineret juriſdictionem, & temporale dominium, ſi adoptionis ratione jus in ea haberet, eam quit adoptare: quoniam non mutatur titulus, & adoptio fit tantum ad ſolam temporalitatem *Garcia de benef. p. 7. cap. 13. n. 48. 49. Tondut. Sanlenger. reſol. benef. p. 3. cap. 126. n. 8.* qui ex communi cæterorum oraculo firmant, excommunicatum tunc eſſe incapacem, quoties novum lucratur titulum, ſicque diſtinguẽdo magiſtraliter edocet *Gonzal. ad regal. Cancellar. 8. Gloſ. 34. à n. 51. cum ſeqq. & à n. 61. cum ſeqq.* ac deciſum affert, & poſt eos annuit *Ricciul. de perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſtent. lib. 4. cap. 11. n. 3.*

Hinc eſt Portionarium excommunicatum nequire acceptare Canonacatum, & Canonicum aliam dignitatem: firmat *Didac. Covarr. in cap. Alma mater, par. 1. §. 7. ſub n. 4. de ſent. excom. Monet. de opt. Canon. cap. 4. quæſt. 1. n. 30.* non autem nequire Canonicam aliam adoptare Præbendam, *Garcia ubi ſupra nu. 50. Dian. d. reſol. 34.*

Imò agglutinant cæteri excommunicatum retinere dominium, & adminiſtrationem, quo ad temporalitatem, neq; eorum jus amittere, *ex Gloſ. in cap. Paſtoralis, 53. de appellat. Dauth. de teſtam.* niſi pro hæreſi promeret excommunicatio *Auth. credẽtes, C. de hæret. Canonizata in cap. 13. §. credentes, eodem Bald. Zahnn. de mendac. lib. 3. cap. 16. n. 49.* de qua re affluenter nos infrà.

176 Rurſus, magis diſtinctè redicẽdo, inquimus excommunicationẽ haud influere privationem beneficij, jam ante excommunicationem, excõmunicato delati: quippè oppoſitum nullo jure cavetur: imò evolvitur *in cap. Paſtoralis, §. verum de appellat.* ubi de fructuum ſubtractione agitur, *fructus ſubtrahuntur*, ex qua quidem ſubtractione fructuũ, beneficij retentio infertur: nã per unius excluſionẽ; alterius incluſio depromitur ex Boccardico aſſioma: & aſtruit *Henr. Zoëſ. lib. 5. decret. d. tit. 39. nu. 85. de ſent. excom. & alij infra citandi* concludit planè *Garcia de benefic. tom. 2. par. 7. cap. 13. n. 3. & ſeq. ex cap. poſtulaſtis, de Cleric. excõ. miniſtr.* ſolam excommunicationem haud ſufficere pro privatione beneficiorum, jam obtentorum, quamvis à lege, vel ab homine, ex juſta cauſa emana-

na-

natam fuiſſe: ſed ex ea oritur ſola excommunicati inhabilitatio, ad aſſequenda beneficia: imò plus annectendo inquit: nimirùm collationem excommunicato confectam, invalidã eſſe; taliter quòd excommunicato expoſcẽte à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario Collatore, beneficium, nullã tamẽ factâ mentione de excommunicatione, & beneficium obtinuerit; proviſio invalida remanet, & beneficium ab alio impetrari poſſit: nam aliud eſt inhabilitari ad aſſequendum, aliud eſt privari aſſequutis: *Garcia ubi ſupra*, quem affert, & ſequitur *Card. de Luca de benefic. par. 1. diſcurſ. 74. n. 2. tom. 12.* ejuſdem opinionis fuit *P. Dian. reſol. mor. reſ. 34. par. 9. tract. 8.* edocens recenſitam electionem ad excommunicati favorem validam eſſe: quamvis irritandam eſſe ſubdit; ſi de minori agitur excommunicatione, ut ſupra probavimus, intelligendum eſt.

Privatur tamen excommunicatus beneficio, jam ante obtento; ſi poſt excommunicationem per annum inſurdeſcerit: *Franc. Marc. deciſ. 920. n. 3. par. 1.* & ampliùs ſubdit *Gonzal. ad regul. Cancell. 8. Gloſſ. 15. n. 101.* ſubdit verò *Sanlenger. reſol. benefic. par. 3. cap. 126. n. 2.* cum pertinacia tamen, quæ infert dolum, & Clavium contemptum: at ſecùs ſi ob egeſtatem nequit debitum perſolvere; vel pro abſolutione inſteterit, & dolus deficeret: *Petr. Lotter. de benefic. lib. 3. cap. 33. n. 115.* Undè factâ declaratione, inſurdeſcẽtem eſſe hæreticum, tunc ipſo jure denudatur beneficio laxè *Menoch. de arbitr. caſ. 416. n. 51. & ſeqq. n. 54.* ubi ſic intelligit *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 3.* ibiq; annectit: etiam ſi pro cauſa Civili fuerit excõmunicatus, *Gratian. diſcep. cap. 119. n. 3. Petr. Lotther. de benefic. lib. 3. cap. 33. n. 92.* ab hac tamen ſententia apertè diſcedunt *Seraph. deciſ. 1285. Ricciull. de jur. perſon. lib. 4. cap. 7. n. 14. Sanlenger. reſol. benefic. tom. 1. par. 2. cap. 5. §. 3. in fin. Card. de Luca de benefic. diſcurſ. 74. n. 5. Gonzal. ubi ſupra*, graviter increpans contrà *Menoch.* ſequẽtem Abbatis opinionem, & alios; edocens magiſtraliter, vacationẽ beneficij, ipſo jure per inſurdeſcentiam tunc militare, quoties perſeverãs fuerit attinctus de crimine inferente ipſo jure vacationem: & tunc beneficij vacatio haud ſcatet ex ipſa inſurdeſcẽtia; ſed ex crimine. At ſi proceſſum fuit pro crimine, pro quo non

privatur, ipſo jure, ſed venit privandus: & in iſto caſu ex perſeverantia non inducitur privatio, nec beneficij vacatio ipſo jure:potiſſimum ſi leve fuerit delictum, ob quod nec compeſcendus veniret, aut ſi pro cauſa Civili fuit deventum ad excommunicationem: quam ſententiam veriorem, & magis rationi conſonam eſſe, primamque autē duriorem putamus, eamque erudiere poſt *Abb. Aufrer. ad Cappell. Toloſan. quæſt.* 3065. *Didac. Covarr. in cap. Alma mater, par.* 1. §.7.*n.* 10. etiam ſi excommunicatus pro cauſa Civili,per multos annos inſurdeſcerit, nunquam ipſo jure amittit beneficium: neque de eo denudari debet,*Roman.ſingul.* 303.ſicque ad revocationem deciſionis Auditoris Cameræ decrevit *Rota coram Seraphino anno* 1598. quam afſert *Gonzal. ubi ſupra n.* 107. 108. *Gratian. ubi ſupra à n.*1. *& ſeqq. Ventrigl. prax. ann.*2. §. 4. *num.* 13. *&* 16. ubi per triēnium ſi inſurdeſcerit; poſſe privari beneficio, ſi nullam haberet defenſionem *Grat. n.* 7. *Ricc. prax. reſol.* 211.*nu.*8. *par.*1. Per ſententiam tamen, etiam ſi ipſo jure à beneficio privatur, *Ventrigl. nu.* 5. §. 4. quoniam ex nullo crimine, quamvis grave infertur beneficij vacatio ipſo jure; niſi ſic fuerit expreſſum in jure *Garc. de benefic. par.* 11.*cap.* 10.*n.*5. *Ventrigl. prax. par.* 2 *annot.* 3. §. 1. *n.* 70. *Barboſ. de jur. Eccleſ. unic. lib.* 3. *cap.* 14.*n.*66. *& ſeqq.*de hac inſurdeſcentia excommunicati per annum plura aſtruit, *Ventrigl. prax. annot.* 2. §. 1. *&* 2.*tom.* 1. & quando inſurdeſcens pro hæretico habetur; nos fusè agimus in *tom.*2.*de Clericat. quādoque amittend. cap. de Cleric. hæretico.*

Uſus verò beneficij excommunicato interdicitur: *Joan. Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *in* 4.*præcep. decalog.cap.*21. *verſ. nono quæritur*: ubi agglutinat excommunicatione majori nodatum ad jus patronatus de novo admittere non debere: ſi tamen admittatur; jus patronatus acquirit: uſum tamen juris non retinet: adducens ad hæc *Joan. Andr. & Abb.in cap.nobis,de jure patron.*

Privatur itaque excommunicatus beneficij fructibus, ac diſtributionibus, licèt Choro interſit, & inſervivit: etenim ex hoc nullo meretur præmio: quoniam contra Eccleſiæ edictum miniſtravit:meritò pœna potiùs dignus eſt,ut contra *Sanch. de matrim. lib.* 3. *diſp.* 51. *n.* 12. autumant *Monet. de diſtrib. par.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 25.

Digitized by Google

25. *Rebuff. prax. tit. de ſimon. in reſign. nu.* 15. cum quibus annuit, & ſic refert per *Rotam Roman. deciſum Merlin. deciſ.* 549. *per totum tom.* 2. ſed vide *Rot. Rom. in Recenſ. par.* 3. *deciſ.* 689. *à n.* 1. *& ſeq.* ubi affluenter ad declarationẽ *deciſionis* 1098. *Seraphini* ratiocinatur de iſtis fructibus, & diſtributionibus quotidianis: & quid ſi excommunicatio fuerit injuſta, an haſce diſtributiones lucratur taliter excõmunicatus; vide *Auguſt. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.* 53. *n.* 174. *& Zoëſ. infra nu.* 88. *verſ. & hoc ita.* Ad rem tamẽ noſtram ſubdit *Ciarlin. contr. cap.* 115. *nu.* 17. *lib.* 1. quòd ſi Titularis, pendente excommunicatione, excommunicato ignoranter ſolverit penſionem; ſolutum repetit, & ita concinuere ante eum *Suar. to.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 1. *& ſect.* 2. *n.* 21. *Garcia de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *à n.* 131. *& ſeq.* & ipſe ad conſumpti reſtitutionem tenetur, *Suar. d. ſect.* 2. *n.* 7. *& ſeq.* tam ſi excommunicatio promerit ab homine, quàm à jure: quippè conſumptio fructus non facit proprios neque ab excommunicatione liberat: *Henr. Zoëſ. lib.* 5. *decr. tit.* 39. *de ſent. excom. nu.* 87. licitum tamen eſt excommunicato fructus pro ſuis alimẽtis conſumere, ſi reſipiſcendo abſolutionem petierit: at ſecùs ſi in contumacia perſeveraverit: *Navar. cap.* 25. *n.* 124. *in ſumm. Covarr. lib.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 8. *verſ. duodecimo, Suar. d. diſtinct.* 2. *nu.* 12. *& ſequ. Zoëſ. n.* 88.

Advertendum tamen eſt; excommunicatum, fructus beneficij, & præbendæ, haud lucrari; etiam ſi pendente excõmunicatione, debitum, pro quo fuit indicta excommunicatio, ſolverit; niſi abſolutionem obtinuerit, probat *ex Felin. Rip. Covarr. in cap. Alma mater, par.* 1. *§.* 11. *n.* 5. *de ſent. excom. & ab eis Merlin. d. deciſ.* 549. *n.* 6. *tom.* 2.

Ipſo jure herclè recenſita excommunicatio privat de fructibus: ſuſtinet *Abb. in cap. Paſtoralis, §. verum, de appellat. verſ. proventus*, ratio autem eſt: quoniam beneficium datur propter officium, hoc autem ceſſante propter excommunicationem; itidem illud ceſſare debet, ſaltem in effectu: & quamvis hæſitaret nonnuli, in interpretatione verbi *ſubtrahantur*, ejuſdem capituli; attamẽ ex totali ejuſdem capituli conſtructione hæſitatio ſolvitur. Etenim ibi depromitur, Pontificem ſubtractionem fructuum comparare, cum privatione cõmunio-

nionis Eccleſiæ, quæ ipſo jure fit: meritò idem dicendum eſt de fructuum ſubtractione: quę quidem ſubtractio, per interpoſitam appellationem, haud ſuſpenditur; niſi ubi allata fructuum privatio requireret ſententiam: & hoc in caſu per appellationem, legitimè interpoſitam, cuncta remanent, prout ſtant. *ut præter Abb. ubi ſuprà Covarr. lib. 3. var. cap. 13. n.8. verſ. duodecimo Suarez diſp. 13. ſect. 2. à n. 1. & ſeqq. Avil. de cenſur. p. 2. cap. 6. diſp. 6. dub. 1. & ex eis* atticè dixit *Zoës. d. lib. 5. tit. 39: decret. n.* 86.

Pro totali denique præſentis materiæ privationis beneficij in excommunicati perſonam, inquimus: Epiſcopum poſſe diſpenſare, ut excõmunicatus retinere valeat, poſt obtentam abſolutionem, beneficium ei collatum tempore excõmunicationis: ut poſt oppoſitas ſentẽtias *inter Gloſ. in cap. poſtulaſtis de ſent. excomm.* & alios firmat *Joann. Azor. Inſtit. Mor. p. 2. lib. 6. in 4. decalog. præcep. cap. 7. verſ. ſi quæras 2. quæſiti*, rationemque ibi affert: quippè, jure communi inſpecto, talis permittitur diſpenſatio: nec Epiſcopo denegatur, meritò quit; pari ſchemata dicẽdũ eſt in caſu præſenti, ubi ex adducto *capit. poſtulaſtis* indulta eſt diſpenſatio, nec Epiſcopo denegatur: ergo valere Epiſcopum diſpenſationem recenſitam indulgere concludit *Azor.* etiam ſi collatio beneficij ad alium ſpectaret, & abſque iſtius conſenſu *Azor. ibidem. verſ. quid dicendum.*

Prædiximus, excommunicatum ab omni dignitate, & officio, quoad exercitium, & juriſdictionem privari, *ex cap. poſtulaſti, de Cleric. excomm. miniſtr. & ex Sayr. & alijs ſupra adductis.*

177 Undè fluit geſta, per eum in adminiſtratione officij nulla eſſe *Deci. in cap. intelleximus de Judic. n. 4. Abb. in cap. veritatis, de dol. & contum. n.* 33. 34. tam ſi publicũ, quàm ſi privatum ſit officium *Conrad. Zahnn. de Mendac. d. lib. 3. cap. 16. n. 47.* etiam ſi ſæculare fuerit munus, ſive dignitas: niſi fuerit publicè toleratus: nam iſte quit publica exercere officia, at ſecùs privata: ut ſunt tutelæ, curæ, procurationes, & alia officia ſimilia: etenim quoad iſta privata error communis ad eorum cõfirmationem, haud prodeſt *Jaſon. in l. Barbarius Philipp. n. 59. lim. 2. ff. de offic. præt. & ibi Bart. & Alex. in conſ. 186. vol. 2. Zahnn. n. 48.* Tamen ut magis enodatè res

ex-

explanetur, inquimus, geſta in officij publici adminiſtratione, per excommunicatum occultum valere, & teneri, ex benigna Eccleſiæ providentia, & interpretatione, propter commune bonum: quia ſic commune expedit bonum: ut ex arg. *d. l. Barbarius Covarr. in d. cap. Alma mater p.* 1. §. 11. *n.* 4. *de ſent. excomm. in* 6: *Suar. d. diſput.* 14. *ſect.* 1. *n.* 8. 9. *Zoës. n.* 91. *&* 92. ubi idem firmat in excommunicato, non denunciato; privata verò officia retinere nequit: quoniam in iſtis ceſſat communis boni ratio *Zabun. n.* 48.

178 Participantem herclè, cũ excommunicato majori, in minorẽ incidere, excõmunicationẽ prędiximus *cap. ſtatuimus de ſent. excommun. in* 6. ab hominum namque commercio eijciendus eſt taliter excommunicatus. *d. cap. intelleximus, de Judic. cap. quòd in dubijs* 30. *de ſent. excomm. cap. cum excommunicato* 11. *qu.* 3. *cap. nulli* 8. *cap. cum non ab homine* 14. *de ſent. excomm. in* 6. *Andr. Tiraquell. de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 276. *Fontanell. deciſ.* 351. *n.* 5. *p.* 2. *Solertiſſimus Dom. Conſil. D: Carol. Petr. in rit. M. C. V.* 236. *n.* 7. 8. ubi *cum Ugolin.* ſuſtinet, quamlibet allocutionem, ac honorificam ſalutationem, itidem ex mero benevolentiæ actu interdictam eſſe: & antè eos edocuere *Covarr. in d. cap. Alma Mater p.* 1. §. 1. *&* 2. *de ſentent. excõm. in* 6. & poſt omnes *Bald. Conrad. Zabun. de mendac. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 54. 55. privatur denique taliter excommunicatus omni civili, ac politica communione cum fidelibus, tàm activè, quàm paſſivè, ſalvis caſibus à jure exceptis: quę quidem privatio in hoc conglobantur verſu.

Os, orare, vale, communio, Menſa negatur.

Os, ſumẽdum eſt, pro omnibus benevolentię ſignis, per oſculum, allocutionem ſivè palàm, ſivè, clàm; itidem per epiſtolam, per nuncium, aut nutum: *Orare* pro Sacramentorum participatione ſpirituali, *Vale*, pro ſalutatione onorifica, & ob reverentiam, & honorem exhibitam; verbis tamen ſecundum *Joan.* 1. ibi *Neque ave ei dixeritis*, & ita putant nonnulli cum quibus non reſidet *Suarez de cenſur. diſput.* 15. *ſect.* 1. *n.* 3. 4. edocens cunctas exhibitiones honorificas interdictas eſſe, etiã non verbis facta, & cum eo tranſit *Zoës. n.* 101. *Communio* accipitur generaliter capiens omnis effectus excommu-

municationis, & cunctas externæ communicationis rationes, *Menſa*, verificatur in comedẽdo, dormiẽdo in lecto in ſimul, cohabitando.

Advertendum tamen eſt, quod ſi communicatio cum excommunicatis, ad bonum tenderet finem, ad illorum animæ ſalutem, ut ad meliorem reducerent fruges; in hac ſce non ruit pœnas communicans: nec interdicitur talis communicatio: quoniam Chriſtianæ convenit charitati: ut magiſtraliter edocet *ex Covarr. d.* §. 1. *n. fin.* & *ex tex. in cap. reſponſo de ſent. excomm. Baldaſ. Conrad. Zahnn. n.* 55. *Zoëſ. n.* 102.

179 Excuſatur planè *Uxor Canon. quoniam multos* 103. *XI. qu.* 3. itidem Sponſa de præſenti: non tamen de futuro: quia appellatione uxoris iſta non venit, *tex. in l. ſi qua* §. 1. *ff. de rit. nupt.* Quod itidem, dicendum eſt de Marito cõmunicãte cum uxore excommunicata, *Covarr. d.* §. 1. *n.* 8. *Navarr. c.* 27. *n.* 37. *Sanch. de matrim. lib.* 9. *diſp.* 14. *Suar. diſp.* 15. *ſect.* 4. *n.* 13. 14. filij, ſervi, ancillę, & omnes alij, qui ante excommunicationem, pro familiari obſequio, retinebantur. *Canon. quoniam multos* 103. *XI. qu.* 3. *cap. inter* 31. *in fin. de ſentent. excomm. cap. ſi verò eodem*: non tamen illi, qui poſt latam excõmunicationis ſentẽtiam, ad ſerviendum addicti fuere: Neque excusantur Vaſſalli ſubditi dominio temporali excommunicato: etenim iſti abſoluti ſunt à præſtanda fidelitate excommunicato Domino: *Canon. Nos Sanctorum Canon. Juratos XV. qu.* 6. *Suarez diſp.* 15. *ſect.* 6. *Andr. Vallenſ. paratitla decret. lib.* 5. *tit.* 39. *de ſent. excomm.* §. 3.

180 *n.* 5. communicantes cum excommunicato, majori innodato excommunicatione, ſecluſis enunciatis caſibus, & perſonis; in minorẽ ruit excõmunicationẽ: ut pluries prędiximus. *c.* 15. *qui* 15. *de ſent. excommun. Zoës. lib.* 1. *tit.* 6. *de elect. n.* 7. hic advertendum eſt: quod ſi cum tali excommunicato cõmunicaverint, in Clavium contemptum, aut contrà Judicis ſpeciale pręceptum; tunc in majorem incidunt excommunicationem *cap. ſignificavit* 18. *cap. Nuper* 29. *cap. concubine* 55. *de ſent. excomm. Navarr. d. cap.* 27. *n.* 28.

181 Ex ſupra exaratis deſumitur, majori excommunicatione innodatos, à Fidelium commercio, & Eccleſiaſticis ſuffragijs arceri, Juriſdictioniſve uſu privari, inhabiles

les ad beneficia obtinenda, effici, à fructibus eorum ſpoliari ac actus publici per eos cõfecti invalidos eſſe; niſi excommunicati, licèt notorij, eſſent tollerati, vel occulti: nam acta iſtorum valent *Sanlenger. reſol. benefic. cap.* 131. *n.* 7. jure tamen novo, attenta *Martini V. extravag. ad evitanda, in Concil. Conſt.* itidem publica ſuſtinent *Zoëſ. d. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 10. 11. ubi hoc idem firmat in excommunicato occulto, tàm ex jure priſco, quàm recente, & in excõmunicato denũciato, data vera ignorãtia: *Sanleger ibidem* ubi ait, excommunicatũ occultum eſſe eligibilem, & electionem in ejus perſonam, collatam, validam eſſe: *cap. cũ Eccleſia Sutrina* 3. *de cauſ. poſſeſſion. & propriet. cap. ad proband.* 24. *& ibi Felin. n.* 1. *&* 3. *de re Judic.* potiſſimum ſi publica utilitas ſic expoſceret, cõcludunt, ut prediximus.

182 Acta porrò privata ab excommunicato majori ſuſtinẽt: ideò non ſunt irritanda: *Covarr. in d. cap. Alma mater, p.* 1. §. 1. *n.* 9. meritò ejus contractum matrimonium tenet, *cap.* 6. *de eo, qui duxit, quam poll. Joan. Andr. in cap. dolo facit, de reg. jur. in* 6. *Felin. in cap. ſi verè, de ſent. excommu. Covarr. n.* 9. 10. *Bald. Conrad. Zahnn. de mendac. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 52. *Zoëſ. d. lib.* 1. *decr. tit.* 39. *de ſent. excom. n.* 107. Ordo collatus caracterem in eo imprimit, licèt ab exercitio ſuſpenditur, *cap. cum illorum,* 32. §. *ſi autem, de ſent. excom.* Ejus tenet teſtamentũ: *Dauth. de teſtam. n.* 242. *Covarr. rubr. de teſtam. par.* 2. *n.* 56. *Zoëſ. n.* 107. etiam ad pias cauſas *Dilect. Durant de arte teſtan. tit. cautel.* 10. *Zahnn. nu.* 49. *Jul. Clar. de teſtam. q.* 24.

183 Advertendum denique eſt, allatam *Martini V. extravacãtem in Concil. Conſtanſienſi. Ad evitanda* generaliter loqui, de notorijs excommunicatis, qui nulla tergiverſatione celari queunt: ideò abſque reſtrictione de omnibus intelligi debet: ut ſentit *Navarr. cap.* 27. *n.* 35. Verùm hodie, ex conſuetudine, dictam extravagantem fuiſſe reſtrictam ad ſolos Clericum, notorios percuſſores: & iſtos eſſe evitandos autumant nonnulli: de qua re vide *Navarr. conſ.* 1. *quæſt.* 24. *de conſtit. Gutierr. quæſt. Canon. cap.* 2. *Suar. de cenſur. diſp.* 9. *ſect.* 2. *nu.* 45. Imò ex iſtorum placito, nec ſufficere ſententiam ſpecialẽ ab homine prolatam; verùm, & denunciationem, vel publicationem eſſe precifam: nec ante eas eſſe vitandum, etiam à Ju-

à Judice, vel Parocho denunciationem habentes paratam. *Navar. ad Can.* 1. §. *laboret n.* 23. *de pænit. diſtin.*6. *Suar. d. diſp.* 9. *ſect.* 2. *n.* 8. & *ex eis Zoëſ. n.* 110.

184 Taliter excommunicatus in Judicem eligitur: nec electio infirmatur: quoniam ſimilem electionem interdictã fuiſſe, per Sacros Canones in ſpiritualibus: inter Eccleſiaſticos, ibique nulla fit mentio de temporali munere: ideò nè pœnæ extendantur à ſimili; validam eſſe autumat, poſt multa *Suar. diſp.* 16. *ſect.* 2. & *ex eo Zoëſ. n.* 93. *verſ. in Judicẽ.* Nos autẽ oppoſitũ inquimus: autumãtes agere in Judicem, in foro temporali, excommunicato majori, interdictum eſſe; licèt de hoc Sacr. Canones non loquantur: quoniam excommunicatum, tanquam ethnicũ, juriſdictionem exercere ſuper fidelibus Eccleſiæ membris nefas eſt: meritò cuncta decreta, ſententię; ac ferè omnes actus pendentes à juriſdictione, ab eo confecti, tanquam à Judice, juriſdictione carente, nullius ſunt roboris: & ita edocet *Suarez d. diſp.* 16. *ſect.* 1. quod itidem dicimus, ut non poſſit eligere neque in Notarium Advocatum, nec in cetera Curiæ temporalis officia *cap. decernimus de ſententia excõm. in* 6. nec in delegatum *cap. ad probandum de re judicat.* nec in Arbitrem. *Zabun. de mend. d. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 35. 36. nec teſtis eſſe poteſt in Judicio: quia aliquam continet communicationem. *cap. decernimus* 8. *de ſent. excomm.* niſi abſolutionem prius obtinuerit *cap. veniens* 38. *de teſt.* exceptà causâ fidei contra hæreticos, eorumque fautores *cap. in fidei, de hæret. in* 6. *Suarez de cenſ. diſp.* 16. *ſect.* 6. *n.* 2. Non tamen reijcitur à teſtificando in inſtrumẽto privato *ex Felin. in d. cap. intelleximus. de Judic. Zabun. n.* 56. licèt contrarium ſentit *Marth. de juriſd. p.* 3. *cap.* 9. *n.* 7. inſinuans, tantùm admittendum eſſe in teſtem, ubi agitur ad ſolemnizandum actum retro ante excommunicationem confectum: ut in teſtamenti publicatione dixit *Put. deciſ.* 4. *n.* 17. *lib.* 1. In judicio ſtare quit ſe defendendo excõmunicatus, ſi ne-
185 ceſſarius ſit reus. Eccleſia, namq; uti pia mater, naturalẽ defenſionem auferre nequit. *cap. pia de except. in* 6. *Innoc. in cap. exceptionem, & Gloſſ. fin. de except. in* 6. *Avil. de cenſur. p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 7. *dub.* 2. *D. Franciſcus del Verde ad Gallup. prax. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 55.

Digitized by Google

56. 57. *Gabr. à Sanct. Vincent. de cenſur. in comm. diſput.* 3. *quaſt.* 10. *n.* 133. *Jo. Bapt. Mucc. ad Reg. Sanfelic. delucidat.* 55. *n.* 23. *Zoëſ. nu.* 95. *in fin.* itidem per procuratorē. *Avil. ibibem Suarez diſp.* 16. *ſect.* 4. *n.* 4. *& ſeqq. Zoëſ. nu.* 96. *Zabnn. n.* 43. At ſecùs ſi uti voluntarius reus ad judicium accedere quit; nam nequit: quia, tunc actorem aſſimulatur, cujus partem facere non poteſt: etenim interdicūtur jura excommunicato, actoris partem in judicio ſumere, *Zoëſ. ibidem Zabnn. n.* 44.

Attamen ſi Judex, excommunicatum à judicio haud arcuit, neque pars de excommunicatione ſe oppoſuit; validum remanebit judicium: *tex. in d. cap. pia, de except. cap.* 1. *de reſcrip. in* 6. *Zabnn. n.* 41. *Zoëſ. n.* 95. opponi tamen poſſit excōmunicationis exceptio in qualibet judicij parte, *d. cap. exceptionem,* 12. *de excep.* & ſi poſt rem judicatam opponitur, executionem impedit: *Zoëſ. ibidem,* latè *Suarez diſput.* 16. *ſect.* 3. *n.* 7.

186 Notandū tamen eſt, quod ſi recenſita excommunicationis exceptio ponatur in judicio, per modū queſtionis facti; de ea Judex laicus cognoſcit: ita ex theorica *Bart. in l. Titia, ff. ſolut. matrim. & in l.* 2. *de juriſd. omn. Jud. Mart. de juriſd. par.* 3. *cap.* 16. *n.* 8. Tandem obligatio ad alterius favorem per excommunicatum confecta: ſuſtinet *cap. felices, §. verum, de pœn. in* 6. *Covarr. in d. cap. Alma mater, par.* 1. *§.* 1. *n.* 10. *de ſent. excom.* Alter verò ad excommunicati gratiam obligare ſe nequit: quoniam abſolutione non obtentâ debitorem convenire nō valet: *Felin. Covarr. ibidem Mart. ubi ſupra cap.* 9. *nu.* 33. 34. *Zabnn. de mendac. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 51. eique interdicta eſt ſolutio, *Abb. in cap. inter alia, de ſent. excom. n.* 6. & cui facienda eſt ſolutio, vide *Mart. ibidem, n.* 36. 37.

187 Ab excommunicatis igitur per inferiores Regni Prælatos, paſſim ad Legatum de Latere via appellationis nullitatis, quærelæ, ac omni meliori modo occurritur, coram quo ad cautelam abſolutio expoſcitur: juxtà tradita per *cap. cum contingat, de offic. Delegat. Martin. Bonac. de cenſur. in commun. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. *præpoſit.* 2. *nu.* 2. etenim ſententiæ excommunicationis, & interdicti nunquam tranſeunt in rem judicatam, ac ſemper revocari, patefactâ juſtitiâ, queunt *cap. ad reprimendum, de offic. ordin. cap. ſacro, de ſent. excom. Quintil.*

Mandoſ. in tract. de monitor. quæſt. 16. *in fin.*

Cæterum à excommunicationis ſententia, quæ propriè interloquutoria eſt, & irreparabile continet gravamē, rectè appellatur: ut ſupra diximus *ſub nu.* 148. *propè finem*: erudiunt *Azaved. l.* 1. *n.* 18. *& ſeqq. tit.* 5. *lib.*8. *recopil. Diaz. regul.* 39. *Dueñas regul.* 52. *fallen.* 2. *Rob. Marant. prax. Jud. par.* 9. *tit. de ſent. nu.* 4. & alij ex oraculo *Gloſſ. in ſum.* 2. *quæſt.* 1. ex ſpeciali tamen ratione, ejus haud ſuſpenditur effectus: adeò ut excommunicatus appellans, appellatione minimè ſuffragante; cenſuris indictis obnoxius remanet: etenim ſecum executionem tradit: ut benè innuunt ex Innocentij deciſione *in cap. Paſtoralis*, ⁋. *verum, de appellat. Abb. in cap. cum in contemplatione nu.* 4. *de regul. jur. Joan. And. in cap. dilectus el* 2. *de reſcript. Marant. par.* 6. *tit. de appell. n.* 216. *& par.* 6. *act.* 2. *tit. quandoq; appellatur limit.* 32. *n.* 351. *& limit.* 5. *n.* 178. *Zerol. prax. par.* 1. *verb. appellatio*, ⁋. *ad ſeptimum*; *& part.* 2. *verb. appellatio, verſ. nono quæritur*, permixtè *Mart. de juriſd. par.* 3. *cap.* 12. *n.* 6. fusè *Campanil. diverſ. jur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *à n.* 40. *& ſeqq.* Cuncti cum alijs ferè concludētes, ex excōmunicationis ſententia admitti appellationem, quo ad devolutivum tantùm: haud tamen quo ad ſuſpenſivum, ni medecinalis correctio ſpiritualis futilis remaneat: meritò Antiſtes Eccleſiaſticus eam indicens, appellatione non obſtante, ad denunciationem, & publicationē devenire valet: ut expreſsè evolvitur *in d. cap. Paſtoralis*: ſi pura ſit, quippè iſtæ acceſſoriæ, & conſecutivæ ad eam ſunt: *Marant. Specul. quæſt.* 2. *par.* 3. *nu.* 167. nec dicitur attentare *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *lim.* 21. *n.* 8. At ſi excommunicationis ſententia ſub conditione proferatur; tunc quo ad utrumque appellatur effectus, & excommunicatus, talis non eſt, conditione, & appellatione pendente: appallatio namque tunc excommunicati ſtatum conſervat: ut concordi voto edocent *ex tex. in cap. præterea, de appellat. & ibi Abb. Franc.* & cæteri ſcribentes *Mart. d. par.* 3. *cap.* 14. *n.* 32. *Scacc. de appellat. qu.* 17. *lim.* 22. *n.* 13.

Pura igitur prolata excommunicationis ſententia eam indicens: quamvis rectè ad declarationem, & publicationem devenire quit, ut nuper diximus: attamen ad allatam de-

declarationem, & publicationem; nimirùm per cedulorū affixionem devenire non debet: quoniam excommunicato ex eis plus gravatur; & magis de eo quod reperitur ligatus, devincitur: ut depromitur *in cap. tua, de ſent. excom.* ubi incendiarij ex denunciatione magis gravantur: quoniam non ab alio niſi à Sum. Pontifice abſolvere poſſunt: undè inferunt omnes ex receſſito novo impoſito onere licitè appellatur; itidem quo ad ſuſpenſivum remedium, tanquam exceſſivum, nec locum ſibi vendicat enunciatum *§. ſi verum*: ut magiſtraliter, diſertèque edocent *Phil. Franc. in d. cap. Paſtoralis, n. 25. Joan. Andr. in d. §. verum, Mart. d. cap. 13. per totum, Scacc. ubi ſupra n. 6. 12. Felin. in cap. Rodulphus, de reſcript. Dec. in cap. pervenit, 1. de appellat. Capyc. deciſ. 1. n. 19. Farinac. prax. crim. quæſt. 101. lim. 12. nu. 65. Gratian diſcep. cap. 232. à n. 19. & ſeqq.* fusè *Campanil. ubi ſupra n. 42.* affluenter de more doctiſſimus *Salgad. de reg. protect. tom. 1. cap. 5. n. 16. 32. & ſeqq.* & poſt eos *D. Joan. Franc. Montemajor de Cueva in ſua propugnat. pro juriſd. Reg. §. 36. à nu. 6. & ſeqq.*

Interpoſita ſanè appellatione ab allata ſententia declaratoria, ejus ſuſpenditur effectus, & proinde appellans à Fidelium Communione minimè evitatur, neque ad publicationem devenitur: ut de mente *Lapi* aſtruit *Cardin. in Clement. 1. §. ſi quis quæſtioni, 11. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* quam ſententiam extollunt, & ſequuntur *Felin. in d. cap. Rodulphus, de reſcript. Dec. in cap. pervenit, C. de appell.* & ſi à legis pœna appellatio interdicitur *tex. in l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignific. cap. quia nos, & Gloſſ. de appellat. Gloſſ. in c. ſuper his, de accuſation. Roman. ſingul. 216. & alij per Farinac. d. quæſt. 101. lim. 14. nu. 65. Gratian. diſcep. cap. 232. nu. 19. & ſeqq.* attamen à ſententia declaratoria incidiſſe, vel non, in excommunicationem juſtè, ac legitimè appellatur: *Felin. Roman. Abb. & Dec. ubi nuper*, & alij, quos cumulat *Campanil. d. rubr. 11. cap. 15. à n. 43.* & appellans nec à judicialibus arcetur: *Navarr. in prælect. cap. cum contingat, 15. cauſa nullitatis ante finem, de appellat. ab hac declaratoria, Campanil. ibidem.* Imò denunciatio ſubſequens, poſt interpoſitam appellationem, tanquam attentatum nullius roboris eſt, ad quam excommunicatus irretitus haud eſt: *Ma-*

Digitized by Google

rant. part. 6. act. 2. verb. & quandoq; appellatur limit. 5.n. 180. non entis etenim nullæ ſunt qualitates: *Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 42. *n.* 54. *& ex tex. in cap. per tuas, de ſent. excom. cap. dilectis, & cap. ad præſentiam, de appellat. Villalob. ſum. tract.* 16. *diffic.* 13. *nu.* 3. *&* 4. ubi annectit valere Clericum excommunicatum, poſt appellationem celebrare, ſuumque proſequi officium in divinis, abſque irregularitatis formidine: nec diſcrepat *Scacc. loco indicato.* Et ita Sacr. Sedis Apoſtolica ann. 1655. declaravit in cauſa excommunicationis, & declarationis cujuſdam R. Auditoris Civitatis S. Dominici Novi Orbis, per Eccleſiaſticum Judicem factæ, poſt interpoſitã R. Auditoris appellationem: quam refert in calce ſuæ exaratæ, eruditæ, ac doctiſſimæ allegationis D. Joan. Franciſ. Montemajor. de Cueva, ſub titulo *Propugnat. pro juriſdict. Reg.* Effectus denique hujuſce excommunicationis ſententię nullæ, recenſuimus affluenter ſupra, ſub n. 37. ad 48.

188 Cæterũ congruit hic ſcire, quod Epiſcopi nequeunt Dominos Proreges Eccleſiaſticam forſitan turbantes juriſdictionem, excommunicare. Etenim fruuntur iſti omnibus privilegijs, quibus Suprema Regis fruitur Majeſtas, ac idẽ debetur obſequium, & honor: ut edocet *Mich. Ferrer. obſer. cap.* 174. *par.* 3. & ex concordatis cum Sancta hujus Regni Inquiſitione, alijs oppoſita ſuſtinentibus rejectis: mirè aſtruit *D. Mar. Cutell. ad leg. Sicul. fol. mihi* 482. & alij quos refert *Cortiad. deciſ.* 27. *n.* 33. 40. *Oliban. de jur. Fiſc. cap.* 1. 2. *n.* 23. *Cançer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 19. 20. *Creſp. de Valdaur. tom.* 2. *obſer.* 64. *n.* 6. affluenter *Villarroel en ſu govierno de los Cuchillos par.* 2. *quæſt.* 11. *art.* 1. *ad finem, & art.* 3. *n.* 90. 91.

Quæ quidem ratio in Regijs haud militat Conſiliarijs, quos excommunicare queũt: inſinuant *Dionyſ. Portocarr. in alleg. pro juriſd. Inquiſit. n.* 52. *Dian. in locis indicatis, Fermoſ. in cap.* 2. *quæſt.* 17. *à num.* 5. *Thomas del Bene de parlam. dub.* 4. *ſect.* 19. *ſub ſect.* 20. *n.* 9. *de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 26. *ſect.* 2. *n.* 3. & ſic diſponitur in enunciatis concordatis hujus Regni cum Ill. Inquiſitoribus, *Cutell. ubi ſupr. Inquiſit. Param. de orig. Inquiſit. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 11. *n.* 24. & uſus crebrò nos ita inſtruit: licèt haud omnes de Sacro illo Concilio, Collegio, & Tribunali, in rebus, namque iſto-

rum

rum, major ſemper prævalet pars *l. quod. Major ff. ad municip. l. nominationum C. de decurionibus lib.* 10. *cap. cum omnes. de conſtit.* & ibi *Barboſ. c.* 1. *n.* 4. idem *in cap. auditis, de election. n.* 2. *Cened. Collect. ad decret.* 120. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 3. *gloſ.* 3. *n.* 74. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 5. *c.* 15. *n.* 15. 39. *Morl. Empor. jur. p.* 1. *tit.* 12. *qu.* 9. *n.* 9. quòd pariter notavimus 1676. Neapoli in excommunicatione illata per Eminentiſſimum D. Indacum Caracciolo, Parthenopeæ Eccleſię digniſſimum Antiſtitem, majori Supremi M. C. Vicariæ Trib. Judicum parti, in qua nos, & alij duo ex Dominis exempti remanſimus: & facit elatè ad rem *Creſp. de Valdaur. tom.* 2. *obſer.* 64. *n.* 6. *Villarroel. n.* 37. 38. Ignorant rationabiliter Epiſcopi conſentientes, & diſſentientes, & ſi excommunicationem fulminent cõtrà omnes, adhùc diſſentiẽtes comprehenderet, quæ injuſta, iniqua, ac nulla erit: *Navarr. in conſ.* 10. *n.* 2. *de ſent. excom. Covarr. lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 8. *in fin.* Sacris itidem Canonibus attentis, ex quibus interdictum evolvitur Univerſitatem, ac Collegium, immediatè excommunicare: *tex. in cap. Romana,* 5. *§. in Univerſitatẽ, de ſent. excom. in* 6. *Gloſſ. in verb. interdicti, & tex. in cap.* 1. *verſ. fin. de uſur. in* 6. *Gloſſ. verb. Univerſitas, in cap. quanquam,* 3. *de cenſib. in* 6. *Gloſſ. in Canon. ſicut,* 11. *verb. adultera,* 7. *quæſt.* 1. *Avila de cenſur. par.* 4. *cap.* 4. *diſp. unica, dub.* 4. *concluſ.* 1. *Gaill. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 18. *Jul. Clar. §. fin. quæſt.* 60. *nu.* 30. *Dian. reſol. mor. par.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 38. Si ſimpliciter, & abſolutè contra univerſum Collegium, vel totam Univerſitatem, ac Concilium excõmunicationis ſententiam protulit Epiſcopus: at ſecùs ſi cõtra ſingulos nocentes, & culpabiles de ipſa *Univerſitate,* Collegio, vel Concilio; nam tunc valida, licitaque eſſet excommunicatio: ut depromitur *ex d. cap. Romana, §. in Univerſitatem, Gloſſ. in verb. culpabiles, de ſent. excomm. in* 6. *Gaill. de pace public. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 116. quoniam ambobus poſſit ferre modis generaliter, & ſimpliciter contra *Univerſitatem,* Collegium, ſive Concilium, ac ſpecialiter, & ſignanter contra culpabiles de eorum cœtu: explicat *Avila de cenſur. part.* 2. *cap.* 4. *diſput. unica, dub.* 5. *concluſ.* 2.
189 & alij per *Cortiad. n.* 54. ſub debita tamen trina perſonalia monitione, dierum intervallata:

lata: ſi de excommunicatione ab homine proferenda tractatur: ut prædiximus additis *Belleċt. Panimoll.* & alijs *ſub n.* 140. 141. & depromitur *ex d. cap. ſacro, & cap. contingit, 2. de ſent. excom. cap. conſuluit, de off. Delegat. cap. reprehenſibilis, de appellat. cap. ſtatuimus, & Gloſſ. in verb. monitione, cap. Romana, de ſent. excomm. in 6. cap. inter quatuor, de major. & obedient. Canon. de licita,* 24. *quæſt.* 3. *Covar. in cap. Alma mater par.* 1. §. 9. *nu.* 4. *Villalob. in ſumm. par.* 1. *tract.* 16. *dif.* 8. *n.* 3. *Anton. de Ball. tract. var. lib.* 5. *pragm.* 1. *n.* 33. *de Cleric. incident. Avila de cenſur. par.* 2. *cap.* 5. *diſput.* 1. *dub.* 3. *verſic. tertia verò pars, Chartar. deciſ.* 61. *n.* 29. *R. de Vico in pragm. Reg. Sardin. lib.* 1. *tit.* 11. *c.* 9. *n.* 1. quidquid in oppoſitū ſentiat *Pat. Dian. reſol. mor. p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 18. *in princ.* vel periculum non eſſet in mora. *d. cap. ſacro, & dicto cap. contingit.* 2. *de ſent. excom. Canon. de illicita* 24. *qu.* 3. *cap. conſtitutionem* §. *ſtatuimus Gloſſ. verb. monitione. de ſent. excommun. in 6. Covarr. Villalob. & Guttier. in locis indicatis. Avila de cenſuris p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 7. *concluſ.* 2. 4. *&* 5. *Farinac. fragm. crim. p.* 1. *lit. E. à n.* 22. *Barboſ. in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap.* 8. *n.* 3. *Jul. Chart. d. deciſ.* 61. *n.* 30. 31. *R. de Vico ubi nuper P. Dian. reſol. mor. p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 19. *& in ſumm. p.* 1. *verb. cenſura n.* 22. *Fermoſ. in cap.* 1. *quæſt.* 22. *n.* 1. 2. *de Judic. Mattheu de regim. Reg. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *ſub n.* 171. *Marth. de juriſd. p.* 3. *c.* 3. *n.* 1. at ſi de declaratione excommunicationis ipſo jure à Canone illata ageretur; monitio non eſt neceſſaria: etenim Iudex tunc denuncians, vel declarans, non excommunicat; ſed ipſa lex, ut alibi prædiximus: quæ quotidiè ſubditos admonet, nè vetitum committant, crimen: ut *ex cap. à nobis, in principio de ſentent. excommun. cap. reprehenſibilis. de appellat. cap.* 2. *de conſt. in 6. Canon. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. *Covarr. Villalob. & Avila in locis citatis. Chart. d. deciſ.* 61. *n.* 37. *Farinac. n.* 25. *Sanchez de matrim. lib.* 2. *diſput.* 24. *n.* 28. fusè *Ciarlin. cont. for. cap.* 164. *n.* 20. *p.* 2. ſed ſola ſufficit citatio *Mar. Anton. Macer, var. lib.* 1. *reſol.* 17. *n.* 7. *Ciarlin. ubi nuper.* & ſat eſt ut domi, vel ad loca ſolita, & permiſſa fiat *Sperell. deciſ.* 49. *n.* 54. *& ſeqq. Ciarlin. n.* 20. ſi de rei latitantia conſtiterit

Ciarlin. nu. 65. quæ ſemper præciſa eſt, itidem in excommunicatione impoſita ipſo jure, à lege, vel à Canone, aliàs nullius eſſet roboris, nulliuſque efficaciæ *Gloſſ. in Clement. præſenti, verb. conſtituerit, de cenſib. & in Clement.* 2. *verb. conſtituerit, de pœnis, cap. ſacro,* 48. *de ſent. excom. cap. conſtituto,* 9. *eodem in* 6. *Can. de illicita,* 6. 24. *quæſt.* 3. *Jacob. de Graffis deciſ. aur. cap.* 3. *n.* 12. *Covarr. in cap. Alma mater,* §. 9. *n.* 5. *Genuenſ. in pract. Archiep. cap.* 13. *n.* 16. *Marth. de juriſdict. p.* 3. *c.* 3. *n.* 29. *Gabriel. com. concluſ. lib.* 2. *de citat. concluſ.* 1. *n.* 164. *Jul. Clar.* §. *fin. q.* 31. *n.* 3. *Tuſc. prac. cõcluſ. lit. C. concluſ.* 268. *n.* 42. *& lit. E. concluſ.* 447. *nu.* 12. *P. Dian. reſol. mor. par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 18. *Borrell. in ſum. deciſ. tom.* 2. *tit.* 28. *nu.* 4. *Cortiad: deciſ.* 27. *nu.* 55. lato calamo *Jul. Chart. deciſ.* 61. *n.* 21. 23. & alij ab eo innumeri laudati: quibus adde *Fermoſ. in cap.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 1. *&* 3. *de judic.* licèt *ex Avila de cenſur. par.* 2. *cap.* 3. *diſput.* 2. *dub.* 2. *& Dian. reſol. mor. par.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 32. §. *nota ſecundò.* Attamen ſtrenuè tamen oppoſitum in iſtis cenſuris ipſo jure impoſitis ſuſtinet Ill. Dñs Epiſcopus Cœphaludenſis *in ſua allegat. reſponſiva ad aliam Ill. Spectabilis Fiſci Patroni D. Joſeph Scoma M. C. Pr. eſ. ſub titulo Patrocinio de la juriſdicion Regia*; ibi innuens Dom. Epiſcopus, in hiſce excõmunicationibus, à jure illatis nullà opus eſſe monitione, nec trinà, nec unicà: juxtà *cap. Apoſtolicæ,* §. *fin. de re judic. lib.* 6. *& cap. penultimo, de imm. Eccleſ. eodem lib.* cum concordantibus relatis per *Gonzal. in cap. ſacro, de ſent. excom. n.* 6. *& cap. reprehenſibilis,* & ibi *Abb. n.* 6. 7. *de appellat. Covar. in d. cap. Alma mater, part.* 1. §. 9. *verſ. trina verò monitio, Barboſ. in eodem cap. ſacro, nu.* 6. *verſ. Sanctus*: ex ſupra adducta ratione, dum ipſimet Canones quotidiè monent, non turbari Eccleſiaſticam juriſdictionem, nec jura uſurpari Eccleſiæ: potiſſimùm in notorijs *ex cap. reprehenſibilis, de appellat.* idem ſimiliter militat ubi Epiſcopus ageret nõ uti Judex: ſed uti pars ad Eccleſiaſtica, ac Epiſcopalia jura tuenda, contra uſurpantes, & turbantes jura, & ejus juriſdictionem: *ut ex Felin. in d. cap. ſacro, n.* 6. *& cap. cum ſit, Romana n.* 56. *de appellat. Barboſ. in eodem decret. ſacro, nu.* 16. *Innoc. in cap. venerabili, n.* 4. *verſ. quia, Proſp. Fagnan. in d. cap. ſacro, nu.* 13. & ſic deciſum per Sacr. Cardinal. Cõgre-

gregat. affert *Emin. de Luca tract. de juriſd. & foro competent. part. 3. diſcurſ. 29. & 47. & 48. à n. 6. & 10.* Etenim Epiſcopus eo in caſu, potius extrajudicialiter procedit per defenſionem, in qua prōptior eſſe debet: ſpecialiter, ubi major eſſet offenſionis facilitas, ut potiſſimùm exteri, ac non ſubditi crebrò præſumunt ad haſce turbationes, & intruſiones devenire, dummminùs timent eum, quem in Superiorem nō recognoſcunt: ut deciſum affert *Ricciull. de jur. perſon. lib. 4. cap. 61. à n. 35. uſque ad 45.* & autumat D. Epiſcopus Cephaludenſis.

Verùm enim verò, pace tāti viri, communis, ac germana ſententia, ea eſt, quam ſupra expendimus, & ſtrenuè tuctur ſpect. ipſe Fiſci Patronus: nempè itidem in excommunicatione à jure lata requiritur pro ejus validitate, ſaltem citatio, ut ex ſuprà laudatis indiximus: queis adde *D. Franc. Anton. Coſta concivem in conſ. 1. à n. 119. cum ſeqq.* aliàs nulliter prolata cenſetur *Menoch. de arbitr. caſ. 541. n. 6. 7. Jul. Chartar. deciſ. 61. n. 23. ad 39.* affluenter *Epiſc. Sperell. deciſ. 48. n. 56.* & poſt eos *Ciarlin. contr. cap. 228. n. 64.* Imo quod ſit perſonalis *cap. Sacro de ſent. excommun. Henriqu. lib. 13. de excommun. cap. 17. §. 3. Steph. Gratian. diſcept. cap. 45. n. 9. & cap. 531. n. 76. & cap. 559. n. 14. Sperell. n. 3. 4. 5.* etenim verus dici non poſſit contumax, qui perſonaliter monitus minimè fuit, aut citatus edocet *Ricc. prax. reſol. 383. p. 2. & reſol. 174. n. 5.* ubi ſic pluries deciſum affert, & annuit *Ciarlin. n. 66. tom. 2.* ſed vide per nos tradita in principio hujus excōmunicationis materiæ ſub n. 160. etiam ſi in Notorijs verſabatur: nam licèt in iſtis tertia non requiritur monitio, ſecundùm aliorum DD. ſententiam; citatio verò ſemper requiritur ex adnotatis, *per Abb. Feliu. & Franch. in d. cap. reprehenſibilis, & in cap. 2. de ſponſalibus Covarr. in d. cap. Alma Mater. Marc. Anton. Maceratenſ. var. reſ. lib. 1. cap. 72. n. 6. Conſt. ubi nuper ſub n. 120. 121. Marc' Anton. variar. lib. 1. cap. 27. n. 6.*

190 Queis attentis, depromitur, Epiſcopum nequire excommunicare exterum, non ſubditum ratione Originis, & domicilij, in aliena Diœceſi degentem, abſq; proprij Prælati venia, per litteras ſubſidiarias requiſitorias petita: *ex Clementin. Paſtoralis*, inſinuat *Barboſ. de ſentent. excommun.*

nec

nec in eum citare ſuſtinet *P. Dian. reſol. mor. part. 5. tract. 9. reſol.*34. aliàs cenſuras abſque eis litteris proferendo; inſanabilem ex defectu juriſdictionis, nullitatem committeret; inſinuant. *Villalob. in ſum. par. 1. tract. 16. dif. 10. n. 3. Tobdut. Salinger. de prævent. jud. part. 2. cap. 6. n. 1. Coninch. de Sacram. diſput. 13. dub. 7. concluſ. 69. Covarr. in d. cap. Alma Mater par. 1. §. 10. n. 3. Dian. ubi ſupra reſol. 35. & in ſumm. part. 1. verb. Cenſuras n. 7. del Bene de immun. Eccleſiaſtica tom. 2. cap. 12. dub. 1. ſect. 4. n. 9. 12. & 13.* requiſitus verò Epiſcopus, conſentire tenetur, literas requiſitoriales exequutioni demandando, *ex cap. fin. de for. compet. Avila, del Bene, & alij per Dianam, ubi ſupra reſol. 36.*

Quæ quidem ſuperiùs exarata procedunt, tàm in cenſura ab homine lata, quàm à jure: nam in iſta, & in illa citatio præciſa ſemper eſt, ut explanavimus, eamque proprius requiſitus Diœceſanus Epiſcopus, ex allata commiſſione, ſeù requiſitione perficit, eas reo notificando: ut ex aſſueta praxi edocent *Molin. de brach. ſæcul. cap. 14. n. 11. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 17. n. 182. lit. E.* ſicque itidem aliàs ſervatum affert ab Epiſcopo Syracuſano D. Franciſco Forteza in hoc Siculo Regno *Illuſtriſs. Præſ. Scoma in recenſita allegat. fol. m. 55.*

191 Et an Princeps ſæcularis interdicere quit Eccleſiaſtico Prælato, ne ſuum excommunicet Miniſtrum, quin priùs excommunicationis cauſam obſtenderet? affirmativam ex Reg. Sereniſs. Alfonſi Pragmatica, vulgariter nũcupata) la Cathalana) ſuſtinet *Præſ. ubi nuper in 2. part. allegat. enarratæ*, ubi ex multis priſcã roborat obſervantiam, quod ante eum dixere *P. Emmanuel Rodriquez in explicat. Bullæ Cruciatæ in addit. ad §. 9. n. 87. quem affert. D. Franc. à Montemajor à Cueva in propugnat. juriſd. Real. §. 32. n. 8. 9.* & ante eos. *Corſet. de poteſt. Reg. part. 4. n. 8. Ottav. Chacheran. deciſ. Pedemon. 180. n. 15. Anton. de Ball. var. lib. 5. prag. 1. tit. 10. n. 31. de cleric. non incidentibus.* quem *ex Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 35. de reform. cap.* 3. objurgant *Pat. Anton. Dian. reſ. mor. part. 3. tract. 1. reſ. 9. verſ. igitur. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 9. dub. 26. ſection. 2. 5. & dub. 33. n. 42. idem de Parlament. dub. 4. ſection. 20. n. 10. & ſub ſection. 38. n. 104.* & poſt eos *D. Mich. Cortiad. deciſ. 207. n. 104.* à

quorum dentium ictu ſalvari poſſint pragmatica Regia, ejuſque obſervantia per ea, quæ tradunt *Solorzan. de jur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 1. n. 75. Mut. ſuper cap. Rerdin. 24. tom. 3. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par. 1. cap. 2. nu. 42.* Et tandem, ut de hoc Monarchico Imperio, in Siculo Regno ferè per ſex ſæculorum ſpatium, & ultra, jam introducto; aliquid ſcitu dignum enucleare curavimus: licèt ab alijs priſcis, ac Recenſioribus noſtris peritiſſimis J. C. is dictum, ac typis traditum pleno calamo reperitur: attamen cuncta, per cunctos diſperſim adducta, in unum conglobare navavimus: addita fideliter bellorum Hiſtoria in Regno Siculo obventorum, quorum cauſa hæc Legati facultas fuit à Sede Apoſtolica impartita: explanato prius hoc Monarchiæ nomine.

192 Siquidem pugnant, ſtrenuèque contendunt philoſophantes de Monarchia: etenim nonnulli ADAMUM, primum fuiſſe à Deo conſtitutum in Imperio exiſtimant: tum, quia ad Dei imaginem conditus fuit; tum quia juſſit præeſſe piſcibus maris, volatilibus Cæli, adeòque univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram, *Geneſ. 1. verſ. 21. Petr. Gregor. Tholeſan. de Republic. cap. 1. ſect. 2.* alij verò hanc Tholeſani ſententiam in veritatis arce ponendam haud eſſe autumãt: quoniam illud Adam in irrationales creaturas, ac in familiam ſuam exercuit, quod diſtaret à Monarchia firmant: ideò Cainum primum fuiſſe in Orbe Monarcham textantur: *ex Geneſ. 4. verſ. 17.* ubi Urbem filij nomine, Henochiã condidiſſe evolvitur: aitque *Divus Auguſtin. de Civit. Dei lib. 15. cap. 20.* Cainum Regiâ Monarchicâ poteſtate, in Civitate à ſe condita, fuiſſe armatum: alij autem Nimrodum, quidã Belum, nonnulli Ninum, cæteri Nabuchdonoſorem primum in Orbe fuiſſe Monarcham ſuſtinent, quorum & ſpecialẽ Monarchiam appellant: aliam verò Adami, Caini, ac cæterorum Regum generalem: etenim Regis vox adeò cõmunis fuit illis tẽporibus, ut qui in una Civitate Imperium retinebat מלך Rex appellabatur: meritò noſtrum erit inſtitutũ de Catholici N. Invictiſſimi Regis Monarchia alloqui: quam generalis ſit cõprobabimus, inquimus: igi-

193 tur præſtantiſſimum Regis nomen ex ſapientum oraculo Dijs comparatur: undè Ecphanta Pytagoricus *in lib. de Regn.*

Regn. inquit: *Diviniſſimus Rex è meliori conditione inter cæteros affluens, ſimilis quidem corpore reliquis, utpotè ex eadem materia natus, ab Optimo Artifice productus, qui fabricavit eum, Archetypum imitatus ſe ipſum: quo circa Rex unicum, & excellens quoddam opus eſt; imò IMAGO ſuperni illius Regis; Creatori ſuo ſemper familiaris,* & Diotogenes Pytagorę diſcipulus *in lib. de Regn.* dixit: *Judicare, & jus ſuum ſingulis diſtribuire proprium opus eſt Regis, qui ceù Deus in Mundo, Dux, atque Præſes eſt.* Quod pariter cõcinuit Plutarc. Principem indoctum erudiens. *Princeps eſt* DEI IMAGO, & ſi ſeſe ſapientem, ac magnanimum præſtiterit Rex, optimè Deum imitabatur: ait Jambicus in vita Pythagor. At ſi ſecùs, neque Princeps, neque Rex eſſe poteſt Dei imitator: clamat *Diotog. in lib. de Regn.* ſubditq; *Plinius in Panegyric. Principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice ſurgatur ſua, & Plutarc.* in loco indicato. *Quale elegantiſſimum in Cælo ſimulacrum ſui Deus Solem, atque Lunam fixit, tale in Civitatibus ejus exemplum eſt, atque lumen Princeps.*

Jura Dei ſimilis, qui dat mortalibus æqua.

Nempe recta præditus ratione.

194 Regna inſuper potentiſſimo Dei nutu hominibus conferuntur: *Divus Auguſtin. de Civit. Dei lib. 5. cap. 21.* peſſimi autem, ac impiiſſimi Tyranni Regium aliquando ſi occupant ſubſelliũ, nõ à Deo, ſed à Diabolo obtinent: Deus enim non vult malum. *Pſal. 5. verſ.* 4. oditque Tyrannos, eorumque tyrannidem, *Sap. 14. verſ. 9.* imò utrumq; punit, ut Pharaonis veſtigium oſtendit: *Exod. 14. 18. Jeroboam 1. Reg. 13. verſ.* 34. Herodis utriuſque *Matth. 2. verſ. 19. Act. 12. verſ. 23.* quorum autem Deus ultor eſt, non author: licèt multoties ſubditorum malignitate ad iram provocatus; Tyrannicum imperium eis concedit, ut pœnas luant, qui pijs Magiſtratibus parere noluerunt: aitque ipſe Deus, *dedi tibi Regem in furore meo, Oſeæ 13. verſ. 11.* proceſſitque Iſraelitici Regni laceratio, & poteſtatis translatio à Raboamo ad Jeroboamũ à Deo tanquam juſto, iratoq; judice peccata Salomonis, & Roboami vindicante: ſubditi igitur moniti ſint: ut Regibus
195 ſuis, à quibus fructus, hoc eſt victum, & amictum, umbram, & habitationem, nempè tranquillitatem, & ſecuritatẽ habent; fideliter inſerviant, obediant, eoſq; decenter ho-

Digitized by Google

norent: corde nempè, eos tanquam Deos reverendo, eiſque parendo: *Petr.* 2. *verſ.* 13. *ſubditi eſtote cuivis humanæ creaturæ propter Dominum*, (*quem omnes timere debent,*) ore pro Regi ſuo inceſſanter orando: ut Apoſtolus 1. *Timoth.* 2. *verſic.* 2. præcipit, & ipſemet Deus, per Jeremiam Prophetam Judæos monuit: ut pro Nebucadnezare, ejuſque Babilone orent, *Quærite pacem Civitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro eo ad Dominum: quia in pace illius, erit pax vobis. cap.* 29. *verſ.* 7. Et advertant ver-
196 boſi, qui falſis, ſubdoliſque ſuaſionibus Populos ab affectu ſui Principis ſeparare attentant: quoniã apud Deum impij, ac perverſi ſunt: ut Sancti Spiritus Oraculum prodit, *Vir impius fodit malum, & labijs ejus ignis ardeſcat, homo perverſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat Principes. Prover. cap.* 16. *verſ.* 27. Subditi nãque nõ tantũ morigeri eſſe debẽt, ſed ſui Principis amatores, inquit *Ariſtocẽ. in Apoph. Pictag.* ita herclè vice verſa eſſe debent Principes, qui à Deo in ſtatu ſupereminenti conſtituti ſunt: ut erga ſubditos benevoli, benefici, humani, ac affabiles eſſe debent: non ſuum tantùm; ſed publica imperij, & ſubditorum commoda quærentes: juxta Optimi Titi Im-
197 peratoris ſymbolũ: *Alijs inſerviendo conſumor.* At ſi mali, ac Tyranni eſſent, rhamnis comparandi ſunt, qui ſpineis fructicoſis, & aſpris præditi, ramos ſpargunt uncos, & ſuper alias arbores dominium ſibi arrogant, canditi apparẽt, & de ſua gloriantur umbra: ſed ſi quis ſub eis umbram captaret; non ſine vulnerum doloribus inde recederet; ita, & mali, Tyrannique Principes, qui inſolentes, inſipientes, & aſperi ad Imperium, illud affectant cum maxima ſubditorum jactura.

198 Noſtri porrò Catholici Reges Auſtriaci, omni ævo cum ſubditis ſuis piè, ac leniter ſe geſſere, prout ad præſens ultra modum ſe gerit clementiſſimus Carolus II. noſter Invictiſſimus Rex: qui itidem de ingratis haud deſinit benemereri.

199 Adeò planè pollent in ſuo Statu Reges, quemadmodùm Imperator in ſuo Imperio: *Bart. in l.* 1. *§. de qua re, ff. de poſtulat. & in l. infamem, ff. de public. judic. Andr. Iſern. in cap.* 1. *tit. de Vaſſal. decrep. ætat. Afflict. ibidem, quæſt.* 2. *Sebaſt. Sapia in l. Imperium, n.* 34. *ff. de juriſdict. omn. judic. Alex. conſ.* 11. *n.* 9. *vol.* 7. *Decian.*

cian. conſ. 41. *n.* 2. Imò plus juris retinent in Regno, quàm Imperator in Imperio: Rex namque loco Domini habetur, & Regnum magis aſſimilatur Domino, quàm ſimplici regimini: *Bald. conſ.* 271. *n.* 3. Cumque Imperator proprietarius non ſit: ſed maximus Imperij adminiſtrator, qui per Principes, auctoritatem habẽtes: à Sede Apoſtolica obſignatos eligitur *Bald. ubi nuper, & in conſ.* 327. *nu.* 7. *vol.* 1. Rex autem tranſmittit Regnũ in filios, & ſucceſſores: Imperator verò minimè, cum haud per ſucceſſionem: ſed per electionem conferatur Imperiũ: *Andr. Iſern. & Afflict. in d. cap.* 1. *de vaſſall. decrep. ætat. Curſ. Sen. conſ.* 66. *nu.* 32. & alij, quos cumulat *Conſ. Giurb. de ſucceſſor. feud.* §. 1. *Gloſſ.* 3. *nu.* 5.

200 Noſtri equidem Reges, ſuperiorem de jure, ac defacto non agnoſcunt: comprobat ex varijs authoritatibus Montanorum citrà, & ultrà *Valdes in tract. de auctor. Reg. Hiſpan. cap.* 18. *Menchac. contr. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 14. *Azaved. leg.* 4. *nov. recopil. tit.* 1. *leg.* 1. *n.* 16. *Burg. de Paz. in proœm. leg. Taur.* clauſulaque utuntur (Dei gratia) *Azaved. leg.* 5. *recop. tit.* 10. *l.* 17. *n.* 2. Omniaque privilegia Imperio impertita retinent: *Suar. de major. n.* 30. *Azaved. ubi nuper n.* 17, *& lib.* 9. *tit.* 17. *l.* 1. *n.* 56. Imò ipſo Imperatoris nomine utebantur, *Azaved. in locis indicatis, Valdes d. cap.* 18. *n.* 3. quamvis hodiè ſic malũt titulari: *Valdes n.* 33. in Hiſpa-
201 niarum inſuper Regnis ſibi omninò ſubjectis Monarchiæ ſunt, ſuperioribus in temporalibus nõ recognoſcentes: *Gloſ. in cap. Adrianus,* 63. *diſtinct. Menchac. contr. Illuſ. d. c.* 22. *n.* 11. 12. *Redin. de Princip. Maeſt. n.* 135. *Didac. Covarr. pract. quæſt. cap.* 1. *n.* 2. *Petr. Gregor. Tholeſan de repub. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 26. *Burg. de Paz. in proœm. leg. Taur. n.* 144. meritò *Bar. & Alceat: in l. hoſtes ff. de capt. & poſt*
202 *lim. reverſ.* blaterantes de jure, Reges omnes Imperio eſſe ſubiectos cęcutavere: & in erroris labem cecidere: quos probè improbat *Petr. de Greg. ubi nuper n.* 14. nec reſponſionem merentur, ait *Bodin. de Republic. lib.* 1. *cap.* 9. Steteruntque indicati Sereniſsimi Reges in hac ſua quaſi poſseſſione ſtatim, ac Ferdinandus I. Cid ſuaſionibus imbutus, de eadem oppoſita prætenſione Henricum Imperatorem III. arcuit, ac Victorem Pontificẽ II. lenivit: undè cæteri poſtmodum ſe expiavere, ac ipſi ſo-

ſolūmodò permanſere; evolvitur *in Cronic. Gener. Hiſpan. part.* 4. *cap.* 1. & indicat. *Illeſc. in Pontif. Hiſt. part.* 1. *cap.* 9. ità ſimiliter uti hujus Sici-
203 liæ Regni Reges, qui & Monarchicum retinent Imperium, *Andr. & Feudiſtæ omnes in proœm. conſtit. Regn. & in prælud. Feud. ac in cap.* 1. *§. ſi quis de conteſt. inveſt. Mar. Frecc. de feud. lib.* 1. &
204 10. *n.* 35. undè livor fuit, invidè dilapſus, id quod parum canditè eructavit quidã Author, benè notus: dum inquit, hoc Monarchiæ nomen novum, tyrannicum, barbarum, infidele, perturbanſque Eccleſiæ eſſe: cum duo conſtituit ipſius Eccleſiæ capita; quoniam cunctos antiquiſsimos latinos profeſsores haud latuit, pariterque, inter Juriſconſultos: dixit namque *Bartolus in cap. cum veniſſet colum.* 2. *de eo, qui mittit. in poſſeſs.* quod Rex in ſua ditione Monarcha, ac totum continens eſt, quem refert *Peregrin. de jure Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 46. *Caſſan. in proœm. Cōſtit. Burg. verb. Duces. n.* 4. *Bertach. de gabell. part.* 1. *n.* 3. *Redin. de Majeſt. Princip. n.* 8. & alij, quos laudat *Petr. de Gregor. de ſucceſſ. feud. part.* 1. *quæſt.* 2: *n.* 4. *& quæſt.* 4. *n.* 20. & poſt eos *conſ. D. Mar. Giurb. de ſucceſſ. feud. d. Gloſſ.* 3. *§.* 1. *ſub n.* 5. imò apud Chronologos decantata vox eſt, ut in principio demonſtravimus.

205 Noſter igitur invictiſsimus Rex abſolutam ſivè generalem poſsidet in Regnis ſuis Monarchiam: Summ. verò Pontifex, tanquàm Chriſti Vicarius in ſpiritualibus, cōparativam, nempè in toto Orbe Chriſtiano *tex. in cap. cuncta per Mundum* 9. *qu.* 3. *cap. Sacroſācta* 22. *diſt.* & innuunt. *Bald. in proœm.* ubi in Pōtifiē totam eſſe Monarchiam aſſerit, quem ſequitur *Paul. Oriſal. in tract. de fid. Cathol. par.* 1. *n.* 30. omnibuſque præeſt, nèc parem, nèc ſuperiorem habet. *Bald. in l. reſcripta C. de precib. Imper. offerend.*

206 Inſinuant planè majores noſtri antiquiores, ac recenſiores de Regno, noſtros Invictiſſimos Regni ejuſdem Reges, Legati dignitate frui: ex vi tamen Apoſtolicæ conceſſionis, ob quam Legati ſunt nati, cum qualitate de Latere, eademque Apoſtolicæ Sedis vice omnes Eccleſiaſticas abſolvunt cauſas, quam celebrē præheminentiam ſexcentorū annorum ſpatio, ac ultrà ſemper retinuere tutam, eamque ab initio communiter Monarchiam in Regno appellavere:

quia

quia unus Regni hujuſce Supremus extat Princeps, qui ſæculares, & ſpirituales cernit cauſas, ex Pontificia auctoritate: teſtantur verò de recenſita facultate per Sum. Pontificem noſtris indulta Regibus præter allatos *Goffred. Monac.*
207 infra laudandus, *Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 17. *n.* 2. *Thomas Faſell.* gravis veridicus, ac antiquiſſimus Siciliæ Hiſtographus *lib.* 7. *poſter. decad. in fine cap.* 1. *Abb. Maurolic.* concivis non ſpernendæ authoritatis *in Hiſtor. Sican. lib.* 3. *art.* 98. *Anan. in Mund. fabric. fol. mihi,* 131. & poſt omnes Ill. Dom. Præſ. *D. Joſeph Scoma in ſuâ elaborata allegat. Patrocin. de la Real juriſdicion fol.* 38. quibus adde *P. Henriq. in tract. de Pontific. Clav. cap.* 26. *ferè per totum, Dom. D. Franc. Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part.* 1, *cap.* 2. *à nu.* 42. *cum pluribus ſeqq.* quapropter ſubdunt ſta-
208 tim, ac Rex Siciliæ denunciatur, nullo alio expectato privilegio, ac conceſſione; Legatum eſſe natum Apoſtolicum ex vi Sum. Pontificis indulta.

209 Meritò pro tantæ celebris materiæ enucleatione, confert ut Hiſtoriam fideliter enarremus: Sicilia inquam cæterarũ Mediterranei Inſularum maxima: *Plin. lib.* 3. *Hiſtor. nat. cap.* 8. *Euſtab. lib.* 2. *Giograph. in quæſtion. Siciliæ, Abrah. Ortel. in Theſaur. Giograph. cap.* 14. *Gervaſ. Torn. in præfat. ad Hiſtor. Hugon. Falcand. Sicul. Leand. Albert. in lib. Ital. ac Inſular. pertinent. Soliman. in policaſtr. cap.* 11. *Pompon. Mel. de ſitu totius Orb. lib.* 2. *cap.* 7. *Porchach. de Caſtigliõ. in lib.* 1. *Inſular. Princip. totius Orb. Philip. Bergom. in ſuppl. lib.* 4. *ann.* 3727. Imò pulcherrima, ab
210 Italia maris conatu ſegregata, teſte eodem *Philip. Bergom. ubi nuper, & Mar. Nig. ac Paul. Diagon. Berne Friod. in lib. Longobard. cap.* 14. *uſque ad cap.* 21. *Virg. in lib.* 3. *Æneid.*

Hæc loca vi quondam, et vaſta convulſa ruina,
(Tantum ævi longinqua poteſt mutare vetuſtas,)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret.

211 Omnique ævo uberrima: ideò Populi Romani granariũ appellabatur, inſinuat *Goffred. Malateſt. de reb. geſt. per Rubert. Giſcard. & Roger. fratres in lib.* 2. *cap.* 1. quæ quidem ſuccedentibus dein temporibus ſub multorum manſit ditione. *Faſell. de reb. Sicul. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *Abb. Maurolic. de reb. Sican. Porchach.*

de

Digitized by Google

de Caſtiglion. lib. 1. *Leand. Albert. de Regn. Itali. in lib. de inſul. Italiæ.* Punicis tandem
212 profligatis eam in Provinciam Romani reduxere. *Volterm. lib. 6. Chron. Sicul. de Caſtiglion. ubi nuper Leonard. Alber. in deſcript. Sicil. Golc. in lib. Græc. ſeu Hiſtor. Urb.*
213 *Græc. lib.* 1. & in eo remanſit ſtatu, donec Conſtantinus Magnus Imperator, ſedem Byzantium tranſtulit Imperialem, Imperiumque bipartivit. Orientale unum, Occidentale alterum: quamobrem bicipitem quoque Aquilam Imperialibus ſtigmatibus adhibuit ſuis. *Vuolfan. lat. lib.* 1. *comment. Reipub. Rom. cap.* 1. *Hieron. Ruſell. de geſt. Franc.*
214 *Cardin. Confug.* ubi lepidum dictum inter Carolum V. Imperatorem cum ſua bicipite Aquila, & Ludovicum Alemannum Venetum Equitem cum ſuo alato Leone refert; noſtra quoque tempeſtate memorandum; è vita poſtmodum Conſtantino migran-
215 te, Conſtans filius in Italia, Africa, ac Siculo Regno, cæteriſque Inſulis ſucceſſit, Conſtantinus aliorum primogenitus in Settentrionalibus avitis provincijs, ac in Iberia, & Gallia: Conſtantius autem filius alter in Oriente *Zonar. Græc. part.* 3. *Hiſtor. in principio capitis de Imper. Conſtantin. & Coſtāt. Naucler. Chron. vol.* 2. *gener.* 11. *n.* 314. *Niceph. Calliſt. Hiſtor. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 54. *Petr. Gregor. de Repub. cap.* 13. *n.* 30. *Faſell. lib.* 1. *poſter. decad. Paul. Diacon. Aquilenſ. lib.* 2. *fol. m.* 319. *in parva im-*
216 *preſſ.* manente igitur regno ſub Conſtantis ditione Vandali, Gotique fractis Aggeribus irruere, quibus: gliſcente undique bello, à Belliſario, ac Narſete, Juſtiniani Imperatoris Ducibus, poſt multos exanthlatos labores expulſis; ſub Conſtantini Nicephorique imperio āno ſalutis 797. Leo-
217 ne III. in Vaticano ſedēte Occidentalis ab Orientali Imperio altera contigit diviſio, ipſumque Siciliæ Regnum ſub Orientali Imperio remanſit *Onufr. Panvin. in Epitom. Pontific. & in Chron. Eccleſ. in vita Leon. III. Genebr. in Chron. cap.* 3. *ann.* 800. *P. Jacob Gordon. opus Chron. anno* 802. *Zonar. Illeſc. lib.* 4. *vit. Pontific. cap.* 34. *tom.* 1. *Ubert. Gloc. in lib. de ſicul. Hiſtor. typis edit. anno* 1576. Græcis itaque imperantibus Saraceni quoque ibi plerumque acceſſere. *Faſell. lib.* 6. *cap.* 1. *Ubert. Golc. ubi nuper.* Imò à Præfecto Michaelis Imperatoris ānno ſalutis 821: feriò acciti ibi denuò pedes fixerunt. Eate-

te-

tenus Apulus Farus Saracenus cum fratre regnante, ad diſsidia deveniens; auxilium à Michaele Bizantij Imperatore efflagitavit; verùm, dum ad ſui opem Gregorius Maniaces ab Imperatore deſignatus in Siciliam petebat; fratres inter ſe odia depoſue-
218 re. Attamen Maniaces, nè ſua tàm commendabilis expeditio inanis remaneret; ſe cum Principibus Normannis Wilielmo Ferrobrachio, ac Ruberto Guiſcardo fratribus, fœdera junxit, cunctique in Regnum irruerunt, Saracenoſque expulſerunt, tandem ipſi circà adeptum diſsidẽtes, Principes in Apuliam rever-
219 terùnt; Maniace dumtaxat ibi remanente, confeſtim Saraceni revertentes eum eijciẽre, ibique aliquo ſteterunt tẽpore; donec idem Rogerius frater alter, ſic excitante Nicolao Pontifice II. cooperantibus Mamertinis, ibi immane fixit bellum: quod à Meſſana primordium, à Butera, triginta annorum ſpatio, exitum habuit. teſte *Goffred. Monac. de geſt. Guiſcard. & Roger. lib. 2. cap. 1. & lib. 2. cap. 23. Faſell. lib. 7. cap. 1. & lib. 2. cap. 1.* Regno denique Saracenis omninò expiato, undique Rogerij (jam Comitis) longè latèque excrevit opinio; adeò ut indicatus Ni-
220 colaus II. eum coram cernere cupiens, in Siciliam ſe contulit, ibique à Comite maximo cum obſequio humiliter, reverenterque adoratus, pretioſiſſimiſque muneribus donatus; Græcos, Latinoſque in concordiam reducere curaverunt. *Faſell. lib. 7. cap. 1.* demum in Urbem remigante Pontifice, Comes omni ex parte ſub ditione ſua Regnũ redegit, remanſitque.

Ingens planè horum Normannorum Principum Religio fuit, magnaque eorum obſequia Romanæ Eccleſiæ præſtita: meritò eos Sum. Põtifices ſemper commendaverunt encomijs, laudibuſque extulerunt: ſiquidem anno 1060. fugatis jam Græcis, Rubertus Dinaſta totius remanſit Hetruriæ: & dum Trojam, Beneventanumque obſedit; eos confeſtim, ſic Nicolao II. flagitante relaxavit: ideò A-
221 puliæ, Calabriæque Ducis titulum ab eo libenter reportavit, in cujus manibus Rubertus fidelitatis homagium ſub certo tributo devovit: *Illeſc. lib. 5. cap. 2. in vita Nicol. II.*

222 Anno 1082. Henricus IV. Imperator acribus dum cuſtodijs arcem, & viam Gregorij VII. ſepſerat, Urbeque tur-

Tt bu-

Digitized by Google

bulenta, opitulante Ruberto, obſidionem ademit ille. Urbs quoque, compoſitis diſſidijs, ad priſtinam Pontificis ſe reſtituit obedientiam: *Goffred. Monac. de geſt. Guiſcard. & Roger. lib.* 3. *cap.* 33. *&* 37. *Illeſc. in vit. Gregor. VII. lib.* 1. *cap.* 3. *P. Jacob. Gordon. Op. Chronol. anno* 1084. Undè eodem anno in una ſua Pontificali Bulla multis commendationibus Rogerium decoravit: proſperamque tellurem eum nuncupavit, ob quem faſſus fuit Eccleſiaſticum nomen ſua potentia convaluiſſe, Populumque Chriſtianum ſuum redemiſſe decus: & in Sicilia quoque Inſula Catholicam Eccleſiam extuliſſe caput: ubi Cathedralem Traynenſem Eccleſiam erexit, atque dotavit.

Urbanus Pontifex II. in Bulla edita anno 1088. in Civitate Barenſi eundem Rogerium laudavit, ſuamque electionem Agrigentini Epiſcopi roboravit: Innocentius III. pluſculum Rogerium Regem, Wilielmumque filium eximijs encomijs exornavit: depromitur ex epiſtola ejuſdē Innocentij III. *in lib.* 1. *incipiente ſuper Gentes, & Regna*: & altera *nec novum, nec injuſtum*: ac in altera ad Siculos Epiſcopos: *Cariſſimi in Chriſto filij*, & indicat *Carol. Sigon. de Regib. Ital. lib.* 5. *anno* 1598. Comes tamen Rogerius alter ejuſdem, Rogerij filius oblviſcendū haud prębuit Paſquali II. auxilium: eum, adversùs Clementem Antipapam ann. 1115. ſtrenuè tuendo: *Illeſc. lib.* 5. *cap.* 16. *in vita Paſqualis II. Faſell. lib.* 7. *poſter. dec ad. cap.* 3. *in princip. P. Jacob. Gordon. Op. Chron. anno* 1115. reverenterque ſimiliter ſe geſſit cum Innocentio II. ann. 1139. ſuamque libertatem è manibus Wilielmi ſui filij vindicādo: *Illeſc. d. lib.* 5 *cap.* 20. *Faſell. ubi nuper, Sigon. lib.* 11. *de regim. Ital. anno* 1139 *Gordon. ibidē*, ac ſub Eugenio III. Chriſtianis in ſacræ telluris adeptione affluenter ſubvenit: *Illeſc. d. lib.* 5. *cap.* 23.

Inſuper inter Urbanum II. & Comitem Rogerium, maxima adfuit neceſsitudo, cujus filiam cum Conrado Henrici Imperatoris filio in matrimonio collocavit *ann.* 1093. *Gordon. in Chron. Faſell. lib.* 7. *cap.* 1. *Goffred. Monac. de geſt. Guiſcard. lib.* 1. Imò tumultuantibus adversùs Jordanū Principem ſuum Capuanis; Comes ibi arma contorſerit ſua, eoſque, poſt multa, ad Principis obedientiam reſtituit, innocuoque Principe relicto meatum fecit: quod ſummo-

perè

perè Pontifici arriſit: *Goffred. Monac.ubi nuper lib.4.cap.26. & 27. Sigon. ibidem lib. 9. an.* 1093. petijtque Salernum, ubi Pontifex idem Urbanus II. ante ſuum Siciliæ acceſſum cernere cupiens ibi an. 1097. ſe contulit, & à Comite ingēti cum decore, celeberrima ſuſceptus gratulatione fuit: *Goffred. d. lib.* 4. *cap.* 4. *Faſell. d. lib.* 7. *cap.* 1. *in fin.* licèt *Sigonius loco citato hoc ann.* 1093. contingere adhibuit: perlenè inquam colloquentes de quadam legatione, in perſonam Ruberti Traynenſis Epiſcopi, pro exequendis Romanæ Eccleſiæ cauſis in Siculo Regno deſcripta, quam egrè ferens Comes, conqueſtus acriter cū Sanctiſſimo fuit: undè benè agnoſcens Summus Pontifex quanto Divini Amoris zelo Comes ipſe in devincendis Sanctæ Eccleſiæ hoſtibus ſedulò ſemper, & omni ferè ævo ſe geſſiſſet; enunciati Epiſcopi Traynenſis legatione omninò deleta, ipſum libenter confeſtim Pontifex Legatum Divi Petri in toto Trinacriæ Regno hæreditaliter ſignare ſpopondit, & ſignanter contrà Comitis, ſuorumque animum ibi Legatum aliquem Sedis Apoſtolicæ de cætero mittere interdixit: immò quoties Prelatos acciri Siculos in Concilia contigerit, illi, quos Comes, & ſui opinantur accedant, citrà eos, quorum negotium neceſſariò in Concilio peragendum ſit, ac in ipſo Regno in eorum præſentia definiri nequiverit: *Faſell. lib.7. poſter. decad. cap.* 1. *Goffred. Monac. de geſt.Guiſcard. & Roger.cap.* 19. quæ quidem privilegij promiſſio anno 1097. Salerno proceſſit: privilegium autem ibique anno 1099. refert idem Goffredus, cujus exiſtimatio ingens ſemper fuit, magnique ponderis ejus authoritas: quoniam eodem Comitis Rogerij ævo coincidit: eſtque igitur ipſius privilegij tenor ſecundùm id, quod idem *Goffred. in d.cap.* 29. adducit, ac ſequitur, & *Faſell.ibidē.*

BULLA URBANI II.

223 *URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei chariſſimo filio Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia prudentiam tuam ſupernæ Majeſtatis dignatio multis triumphis, & honoribus exaltavit, probitas tua in Saracenorū finibus Eccleſiā Dei plurimùm dilatavit, Sanctæq; Sedis Apoſtolicæ devotam ſe multis modis ſemper exhibuit; Nos in ſpecialem, atque chariſſimum filium*

ejuſdem Univerſalis Eccleſiæ aſſumpſimus. Idcircò de tuæ probitatis ſinceritate plurimùm confidentes ſicut verbis promiſſimus: ita etiam litteram authoritate firmamus: quòd omni vitæ tuæ tempore, vel filij tui Simonis, aut alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra poteſtatis veſtræ, præter voluntatem, aut Conſilium veſtrum Legatum Romanæ Eccleſiæ ſtatuemus. Quin immò, quæ per Legatum acturi ſumus, per veſtram induſtriam Legati vice exhiberi volumus: quandò ad vos ex latere noſtro miſerimus ad ſalutem videlicet Eccleſiarũ, quę ſub veſtra poteſtate exiſtũt, ad honorem Beati Petri, Sanctæque ejus Sedis Apoſtolicæ, cui devotè hactenùs obediſti, quamque in opportunitatibus ſuis ſtrenuè, ac fideliter adjuviſti. Si verò celebrabitur Concilium, tibi mandavero quatenùs Epiſcopos, & Abbates tuæ Terræ mihi mittas quot, & quos volueris mittas: alios ad ſervitium Eccleſiarum, ac tutelam detineas. Omnipotens Dominus actus tuos in beneplacito ſuo dirigat, & ſic à peccatis abſolutum ad vitam æternam perducat. Datum Salerni per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi, tertio nonas Julij Indictionis ſeptimæ, Pontificatus Divi Urbani II. 11.

224 Mirè adhùc notandum eſt, Bullam nuper indicatam anno 1099. fuiſſe amanatam: attamen ex nonnullis priſcis ſcripturis cunctis in Regno Archivijs exiſtentibus, ab Ill. Joanne de Vega Prorege ann. 1552. ſedulò perquiſitis; depromitur Comitem multùm anteà hanc Eccleſiaſticam exercuiſſe facultatem: ut ex mox adducendis luculenter agnoſcitur: quamobrem credendum haud eſt tanti Principis religionem, pietatem, ac Chriſtianitatem; hoc, abſque alio Sedis Apoſtolicæ privilegio factitaſſe: nec abs re enarratus Prorex Philippo II. certiorem fecit hanc facultatem Siciliæ Principibus, per Gre-
225 gorium VII. fuiſſe impertitam, & ab Urbano II. renovatam. Etenim an. 1061. Meſſanæ erexit, dotavit, ac dein conglutinavit Divi Nicolai Eccleſiam cum Traynenſi Cathedrali: *Goffred. lib. 3. cap. 32. anno* 88. & affert *Faſell. deca. 1. lib. 10. fol. mihi* 300. Panormi Eccleſiaſticâ uſus fuit facultate, cenſurarum gladium evaginando: ut ex epiſtola ejuſdẽ Proregis Cardinali Panormitano Archiepiſcopo, ac Syracuſano Epiſcopo in cauſis Criminalibus Pactẽſis Epiſcopi ſub die 8. Octobr. 1555. emanata deſumitur an-

Digitized by Google

anno 1090. ejuſdem Urbani II. placito eàdem uſus fuit facultate, ut ex quadam donatione Abbatiæ S. Marię de Vicari collata evolvitur: quàm è Prælatorum Regni juriſdictione ſubtraxit, ſub iſtis verbis; *ſic Domino Urbano Papa Romano poteſtatem accepi Monaſteria mea libera facere ab omni perſona.* Aliud quoque Sanctæ Marię de Mili fundavit Cœnobium, illudque pariter ab ordinaria ademit poteſtate ibi: *niſi in illo quod ordinatum fuit à Domino Sancto Urbano, & à me.* In año 1093. Syracuſanam dotavit Eccleſiam, eamque, virtute Bullæ ejuſdem Urbani II. Pontificis emanatæ; in Civitate Arnani in Cathedralem erexit. Quam poſt omnes indicat integerrimus D. Joſeph Scoma oculatiſſimus Fiſci Patronus, & M. C. Præſ. *in ſuo Patrocinio. R. Juriſdictionis* circà jus ad invictiſſimum noſtrum Carolũ II. Reg. ſpectantẽ ſuper Siculas Eccleſias ſui regalis Patronatus fol. 21.

Mazarienſis Eccleſiæ Diœceſanæ, ſtatuit confines, eoſque ſub excommunicationis ultione tuendo, ibi: *Qualiſcumque perſona Eccleſiaſtica fuerit, ſivè ſæcularis, auctoritate Jactiſſimi Patris Summi Pontificis in hac parte mihi commiſſa, anathemate damnetur:* ſub eodem pacto, Agrigentino Epiſcopo cõfines deſignavit Diœceſanos; Anno 1097. Decimalem cognovit quæſtionem, nonnullas abſolvit differentias inter Regni Prælatos: juſsitque Clericos, à ſuis accitis Ordinarijs ad Synodum ire: ut ex inſtrumento in Agrigentino Archivio exiſtente Conſtat: Porrò igitur noſtri Trinacriæ Reges per tantorum ſæculorum ſpaciũ hac potiuntur facultate, cum Apoſtolici privilegij fama: quòd etſi ob tot jurgia; obſidiones bella; ac regiminis viciſsitudines originale fuit deperditũ: attamen anno 1523. *Lucas Barberius* nonnullas ex Regni antiquarijs priſcas coagulando ſcripturas, unam nactus fuit authẽticam, quam cum cæteris in libro caput brevium recenſet: & meminit *Card. Baron. tom. 2. ann. in vit. Urbani II. anno* 1097. cõtinuatis dein temporibus, aliæ per Regni antiquarios, ac Bibliothecas fuere repertę, quas coacervavit ſolertiſſimus Illuſtris Ioannes de Vega Prorex, & ad Salmaticenſe Archiviũ in uno reductas codice copias authenticas tranſmiſit: teſtantur. *Abb. Maurolic. in hyſtor. Sican. lib. 3. artic.* 98. *Joann. Laurent. Anan. in fabr. Mund. tract.*

tract. 1. *fol. m.* 129. ubi inquit, Saracenos à Normannis ex Inſula expulſos fuiſſe, & ab Urbano II. hanc recepiſſe facultatem: fusè quoque de ea ratiocinantur *P. Joan. Marian. hiſt. general. Hiſpan. lib.* 10. *cap.* 5. *P. Enriquez Enriqu. de Roman. Pontific. lib.* 2. *cap.* 26. *& in tom.* 2. *Summ. Theol. lib.* 10. *cap.* 28. §. 3. *lit. N. & in lib.* 3. *cap.* 24. §. 1. ubi erravit aſſerendo Urbanum II. Wilielmum Simonem, cognomēto Bonum, legatum creaſſe: Caroli Sigonij auctoritatem *in vita Othon. II. ann.* 974. præferendo, quod Sigonius haud ſomniavit.

226 Hoc celebre planè privilegium, perpetuò futuris temporibus fuit per Summos Pōtifices roboratum: Etenim Urbanus III. Wilielmo ſecūdo Siciliæ Regi, aliud ſimile impertivit privilegiū ſub hoc tenore: *Concedimus tibi debitam poteſtatem, quam tum Legatis de Latere modo dare conſuevimus; ità quod poſſis ipſos Archiepiſcopos, & Prælatos ad Synodum convocare:* teſte Petro de Luna Meſſanenſi Archiepiſcopo aſſerente, originale vidiſſe, ac cognoviſſe privilegiū: quam teſtationem in quodam ſuo Codice Bartholomeus Marcheſius Siculus Panormita, ſub anno 1545. refert.

Adrianus IV. in concordia habita cum eodem *W*ilielmo II. Comitis Rogerij filio; ei electionem Archiepiſcoporū, cæterorumque Prælatorum Regni tribuit: ut refert *Robertus de Monte in ſupplement. Chronic. Sigibert. Gemblaſenſ. anno* 1157. *Div. Anton. Florent. in ſua hiſtor. tom.* 3. *tit.* 19. *de invocat. cap.* 1. §. 1. hanc laxè materiam exquirens, inquit, Adrianum, Siciliæ Regibus, privilegium in quatuor tribuiſſe caſibus: utpotè in electione Prælatorum, in Eccleſiarum cura, in rerum Eccleſiaſticarum appellatione: ac in convocandis Prælatis in Concilium: in qua quidem Div. Anton. authoritate, notandum eſt; quod Adrianus iſte IV. tale impertivit privilegium *W*ilielmo Primo, qui, ipſo in Vaticano ſedente, vixit: quod Clemens poſtmodū roboravit III. ſub quo *W*ilielmus vixit II. qui cum ipſo Clemente benevolè omni ſe geſſit ævo: ut enodatè refert *Biond. hiſt. lib.* 8. *decad.* 2. *an.* 1181.

227 Temporis poſtmodum decurſu, Henricus Imperator ex Conſtātia uxore ultima ex Principibus Normānis in Regno ſucceſſit: cujus Henrici Imperatoris, Trinacriæque Regis Auguſtiſſimi obitum, Fri-

Fridericus adoleſcens, ſuus,& Conſtantiæ filius ſub Innocẽtij III. & Conſtãtiæ tutamine, ſic ipſo diſponente Imperatore commendatus remanſit: undè confeſtim poſt viri obitum, mater Trinacriæ, Apuliæ, ac Capuæ inveſtituram pro Friderico filio ab Innocẽtio demiſsè popoſcit: at Pontifex putans Adriani privilegium, ac Clementis roborationem, contrà Apoſtolicam, & Eccleſiæ tendere dignitatẽ, & libertatem;eam, abſque expreſſa privilegij renunciatione tribuere renuit. Interim Imperatrix,eum delinire prætendens, nonnullas adhibuit ſedulitates, licèt in caſsùm:
228 tandem Pontificis auditum animadvertens clauſum, omnemq;conatum inutilẽ.Ægrè, quatuor privilegij caſibus,unà cum Friderico minore renunciavit: *Div.Anton. ubi ſupra*. ubi *Joan. Naucler. in Chronograph. tom.* 2.*gener.* 40. *anno* 1195. collaudat, qui quidem Naucletus callidè Innocentij III. innovationem horruit, ſubditque Henricum VI. Imperatorem Friderici II. Patrẽ Trinacriæ inveſtiturã à Cœleſtino III. gratis haud recepiſſe; niſi in Computum alterius rei: *Platin.verò in vit.Cœleſt. III. & Illeſc. lib.* 5. *hiſtor. Pontific. cap.*3. *in vit. ejuſdem*
229 *Cœleſtini*. Ajunt pro Tuſcula Civitate, quam benè munitam poſſidebat Imperator: quamobrem continuò Fride-
230 ricus de Innocẽtio III. querebatur, maximumque cum Pontificibus diſſidium contraxit: *Faſell. lib.* 8.*poſt decad. cap.* 2. *Naucler. tom.* 2.*gener.* 43. *anno* 1264. Undè comprobata remanſere auguria ex matrimonio Henrici VI. cum Conſtantia Moniali edita: *Papir. Maſſon. de Epiſcop. Urb. Rom. in Cœleſt. III.* Hæc denique renunciatio deſumitur ex ſuprà enunciatis Innocentij III. epiſtolis Conſtantiæ, ac Friderico directis: *incipiente una ſuper Gentes, & Regna, nec novum,nec injuſtũ*: altera, quæ in *lib.* 1. *Epiſtolarum decretal.* Ejuſdem Innocentij in impreſſione parva anno 1578. reperiuntur: meminitque *Carol. Sigon. lib.*15. *de Reg. Ital. anno* 1198. ac ex altera, Archiepiſcopis, Prælatiſque Siculis directa, incipiẽte: *Cum ſi cariſſimæ in Chriſto Filiæ Conſtantiæ Imperatrici, Reginæ*.

231 Quam quidem renunciationem nullius momenti,omni ferè ævo habuerunt cæteri omnes Romani Pontifices, nullumque præjudicium Friderico minori ex ea illatum fuiſſe, ut infrà in legalibus cõſi-

ſiderationibus hiulcè demonſtrabimus.

232 Et ſi quatuor ipſa capita in privilegio Adriani, ac Clementis contenta Pontificis auctoritatem; ac Apoſtolicæ Sedis elibavere dignitatem, parilia quoque debuerat Pōtifex cætera annullare privilegia; quod haud putavere Gregorius VII. *U*rbanus II. & III. Adrianus VI. Clemens III. cæterique omnes, qui antè eum recenſitā facultatem roboraverunt, immò uſui ipſius, propalā poſt eum annuerunt tacitè, aut expreſsè, inter quos Alexander IV. Innocentius IV; Joann. XXII. Clemens VI; & Calliſtus III; de quibus meminit. Innocentius VIII. in Bulla pro Monaſterij fūdatione edita ā-no 1485. in qua fundatione privilegia, ac enūciatā facultatē approbat, quodcūq; peregit ante eū Anacletus II. Etenim Eugenius III. dū in Vaticano ſedebat, Rogerius Rex conſtitutionem Regni novam circà bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem edidit, incipientem: *Pervenit ad noſtram notitiam tit. de adminiſtrat. rer. Eccleſiaſt. poſt mort. Prael. lib. 2. conſtit. Sicil.* ibi: *quia omnes Eccleſias Regni noſtri, & ſpecialiter ipſas, quæ Paſtoribus carent in manibus, & protectione noſtra habemus.*

Willielmus filius ſub Alexandro III. regnante, in quadam donatione Meſſanenſi Eccleſiæ collata, ait, omnes Regni Eccleſias ſub ſua eſſe protectione: Immò Anno 1164. idem Alexander III. quamdam Cœnobij fundationem ab eodem Willielmo peractam collaudando mandavit; *ſi querimonia de cætero contrà Abbatē extiterit aliqua, eam Eccleſiaſtici Regnicolæ cū Regis, ejuſque hæredum placito in Regno cernerent*: *Anno* 1529. à Regni Prorege accito Ludovico Syracuſano Epiſcopo, Romam pergit; & à Clemente VII. ad Carolum V. Imperatorem fuit demiſſus, & ab eo ad Proregem, qui è Regno per triennium arcuit; Anno 1551. Julius III. à Joanne de Vega Prorege, excarceratione Cardinalis Antiſtitis Panormi, fratris, ac ſui Vicarij popoſcit; An. 1544. Clerico Antonio Cardillo ad Romanam Curiam, litem jam in Regno inchoatā ſubreptitiè introducente, meliùs Paulus III. imbutus ad idem Proregis tribunal remiſit.

Sixtus deniq; Quintus anno 1582. Sereniſsimo D. Joanni ab Aragonia Sicilię Regi, Regiſque Catholici Patri, alterū quoque celebre indulſit privile-

vilegiũ, in quo fundationem, privilegia, ac exemptiones à Comite Rogerio, & à Rogerio Rege ejus filio, Cœnobio Sanctiſſimi Salvatoris Meſſanæ impertita comprobavit: in quo privilegio ipſi Sereniſſimi Reges, Caput, Abbateſq; Ordinis Divi Baſilij Magni, ſe ſtatuere, ejuſque Superiori Civilem, ac criminalem tribuerunt juriſdictionem, eumque omninò ab ordinaria poteſtate ſubtraxere.

Porrò nec novum, nec præjudiciũ continebant aliquod, ipſa quatuor capita in enunciato privilegio cõtenta: etenim nõ tantùm Siculi, verùm & Conſtantinopolitani, dum ſub Chriſtiana manebant Religione, non ad Romanam appellabant Curiam; ſed ad Patriarcham, ità & Africani, & Carthaginenſes. *Enriquez Enriquez de Rom. Pontific. lib. 2. c. 26. litera X.*

Veneti acriter ulciſcuntur in provocantes aliquos ſubditos ad Romanam Curiam: *Eſtaphileus deſignat. Inſt. ʒ: quando appellatur ab interlocutoria n. 4. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 20. q. 2. n.* 38.

Caſtellæ, Ferdinandũ Gonſalem in Comitem excerpentes ſuum, ſeptem ab eo ſuſceperunt præcepta, quorum ſecundum, nè quis prodeat, nec alterum ad judicium extrà Regna provocet: *Frat. Gonzal. de Arredond. in Chronic. manuſcript. Comit. Fernand. Gonzalez lib. 3. cap. 15. leg. 2.*

Eugenius Papa VI. Domino D. Joanni Caſtellarum Regi II. privilegium tribuit, ſubditos ex univerſa ditione ſua ab ea in cauſis, querelisq; prophanis diſceptandi gratia, haud extrahi. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini 1433. Kalendis Novembris, cujus originalis copia in Archivio, Supremoque Italiæ Conſilio extat.

Leo Pontifex X. alterum parile Ludovico XII. Galliæ Regi indulxit privilegium, dùm Mediolanenſem poſſidebat Duceam: quod potiùs perſonale, quam Reale exiſtimat eſſe: *Ægid. Boſſi. de Principe, & privileg. ejus n.* 344.

Idem Eminentiſ. Cardin. Baronius, *in Urban. II. vita tom. 2. anno* 1097. fatetur Eugeniũ Pontificẽ III. Rogerio Siciliæ Regi privilegium, nè in ipſa Trinacria Legati proficiſcerentur, conceſſiſſe: quod pariter teſtantur *Otho Trigiſenſ.* ea tempeſtate Hiſtoriographus *in Fider. lib. 1. c.* 28. Calliſtus II. poſt generalem Romæ habitum æcumenicum Conventum, ad Henrici Bri-

tanniȩ Regis inſtantiam, inter cȩtera ſtatuit, Legatos in Britanniam haud pergere.

Ex quibus deſumitur, quatuor ipſa privilegij Adriani, Clementiſque capita, contra Eccleſiaſticam libertatem, ac Pontificiam dignitatem, haud tendere: quoniam ſi ità eſſet, quòd utique tanta privilegia haud indulſiſſent tot Summi Pontifices. Meritò de enarrata Friderici, matriſq; ſuȩ Imperatricis renunciatione, unquam rationem habuerunt, nec Pontifices, ut diximus, nec Trinacriȩ Reges, tanquam illegitimam inſufficientem, ac vi ſupremæ auctoritatis peractam: ut de jure loco ſuo ſuſtinebimus.

Equidem ipſemet Fridericus, Corradus, ac Manfredus ſui filij in Regno ſucceſſores, eadem uſi fuere facultate: imò & cum eis Carolus I. Andagaviȩ Dux Divi Ludovici Galliȩ Regis frater, qui à Clemente IV. poſtpoſitis Suevis, Regnum ann. 1265. obtinuit, non obſtante inveſtiturâ ab eodem præhabitâ, prout recepit Fridericus. Eodem quoque modo verſati fuere Aragonenſes à Petro I. cognomẽto *el Grande*, & poſt eos Auguſtiſſimi Reges noſtri Auſtriaci: ut digito demonſtratur, in elaboratiſſimo codice Regiæ Monarchiæ penès Regni Prothonotarium exiſtente, ac per Ill. Joannem de Vega in unum coacervato, ubi hujuſce facultatis uſus, tam in contentioſa contra exemptos, & non exemptos; quàm in voluntaria juriſdictione, omnes ferè Trinacriæ Reges inconcuſsè à prima Normannorum linea, uſque ad Auguſtiſſimam noſtrorum Auſtriacorum Regũ, ejuſque priſca, ac recens exquiritur methodus: qui quidem noſtri potentiſſimi Reges omni ævo pro ejus obſervantia fremuere, cuncti potiſſimùm, ut in ſuum Trinacriæ Regnum Apoſtolici haud pergerent legati. Comes igitur Rogerius ex cæteris Normannis Heroibus, primus in Regno ſtrenuo mucrone coruſcans, ȩgrè delegationem ab *U*rbano II. Traynenſi Epiſcopo collatam ferendo; ſe conqueſtus acriſſimè cũ Pontifice fuit: taliter, quòd ad ſui inſtantiam, eam confeſtim revocavit, actaque per eum facta delevit. Manfredus quoque Taranti Princeps Friderici Imperatoris II. filius ex prȩclaro, illuſtrique Suevorum Sanguine ultimus emanans radius, ſub Benevento, cruentiſſimo in armorum cõflictu, à Carolo I. Andagaviȩ Duce devictus; fato ceſſit, ſibi-

bique Mors cuncta tulit: ſicuti haud diſpar Corradi fratris ſub carnificis ferro cecidit. Sub ſuo igitur Manfredus imperio, Apoſtolicum Joannem Columna Legatum, è Regno arcuit: *Faſell. lib. 8. poſter. decad. cap.* 3. Petrus Aragonię III. Sicilię I. Rex anno 1339. Cardinali Socio, ac Epiſcopo Racerio, contra nonnullos Regni Pręlatos Apoſtolicis Legatis, veniam eos inquirendi vetuit. Alphonſus anno 1445. Epiſcopo Catanenſi in quadam cauſa ſibi via appellationis à Pontifice delegata, ſe immiſcere interdixit. Anno 1516. regnante Potentiſſimo, ac Auguſtiſſimo Carolo V. Imperatore D. Joannes Vincentius de Luna Caltabillottę Comes Meſſanę Stratecotus, ac Regni Locumtenens, Sebaſtiano Manſi Curię Romanę pro verificandis aliquibus criminibus, per Siculos Pręlatos patratis; ſeriò Delegato ad ulteriora procedere implicavit: immò quemdã Curſorem ſuum ad torturæ tormentum ſubijcere juſſit.

233 Exaratis igitur, ſedulò perpenſis, luculenter depromitur, Urbanus Pontifex II. apprimè imbutus, quantum Rogerius ipſe Guiſcardorum Comes ſtrenuus Chriſti nominis propagator; Trinacriã è Maurorũ priſco, diroq; jugo vendicando, indefeſsè elaboraverit; & ut Chriſtiana Religio ſublime extolleret Caput; quantum potentiſſimis valuit viribus: ideò nè præſtantiſſimis his magnalibus beneficijs immemor Pontifex videretur; conſentaneis Comitis precibus libẽter annuit, eique Salerno Traynenſis Epiſcopi legationem delere ſpopondit, ipſum, ſuoſque hęredes in Regno Legatos conſtituere, nec alios præter ſuã, ac ſuorum voluntatem, & cõſenſum deinceps mittere: undè verboſas has pollicitationes adimplere lubẽs, Bullam modò ſuperiùs indicatam, Rogerio, ſuiſque hęredibus libenti animo impertivit.

In remunerationem ſiquidem tanti Comitis laborum, ac meritorum, tale fuit impertitum privilegium: ut notoriè patet, & ex eodem diplomatis tenore dignoſcitur: ibi. *Quia probitas tua in Saracenorum finibus Eccleſiã Dei plurimùm dilatavit, Sanctaque Sedi Apoſtolicæ devotum ſe multis modis ſemper exhibuit*: quæ quidem verba per rationis modum ſtant, cauſamque exprimunt finalem meritorium, nempè Comitis attentio: quod quoque ipſe Urbanus in alia Agrigẽtina Epiſcopatus an. 1089.

fatetur ibi: *noſtris temporibus glorioſiſſimorum Principum Roberti Ducis, ac Rogerij Comitis fortitudine ſupremę dignationis miſeratio, omnem Saracenorum violentiam in Siciliæ Inſula expugnavit, & antiquum Eccleſiæ ſtatum pro voluntatis ſuæ beneplacito reparavit, ut & ipſius ineffabili miſericordiæ gratias agimus.*

Hinc eſt, & ſi ad Sum. Pontificis nutum; ac pro ejus libito quælibet revocatur legatio *tex. in cap. quoniam*, & *ibi Abb. n.* 103. *de off. deleg.* & in eo ſtat pro ratione voluntas; liberumque in beneficiorum collatione retinet arbitrium *Deci: in cap. quæ in Eccleſiarum n.* 26. *de conſtit.* attamen pręſumēdum unquam eſt Summos Pōtifices, in quocumque ſuo reſcripto, privilegio huic in tot præſtantiſſimorum ſervitiorum remuneratione collato, velle derogare: ſancitur equidem per Cancellariæ regulam ſub rub. *de non tollend. jur. quæſit.* ex quacunque Pōtificia conſtitutione emanata juri alterius quæſito derogare, haud intelligitur, etiāſi clauſulam, *motu proprio, ac ex certa ſcientia*, vel aliam contineret parilem: Pij autem Paſtoris haud eſt has remuneratorias conceſſiones revocare inquit *Guid. Pancirol. conſ.* 12. *n.* 15. 16. nec in dubio cēſentur revocatę *Maedan. deciſ.* 350. melius *in deciſ.* 10. *de jur. patr.* & *ita cenſuit Rot. Rom. deciſ.* 308. *lib.* 3. & *deciſ.* 137. & 468. *p.* 1. *diverſ.* & *deciſ.* 304. *part.* 2. *diverſ.* itidem per verba generalia, ac geminata Quintil. Mandos. *in regul. Cancell. XI. de revocation. qu.* 13. *n.* 6. quem ſequitur *Bertrand. conſ.* 154. *n.* 7. 8. *lib.* 3. nec per clauſulam (*non obſtantibus privilegijs*) cum quo inclinavit *Moronus de fide treg.* & *pac. per totum ferè tit.* 1. *qu.* 63. *Roman. conſ.* 436. *n.* 14. undè inaniter doctiſſimus hęſitavit *Navarrus in Manual. cap.* 27. *n.* 71. an ex Bulla Cœnę Domini abrogata partilia fuere privilegia, quod cum Pontifice conſulendum eſſe abſolvit: verùm auſus haud ſit itidem in poſterioribus ſuis Codicibus affirmativam aſſerere ſententiam, licet eum increpant *Sayr. de cenſur. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 10. cujus ſententiā comitantur *Dian. Durand.* & alij, quos congerit *Cutell. de immun. Eccleſiaſt. lib.* 2. *qu.* 6. *n.* 14. *Ugolin. in reſponſ. ad Colleg. Patavin. pro Venet. cap.* 7. additis *Guevar. de prop. Eccleſ. libert.* 2. 7. *n.* 43. *aſſert.* 1. *Mart. de juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 7. *n.* 12. *Barboſ. in cap.*

cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ n. 25. de conſtit. ajentes per enarratam Bullam, omnes Eccleſiaſticas conceſſiones lædentes, immunitatem fuiſſe abrogatas: Huic tamen ſententię opponuntur nonnulli, non inferioris notæ, audacter ſuſtinent, privilegia Regibus, ac Principibus per Summ. Pontifices indulta, haud fuiſſe per eam revocata: tum ex quo Pontifex ex ea noluit: tum ex quo privilegia jam indulta, abſolutè, rectè, ac jure non abrogantur; noluit, & ſic pręſumendum eſſe firmant dum in Bulla hoc nõ expreſſit: etenim ex utriuſque Juris diſpoſitione, privilegia per anteceſſores impertita, nunquã præſumũtur revocata; niſi ſpecificè de ipſa revocatione fuerit expreſsũ. *tex. eſt apertus in cap. fin. de præſcript.* ibi: *per quod privilegium ſuorum anteceſſorũ non extitit derogatum, cum de ipſis nullam fecerit mentionem, cap. quia intenſionis, 29. de privileg.* ubi idem Honorius III. ſtatuit: *cap. Eccleſia veſtra, 57. de electionibus* ibi: *nec cætera, quæ ſuper hoc alibi ſtatuta noſcuntur uno verbo videantur averſa: & facit quoque cap. 1. de conſtitut.* ibi: *niſi expreſsè caveatur in ipſis, cap. fin. de offic. Archidiac.* quàm ſanè ſententiam uno concomitantur ore Canoniſtæ, ac de Quiritum jure ſcribentes *in leg. ſi quando, 35. Cod. de inoffic. teſtam.* Quibus ipſiſſimis verbis uſus fuit Honorius III. in dicto *cap. quia intenſionis, 29. de privileg.* & ſequuntur *Tuſc. lit. C. concluſ. 1036. à nu. 4. Menoch. de recuperand. remed. 4. n. 21. Macerat. reſol. 1. 8. lib. 1. n. 21. Malder. par. 6. q. 96. Fagundez de præcept. Eccleſ. tract. 1. lib. 3. cap. 7. nu. 17. Salzed. deleg. polit. lib. 1. cap.* 8. quos laudat, & refert *Cutell. d. quæſt.* 6. Summum denique Pontificem velle ſua regulari dictamina per juſtitiæ tramites, tam fori, quàm poli, ſuadet ratio, & probat *tex. in l. quoties C. de precib. Imp. offerend.* taliter quod, ubi de enixa Summ. Põtificis voluntate non apparet; unquam præſumendum eſſe, eum velle, quod non facere debet. Privilegia equidem Regibus, aut magnis conceſſa Principibus, ob Provinciarũ ſalutem, cauſâ conceſsionis manente, ſervari fas eſt: ut de conſuetudine, quæ privilegio æquiparatur *Gloſſ. in cap. novit. de Judic. cap. cum contingat. de foro. compet.* Giurb. *conſ. 36. n. 54.* dixit *D. Hieronymus ad Lucinium ibi: ſed etiam illud te admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas præſertim illas quæ*

234

quæ fidei non officiant ita ſervandus, ut à majoribus traditæ ſunt, nec alienum, conſuetudinē aliorum contrario more ſubverti. Honorius III. in allegato *cap. Eccleſ. veſtra* 57. *de electionibus*, & alij ubi ſupra, additis *Baldell. lib.* 1. *Theolog. moral. diſput.* 33. *nu.* 22. 23. 24. 25. *Cutell. de imm. Eccleſ. d. lib.* 2. *quæſt.* 6. *per totum*: potiſſimùm hoc firmandum eſt, quo ad privilegia noſtris Regibus ſuiſque Sereniſſimis Prædeceſſoribus indulta, qui cum omni fuiſſent ævo Hæreticorum flagellum, firma, ac ſolida Chriſtianæ Religionis baſis, Pontifices impertita haud detrahunt, immò augēt: etenim paſſim ſua creſcunt merita, nec per legem ſubſequentem, cæteriſque derogātem privilegijs, primùm à Pōtifice, perſonis dilectis gratis, ac valdè benemeritis indultū cenſetur derogatum, autumavere *Roman. conſ.* 478. *à n.* 1. 19. *Selv. de benefic. par.* 3. *qu.* 15. *n.* 23. 27. latè *Mantic. de conject. lib.* 12. *tit.* 8. *nu.* 26. *Cutell. ubi ſupra, Salſed. de leg. polit. lib.* 1. *cap.* 8. conglutinat *Salgad. de reg. protect. par.* 3. *cap.* 10. *n.* 95. 96. 97. *tom.* 2. qui de regulis Cācellariæ, poſt indulta privilegia emanatis, ratiocinatur: & alij de Bulla Cœnæ Domini in ſpecie loquuntur, eamque privilegium alicujus Principis anteà indultum, haud revocare affirmāt: ſicuti nec tandiù introductas conſuetudines, quæ Pontificis ſupponūt conſensū pro alicujus Provinciæ bono, nec tolerantiam ſuſtulit Pontificum: dixere *Caſtill. Sot. Major. tom.* 7. *contr. cap.* 138. *Salgad. de reg protect. in prælud.* 3. *n.* 139. *et tom.* 2. *p.* 3. *c.* 10. *n.* 90. *Molin. de juſt. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 270. *n.* 5. *Malder. p.* 6. *q.* 96. *Fagund. de præcep. Eccl. tr.* 1. *c.* 7. *n.* 17. *Salzed. de Leg. polit. lib.* 1. *c.* 8. quę conſenſum potiùs, quàm Pontificis repugnantiam ſupponit *Vaſq. opuſc. de reſtit. cap.* 6. *§.* 1. *dub.* 2. *à num.* 30. 34. *Seſſ. de juſt. & jure lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *n.* 38. 40. *Bonacin. de cenſur. diſput.* 5. *quæſt.* 15. *punct.* 4. *§.* 1. *nu.* 5. Sed tantùm conſuetudines cōtrà Eccleſiaſticam immunitatem à Principibus laicis, eorumque Officialibus uſurpatas, *ut in Canon. excommunicamus*: ac clam introductas, quas ſuprema cum eorum poteſtate ſuſtinere, ac in uſu protendere attentant: hæc autem cum inſuſſiſtentes ab initio fuere, Pōtifices, eas approbaſſe nunquā cenſetur; ſed potiùs ad evitāda ſcandala diſſimulaſſe, ac connivixe probant: *Seſſe deciſ.* 113. *n.* 74. 75. *Salgad. de*

ſup-

ſupplic. ad Sanctiſſ. par. 1.*c.* 2. *à n.* 178. *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 102. *Cutell. de immun. Eccleſ. d. quæſt.* 5. *nu.* 17.18. *tom.* 2. *Dian. reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 5. *& par.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 1. *&* 20. *& in ſum. par.* 1. *verbo conſuetudo n.* 4. *del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 14. *ſect.* 6. *& de parlam. dub.* 4. *ſect.* 19. *ſub. ſect.* 4. *n.* 5. *dub.* 15. *ſect.* 2. *n.* 3. *& dub.* 27. *ſect.* 8. *n.* 10. *& ſect.* 9. *n.* 1. & ex multis *Vigian. de immunit. Eccleſ. cap.* 2. *tom.* 4. *Barboſ. in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ n.* 25. *de conſtitut.* quæ nec Principibus proſunt ſæcularibus ad preſcribendum, nec ad aliquod contrà Eccleſiaſticam libertatẽ peragendũ: *Azor. inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *verſ. quæri ſolet*, *Dian. reſol. moral. p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 5. *Vela diſſert.* 44. *n.* 69. *tom.* 2. At conſuetudines diutiùs uſu traditæ, omni uſurpationis ſuſpicione carentes, credendum haud eſſe, eas voluiſse Pontificem in Bulla attexere, clamant *Leſſius d. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *n.* 19. *Molin. de juſt. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 270. *n.* 5. *Turrian. in* 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 14. *dub.* 4. *n.* 12. *Salas Deleg. qu.* 96. *tract.* 14. *ſect.* 11. *n.* 1121. *Salg. Vaſq. Caſtill. & alij*, ubi nuper, ità

235 & Principibus indulta privilegia: ut ex ſuperius expoſitis elicitur, & faſſus porrò fuit Martinus V. unus ex dictæ Bullæ Cœnæ Domini condentibus: qui Carolo Francorum Rege inſtante, enucleavit ſuam ęditam ſanctionem haud devincere caſus, in quibus Rex ab immemorabili tẽpore in Clericos jus dicebat, refert *Guido Pap. deciſ.* 1. 85. *&* 87. *Boet. q.* 69. *n.* 23. *Afflict. deciſ.* 2. *n.* 10. 11. *& deciſ.* 24. *n.* 9. *Grammat. deciſ.* 78. *Oſaſcus. deciſ.* 30. *Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 210. *Avendañ. de mand. Reg. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 32. perfunctoriè *Navarr. in cap. cum cõtingat. in pr. remed. de reſcrip.* fusè *Ioan. Ferrau. de jure, & privileg. Regn. Franc. privileg. XI.* meliùs *Rebuff. tit. de cauſ. benef. poſſeſſ. artic.* 8. *gloſſ.* 2.

Potiſſimùm ſi cũ ipſa uſu introducta conſuetudine privilegium, vel fama adeſſet ipſius: cùm tunc vim ipſius Papalis privilegij, habet, & capacem reddit laicũ ad præſcribẽdũ jura adverſus Eccleſiaſticas immunitates. *Remir. Deleg. Reg.* §. 20. *n.* 9. quæ quidem ſententia non ſine maxima oppoſitione tranſit. vide *Azor. Dian. & alij ut ſupra.*

236 Eoque magis adducta procedũt in conceſſione haud gratuita, ſed in remuneratio-

tionem præſtantiſſimorum ſervitiorum indulta, quæ nullatenus jure poſſint revocari, immò omninò conſervanda: etenim talis conceſſio in vim tranſit contractus correſpectivi oneroſi, quem Princeps licèt, ſupremus nõ revocat *tex. in l. ſed ſi lege §. conſuluit ff. de petit. hæred. gloſ. Jaſon, & alij in l. ex hoc jure ff. de juſt. & jur. Felin. in cap. novit. de judic.* nec minùs moderat *Reſtaur. Caſtald. de imper. qu. 55. num. 14. & quæſt. 114. num. 12. Conſil. Staiban. reſol. 100. n. 67. R. Tap. l. fin. part. 2. cap. 9. à n. 1. ff. de conſtitut. Princip. D. Larr. aleg. 3. diſp. 6. & alij*, quos coagulat *R. de Filip. diſert. fiſc. 11. n. 13.* recenter *Manfrell. ad lib. 2. R. Capici. Latro obſer. 99. n. 17. Fontanell. de pact. clauſ. 4. part. 2. gloſ. 10. n. 89.* & alij per *Giurb. conſ. 19. nu. 88.* ſi intrà juſtitiæ Cancellos
237 ſe cõtinere intendit; itidem ſub alterius ingratitudinis prętextu *Jan. Felin. & alij in d. tex. in l. ex hoc jure Tuſc. lit. P. concluſ. 751. n. 9. 14.* latè *Petr. de Princip. poteſt. cap. 24. n. 256. & qu. 3. cap. 32. n. 170.* magiſtraliter de more *Tiraquell. in l. ſi unquam gloſ. donatione largitus; n. 14. C. de revocand. donat.* undè nõ ſine fundamento Galli ex ſententia Panormitæ, aliorumq; DD. *in rub. cap. fin. de donat. & per tex. in l. Aquilius Regulus ff. de donat.* cum concor-
238 dantibus, opinantur concordiam inter Leonem X. & Regem Francum, aliaque privilegia à Summ. Pontifice in remunerationem eorum ſervitiorum obtenta, non eſſe revocanda propter jurgia habita inter Philippũ cognomento Pulchrum, Sarræ Columnę opera, & Bonifacium VIII. nè odio unius alter puniatur. *per tex. in l. ſi quis in ſuo §. legis C. de inoff. teſt. Bart. in l. aut facta §. fin. de pœn. Abb. & Anan. in cap. dilectus il 2. de Simon.* autem particularibus abutentibus, & delinquentibus, non tota Civitas; ſed ipſi puniendi ſunt: quoniam remuneratoriæ tales ſunt conceſſiones, quæ itidem ob patratam ingratitudinem non revocantur: ut præter adductos inſinuant *Garſia de donat. remuner. n. 9. Mart. deciſ. 215. n. 28. Mantic. de tac. lib. 13. tit. 15. n. 33.* niſi tantùm quo ad exceſſum autumavere *Mierer. de Majorat. part. 1. qu. 22. n. 169. 170.* quidquid dicat *Pinell. in l. 1. Cod. de bonis Mater part. 3. n. 601.* quem reprobat *Guitier. conſ. 24. in fine.*

239 Planè ſubdunt nuper al-

la-

lati, neq; hoc perficere poſſit ex plenitudine poteſtatis: ut notant *Gabriel. tit. de jur. queſit. non tollend. concluſ.* 6. *Rodolph. de abſolut. Principum poteſtat. cap.* 6. *nu.* 170. *Auguſtinus Barboſa de clauſul. clauſ.* 41. *in fin. Mart. deciſ.* 195. *Velaſc. deciſ.* 72. *n.* 1. & *deciſ.* 120. *n.* 9. *Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 19. *Pin. ad leg.* 1. *Cod. de bon. mater. par.* 3. *n.* 62. *illat.* 16. *verſ. ego*, & alij quos cumulat *Barboſ. ubi nuper*, & poſt eum *D. Marius Giurb. d. conſ.* 19. *n.* 89. 90. niſi
239 expreſſa, juſtaque acceſſerit cauſa: *tex. in l. Titius puerum ff. de obſeq. libert. l. Lucius, ff. de evictio. l. item ſi verberatū, §. præterea, ff. de rei vendicat.* ubi *Bart. & Angel. Perna conſ.* 16. *Pinel. ad l.* 1. *Cod. de bonis mater. par.* 3. *nu.* 62. *ubi ſupra, Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *n.* 49. *Burg. de Paz conſ.* 25. *à n.* 48. *Afflict. deciſ.* 361. *n.* 6. *Cabed. deciſ.* 19. *n.* 10. & *deciſ.* 68. *par.* 2. *Redolph. de abſolut. Princip. poteſt. d. cap.* 6. *nu.* 199. quæ publicam reſpicere debet utilitatem: *Menoch. conſ.* 351. *n.* 21. perbellè *Peregr. de jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *ſub num.* 49. *Roland. conſ.* 80. *n.* 29. *vol.* 3. *Decian. conſ.* 51. *n.* 31. *vol.* 3. *Surd. conſ.* 103 *n.* 26. taliſque urgere debet neceſſitas, ut abſque privilegij abrogatione, evitari haud poſſit: ait *Burſat. conſ.* 16. *n.* 71. *vol.* 3. nempè in caſu valdè inopinato, ac omninò inuſitato aſtruit: *Auguſtin. Barboſ. ubi ſupra*, quæ
240 quidem cauſæ urgentia cōſtare debet: nec ſatis eſt eam aſſerere ſimpliciter, nec generaliter, ex cauſis animū ſuum dignè moventibus; cum in ijs, quæ ſine cauſa juſta, ac expreſſa fieri interdicuntur, cauſam aſſerenti haud creditur: opus namque eſt, ut omninò adſit, & ut conſtet affabrè inſinuat *Decian. conſ.* 603. *n.* 7. & *conſ.* 602. *n.* 12. 17. *Guiter. in l.* 1. *nemo poteſt, nu.* 71. 72. 175. *per delegat.* 1. & *de gabell. quæſt.* 4. *nu.* 9. prolixè *Decian. conſ.* 41. *à n.* 5. *in* 2. magiſtraliter *in conſ.* 51. *n.* 31. *vol.* 3. *Burſat. conſ.* 61. *n.* 71. *vol.* 3. parte citatâ, & ad plenum auditâ edocet *Montalv. in leg.* 8. *for. tit.* 12. *Gloſſ. no puede*: concinit *Jov. Andr. in Clement. de jur. jurand.* & *in Clement. Paſtoralis de re judic.* & *in Clement.* 1. *ut lite pendente*: aliàs juſtâ non accedente causâ, non poſſe Principem de poteſtatis plenitudine, quempiam dominio rei ſuæ privare, & privilegium indultum, ac contractum cum eo celebratum infringere: ut prædiximus, additis *Aretin. in cap.*

novit. de judic. n. 28. & ibi *Felin. n.* 2. *Tiraquel. in loco indicato nu.* 11. *Camill. Borrell. de præſtant. Reg.Catholic. cap.* 53. *n.* 6. *Suar. de leg. lib.* 8. *cap.* 37. *n.* 4. 10. *Sanctarell. var. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 3. & alij quos laudat, & ſequitur *Auguſtinus Barboſ. ubi ſupra n.* 29. pactorum enim obſervantia, & ſi à naturali ſcateat æquitate: ut ex *J. C. in l.* 1. *ff. de pact.* aut
241 ex communi gentium placito; ſemper Principes ad ejus obſervantiam tenētur cuncti: probat *D. Mar. Cutell. de donat. tom.* 1. *diſcurſ.* 1. *nu.* 67. itidem ipſe Deus Optimus Maximus lautè ex Magiſtro Sententiarum inſtruit, *Bald. in d. l.* 1. *ff. de pact.* & habetur *in Geneſ. cap.* 17. *lin.* 2. ibi *Ponamque fœdus meum inter me, & te, & in lin.* 7. ibi. *Et ſtatuam pactum meum inter me, et te*, ac in *Exod. cap.* 19. & in *Deuteron. cap.* 5. & quo magis in eo Sanctitas, ac integritas fulget; fortiùs pactis ſtare debet, diſertè docent *Salas de legib. diſput.* 14. *ſect.* 2. *n.* 29. *Bonacin. diſp.* 1. *qu.* 1. *punct.* 6. *n.* 14. *Gonzal. de regul. Cancell. Gloſ.* 28. *n.* 1. 23. *et* 24. *Suar. in defenſ. fid. lib.* 4. *c.* 24. *n.* 21. ajētes, quod tantummodò pacta obſervare nequeat Pontifex, quibus Pontificia concutitur, vel deprimitur Majeſtas: quę

ut iniqua reſpuenda ſunt, per *tex. in l. jus publicum*, 38. *ff. de pact. l. ſunt perſonæ*, *ff. de religion. & ſumpt. fun.* quibus rationibus nititur *Bardell. lib.* 5. *Theolog. moral. diſp.* 40. *n.* 7.
2 A quibus conſentaneis,
24 ſolidiſque ex omni jure emanatis fundamentis, firmum remanet Pontificem quoque in beneficijs collatis, ſine cauſa quempiā beneficio privare ſuo in honeſtum eſſe: *cap. ecce*, 99. *diſtin.* abſque legis, & rationis naturalis lęſione, probat *Abb. in cap. ult. n.* 10. *de confir. util. Cardin. conſ.* 142. *Gomez in proem. regul. Cancell.* ꝙ. 4. *n.* 3. *& ſeqq. Menoch. remed.* 15. *recup. n.* 43. *cum ſequ. & conſ.* 1. *n.* 422. *& conſ.* 85. *n.* 1. 15. *& conſ.* 181. *n.* 49. *Peregr. de jur. Fiſc. lib.* 1. *de haben. jur. Fiſcal. n.* 24. *Menoch. uſufreq. cap.* 2. *in princ. Cabed. deciſ. luſit.* 18. *num.* 13. *& deciſ.* 36. *nu.* 2. *par.* 2. *Azor. inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap. primo*, *quæſt.* 4. *Valer. differen. inter utrumque for. verb. elect.*
243 *differ.* 5. ubi Sixti V. caſum recenſet, qui ad Regis Catholici commendationem beneficium jam alteri collatum, in commendatum contulit: verùm re maturiùs perpēſā, ſpoliato exiſtimationem tribuit: juxtà *tex. in l. item verberatū*, 15. ꝙ. 1. *in fine*, *ff. de rei vendic.*

dic. & mirè facit *Navar. in tract. de ſpol. §. 3. nu.* 6. & ex *Innocent. in cap. niſi de renunciat.* aptè concinnat *Arr. Pinel. par. 1. rub. de reſcind. vend. n.* 30. *verſ. altera inſpertio tit.* 3.
344 Princeps itidem laicus, officium temporale, aut perpetuum, quod contulit, abſque juſta cauſa haud revocat, quãvis ad beneplacitum; ex mera, liberaque ipſius concedentis voluntate perdurante conceſſerit: extricant *Calici. in extravag. Cur. cap. 7. n.* 106. 107. *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 1. Gloſ.* 10. *par. 1. à nu.* 145. *& deciſ.* 215. *n.* 1. 2. 3. *par.* 1. *Matth. de reg. Reg. Valent. tom. 1. cap. 4. §. 6. à n.* 5. 10. *& cap.* 6. *§.* 5. *n.* 42. *Caſtill. de terſ. tom. 7. cap. 4. n.* 22. fusè *Xamar. de offic. Jud. par. 1. q. 12. à nu.* 94. 109. *Peguer. deciſ.* 29. *n.* 12. *par. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 23. à n.* 46. & lato calamo *cap.* 27. *à n.* 16. *& in deciſ.* 188. *Capyc. deciſ.* 16. *Ricc. collect. deciſ.* 510. *par.* 4. *Ramir. de leg. Reg. §.* 18. *n.* 8. *& §.* 30. *n.* 41. *Ramon. conſ.* 35. *n.* 4. *Mierez de Major. par. 4. quæſt.* 40. *à nu.* 28. *Dom. Larr. deciſ. 2. à n.* 5. *Novar. quæſt. for.* 99. *Paſqual. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 4. rubr.* 10. *Salling. Tondut. de prævent. par. 1. cap. 26. à n.* 31. *Valenſe. conſult.* 29. *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt.* 55. *à n.* 6. *Gutier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt.* 11. *Gamm. deciſ.* 331. *Conſil. Franc. Mar. Prat. reſp. Fiſcal.* 2. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 61. *D. Laur. Matt. contr.* 77. *à n.* 30. *D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. obſer. deciſ. 7. à nn.* 1. & antè eum *D. Michael Cortiad. deciſ.* 10. *nu.* 87. remiſſivè *Regens*
245 *Moles deciſ. manuſcrip.* 81. *quæſt.* 3. *Conſil. Petr. in comm. Rit. M.C.V. in Rit.* 2. *n.* 60. ubi juſtiſſimum Philippi II. reſcriptum memorat, quod antè eum adduxere *Taſſon. de anteſat. verſ.* 3. *obſervat.* 3. *à n.* 96. *Thor. par. 3. comp. ſect.* 2. *verb. Officialis amatus*: causâ autem legitimâ, ac juſtâ accedente, & in judicio, parte citata, & audita deducta; privetur Officialis nõ modo adminiſtratione; verùm & proprietate: nervosè defendit *Reg. Galeot. reſp. Fiſc.* 15. *nu.* 130. *Cabed. deciſ. luſit.* 20. *nu.* 4. *par.* 2. *Georg. alleg.* 42. *n.* 7. *Joan. Bapt. Spad. conſ.* 88. *Fragoſ. de regim. Reipubl. Chriſt. quæſt. 1. lib. 3. diſput.* 5. *à n.* 22. Si occaſione authori-
246 tate, cauſa, colore, ac officij prætextu deliquerit: *Caravit. ritb.* 49. *per totum, & nu.* 27. *ex Bald. Theorica in l.* 2. *in fine cap. quorum appell. non recipiunt. Par. de Put. de ſindic. qui ſint cap.* 1. *n.* 8. *Novar. in prag.* 1. *de abolit. n.* 41. *de offic. Jud.*

Digitized by Google

prag. 5.*n.*5.inſinuat *Reg.Merlin. contr. centur.* 2. *cap.* 28.*n.* 3. ex vi clauſulæ (donec fideliter ſe geſſit) quæ itidem nō expreſſa ſemper intelligitur: edocent *Surgent.de Neap.Illuſtrata lib.*1.*cap.* 17.*n.*36. *Reg. Galet. ubi nuper, Merlin.nu.*5. *P. de Franch.deciſ.* 457.*in fin. Mont. de regal offic. ſub n.* 69. Imò tanquā eſſentiale pactū, ſub reſolutiva conditione intrinſecè, ac naturaliter annexū operatur:ut cōfeſtim quòd officialis in officij adminiſtratione labeſcit; in cōmiſſum officium incidat, & ad concedentem devolvatur: *ex tex. in l. ſi aliquid.Cod.de ſuſcept.lib.*10. *Goffred. conſ.*21.*n.* 11. *P.de Franch.deciſ.*457.*Reg.de Pont. deciſ.*28. *Reg.Rovit. conſ.*104. *n.*14. *lib.*2,*Galeot.n.*122.& ita cernit *Reg.Collat.Conſ.Neapol.* coràm Domino Prorege, ac Generali Viſitatori, non obſtante *Rot. Rom. deciſ.* coràm *Cantuccio*, quam indicat *Farinac.conſ.* 5.*n.* 42. parùmque refragātibus Conſilijs *R.Rovit.* 104.105.106.*vol.*2. cui deciſione annuit *Jeſue lib.de regal. offic. verſ.officia n.*12. *&* *verſ. quibus omnibus n.* 19.quod recenſet *Caſſar. quæſt. pereg.* 2. *per totum*, qui nec diſcrepat,ſi emptitium eſſet officium, & ſic deciſum per S.R.C. refert: immò abſque cauſa refuſo tamen pretio, autumāt *ex Bart. & Wiliel. de Bened. Merlin. d.contr.*28. *Maſtrill. d.c.*27. *n.* 14. 15.16. *Galeot. n.* 121. & nos de hac materia laxè *in cap.* 2.*hujus Codicis* egimus.

247 Juſtâ deniq̄ue accedente causâ, & in judicio deducta, juridicè revocatur conceſſum, ut explanatum eſt: nec ſufficit aſſerere, Summo in Pontifice, ac ſupremo Principe, cauſam præſumi juſtam, ac veram *Clement.* 1. *de probat.* ſcribentes *in cap. quæ in Eccleſiarum, conſtitut. quoniam*, ut probè expendit *Navar. d. tract. de ſpolijs* §.2.*n.*8. in caſſum aſſeruere DD. Papæ interdicitur, hoc, & hoc patrare ſine cauſa: ultrà quod hoc ſumitur in caſibus in ipſa Clementina perpenſis, quæ cum exorbitans à jure communi ſit; haud porrigitur, *Navar. ubi nuper*, nempè in ijs, quæ Pontifex de facto ſuomet proprio enarrat,ut poſt multa concludit *Gloſſ. in d.Clement.* 1. *de probat.* nec locum ſibi vendicat, ubi de tertij agitur præjudicio, ex ſententia *Ancher. conſil.* 398. *Dec. in conſ.* 602. clauſula *ex certa ſcientia*, *(non obſtante)* quæ ubi cauſæ cognitio abfuit, tertio non citato, haud præjudicat: edocent *Soccin. conſ.* 164. *n.* 6. *lib.* 2. *Curt. Jun. conſ.* 142. *n.* 8. *Taſc. lib.* 1.

Digitized by Google

1. *lit. C. concluſ.* 340. *Monet. de comm. ult. volunt. cap.* 7. *n.* 122. ex quibus prolixè facit *Auguſt. Barboſ. de clauſ. clauſ.* 41. *à n.* 31. parùm quoque refragâtur adducta per Panorm. in allegato *cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Etenim ipſemet ibi fatetur, non eſſe præſumendam cauſſam in Principe, ſuum infringente contractum, quoniam ſinè cauſſa ab eo diſcedere nequit; immò ſubdit *Bart. in l. ſi forte*, *Caſtrenſ. pecul.* in ijs, quæ fieri interdicuntur, ſine cauſsa; illam omninò clarificandam eſſe: nec diſcrepat *Felin. in adducto cap. quæ in Eccleſiarum, & Fulgos. in conſ.* 61. alioquin abſque clarificatione ſedulò peracta, cum opportuna cauſſæ cognitione, cauſsa in Principem unquam præſumitur. *Cin. in l. omnes C. ſi cōtra jus, & utilitat. public. Deci. conſ.* 410. *n.* 17. *Molin. de primog. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 12. *Jacob. Menoch. conſ.* 1. *n.* 433. *Gabriel. comm. lib.* 6. *tit. de clauſ. clauſ.* 1. *n.* 52. affabrè *Decius conſ.* 407.

248 E quibus juſtiſſimus noſter Catholicus Rex ſemper Auguſtus Carolus II. qui Divino ſic annuente Supremo Numine, cum copioſa maſculina Prole, ſemper incolumis permaneat, an. 1676. me eo tempore in ſupremo M.C.V. Tribunali Judice ſedente; de moribus nonnullorum Miniſtrorum, in Supremis Parthenopæis *Sac. Cōcilij*, *S. Claræ, R. Cameræ Summariæ* ac M. *C.V.* ſubſellijs, plenè imbutus, ut Regius aſſerebat ordo, ibi: *por quanto me conſtano han cumplido con ſu obligacion*, eos ab adminiſtratione rejecit: quibus poſtmodùm ad ejuſdem immenſam occurrentibus juſtitiam; ſub plenaria cauſſæ cognitione, in contrarium allata cuncta trutinata fuere: undè aliqui ad priſtinam regreſsi fuerunt dignitatem, cæteri verò in eadē remanſere ſuſpenſione, quoniam callidam calumniantiū cauſsam contrà eos adductam haud expiavere: licèt expulſos intempeſtivè tamen, per D. Petrum Toledo, & Ducem Albæ Neapolis Proregem ad officium revocatos haud fuere teſtantur *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 47. *lib.* 1. *de Angel. in ejus Prato ad l.* 4. *n.* 6. *C. de Epiſc. Aud.* quos affert *Conſil. Petr. d. tit.* 2, *n.* 60.

Juſtâ denique cauſsâ, ac in judicium, accitâ parte, adductâ, pro avocandis gratiosè condonatis, & ob meritorum multitudinem impertitis; præciſa ſemper eſt: ut ex multis elucidatum remanet, quibus

ad

Digitized by Google

ad rem congruentibus noſtrâ, omni hæſitationis motivo dejecto, luculenter inferunt ſuperiùs expreſſati, allegatam Bullam Cœnæ Domini. Privilegia antea indulta per Sũmos Pontifices, diſertè non abrogantem, cauſſamque interdictionis minimè exprimẽtem; ea non devincere jure concludendum eſſe putant.

249 Imò recenſita, Noſtrates de Regno, alia pariter ſolidiſſimâ muniuntur ratione: nimirùm legationem à Sum. Pontifice indultam unquàm per verba, quantumvis generalia avocari: ut ſolerter edocet *Petr. Andr. Gambar. in tract. de offic. & poteſt. deleg. lib* 9. *quæſt.* 4. *n.* 17. nec alter ſubvertitur; niſi propria ſummi Univerſalis Eccleſiæ Preſulis ſignãtis manu, atticè inſinuat *Quint. Mãdoſ. de inhibit. q.* 5. *in fin.* & cõprobat *tex. in cap.* 1. *de offic. delegat. in* 6. ubi eadem eſt Legati nati poteſtas, quam Pontificis: quoniam ab eo ſcatet, ſuoque fungitur nomine: inſtruunt *Peſant. de immu. Eccleſ. diſput.* 3. *Dom. Larrea in ſuis copioſiſſimis allegationibus Fiſcalibus, alleg.* 27. *n.* 13. *Dom. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *à n.* 25. & alij innumeri ab eis affluenter adducti, & mirè conſonat *Matth. de regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 2. *n.* 62. *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 18. *n.* 3. & alij infra laudandi. Immò hujuſmodi legationis officium, Reali dignitati perpetuò annexum, ineſtinguibile eſt, *cap. quoniam* 14. *de offic. deleg. & ibi Gloſſ. Sebaſt. Caſ. in relect. de Eccleſ. Hierarch. par.* 1. *diſput.* 3. *§.* 2. *nu.* 52. quem laudat *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 5. *delegat. & Nunc. Apoſt. n.* 88. ut cum *Henric. Zoëſ. in lib.* 1. *comm. decret. tit.* 29. *de offic. deleg. nu.* 33. & eum alijs in principio hujus capitis ſufficienter probavimus.

250 Inſuper omne id, quod ab Eccleſia Regibus tribuitur, aut ex privilegio, aut ex conſuetudine, in perpetuam tranſit ipſius Principis Regaliam: mirabilis eſt *tex. in cap. generali* 13. & ibi: *Gloſſ.* & notant *Archidiac. n.* 1. *Joan. Andr. n.* 4. *Ant. But. nu.* 3. *Geminian. n.* 9. *Bellug. in ſpec. Princ. rub.* 13. *§. tractemus, n.* 38. *Ann. Rubert. rer. Judic. lib.* 3. *cap.* 1. *de Graſſis, Regalium Franciæ jure* 3. *Benat. Coppinus de domin. Franc. lib.* 2. *tit.* 9. *nu.* 3. *Bertrand. conſ.* 276. *Ruzeus de regal. privil.* 16. *n.* 29. *P. de Gregor. ſyntag. jur. par.* 2. *lib.* 17. *cap.* 17. *nu.* 19. *Caſtill. de terſ. cap.* 3. *n.* 30. *Reguer. Sixtinus de regal. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 54.

55.

55. *Peregrin. de jure fiſc. lib. 1. tit. 2. num.* 38. *noſter D. Andr. Maſtrill.de Magiſtr.lib. 1. cap.3. n.2. & cap.* 13. 14. 15. quæ ex quibuſvis generalibus conſtitutionibus,tanquā Regum jura, & privilegia,haud includuntur. *tex. in cap. fin. de offic. delegat. in 6. cap. nè reliqui de privileg.in 6. cap. ſolitæ de Major.& obed.* ut benè inſinuat *Hieron.Gonzal.de mēſ.alternat.gloſ.*24.*n.*155.& 156. *Caſtill. de tertijs c.*20. *n.* 8.quod elatè tuetur *D. Franc. Salgad. de ſupp. ad ſanct. part.* 1. *c.* 2. *à n.*42. 44. ubi de hac ratiocinatur noſtri Regis legatione, eamque non eſſe comprehenſam in enunciata Bulla Cœnæ aſſerit, neque *in Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *cauſæ omnes*, de quo quidem privilegio ex retro ſex,ac ultrà ſæculorum vetuſtiſſimā obſervantia; varijs tantiſque authenticis exemplaribus, ac ſcripturis in Regni Archivijs
251 invētis roborata; vereri nefas eſſe concludunt noſtri Regnicoli:quamvis cum hac immemorabili incorrupta conſuetudine; ſolam privilegij famam ipſum eſſe privilegiū, ad præſcribendum, valdè idoneū, magiſtraliter edocet *Tiber.Deciā. tr. crim.lib.*4.*c.*9. *n.*13.*P.Dian.in ſumm. part.* 1. *verb. conſuetudo n.* 4. & *part.* 2. *verb. Princens n.* 9. *Thom. del Bene de parlam. dub.*4.*ſect.* 19.*ſubſect.* 3. *n.* 12. & *ſubſect.* 4. *n.* 7. & *dub.* 27. *ſect.* 10. *n.* 1. *idem de immunitate Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 3. *dub.* 8. *ſect.* 4. *n.* 14. Optimè *cap.* 4. *dub.* 31. *n.* 12. & *c.* 9. *dub.* 6. *ſect.* 6. *n.* 19. *Vela diſſert.* 44. *n.*69.*s.*2.*Gratiā.diſcep.c.*238. *n.* 69.latè *D. Michael Cortiad. deciſ.* 7. *à n.* 30. & ante eum *Seſſe deciſ.* 113. *à n.* 90.*lib.*2. & *de inhibit. cap.* 8. §. 7. *n.* 163. *Ramir. de leg. Reg.* §. 20.
252 *n.* 90. & ubi abeſt incapacitas, vim veri, ac legitimi tituli, & privilegij retinet ipſa immemorabilis: ut exarato calamo inſinuat *Seſſe d. deciſ.* 113. *n.* 105. *lib.Car.de Graſs. de effect. cler. effect.*1.*à n.*372. *Salzed. deleg. polit. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 28. *Fontanell. deciſ.* 217. *n.* 17. & *deciſ.* 220. *n.* 4. *part.* 1. *Valenzuel. conſ.* 114. *à n.* 14. & *conſ.* 121. *n.* 33. Fusè *Caſtill. contr. lib.* 5. *cap.* 93.§. 8. *n.* 33. & *de terſ. tom.* 7. *cap.* 3.*n.* 6. *Pereir. de inſtrum. edict. tom.* 1.*tit.* 5. *reſol.* 9. *à n.* 117. 135. immò Summi Pontificis ſciētia ab ea arguitur, ac comprobatur *Oſaſc.deciſ.* 101. *n.* 20. *Ant. Fab. in Cod. lib.* 3. *tit.* 24. *diff.* 9. *Seſſe in locis indicatis D. Larr.allegat. Fiſc.* 9. *n.* 15. *n.* 5. 27. *Mar. Cutell. de Immun.Eccleſ. lib.*

Digitized by Google

lib. 2. quæſt. 5. n. 17. Salgad. de reg. protect. part. 3. cap. 10. n. 20. Caſtill. in locis indicatis.

253 Si tamen cõſuetudo ipſa, quę Summ. Pontificis conſenſum ſupponit, ob bonum alicujus Provinciæ publicum ſit introducta; nam in iſta conſenſus ejuſdem præſumitur: at ſecùs ſi conſuetudo fuerit iniqua, & clàm per laicos uſurpata; tunc iſta futilis eſt, & inſuſſiſtens: ut depromitur *ex Innocent. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* diſertè *Mart. de juriſd. part. 4. caſ. 63. n. 8. 9. Salas de leg. diſp. 14. ſect. 8. n. 92. Baldell. diſput. 47. lib. 5. n. 19. Sair. in clav. Reg. lib. 3. cap. 11. n. 5.*

254 Hoc profectò Legationis munus in Rogerij poſteris, & ſucceſſoribus redolere perpetuitatem, annectũt noſtri Regniculi Primò ex illis verbis in ipſa Urbani II. Bulla enunciatis. *(aut, alterius qui legitimus tui hæres extiterit) Alterius.* Etenim mentio ubi fit, communiter à Doctoribus interpretatur pro alio quolibet, ut quemadmodum dixere ſcribentes *in Rub. ſi quis alteri vel ſibi* autumantes ſub hoc *alterius*, nomine, vel aliena pecunia emerit, vel alius quislibet: & *in tex. in l. alterius, ff. de reg. jur.* alterius circumventio alijs haud præbet actionem: ibique exponit Cagnolus dolũ tertij: actionem haud tribuere alicui ex contrahentibus; ita & *in l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. obligat. & in Inſtitution. de inutilibus ſtipulat. §. alteri, & §. alij.* ubi pro altero ſtipulari nemo poteſt, quod exponitur pro alio quolibet extraneo: eſtque dictionis, *Alter*, natura, ut ad plures referatur, ubi relatio non eſt inter duos, aut plures: ut enodatè inſtruit *Lancellot. de non vulgaliterat. lib. 6. cap. 32.*

255 Secundò ex alia dictione *Hæredis* quæ in Bulla evolvitur: hæredis namque appellatione, non tantum primum hæredem, quam hæredes, hęredis permultas ſucceſſiones, ac infinitum venire congruũt Noſtrates *in l. Hæredis appellatio 65. l. Hæredis appellatione. 170. l. ſciendum 70. ff. de verbor. ſignif. & in l. qui per ſucceſſionem ff. de reg. jur.* verè, & in propria ſignificatione, non autem fictè, & in propriè: ut depromitur *ex Gloſſ. in d. l. hæredis appellatione 170.* quam ſequuntur *Bald. in l. fin. Cod. de hæred. inſtit. & Alceat. conſ. 600. n. 3. 6. Bellon. ſupput. lib. 4. tit. 16. n. 4. 5.* quam ſententiam communem eſſe teſtatur *Cæphal. conſ. 499. n. 21. lib. 4.* eamque itidem in materia traſmiſſibili pro-

procedere affirmant, in qua hæredis appellatio comprehendit omnes ulteriores gradus: edocent *ex Barth. theorica in l. Gallus* §. *& ſi parente, verſic. quare. de liber. & poſthum. Alex. conſ.* 9. *Jaſon in l. annalibus Cod. de legat. & in l. ſi quis filium* §. *fin. ff. de acquir. hæredit. Curt. Jun. conſ.* 55. *n.* 12. *Caſſan. conſ.* 11. *ſub n.* 59. *&* 100. prout in iis, quæ ſtricti ſunt juris probat *Tiraquell. de retract. cōnect.* §. *prim. gloſſ.* 6. *n.* 22. nempè in conditionalibus, quæ in forma ſpecifica adimpleri debent. *idem Tiraquell. in tract. le Mort ſaiſat leviſ. in* 5. *part. declar.* 25. *part. n.* 6. *Menoch. conſ.* 89. *n.* 130. 131. *Ceph. d. cons.* 499. *n.* 27. *lib.* 4. Undè inveſtitus pro ſe, & hæredibus, cenſetur pariter inveſtitus, hæres hæredis, & ſucceſſor ſucceſſoris: innuunt *Jaſon. in l.* 2. *n.* 121. *Cod. de jur. Empit. & in l. ſed & ſi poſſeſſori* §. *item ſi jura ff. de jur. jurãd. Dec. in l. qui per succeſſionem ff. de regul. jur.* Et prohibitio alienandi, hæredi collata, quoque hæredis heredi facta cenſetur: ſuſtinent *Bartolus & ſcribentes in l. ſi filius familias* §. *Divi per delegationem* 1. *& in l. Lutius* §. *Sempronius ff. delegat. Decius conſil.* 377. *n.* 5. *Bellon. ſupput. lib.* 4. *tit.* 16. *n.* 4. 5. *Riminald. Jun. conſ.* 20. *n.* 6. *Caroc. in l.* 4. §. *Cato n.* 96. *in p. lectur. ff. de verb. ſignif. Pariſ. conſ.* 4. 13. *lib.* 1. laxè *Deci. in d. l. qui per ſucceſſionem ff. de reg. jur.* quod pariter affirmavere in remedio, ſivè beneficio *l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollend.* indulto, ut ſcriptus hæres in teſtamento in poſſeſſionem teſtatoris bonorum mittatur; eumque hæredis hæredi tribuunt cùm, & ipſe propriè heres ex legis diſpoſitione ſcriptus ſit: edocent *Bartolus in d. l. fin. n.* 11. *Baldus ibidem n.* 35. *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 493. *n.* 236. *idem in conſ.* 89. *num.* 132.

Tertiò hujus Legationis perpetuitas fundatur ex aliis verbis in ipſa Bulla expoſitis *ſicut verbis promiſſimus, ita litterarum auctoritate firmavimus*: nam procul dubio omnes obligationes, pacta, ac promiſſiones regulariter pro ſe, & hæredibus fieri, & in heredes tranſire, & ſi de eis mentio facta non fuerit explicant *ex tex. in l. ſi pactum* 9. *ff. de probation. l. veteris Cod. de cōtrahend. & committend. ſtipulat.* ut de qualibet ſimplici donatione, & liberalitate *ex tex. in l. ſi quis argumentum*

35. *in fine. C. de donat. fundat. D. Mar. Cutell. de donat. diſcurſ. primo, ſpecial.* 24. *ferè*
256 *per totum.* Fortiùs quando conceſſio, ſivè donatio in benemeritorum remuneratione proceſſit, quæ de omnibus hæredibus intelligenda eſt: latèque interpretanda indicat *Tiber. Decian. conſ.* 51. *n.* 27. *lib.* 3. ut gratia meritis correſpondeat: privilegia autem quamvis ſuaptè natura perſonalia eſſe ſoleant *l. in omnibus, ff. de reg. jur. l. privilegia eodem,* & ſtrictè interpretanda *Bart. in l. fin. ff. de conſtit. Princip. Abb. in cap. cum olim de verb. ſignif.* attamen ob merita, ſi indulta fuerint ad hæredes tranſeunt: edocet *Fulgoſ. conſ.* 225. *Cagnol. in d. l. in omnibus n.* 4. *ff. de reg. jur. Nicol. Morot. de fid. treg. & pace quæſt.* 63. potiſſimùm ſi cauſa remunerationis perpetuam expoſceret commenſurationẽ: *Bald. in l. generaliter, Cod. de Epiſcòp. & Cler. & in cap.* 1. *§. fin. de his, qui feud. dar. poſſ.* ubi ex hoc textu infert, ex ſervitiorum magnitudine beneficij perpetuitatẽ induci: *tex. in l. Aquilius Regulus, & l. ſi pater de donat.* quem ſequuntur *Mierez de major. part.* 4. *quæſt.* 1. *lim.* 3. *in fine, Gregor. Lopez in l.* 4. *tit.* 27. *Gloſ. in verbo. Y los que de ellos viviéren, part.* 2. Eſtque naturali conſentaneum: ut perpetua fiat retributio valdè benemerenti: magna meritò præmia benemerentibus ſtatuere Romani, ut cæteri egregiorum factorum emulatione animoſiores redderent: ſufficiens enim cauſa hæc eſt, ut contractus, qui aliàs de ſui natura ad hæredes non tranſit, tranſeat: innuunt *Nicola. de Neap. Jov. de Belvis, & Alvar. in cap. primo in prin. qui feud. dar. poſſ.* ſubditque *Bald. in conſ.* 303. *lib.* 2. privilegium cuipiam, & filijs ſuis indultum, ob ipſius merita proculdubio, nepotibus itidem indultum cenſentur: quem ſequitur *Tiraquell. in repet. l. ſi unquam, in verb. donatione largitus nu.* 55. *verſ.* 35. *de revoc. donat.* Ob magna inquam Rogerij benemerita, Urbani conceſſio proceſſit: ut ipſemet in Bulla fatetur, & Chroniſtæ vivam recenſent memoriam: unanimiter Rogerij labores pro Catholica Fide propaganda, ac Sedis Apoſtolicæ tuitione pleno ore enarrantes.

257 Quartò haud parùm ad hanc legationis perpetuitatẽ fundãdam conducit vetuſtiſſima ſex ſæculorum, & ultrà inconcuſſa obſervantia, quæ omninò ſtatuentis intenſionẽ declarat: *cap. cum dilectus, de con-*

Digitized by Google

conſtit. & ibi mirè *Anton. Butr. cap. cùm veniſſet*, *de inſtitut.* ubi conceſſio Realis præſumitur, ſi Realis fuerat obſervata, & poſſeſſa, *Butr. & Imol. ibidem, Natt. conſ.* 406. *nu.* 28. *Hip. Riminald. conſ.* 213. *n.* 37. *lib.* 2. Omne namque privilegium, ſive conceſſio declaratur ab ipſa loci obſervantia, & interpretatione innuunt *Grabriel tit. de conſuet. concluſ.* 1. *n.* 38. *Mantic. de conject. ultim. vol. lib.* 6. *tit.* 8. *nu.* 7. *Simon. de Petr. de interp. ult. vol. lib.* 1. *reſ.* 11. *n.* 1. *D. Mar. Giurb. de de ſucc. feud.* §. 1. *gloſ.* 5. *n.* 26. quæ quidem obſervantia ex cauſa, & titulo ipſius privilegij, & conceſſionis præſumitur: *l. quondam mulier*, *ff. de re vendic.* præfertùrque omni aliæ interpretationi: *Bart. in repetit. l. de quibus*, *ff. de legib. l. minimè*, *& interpretatione*, *eodem*, ac veritati, eique ſtandum eſt, & ſi falſa appareret: *Abb. in d. cap. Cum dilectus*, *n.* 7. *Soccin. conſ.* 145. *vol.* 1. ſuſè *Tiber. Decian. conſ.* 124. *n.* 27. *& ſeqq. lib.* 3. omnemque tollit hæſitationem *Cravet. conſ.* 10. *nu.* 9. *& conſ.* 101. *n.* 3. *& conſ.* 201. *n.* 2. *& conſ.* 373. *n.* 1. *Riminal. Jun. conſ.* 18. *n.* 49. *lib.* 1. *Bec. conſ.* 101. fortior ſi antiquiſſima eſſet: *Menoch. conſ.* 21. *num.* 15. *& conſ.* 31. *n.* 44. *lib.* 1. *& conſ.* 156. *n.* 28. *& conſ.* 192. *n.* 12. *lib.* 2. Uſus enim poſſeſſio, & obſervantia, etiam Apoſtolicæ Sedis privilegij conceſſionem probat: *Anton. Oliban. de jur. Fiſc. cap.* 13. *n.* 39. *Ripoll. de regal. cap.* 11. *num.* 14. *Molin. de jur. Hiſp. primog. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 58.

Et ſi talis obſervantia caderet ſuper re, quæ de ſui natura, jure communi inſpecto, perpetua eſſet; tunc abſque hæſitatione intelligi, & concipi debet perpetuum privilegium: argum. tex. *in l. in contractibus*, §. *fin. Cod. de non numer. pecun. l. ſi uno*, *ff. locat.*

258 Legati namq; Nati munus cum de jure perpetuum ſit, *cap. quoniam*, & ibi *Abb. de offic. Legat.* ideò cum Regia tranſit dignitate, quæ perpetua pariter eſt, quemadmodū legatio Archiepiſcopi Cāturienſis, & Eboracenſis in Britannia, Ramenſis in Gallia, & Piſani in Italia, *Franc. in cap.* 1. *de offic. Legat.* nec Legati morte finitur hujuſmodi legationis dignitas; ſed in retinētē talē dignitatē Regiā tranſit: ut affluēter diximus ſupr. ex *tex. in cap. præſenti.* §. *fin. de off. Legat. lib.* 6. *Villadieg. tract. de Legat. quæſt.* 16. *n.* 11. ex quibus ceſſare videtur regula *in l. bove*, §. *hoc ſermone*, *ff. de verbor. ſignific.* nam ut explana-

Digitized by Google

tum eſt, hæc conceſſio de pri-
mo actu intelligi, & concipi
haud poſſit, tum expoſitis at-
tentis; tum quia cauſa, & ra-
tio cõceſſionis durat poſt pri-
mum actum: ut mirè conſide-
rant *Roman. conſ.* 504. *Tira-
quell. in d. §. hoc ſermone, lim.*
10. *Felin. in cap. ſicut, de pace,
& treg. fallent.* 4. Cauſa enim,
& conceſſionis hujus legatio-
nis ratio præter adductas, quę
perpetuitatẽ redolent, ut exa-
ratum eſt: fuit pariter nè Re-
gnicolæ è Regno extrahantur,
& cogantur trans maritima
loca ſumptibus, periculis, &
laboribus, itidem pro rebus
modicæ ſummæ litigare, ut
calumniãtium protervitas in-
troduxit; tum pariter quia in
enarrata *Urbani* II. conceſſio-
ne perſonę induſtria electa mi-
259 nimè fuit: in quacũq; enim
conceſſione ubi de hærede
mentio fit, perſonæ induſtria
ibi nunquam electa cenſetur:
edocent *Cin. in l. quisquis, C.
de Episcop. & Cleric. Bald. ibi-
dem, Felin. in cap. in præsentia,
fallent.* 2. *de probation.* qualis
namque conditionis eſſe de-
beat futurus hæres ignoratur:
innuunt *Cin. & Bald.* quos ſe-
quuntur *Capyc. decis.* 10. *nu.*
12. *Petr. de Gregor. de conceſſ.
feud. part.* 4. *quæſt.* 7. *nu.* 13.
Bolognet. conſ. 4. *nu.* 132. *Ro-
land. à Vall. conſ.* 23. *n.* 15. 16.
lib. 1. & alij, quos laudat. *D.
Mar. Giurb. de ſucceſſ. feud. §.*
1. *Gloſ.* 7. *n.* 26.

Quintò hæc legationis per-
petua obſervantia roboratur,
ex vetuſtiſſima continuatione
in Rogerij hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, cum ſcientia, &
Sum. Pontificum tolerantia:
ſcientia enim, ac paciſcentia
ejus, qui ſcit, & patitur ſerva-
ri, & obſervari longo tempore
declarationem inducit, *tex. in
l. cum poteſt, ff. de jur. dot. l. ſi
filius, Cod. de petit. hæredit. Gre-
gor. Lopez in l.* 13. *tit.* 13. *par.*
2. immò diſpenſationis vim
habet: inſinuant *Molin. de rit.
nupt. lib.* 1. *comparat.* 19. *nu.*
64. & ante eum *ex textu, &
Gloſ. celebri in cap. quia circa,
extra de conſanguin. & affin.
Panormit.* quam gloſam ſin-
gularem appellant *Silveſ. in
ſumm. verb. lex, qu.* 6. *Decius
in cap.* 1. *de except. Felin. in
cap.* 1. *de tracta. & pact. Alex.
Raudenſ. de Avolo, cap.* 39. *nu.*
147. 148. 149. *Seſſe deciſ. de-
ciſ.* 113. *n.* 176. *lib.* 2. *Menoch.
conſ.* 100. *n.* 68. *cũ ſeq. Salzed.
de leg. polit. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 22.
& Sum. Pontificis approbatio-
nem, *Ant. Oliban. de jur. Fiſci
cap.* 13. *nu.* 12. *Gonzal. de
reg. Cancell. Gloſ.* 9. *§.* 2. *n.* 87.
Sanch. de matrimon. lib. 8. *diſp.*
4. *n.* 25. 26. *Cutell. de immun.
Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 5. ejuſque
con-

conſenſus *Cened. Canon quæſt.* 45. *nu.* 28. *Salzed. nu.* 33. ac verum, & legitimum tribuit titulum *Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap. nu.* 72. *ad* 100. actorumque inducit validitatem inſinuat *Gonzal. loc. indicato, reg.* 8. *gloſ.* 9. §. 2. *à n.* 78. *Seſſ. ubi ſupra.*

Ulteriùs hanc in Regno veterrimam legationis obſervâtiam, cuncti haud ignoravere Pontifices: nam preter expreſſas tot Sum. Pontificum approbationes, in principio hujus Capitis relatas: demùm hujus legationis ſciĕtiam jam defunctus Innocentius XI. Som. ſacræ Sedis Apoſtolicæ Pontifex plenè habuit: quod depromitur ex epiſtola Card. Cybo ad Regiæ Monarchiæ Judicem directam, cujus tenor talis eſt.

Illuſtriſſimo Signore.

260 HO' *io rappreſenrato à noſtro Signore tutto quel, che mi hà ſignificato V. S. in expreſſione del ſuo zelo, verſo il ſervigio di Dio, e 'l mantenimento della immunità Eccleſiaſtica: da Sua Santità è ſtato molto gradito, maſſime per haver poi ſaputo la Santità Sua, che l' hà conſermato coll' opre, quel che hà dichiarato con la penna, ſoſtenendo con molta pietà la medeſima immunità Eccleaſtica offeſa d' alcuni di coteſti Miniſtri, e porgendo favore, & ajuto à quei Prelati, che ſi demoſtrano più intrepidi diſenſori: mi hà però impoſto Sua Beatitudine di teſtificare à V. S. il ſuo benigno gradimento, accompagnato dalle ſue paterne beneditioni: il che io eſeguiſco con offerirle l'opra mia per tutte l' opportunità di ſervirla, e le priego dal Signore Iddio vere proſperità. Roma* 27. *Aprile* 1686.

De V. S.

Affettionatiſ. per ſervila
Il Cardinal Cybo.

Signor D. Bartholomeo Ybañes Cordente Giudice della Monarchia.

Datâ igitur immemorabili per ſex ſæculorum, & ultra veterrimâ conſuetudine, ac Privilegio, vel ſaltem famâ ejuſdem, cunctorumq; Sum. Pontificum ſcientiâ, ac tolerantiâ; nefas herclè eſt de hac noſtri Regis legata poteſtate hæſitare: ut liquidò comprobatum eſt.

DE

DE EPISCOPI
DIOECESANI POTESTATE
IN EXEMPTOS, ET REGULARES.

CAPUT VI.

SUMMARIUM.

Adſit Principio Virgo Beata meo.

1 *CHriſtus Carnem aſſumens humanam pro noſtræ ſalutis reparatione, generalē poteſtatem: ut cuncta gereret ſtatuit.*

2 *Petro Curam Oves paſcendi tribuit, ſuumque conſtituit Vicarium.*

3 *A Petro cæteris Sum. Pontificibus transfunditur poteſtas.*

4 *Baculus Paſtoralis, Pontificalem indicat ſolertiam.*

5 *Petri Baculum Triviſenſis cuſtodit Eccleſia.*

6 *Pontifices cum eorum ſuprema poteſtate nōnullos ordines Monachorum ab ordinaria eximerunt poteſtate.*

7 *Epiſcopi contra Monachos, et Regulares in ſua ſiſtentes Diœceſi, fundatam retinent intenſionem: donec exhibeatur exemptio. vide n. 302. & ſeqq.*

8 *Pontifices ſub Petri protectione, Regulares omnes ſucceſſivis temporibus ſuſceperunt.*

9 *Et qui fuere, ordine ſuo recenſentur.*

10 *Ex ſpeciali delegatione, ſub eorum Regularium Prælatorum Imperio ſubjecti fuere.*

Congruam hanc fuiſſe delegationem oſtenditur: Ibidem.

11 *Haſce delegationes omni ævo per priſcas hiſtorias fuiſſe demonſtratur.*

12 *Epiſcoporū crimina ad Summos ſpectant Pontifices.*

13 *Eorumque cognitionem Summi Pontifices delegāre aſſolent.*

14 *Per Concilium Tridentinum clarificatio criminum Epiſcoporum delegatur.*

15 *Intellige.*

16 *Provinciale Concilium de minoribus Epiſcoporum criminibus cognoſcit, ac eſſe deponendum pronunciare quit, ratio affertur. Ibidem.*

Re-

Digitized by Google

17 *Regularium Prælati tanquã à Sede Apoſtolica Delegati, cum ſuis conſervatioribus cunctas Regularium abſolvunt cauſas.*

18 *Conſervatores per luſtrum in dignitate conſtituti eligũtur: itidem Canonici potiſſimùm Parochi.*

19 *Conſervatores, quâ poteſtate eligũntur. Explicatur.*

20 *Religioſi huic privilegio renunciare nequeunt.*

21 *Regularibus Prælatis negligentibus eligere Conſervatorem per centẽnariam negligentiam Eccleſiaſticus loci Ordinarius in electionẽ ſubintrat.*

22 *Conſervator electus ſuam exercet poteſtatem, tanquam à Sede Apoſtolicâ Delegatus: nec amoveri poſſit: & quando ſic?*

23 *Conſervator in ſuo munere eſt Ordinarij Epiſcopi ſuperior.*

24 *A Conſervatoribus ad Summum appellatur Pontificem, tanquam delegantẽ, vel ad Ordinarium n. 25.*

26 *Chokerius autumans hanc appellationem ad Nuncios, & ad Legatos non tranſire, refellitur.*

27 *Conſervatores ſubdelegare nequeunt, & quando ſic. Ibid.*

28 *Conſervatores contra inobedientes, & ſui muneris exercitium impedientes, ad cenſuras procedunt.*

29 *Sed contra Epiſcopos, & Legatos, modeſtè procedere debent.*

30 *Conſervator ſi deliquerit, ab Ordinario plectitur, & quando.*

31 *Conſervator, ſi è laribus ſuæ commiſſionis exierit, objurgatur, & quomodo? Et quid ſi juriſdictionem ſæcularis Imperij implicaverit, vel Ordinarij loci Epiſcopi. Vide ibid.*

32 *Pars ſi procuraverit: ut Conſervator excederet, in excommunicationem ruit.*

33 *Conſervator brachium Epiſcopale, ac ſæculare expoſcere poteſt, & ſi ei fueris denegatum ad cenſuras procedit.*

34 *Conſervator ſe intromittere nequit, in controverſijs ob præcedentiam in proceſſionibus.*

35 *Conſervatores quærelas Regularium, contra alios Regulares audire nequeunt, nec eorum plectuntur crimina.*

36 *Contra violenter extrahentes ab Eccleſia procedunt.*

37 *Salarium expoſcere non poſſunt, & an à xenapis, & à xenijs ſe abſtinere debent.*

38 *Conſervatores uti ſuſpecti recuſantur, quando, & quomodo?*

39 *Conſervator ſuſpectus, an cauſam poſſit alteri ſubdelegare, & quando?*

40 *Et quid ſi cauſa ſcateret ex gravi inimicitia?*

41 *Exempti ſi Epiſcopi loci Ordinarij juriſdictionem turbaverint, eique injuriam intulerint, offenſi poteſtatem prorogare, cẽſentur.*

Om-

42 *Omnibus Tribunalibus permiſſum eſt ſuam tueri juriſdictionem.*

43 *Offendens Magiſtratum ſuum lædit Principem, nonnullæ afferuntur eruditiones nu.* 44. 45. 46.

47 *Epiſcopum Diœceſanum nequire Feſta inſtituere, & qualiter.*

48 *Principes ſæculares valent Ferias imperare, honorariè tamen, & politicè.*

Faſtos, ac Nefaſtos dies Numa Pompilius, & Julius Cæſar inſtituere. ibidem.

In Nefaſtis diebus Romæ Pacalia celebrabantur. Ibid.

49 *Exempti, & Regulares tenentur colere feſtas ab Ordinario inſtitutas. Intellige ibidem.*

50 *Regulares, alijque exempti prædicare in Eccleſijs, quæ de ſuo Ordine haud ſunt, abſque Epiſcopi facultate nequeunt.*

Aliàs ab Epiſcopis objurgantur. ibidem.

51 *Et quid in eorum proprijs Eccleſijs.*

52 *Regulares, & Exempti ad publicas, & conſuetas proceſſiones ab Epiſcopo acciti parere debent. Intellige ibidem.*

53 *Et quid ſi in ſtrictiori viverent clauſura, & per milliare dimidium à Civitate diſtarent?*

54 *Et ſi acciti renuerint accedere, compellendi ſunt, ibidem.*

55 *Oppoſita re cenſetur opinio.*

56 *Ad Epiſcopos privativè ſpectat publicas indicere proceſſiones, modum præſcribere, populumque per edictum prædicare, & quænã ſunt iſtæ Proceſſiones, recenſentur.*

Eoque abſente ad Vicarium, cum capituli conſenſu. ibidem.

57 *Ad Epiſcopum ſpectat componere quæſtiones in proceſſionibus ortas.*

Imperium ſæculare, in hiſcè controverſijs ſe ingerere nequit.

58 *Epiſcopus controverſias ſuper jure ſedendi in Eccleſia abſolvit, & quandò ad ſæcularem Judicem?*

59 *Contrà ſcamnum in Eccleſia amòventem, injuriarum datur actio.*

60 *Epiſcopo annuente acquiritur jus, & poſſeſſio ſedendi in Eccleſia: at ſecùs eo renuente.*

61 *In quæſtionibus circa modũ eundi in proceſſionibus ortis, cõſuetudo attenditur, ſi de poſſeſſione non conſtaret. n.* 63.

62 *Clerus itidem in propria Eccleſia præfertur.*

63 *Et in Regularibus, quis in fundatione, & inſtitutione primus præferendus eſt.*

64 *Confraternitates laicorum accitæ ab Epiſcopo, ad publicas, & conſuetas proceſſiones, accedere debent, aliàs eas compellere poteſt. intellige.*

65 *Inter haſcè Confraternitates in proceſſionibus eundi conſuetudo ſervanda eſt.* 66 *In-*

66 *Inter electos, & ad munus alicujus officij aſſumptos eodem tempore quis præferendus ſit?*
Et quid inter tituli dignitate decoratos? ibidem.

67 *Canonacorũ, & Parochorũ præcedẽtia remiſſivè tractatur.*

68 *Advocatus Fiſcalis, an Judicibus ejuſdem Rotæ præcedere debet?*

69 *Princeps mandare poteſt: ut Advocatus Fiſcalis precederet. Deciſiones nonnullæ afferũtur.*

70 *Epiſcopus Rotæ Auditor, an alijs de Rota præcedere debeat?*
Et quid de Canonico effecto Epiſcopo?
Deciſiones pro utraque parte recenſentur.

71 *Regiæ ordinationes circa Miniſtrorũ precedentiã adducũtur.*

72 *Regulares itidẽ Jeſuitæ, Prælati, ac cæteri graduati Confeſſiones ſæcularium itidem Sacerdotum audire nequeunt, abſque Epiſcopi Diœceſani venia, & approbatione: & quid de Confeſſione regularium? Et quid de Confeſſione ſæcularium, familiarium, & Commenſalium ejuſdem Monaſterij?*
Regularis ab uno Epiſcopo approbatus extra Diœceſi approbantis, haſce ſecularium Confeſſiones audire non poteſt. Et quid vigore Bullæ Cruciatę? Et quid de Jeſuitis, et Preſbyteris Cõgregationis Oratorij? Ibid.
Regularis ab Epiſcopo approbatus, ſi iſte ob livorem renuit approbationem elargire, an quit talis approbatus Cõfeſſiones ſæcularium audire? Ibid. Verior aſſertur ſententia.
Et quid vigore Bullæ Cruc.?
Regulares hanc approbationem, & veniam ab Epiſcopo obtinentes, an indigent pariter ſui Superioris venia?
Et quid ſi eſſet à ſuo Superiore occultè ſuſpenſus, aut prohibitus: vel publicè per ſententiã ſuſpenſus? Et quid vigore Bullæ Cruciatæ? Ibid.
Confeſſiones cum tali Confeſſario Regulari ſuſpenſo, an ſunt validæ, an iterandæ?

73 *Epiſcopus approbationem circa Confeſſionem, quam Regulari contulit, abſque nova cauſa haud revocat.*
Et quid ſi ad tempus, vel ad beneplacitum indulta fuerit?
Mortuo concedente, talis approbatio, ſeu venia audiendi ſæcularium Confeſſiones, an expirat? Et an ſucceſſor quit eam revocare?
Talis venia non extenditur de loco, ad locum: nec de perſona ad perſonam.
Approbatio Confeſſarij fit, ab Epiſcopo Diœceſano ubi Sacramentum Pœnitentiæ conficitur.
Approbatio, & venia audiẽdi ſæcularium Confeſſiones, non extenditur ad audiendas Monialium Confeſſiones: Imò pro

iſtis nova, ac diſtincta indiget venia.

Confeſſarius ab Epiſcopo Diœceſano approbatus, nequit indulgere Monialibus abſolutionem à peccatis, & cenſuris, itidem tempore Jubilei: niſi fuerit approbatus ad audiēdas Monialium Confeſſiones.

Regulares ſub ſuo gubernio, & cura Cœnobiū Monialiū retinentes, pro earum Confeſſiones, an indigent approbatione, & Epiſcopi Diœceſani venia?

An verò ſufficit venia ſui Superioris?

Epiſcopus nequit omnibus Regularibus de uno Cœnobio Cōfeſſiones interdicere, niſi conſultâ Sede Apoſtolicâ.

74 *Regulares in crimen ſolicitationis in Confeſſione, vel Confeſſionis occaſione patratum ruentes, Epiſcopi, ac Inquiſitorum judicio ſubſunt: & iſti quomodo procedere debent?*

Hoc crimen quomodo probatur, an una, aut tres ſufficiunt fœminæ pro ejus clarificatione?

75 *Regulares ad beneficia ſæcularia, & ad Parochialia aſcendere nequeunt, ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 10. 11.*

Et quid ubi hoc Concilium receptum haud fuit?

In dictis Regionibus, Regularis effectus Parochus ab Imperio ſui Superioris eximitur, & Epiſcopi Ordinarij poteſtate ſubjacet, quoad ſpiritualia, & Sacramentalia tantùm. n. 76.

77 *Niſi ſuperior juriſdictionē, tam ſpiritualem, quàm temporalem retineret.*

78 *Monaſteria, aliaque loca, ac Eccleſiæ Regularium, quocūque modo exemptæ, curam Animarum habentes, quo ad ea, quæ ad Sacramentorum miniſtrationem ſpectant, Epiſcopi Diœceſani viſitatione, ac correctione ſubſunt.*

79 Epiſcopus *Diœceſanus in eos tāquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus procedit.*

80 Epiſcopus *modum conſervādi Sacramentum, Calices, ac ipſius* Eccleſiæ *ornamenta ad ipsā adminiſtrationem ſpectantia inquirit.*

Et contra miniſtrantes ruit, eoſque objurgat, ſuſpendit, ac excommunicat, & ſi renuerint portas eorum frangit.

Oppoſita affertur ſententia.

81 *Niſi Regularis Prælatus juriſdictionem omnimodam, tam temporalem, quàm ſpiritualem retineret.*

82 *Regulares nequeunt abſque* Epiſcopi, *vel Parochi venia ſæcularibus Sacramentum* Eucharıſtiæ, *vel* Extremæ *Unctionis miniſtrare.*

Neque Matrimonia ſolemnizare. Sub excommunicationis ultione.

Et an poſſunt ea ſæcularibus ab-

Digitized by Google

abſente Parocho, vel renuente miniſtrare, neceſſitate urgente?

Et an Novitijs, ſuiſque Converſis, & familiaribus, in eorũ Cœnobio commorantibus, in eoque egrotantibus?

Et quid de ſæcularibus exteris in eorum egrotantibus Cœnobio?

Quid dicendum in die Paſchatis Reſurrectionis?

Et quid quo ad advenas, Peregrinos, & vagos?

Dies Paſchatis Reſurrectionis, quomodo intelligitur?

Et quid ſi unus ex ipſis Regularibus extra Monaſterium egrotans, an ei queunt Regulares Viaticum, ac Extremam Unctionem in ædibus ſuorum parentum miniſtrare?

83 *Altare Viaticum, ac portatile, Epiſcopi permittere nequeũt. Neque Regulares perficere.*

84 *Abbates, alijque Regulares nequeunt Matrimonium ſolemnizare. Sub excommunicationis, & ſuſpenſionis coërctione: oppoſita affertur ſententia.*

85 *Ordines, tam majores, quàm minores ſolus Epiſcopus Diœceſanus confert. Et iſti talem poteſtatem delegare nequeunt.*

Regulares pro ordinibus nanciſcendis, Epiſcopum Diœceſanum adire debent.

Niſi ſui Superiores, alio privilegio ſpeciali muniti fuerint.

Epiſcopus cum Regularibus diſpenſat quo ad interſtitia.

Abbates, qui quaſi Epiſcopalem retinent poteſtatem, minores ſuis ſubditis conferũt ordines, et an Novitijs? infra.

Et cum eis diſpenſant in interſtitijs.

Sum. Pontifex facultatem conferendi minores ordines ſimplici Sacerdoti conferre quit.

Abbates talẽ facultatẽ nõ conferendi minores ordines non habentes, quomodo plectuntur? Si eos conferunt?

Ordinatio ab iſtis collata, an valida, aut iteranda ſit?

86 *Baptiſmi Sacramentum Regulares conficere nequeunt, & quando ſic?*

Epiſcopus *loci Ordinarius ruit contra Regulares non Sacerdotes Miſſæ ſacrificium conficientes, aut ſub prętextu ſanctitatis defunctos non Canonizatos, nec Beatificatos venerantes.*

87 *Regulares extra Monaſterium delinquentes, an, & quando, ab* Epiſcopo *loci Ordinario animadverti poſſunt? Vide nu.* 84. 85.

E*t quid ſi in Monaſterio cõmorãtes extra illud cum Populi ſcandalo deliquerint? n.* 87.

E*t quid ſi in fragãti fuerint capti, aut de fuga dubitetur? n.* 88. 99. 90. 91. 92. 93.

E*t quid ſi in officio publico deliquerint, an in carceribus ejudẽ* Epiſcopi?

Digitized by Google

94 *Epiſcopus in* Eccleſijs, *&* *locis exemptis pro Tribunali ſedere nequit, n.* 95.

96 *Nec Thronum alatum erigere valet.*

97 *Oppoſita recenſetur ſententia, quo ad* Eccleſias *Regularium: & an iſtos compellere_, quit, ut baldachinum, præparent? n.* 98.

99 *Epiſcopus exterus in* Eccleſijs *Regularium Pontificalia_ exercere nequit. Itidẽ de Superioris illius loci venia. Sed vide n.* 200.

100 *Titulati, alijque Domicelli conſueſcentes in* Eccleſia *erigere Thronum alatum, an prædictæ conſuetudini deferendum_ ſit?* 101.

102 *Jure Canonico antiquo, multa præcepta fuerunt impoſita_ pro conſervatione Monialium clauſuræ; ſed onus eam conſervandi nemini indictum fuit.*

Bonifacius VIII. in cap. periculoſo de Regular. in 6. egreſſum Monialium interdixit, exceptis caſibus certi morbi; quod per non uſum inolevit.

Et Concilium Tridentinum inſtauravit. Sub excommunicationis ſententia, ipſo facto, onuſque conſervandi Epiſcopis, & Regularibus Superioribus impoſuit.

Gregorius XIII. omnibus generaliter interdixit ingreſſum_ Monaſteria Monialiũ ſub quovis facultatis ingrediendi obtentæ prætextu; omneſque facultates conceſſas itidem à Sum. Pontificibus revocavit. Sub excommunicatione Sum. Pontifici reſervata.

Pij V. & Pauli V. Conſtitutiones afferuntur.

Ingrediens Monialium Monaſteria, nõ ſub prætextu facultatis; ſed auctoritate propria nõ incidit in excommunicationem reſervatam. Oppoſita refellitur ſententia.

Et quid ſi ingreſſus fuerit ad malum finem?

103 *Epiſcopi loci Ordinario fuit onus injunctum conſervãdi Monialium clauſuram, in Monaſterijs ſibi ſubjectis, & in exemptis, & Sedi Apoſtolicæ ſubjectis ex delegatione, ac Regularibus Superioribus in Monaſterijs ſub eorum cura, & gubernio viventibus.*

104 *Epiſcopi toto pectore invigilare debent pro clauſura Monialium conſervanda, ſub obteſtatione Divini Judicij, & interminatione maledictionis æternæ.*

Chriſtus Deus noſter Virginitatem adamauit, eamque_ crebò commendavit. De Virgine naſci voluit, eiq; Virum virginẽ aſſignavit. Joannẽ Virginem Evangeliſtam teneré dilexit.

Veh illis, qui illicitis colloquijs, harum Virginum Deo ſa-

cra-

Digitized by Google

crarum aures contaminare attentant.

Veh Prælatis, Superioribusq; qui tales alloquutiones non obtruncãt, atque depellunt.

105 *Epiſcopi, & Regulares Superiores ſervare debent clauſuram, non tantùm materialiter, ſed formaliter.*

Impediẽdo ingreſsũ extraneis intra Cœnobij ſepta, et Monialibus egreſſum, ac aliorũ acceſſum ad Moniales inviſendas, ac cum eis colloquendi.

Epiſcopus quit per edictum ſub cenſuris interdicere, itidem Regularibus, & exemptis, ni ad Cœnobia Monialium ad alloquendum cum eis accederent.

106 *Oppoſita quo ad cenſuras refertur ſententia, & ſub diſtinctione reſolvitur n.* 107.

108 *Et quid pro alijs pœnis itidẽ in Epiſcopi Synodo indictis?*

109 *Regulares in primo, vel ſecundo cõſanguinitatis gradu cõjuncti valent, de Epiſcopi venia per quatuor vices quolibet anno cum Monialibus alloqui.*

110 *Epiſcopus quit Monaſteria Regularium, ac exemptarum pro clauſuræ conſervatione, viſitare, nõ autem de alijs Monialium exceſſibus inquirere.*

Eaq; tunc viſitat Monaſteria itidem ſecluſa Regularium, ac exemptorum negligentia, eiſque irrequiſitis. Et ſi renuerint oſtia clauſa frangit, eaſq; claudentes excommunicat, ipſo facto, abſque monitione.

Intellige ſi de clauſuræ fractura publicè conſtiterit.

111 *Epiſcopus, & Regulares Superiores licentiam ingrediendi intus Monialium Monaſteria, pro libitu cõcedere nequeũt, niſi in caſibus neceſſarijs. Et ſecùs agendo, in quas ruunt pœnas? recenſentur.*

Nec iſti pro libitu ingredi debent, niſi urgente neceſſitate, & quomodo?

Epiſcopus nequit introire Monialium Monaſteria, ſub Regularium cura degentia, abſque Superioris Regularis venia, in ſcriptis.

In pœnas indictas contra Epiſcopos ingredientes in Monialium Cœnobia, in caſu non neceſſario, non ruunt Vicarij Generales, ac cæteri Prælati ſæculares quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes: etenim leges contra eos non loquuntur.

112 *Neceſſitas ingrendiendi materialis non phyſica eſſe debet. Caſuſque neceſſarij afferuntur. Et in iſtis urgẽte neceſſitate, & periculum ſi in mora conſiſterit, de Abbatiſſæ venia, voce datâ ingreditur.*

In cæteris caſibus ſolus Sum. Pontifex legibus clauſuræ diſpenſat, & Epiſcopi, & Regulares Superiores in caſibus neceſſarijs.

Ad

Ad hoc ut in pœnas indictas ruatur, clauſura ſtrictè ſumenda eſt.

113 *Moniales ad clauſuræ leges devinciuntur ſub cenſuris Sum. Pontifici reſervatis.*

Intellige ſub diſcrimine, & differentia, quæ conſideratur inter Superiores valentes impedire, & impediunt; & cæteras privatas Moniales. Laxè diſcurritur materia.

Hoc idem procedit reſpectu Superiorum Regularium, & cæterorum privatorũ Monachorũ

Bonacinæ opinio reijcitur.

Ingredi facientes, & permittentes ſub prætextu facultatum, in quas ruunt pœnas?

Et quid de laicis cooperantibus ingreſſui illicitum?

114 *Egreſſus è Monaſterio, Monialibus interdictus eſt: niſi in caſibus huic aſſignatis. Et quæ ſint recenſentur, & affluentes vannantur caſus incendij, lepræ morbi, & epidemiæ, ac Belli, & Monaſterij ruina, n.* 115.

116 *Periculũ Mortis violentæ, ſi immineret, an quit Monialis abſque Superioris licẽtia è Monaſterio exire?*

117 *Etiam ſi morbus contagioſus graſſaret.*

118 *Egreſſus è Monaſterio, itidem cauſa neceſſitatis urgente, fieri non permittitur abſque Superioris licentia.*

119 *Licentia in hiſce neceſſitatis cauſis concedenda eſt per Epiſcopum loci Ordinarium, & per Regularium Superiorem, ſi Monaſterium ſub eorum regimine vivit, aliàs per Epiſcopum objurgãtur Moniales aliter facientes. Et quid ſi unus ex eis renuerit cauſam quamvis legitimam approbare?*

120 *Monialis, ſi de uno Monaſterio, ad aliud transfertur, ut alias inſtruat, reformet, aut puniat, venia Sum. Pontificis neceſſaria eſt.*

Monialis incorrigibilis è Monaſterio eijci minimè poſſit.

Cap. fin. de ſtat. Monachor. perpenditur.

Monialis incorrigibilis trãsfertur de uno ad aliud Monaſterium, ſi ſpes coërctionis ſupereſt.

121 *Prælatus licentiam ingrediendi Monaſteria cencedens non ob juſtam cauſam, in quas pœnas ruat?*

122 *Et in quas, quilibet ingrediens, non malo tamen animo? n.* 123.

Monialis, quæ tempore profeſſionis revocavit animum clauſuram non ſervare, in allatas incidit cenſuras.

Præpoſitus Eccleſiaſticus, pro clauſuræ conſervatione, valet ſæcularis Imperij operam expoſcere, & impertire ſuum brachium tenetur ſæculare Imperium ſub cenſurarum pœna.

Re-

Recens adducitur caſus.

Monialis egrediẽs è ſuo Monaſterio, & ad aliud immediatè proximum ſe conferens, an duas frangit clauſuras?

Parvitas materiæ, an datur circa violationem clauſuræ? nõnulli recenſentur caſus.

124 *Mulieribus interdictum eſt ingredi Monaſteria virorũ.*

125 *Novitiæ ante emiſſam profeſſionem, ab Epiſcopo loci Ordinario examinari debent.*

Quod perficere quit per ſuum deputatum.

Examine omiſſo, Epiſcopus delinqueret, & Abbatiſſa peccaret, nõ tamẽ Profeſſio erit nulla.

Profeſſio in Mortis articulo emanata inſtante Abbatiſſa valida eſt.

Et an ex ea Monaſterium ſuccedit Moniali, & lucretur dotem?

126 *Regularis ſi poſt emiſſam profeſſionem, eam inficiari per nullitatis remedium prætenderit; infra quinquennium eam adducere debet, & coram Epiſcopo loci Ordinario, & Superiore ſui Ordinis, ubi profeſſionem confecit.*

Et ſi ante propoſitatam nullitatem habitum dimiſſerit, comprimendus eſt, ut redeat ad Monaſterium, & habitum reaſſumet.

127 *Niſi juſta acceſſet cauſa, & quæ ſit recenſetur.*

128 *Nullitatis profeſſionis ſententia pronunciata per unum ex recenſitis Prælatis tantùm, nullius roboris eſt.*

129 *Epiſcopus ſolus cognoſcit de nullitate profeſſionis emiſſæ Monialium, ſi Monaſterium Epiſcopatui fuerit unitum.*

130 *Quinquennium currit à die, quo fuit emiſſa profeſſio, tam tacita, quàm expreſſa.*

Quinquennio expirato, an & quando quit Regularis de profeſſionis nullitate dicere?

131 *Quinquennium an currit contra minores, & ignorantes?*

Et quid ſi legitimum adſuit impedimentum?

132 *Quinquennio expirato, an diſpenſatio Sum. Pontificis ſit neceſſaria?*

Et quid ſi cauſa nullitatis ex metu ſuboritur?

Cauſam metus influens, ſi itidem poſt quinquennium duraverit, quinquennium non currit.

Metus quando dicitur verè expiatus?

Ex cohabitatione diuturna cum fratre majore, an ratificatio inducitur?

Quinquennio expirato, quãdo reſtitutio competit?

Eccleſia termino principali expirato non auditur, eique beneficium reſtitutionis in integrum competit.

Remedium extraordinarium

re-

Digitized by Google

reſtitutionis in integrum à Sum. Pontifice expoſcendum eſt.

Conciliũ Baſilienſe nemo ex Sum. Pontificibus approbavit, idque Leo X. in Concilio Lateranenſe reprobavit, exivitque ab eo Baſiliſcus.

Concilium Conſtantienſe generale haud fuit, nec unquam approbatum.

133 *Actus confecti poſt nullam profeſsionem ſunt nulli, ita & renunciatio. Recenſiores Regni deciſiones afferuntur.*

In judicio nullitatis profeſsionis, an acciri debent intereſſe habentes in ſucceſsione, et quomodo? laxè vannantur materia, deciſiones Regni Siciliæ recentes afferuntur.

134 *Metus illatus à perſona, cui reverentia debetur, ſufficiẽs eſt ad inducendam nullitatem, ſi minæ præceſſerint, ac aliæ circumſtantiæ, quæ ibi referuntur.*

Et quid in ſorore minore cum fratre majore inſimul cohabitante?

135 *Metus, qui cadere debet in conſtantem virum, ſufficiens eſt, ad annullandam profeſsionem.*

136 *Judicis arbitrio relinquitur, an metus ſit ſufficiẽs ad annullandam profeſsionem?*

137 *Nullitas profeſsionis convalidatur per novum voluntarium conſenſum, non ob ſuſceptionem Ordinis.*

Et per tacitam profeſsionem quando cenſetur ratificata profeſsio?

Tacita profeſsio quænam ſit adducitur.

138 *Conſcius de nullitate, ſi in Religione perduraverit per annum à die ſcientiæ, animo eam ratam habẽdi, verè dicitur profeſſus.*

139 *Profeſsio confecta abſque informatione, de naturalibus nulla eſt. Vide 140. Et quid in ære alieno implicato? Ibid.*

141 *Superiores Regulares haud plectuntur, ſi Novitium abſque allata informatione receperint.*

142 *Annus profeſsionis cõtinuus, non interpellatus eſſe debet.*

143 *Tempora non conjunguntur pro anno probationis complendo.*

144 *Novitius de Superioris venia exeundo, habitumq; retinendo, juſtâ accedente causâ, nullitatem profeſsionis haud committit.*

Juſta affertur cauſa. Ibid.

145 *Etiam ſi indulgendi permiſſum exeundi, eſſet irrationabile.*

Novitius retento habitu, abſque Superioris venia, vel cum venia, indebitè indulta exierit, dummodò ad Monaſterium redire intendat, annum probationis haud interrumpit. Ibid.

146 *Novitius, anno probationis, renunciare nequit, & profeſsio ante annum probationis emiſſa nulla eſt. Ibid.*

Re-

147 *Religioſo unius Monaſterij profeſſo an, & quando permiſſum eſt ad aliud arctiorem tranſire Monaſterium?*

Et in hoc alio Monaſterio, an tenetur novum perficere novitiatum, & profeſſionem?

Et quid ſi Abbas, Rector, vel Præfectus fuerit in alio Monaſterio electus?

Tranſitus ad laxiorem locum illicitus eſt.

Niſi juſta adfuerit cauſa, prævia tamen Sum. Pontificis diſpenſatione.

Talem facultatem Superiores Religionis quando concedere poſſunt?

Mendicantibus nũ eſt indulgenda facultas ſe transferendi ad aliud Monaſterium, niſi ad Carthuſientiũ regulam ex Sum. Pontificis placito.

Juſta, & legitima tranſeũdi ad aliud Monaſterium cauſa quænam ſit, recenſetur.

148 *Epiſcopus loci Ordinarius quit Monialium numerum præſcribere, in Monaſterijs ſibi ſubjectis, ac exemptis, ad hoc ut commodè ſuſtentari poſſint.*

Profeſſio Monialis extra numerum ab Ordinario præſcriptũ nulla eſt. Ibid.

Oppoſita affertur ſententia, quam veriorem eſſe demonſtratur. Ibid.

149 *Monaſterio in egeſtate laborante Moniales quomodo alendæ ſunt?*

150 *Dos primo Monaſterio tradita, ubi profeſſio emiſſa fuit an ad iſtius remanet beneficium, an verò cum ipſa Moniali ad aliud trãſfertur Monaſterium?*

151 *Oppoſitæ recenſentur opiniones, n. 152.*

153 *Optima exponitur diſtinctio.*

154 *Alimenta prædictæ Moniali, quomodo taxanda ſunt?*

155 *Eliminationem Monialis è Monaſterio ob inopiã, impiã, ac incõſentaneã eſſe demonſtratur.*

156 *Monaſterium, ut è ſuis elevetur neceſſitatibus, valet aſtringere Moniali propinquos, ut eidem Moniali dotem aſſignent congruam.*

157 *Totum transferre poſſit Monaſterium ad aliud Monaſteriũ ejuſdem Ordinis, ob inopiã tranſlati.*

158 *Epiſcopus loci Ordinarius pro ſuſtentatione Monaſterij inopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, quit omnes eleemoſynas ad hujuſce Monaſterij inopis beneficium applicare: & quæ ſint iſta eleemoſynæ recenſentur.*

159 *Moniales adverſus Monaſterij creditores, poſſunt ſe tueri beneficio cap. Odoaldus de ſolutionib. quia ratio, quæ adducitur pro Clericis militat itidẽ in eis.*

160 *Novitius è Monaſterio egrediente cuncta, quæ detulit bona recuperat, & pro eis recuperãdis valet Epiſcopus loci Or-*

dinarius Regulares Superiores compeſcere.

Epiſcopus valet contra Regulares, & exemptos irruere, pro reditione computorum, in exequutione pię teſtatoris volũtatis, eoſque pro improba adminiſtratione compeſcere.

161 *Regulares, & exempti in omnibus, quæ Epiſcopalis Ordinis ſunt, Epiſcopo ſubſunt.*

162 *Regulares ſubminiſtrantes Sacramentum Extremę Unctionis, & Eucharistiæ laicis, & Clericis, ab Epiſcopo plectuntur.*

163 *Epiſcopus interdicere poteſt Regularibus, ni indulgentias de novo ipſis conceſſas, abſque ſua venia publicent.*

164 *Epiſcopus loci Ordinarius quãdo valet Regulares, & exẽptos excommunicare? cum ſeqq.*

165 *Alij caſus, in quibus Epiſcopus poteſt Regulares excommunicare adducuntur.*

166 *Ex privilegio ſpeciali, nequeunt Regulares ab Epiſcopo excommunicari.*

Et qui ſunt iſti tales Regulares afferuntur.

167 *Epiſcopus quit Regularem per ſuum Superiorem excommunicatum, è commercio ſuorum ſubditorum evitare; ſed nequit eum excõmunicatum declarare.*

168 *Regulares etiam privilegiati poſſunt ab Epiſcopo excommunicari, & quando?*

169 *Exempti, & Regulares reſiſtentes Epiſcopi ordinationes exequẽti, ab eo excommunicantur.*

170 *Epiſcopus quit ſtatuere, ni Monachi exempti, ac omnes Regulares accedant ad Monialium Monaſteria ſub excommunicationis pœna: etiam ſi Monaſterium ſub aliorum Regularium cura maneret.*

171 *Exemptio ex privilegij lectura ſcatet, & an* Epiſcopus *valet exemptos cogere, ut eorum privilegium oſtenderent?*

Novitij an eadem fruuntur immunitate?

172 *Quinam ſunt exempti ab Epiſcopi poteſtate, recenſentur nonnulli.*

173 *Oblati, an & quando exẽptionis Clypeo potiuntur? 174.*

175 *Confraternitates laicorum, in quibus caſibus* Epiſcopi *Imperio ſubſunt?*

176 *Immunitas non commenſuratur ratione loci.*

177 *Hoſpitalia, & Confraternites quando Eccleſiaſticæ dicuntur? n. 178. 179. ad 185.*

186 *Regias Cappellas, Cappellanias, & Cappellanos Epiſcopus non viſitat, & quando ſic, ibidem.*

Et quid de Confraternitatibus exiſtentibus in Religioſis Domibus. n. 187.

188 *Regularis, & exemptus ſuũ interimens Abbatem, vel Superiorem actualiter degradatur,*

Ca-

Curiaque traditur ſæculari.

Neque immunitatis Eccleſiaſticæ Clypeo potitur. Ibid.

189 *Et ſi venenum in fulcro, paravit ſuo Superiori, proditorium patrat.*

190 *Epiſcopus loci Ordinarius cunctos Clericos, Regulares, & ſæculares corrigit, ac punit ſi deliquerit, & quando?*

Epiſcopus ſi in viſitatione exceſſerit, recuſatur. Ibid.

191 *Abbas exemptus quit Mitram auri phrygiatam geſtare, ſed non argenteas laminas neque gemmas;*

Niſi Epiſcopali, vel quaſi retineret jura.

Abbas territorium pleno jure ſubjectum, & diſtinctum habens, & juriſdictionem ſpiritualem, exercēs, nullius dicitur Diœceſis, & ab Ordinario exēptus eſt.

Eique cuncta competunt jura Epiſcopalia juriſdictionis, quæ in ſua Diœceſi competunt Epiſcopis.

Non tamen ea, quæ Ordinis ſunt; licèt primam confert tonſuram ſubditis ſuis.

Dicitur Ordinarius, quia contenſioſā habet juriſdictionē.

192 *Jus viſitandi habet, & de cauſis criminalibus, ac Matrimonialibus cognoſcit. Synodum convocat, Campanas benedicit, Denunciationes in Matrimonijs, ex cauſa remittit, veſtes, ac Calices benedicit, concurſum ad Beneficia curata inſtituit; Vicarios, ac Æconimos deputat, Studia, lectiones ſacræ ſcripturæ, ac ſeminaria erigit.*

Suos abſolvit Monachos ab excommunicatione.

Abbas prædictus exemptus de hæreſi non cognoſcit.

Eccleſias, ac perſonas interdicit; Literas monitoriales relaxat, ſubditum pro debito ſuæ Eccleſiæ excommunicat.

Abbas ſuum habens territorium proprium, ac Diœceſim abſolvit, ac diſpenſat in caſibus, & irregularitatibus, de quibus in Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.

Caſus reſervatos ſtatuit, Cōfeſſarios ad audiēdas Cōfeſſiones approbat; diſpenſat ſuper votis.

193 *Abbas talia jura Epiſcopalia, ac quaſi retinens; Beneficiorum ſibi proximè ſubjectorum reſignationem admittit; nec in eis valet Epiſcopus ſuas apponere manus.*

Reſignationem hujuſcè beneficij admittit, ſed nō confert, quippè neque cæteri Ordinarij conferre poſſunt, niſi conſulto Sum. Pontifice, à quo oraculum aſpectare debent, cum præſcriptione circa modum, & formam recipiendi talem reſignationem: aliàs nulla erit acceptatio. Reſignationem puram, & ſimplicem recipere poſſunt

Ordinarij, abſque condictione, & pactione, aliàs in cenſuras, & pœnas contra Simoniacos indictas ruunt.

Bulla B. Pij V. 58. recenſetur.

194 *Reſignatio ad alterius favorem facta, an Simoniacam ſapit naturam?*

Oppoſitæ afferuntur opiniones.

Vera, & magis ſolida adducitur.

Et quid ſi ſub penſione dimittenti ſolvenda, beneficium fuit reſignatum?

Beneficij permutatio an permittitur?

195 *Ordinarius an permutationem beneficij admittere poteſt? ſi juſta acceſſerit cauſa, & quæ ſit juſta cauſa recenſetur.*

Utilitas, & neceſſitas unius Eccleſiæ an ſufficit?

Utilitas, & neceſſitas conſtare debet, nec ſufficit aſſertio Ordinarij de ea.

Conſenſus Patroni an ſit neceſſarius?

Patrono abnuente, & reclamante, ſi juſta acceſſerit cauſa, an valida eſſet permutatio? an verò irritanda?

Patrono tacente, conſenſus ejuſdem promitur.

Patroni conſenſus ſufficit, ut præſtetur poſt permutationem; Reſignatio per Ordinarios admittenda eſt juſtis accedentibus cauſis in cap. niſi cum pridem de renunc. & in Bulla Pij V. 58. contentis. juſtæ cauſæ ſigillatim recenſentur, & examinantur.

196 *Senis, & Infirmi reſignatio arbitrio Judicātis recipitur, idemet corporis vitiatorum.*

Cęci, Claudi, vel corpore vitiati beneficiū reſignare queunt.

Itidem, & criminoſi, ſi delictum vacationem ipſo jure non traheret, excommunicatus, bannitus, dæmoniatus, & mutus reſignat.

Retinens plura beneficia incompatibilia, ad reſignationem primi admittitur.

197 *Incompatibilitas beneficiorum ſcatet, ſi unum ſufficiens eſt ad congruam vitæ ſuſtentationem, vel ſi reſidentiam exquiruntur.*

Intellige, ſi ſecundum adeptū minimè fuerit: etenim poſt adeptionem ſecundi, primum ipſo jure vacare dicitur, & reſignatio non permittitur.

Reſidentia continua, & pręciſa, quæ tituli, & beneficij privationē infert, incompatibilitatem inducit: at ſecùs ſi temporalis ſit?

Ex Sum. Pontificis diſpenſatione poſſunt plura beneficia incompatibilia retinere.

198 *Per Matrimonium ratum de præſenti, licèt non conſumatum, reſignatio admittitur.*

In-

Intellige ante contractum Matrimonium, aliàs eo jam contracto, reſignatio non admittitur, & collatio erit nulla, quia beneficium ipſo jure vacat, quod ſecùs eſt, ſi per ſponſalia fuerit Matrimonium contractum, & copula ſequuta: quoniam per ea beneficium non dicitur vacare.

Et quid ſi Matrimonium fuerit nullum? affluĕter articulus vannatur.

Per ingreſſum in Religione reſignatio admittitur.

Ob capitalem inimicitiam contractam inter Beneficiatum, & alias perſonas, ex qua tutus non datur Beneficiato acceſſus, ad Eccleſiam reſignatio admittitur.

199 *Ob futurum ſcandalum admittitur reſignatio.*

Admittitur pariter reſignatio ob præſentem ſcandalum.

Intellige ſi hoc promerit, ex mala Beneficiati vita, at ſecùs ex verſutia calumniantium: Vide ibi affluenter calumniatorum materiam.

Beneficiatus dans ſcandalũ plectitur, & quomodo?

Si ex ſcandalo oritur irregularitas, reſignatio admittitur: Caſus iſti recenſentur.

Beneficiato excambium aſſignandum eſt.

200 *Abbas prædictus in ſua Eccleſia quit convitare alterum Catholicum* Epiſcopum, *ut confirmationis Sacramentum conferat, ac Pontificalia exerceat.*

201 *Abbas prædictus ea, quæ committuntur per Concilium & exequuntur per Ordinariũ, exequi poteſt.*

Abbas benedicendus eſt ab Epiſcopo; *Intellige ibidem.*

202 *Abbate negligente, non Ordinarius* Epiſcopus, *ſed Sedes Apoſtolica ſubintrat.*

203 Epiſcopus, *& Abbas nequeunt in obſidem Clericum vel Monachum tradere. Oppoſita aſſertur ſententia.*

Monachum, vel Clericum detinens de Superioris venia in cenſurarum pœnas minimè ruit.

204 *Contentio juriſdictionis in exemptos ſpectat ad Pontificẽ.*

205 *Epiſcopi facultas circa Monaſteriorum ædificationem, recenſetur laxè.*

206 *Sine Epiſcopi licentia, an poteſt reædificari Eccleſia, vel Monaſterium?*

Et ad eam indulgendam quid requiritur?

Non ſufficit ſola licentia Epiſcopi, ſed requiritur itidem licentia Pontificis.

Utraque aſſertur opinio, aſſirmativam veriorem eſſe demõſtratur. Et quid in translatione Monaſterij de uno loco ad aliũ?

Parochi, Populi, ac aliorum Religioſorum conſenſus eſt neceſſarius, & an ſufficit tacitus, &

& præſumptus ſine alia ſcriptura?

Et quid ſi redditus non ſufficiunt pro ſuſtentatione 12. *Religioſorum, diſtantia quatuor milliariorum an ſit neceſſaria?*

E*t quid ſi injuſtè Epiſcopus renuerit allatum concedere veniam? Ibid.*

207 E*piſcopus poteſt unire beneficia: non autem Prælati inferiores.*

208 *Prælati inferiores non poſſunt concedere dimiſſorias.*

209 E*piſcopus poteſt unire beneficia, ac Eccleſias.*

210 E*xemptas autem minimè poteſt, neque dividere.*

211 *Nec Monaſteria uniri poſſunt.*

212 *Neq; poteſt unire beneficia regularia alijs Cathedralibus.*

213 *Eccleſiæ Parochiales uniri poſſunt Monaſterijs, & Abbatijs; ſed iſtas, &* Eccleſias Epi*ſcopales ſolus Pontifex unit.*

214 *Unio eſt odioſa.*

215 *Ex juſta cauſa perfici poteſt.*

216 *Debet concurrere paupertas utriuſque* Eccleſiæ.

217 *Sed non ſufficit unius.*

218 *Debet clarificari paupertas utriuſque Eccleſiæ.*

219 *Sunt citandi Parochiani.*

220 *Requiritur conſenſus Prælati inferioris, & Patroni.*

221 *Itidem conſenſus omnium Pa tronorum.*

222 E*tiam ſi non contradicant Patroni.*

223 *Citari debet Capitulum: & requiritur ejus conſenſus.*

224 *Sine Capituli conſenſu irrita eſt talis unio.*

225 *Conſuetudo in contrarium non favet.*

226 *Neceſſariò requiritur talis conſenſus.*

227 *Sufficit, ut talis conſenſus ſubſequatur.*

228 *Sed non poſt tentatam nullitatem unionis.*

229 *Ut unio ſit valida, eſt exprefſandus valor Eccleſiæ.*

230 *Parochi ſunt citandi.*

231 *Capituli conſenſus poteſt præſumi, qui ſinè conſenſu Apoſtolico non prodeſt.*

232 *Si contradictio eſt injuſta, poteſt* Epiſcopus *facere unionē.*

233 *Bona beneficij uniti tranſferuntur ad* Eccleſiam, *cui facta eſt unio talis: alienatio ſinè Apoſtolico conſenſu, eſt nulla. Ibidem.*

234 E*tiam onera tranſferuntur. Inſuper privilegia, & honores; ſi tamen unio non per extinctionem, ſed per acceſſionem facta ſit.*

235 *Unio debet peragi ante ipſā vacationē: ſed ubi agitur de beneficio pleno, non vacante.*

236 N*equit* E*piſcopus unire beneficia perpetua reſervatione reſervata.*

237 *Neque beneficium devolutum*

tum ad Pontificem ob negligentiam non conferentis.

238 *Ad unionem faciendam nõ eſt neceſſaria citatio unius ex Plebe, quæ ſimul poteſt ſeſe opponere.*

239 *Unio beneficij jurispatronatus ſine conſenſu Patroni, nulla eſt: nec poteſt præſumi.*

240 *Unio perpetua permittitur, non temporalis. Beneficia unius Diœceſis non poſſunt uniri loco pio alterius, neque Capitulo; neque menſæ Epiſcopali.*

241 *Solus Pontifex id poteſt.*

242 *Beneficia ſimplicia poſſunt uniri Seminario jam conſtructo, non conſtruendo.*

243 *Legatus à Latere poteſt unire beneficia, quę confert.*

244 *Cæteri Epiſcopi id poſſunt ex privilegio, vel præſcriptione.*

245 *Regulariter Epiſcopi non habent hanc facultatem.*

246 *Vicarius Generalis cum ſpeciali mandato poteſt unire beneficia.*

247 *Capitulum Sede Vacante id poteſt; ſed non ſibi.*

248 *Unio eſt odioſa, adeòque cauſa ipſius debet probari, non præſumi.*

249 *Per quadragenariam clarificatur.*

250 *Unio probatur per inſtrumentum, & litteras, vel enunciationem: aut confeſſione partis adverſæ.*

251 *Unione diſſolutâ beneficiũ vacat.*

252 *Unio eſt valida, etiam ex falſa cauſa, licèt revocabilis.*

253 *Si utraque* Eccleſia *ſit facta dives, poteſt peti diſſolutio unionis.*

254 *Summus* Pontifex *diſpenſat ſuper irregularitate, ex corporis deformitate.*

255 Epiſcopus, *& Prælatus quãdo poteſt diſpenſare?*

256 *Vitia corporis ab* Epiſcopo *decernuntur.*

257 *Ad* Epiſcopum *ſpectat arcere, vel admittere ad Ordines etiam exemptos ob corporis deformitatem.*

258 *An Superiores Regulares poſſint ſuos illiteratos ad Ordines praesentare?*

259 *Solus Põtifex potest diſpẽſare ſuper irregularitate ex homicidio publico, vel occulto oriente.*

260 *Neque* Episcopi, *neque Prælati Regulares id poſſunt, niſi ex ſpeciali privilegio.*

261 *Secùs ſi delinquens fuerit abſolutus in foro externo.*

262 *Quando inſuper id poteſt.*

263 *Quando verò non poteſt.*

264 *Qui pugnat in Bello, quando non dicitur irregularis?*

265 Etiam *ſi plures interfecti fuerint?*

266 *Beneficiatus effectus irregularis, quid agere debet ad ſui favorem pro beneficio?*

267 *Idem militat pro laico aſſiſtente in Bello juſto, ſi beneficium expetit.*

Qui

268 *Qui eſt in ſacris militans in Bello juſto ſi non occidit, aut mutilat propria manu, non eſt irregularis.*

269 *Bellum aliquando dicitur juſtum, aliquando injuſtum.*

270 *Ex juſta cauſa indicendum.*

271 *Regi competit Bellum indicere.*

272 *Et commercium hoſtium interdicere.*

273 *Odium non eſt juſta cauſa Belli; ſed Juſtitiæ zelus requiritur.*

274 *Pro Bello injuſto tenentur ad reſtitutionem indicens.*

275 *Quando Bellum eſt injuſtũ?*

276 *Alia cauſa Belli injuſti.*

277 *Epiſcopus quando poteſt diſpenſare ſuper irregularitatibus ex occulto delicto?*

278 *Quando autem non poteſt?*

279 *Quod dicitur membrum?*

280 *Digitus non eſt membrum?*

281 *Irregularitas ex bigamia ad ſolum Pontificem ſpectat.*

282 *Quæ eſt vera bigamia?*

283 *Quæ eſt interpetrativa?*

284 *Epiſcopus diſpenſat ſuper bigamia ſimilitudinaria.*

285 *Epiſcopus diſpenſat ſuper irregularitate ex defectu natalium, quoad ordines minores, & ſimplex beneficium ſolummodo.*

286 *Epiſcopus non poteſt diſpẽſare ſuper irregularitate ex publica infamia juris ſcatente.*

287 *Poteſt autem pro meri facti infamia; non autem Prælati Regulares ſi delictum fuerit in foro contentioſo.*

288 *Quænã eſt Juris infamia?*

289 *Delinquens confeſſus, vel convinctus in judicio patitur juris infamiam.*

290 *Quænam eſt infamis infamia facti?*

291 *Infamis ex delicto non debet promoveri ad dignitates.*

292 *Imo removendus ex ea, ſi delictum eſt ipſo jure publicum.*

293 *Vitæ emendatio tollit infamiam.*

294 *Epiſcopus ſi tutus non vivit in ſua Diœceſi, poteſt in loco viciniori, & digno ſuam exercere juriſdictionem, petitâ veniâ ab illo Diœceſano.*

295 *Epiſcopus poteſt in exemptos agere ratione membrorum, ſivè cappellarum.*

296 *Exempti non ligantur Epiſcopo ad jus reverentiale.*

Epiſcopus non objurgat delinquentem in Eccleſia, vel Cœnobio Regularium: Recens adducitur caſus. Nec extra illud, ſi Superior illius loci ubi patratum fuit delictũ ſpiritualem, & temporalem retineret poteſtatem.

Contra talem delinquentem ruit Imperium ſæculare: quia mixti fori eſt, & preventioni locus eſt.

Epiſcpus cognoſcit Regularem extra Monaſterium commo-

mo-

morantem, & domicilium privatum retinentem, tam ratione delicti, quàm contractus, ſi abſque Superioris venia extra Monaſterium habitaverit.

297 *Epiſcopus poteſt animadvertere in exemptos, ſi ejus mandata ſpernunt.*

298 *Epiſcopus cognoſcit exemptorum crimina, quæ requirunt ſolemnem degradationem.*

299 *Ordinarius punit exemptos exercentes illicitas negotiationes, extrà locum exemptum.*

300 *Etiam punit eos, qui gravant beneficium ſpectantē ad* Epiſcopi *collationem.*

301 *Etiam punit eos, qui publicè prædicant contrà Conceptionem B. Virginis; licèt illi ſint exempti.*

302 *Sola privilegij exhibitio, an ſufficiat contrà Ordinarij exercitium?*

303 *Et quid requiritur pro exēpto?*

304 *Sententia* Epiſcopi *Frances de Compet. in quæſt.* 88. *n.* 15. *affertur.*

305 *Titulus etiā eſt exhibēdus.*

306 *Regalia &c. non poſſunt detineri abſque privilegio.*

307 *Tituli exhibitio, vel præſcriptio eſt neceſſaria.*

308 *Regulares eximuntur ab Epiſcopi poteſtate; præſcriptione.*

309 *Præſcriptio eſt legitimus titulus.*

310 *Quomodo fundatur præſcriptio?*

Exempti præſcripti valent opponere, & eludere Epiſcopi præſcriptionem. Ibid.

311 *Epiſcopus à ſua expulſus Diœceſi, quit extra eam, & in loco viciniori commorare, & ibi jus dicere, ètiam in aliena Diœceſi: & quando?*

312 *An* Epiſcopi *poſſunt recuſari uti ſuſpecti.*

313 *Omnes Judices uti ſuſpecti recuſari poſſunt.*

314 *Qui non recognoſcunt Superiorem, non poſſunt recuſari.*

315 *Judices recuſantur ante litis conteſtationem: niſi nova ſupervenerit cauſa. Ibid.*

316 *Coram quo proponitur Epiſcoporum ſuſpicio?*

317 *Arbitri eliguntur ſi eſt abſens Superior; ſed eo præſente definitur ſuſpicionis cauſa.*

318 *Vicarij, ſuſpicio coram Epiſcopo definitur, ſi eſt præſens.*

319 *Nuncius, & Legatus cognoſcit de ſuſpicione ſui Auditoris.*

320 *Quomodo Judex definit alterius Judicis recuſationem?*

321 *Si præſens eſt Superior, Arbitri non ſunt eligendi: ſecùs ſi eſt abſens.*

322 *Arbitrorum electio putatur in aulis abolita.*

323 *Quænam verior ſententia ex duobus allatis?*

Digitized by Google

324 *Per jus Canonicum Judex Ordinarius poteſt recuſari.*

325 *Judici ſervandus honor eſt.*

326 *Judex ſuſpectus non amittit juriſdictionem: nam ſuſcipio hanc; ſed perſonam ferit.*

327 *Arbitrorum electio, an ſit abſolutè facienda pro Ordinarij recuſatione?*

328 *Regni Siciliæ obſervantia circa hoc punctum.*

329 *Exempla Vicarij, Auditoris, &c. non officiunt noſtræ ſententiæ.*

330 *Totum hoc non militat in recuſatione Ordinarij.*

331 *Recuſatio eſt peragenda coram eo, ex quo ſcatet juriſdictio.*

332 *Epiſcopus ſolum Chriſtum, & Pontificem recognoſcit Superiorem juriſdictionis.*

333 *Recuſatio non aſſimulatur appellationi.*

334 *De Epiſcopo non appellatur ad Epiſcopum.*

335 *Sentētia contraria verior eſt.*

336 *Recuſatio, & appellatio nō currunt pari paſſu.*

337 *Recuſatio, & appellatio reſpectu formæ æquiparantur.*

338 *Cauſa recuſationis aſſerenda eſt coram eodem Epiſcopo.*

339 *Super hac re, quid deciſum fuit Panormi? Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ poteſt eſſe Judex. Ibid. Licèt poſſit recuſari. Ibidem.*

1 DOminus Noſter JeſusChriſtus, carnē aſsumēs humanā pro noſtræ ſalutis reparatione, ac pro Eccleſiaſticę ſuæ prolis propagatione, ſummam ac univerſalem, ut cætera cuncta regeret, & gubernaret; ſtatuit poteſtatem, eamque licèt inter Apoſtolos diſtribuit, *cap. in novo* 21. *diſtinct.* Petro tamen curam, oves paſcendi, tribuit, *cap. puto* 2. *qu.*7. ipſūque *Cepham*, ideſt caput, ac principium ipſorum, totiuſq; univerſalis Eccleſiæ cōſtituit, *Anaclet. epiſt.* 3. *cap.* 3. *& in cap. Sacroſancta* 2. *diſt.* 22. ſu-
2 umq; Vicariū in toto terrarū Orbe reliquit, & poſt eū cęteri ter maximi Pontifices, in ipſo Pontificatu ſucceſsores, penes quos omnis plenaria reſidet Eccleſiæ poteſtas: adeò quòd ab eis immediatè, tanquam è fonte perenni, univerſalis transfunditur Eccleſia: *Extravag. unā ſāctā, de major. & obedient. d. cap. in novo* 22. *q.* 1. Et
3 recipiunt cæteri Eccleſiaſtici Antiſtites, eiſq; prout fideliū utilitas, ac populorum ædificatio expoſceret, communicant, ac diſtribuunt: ut indicat *S. Leo Epiſt.* 54. *ad Anaſtaſ. & Anaclet. Pontifex* ad

Digitized by Google

ad Italiæ Epiſcopos in d. cap. in novo. 21. 21. *diſt.*

Summ. itaque Pontifex ſic à Domino conſtitutus circà gregem ſibi creditum, curam Paſtoralis ſolicitudinis exercet, errata corrigit, aſpera in plana convertit, & commiſso ſibi populo incrementa miniſtrat: *Joann.* 22. *in Clement. ſuper gentes de con-*
4 *ſuet.* quam Pōtificalem ſolertiā paſtoralis indicat baculus: qui cū acutus ſit in imo, rectus in medio, recurvus in sūmo; exprimit in Pontificis munere eſse purgare pigros, regere debiles, colligere vagos, ut in ſuis Carminibus explicat. *Innocēt.III.lib.*1.*de off.Miſ.c.*50.

In baculi forma Præſul datur hæc tibi forma:
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum:
Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

5 Petri autem baculum maxima cum veneratione Trevirenſis cuſtodit Eccleſia, Trevirenſem Epiſcopū de morte ſuſcitavit: ut indicat *Innocenſ. III. in d. opuſculo de offic. miſſ.* eoque non utuntur Pontifices, quia coarctatam haud retinent poteſtatem, quod baculi curvatio explicat, & faciunt *D. Thom.* 4. *diſtinɩ.* 14. *Hieron. Sanctus de differ. utriuſque Jur. differ.* 24. *n.* 34.

Tota igitur reſidet facultas authoritas, ac poteſtas penès Sum. Pontificem Chriſti Vicarium, vicem Dei gerentem in terris, *cap. quanto, ubi gloſſ. de transl.Epiſcop.* quem Chriſtus nomine *Cephas*. honoravit, cujus Encomiū, atque Supremam omnium majeſtatem mirificè reaſsumit *D.Bernard.de Conſider.ad Eugenium.*

Tu Princeps Epiſcoporum,
Hæres Apoſtolorum,
Primatu Abel,
Gubernatu Noë,
Patriarchatu Abraham,
Ordine Melchiſedec,
Dignitate Aaron,
Authorite Moyſes,
Judicatu Samuel,
Poteſtate Petrus,
Unctione Chriſtus.

6 Cum recenſita igitur ſuprema poteſtate, Pōtifices, multos Eccleſiaſticos Ordines, ab ordinaria eximuere juriſdictione, quos ſibi primo totius Eccleſiæ capiti abdicavere *Rebuff. reſp.* 143. Etenim Monaſticus, in Orbe Chriſtiano imperante Decio teſte *Origene*, introductus Ordo, fuit Diœceſanorum licèt ſuccubuit imperio *cap. qui verè* 16. *qu.* 1. *cap. Monaſteria, il primo* 18. *qu.* 2. qui veluti Monachorum Regulariū Generales alios ad profeſsionem admittebāt quoſdam repelle-

bant, *cap. viduitatis* 27. *qu.* 1.
gloſ. in verb. Prælati, in cap. quã-
to de offic. Ordin. Fr. Eman.
Navarr. in cap. non dicatis
12. *qu.* 2. *n.* 63. *Silveſt. in*
Summ. verſ. religio 3. ʓ. 4. *Aug.*
Barboſ. de jur. Eccl. univ. lib.
1. *cap.* 12. *de Monaſter. & re-*
lig. dom. n. 21. *Cabed. diverſ.*
jur. arg. lib. 3. *cap.* 18. *Cam-*
panil. in diverſ. jur. Canon.
rub. 12. *cap.* 13. *n.* 1. quam-
7 obrem contrà Monachos, cę-
terosque Regulares Prælatos,
eodem cõmuni jure inſpecto,
fundatã Epiſcopi Diœceſani
retinent intentionẽ, tam in ci-
vilibus, quã in criminalibus: ut
ex pluribus Concilijs fundat
Fagnan. in cap. nimis prava, n.
3. *de excell. Prælat. Rodriq. qu.*
Reg. tom. 2. *qu.* 64. *art.* 1. *Rot.*
Rom. Recenſ. deciſ. 238. *n.* 2. *p.*
1. *Luca lib.* 3. *diſp.* 2. *in cauſa*
Card. Albitij donec exhibea-
tur, ac eorũ clarificetur exẽ-
ptio, *cap. cũ dilectus, de religioſ.*
dom. c. 1. 11. *q.* 1. *c. inter cætera*
q. 3. & 18. *q.* 2. *cap. quam, &*
16. *q.* 1. *cap. placuit cap obitũ*
diſt. 61. *cap. omnes Baſiticæ* 16.
qu. 7. *cap. Abbatibus, & cap.*
ſequenti 18. *qu.* 2. *cum con-*
cordantibus, apud Henriq. lib. 7.
de Indulgent. cap. 4. *n.* 2. &
Sanch. Conſ. Moral. lib. 6. *cap.*
8 9. *dub.* 1. *n.* 8. attamen eos om-
nes, Põtifices ſub ſua, ac Divi
Petri protectione poſt quinq;
ſæcula, abſq; interruptione, ut
evolvitur, in Cõcilio Aurelia-
nen. regiſtra *in cap. omnes Ba-*
ſilicæ 16. *q.* 7. & durãte ſæculo
quingẽteſimo, donec ſucceſſi-
vis temporibus ſuſceperũt, ex
Epiſcoporũ poteſtate, ſubtra-
hẽdo, Apoſtolicæq; Sedi im-
mediatè ſubjecerunt, & dein
ſuis Regularibus Prælatis ple-
nariã quaſi Epiſcopalẽ dele-
gavere juriſdictionẽ: juxtà tra-
dita *per Gloſſ. verb. proprij, in*
Clementin. de reb. Eccleſ. non
alienand. Navarr. ubi proxi-
mè n. 33. *Cabed. Campanil. &*
alij ubi ſupra Cæned. in pract.
& Canon. quæſt. lib. 1. *q.* 26.
n. 3. *Chocker. de juriſd. Ordin.*
in exempt. p. 1. *qu.* 17. *à n.* 9.
ad 25. *Aug. Barboſ. de offic. &*
poteſt. Epiſc. part. 3. *alleg.* 105.
n. 3. 14. *del Bene de imm. Ec-*
cleſ. cap. 14. *dub.* 1. & *dub.*
7. *part.* 2. *Ceſar. Panimoll. de-*
ciſ. 84. *adnot* 1. *n.* 2. *tom.* 2.
quam *Sacr. Concil. Trident.*
poſtmodum moderavit.
9 Primus planè poſt Cir-
ſtercienſium Ordinem, Prædi-
catorum Ordo exemptionem
ex Sixti IV. conſtitutione in-
cipiente (Regimini hoc te-
nore) lucravit: ob quod Prę-
dicatores omnia retinent pri-
vilegia, quæ omnes aliæ Reli-
giones in ſpecie, vel in gene-
re habent. *Aurea Armilla verb.*
abſolutio n. 26. *Alphonſ. à Ca-*
ſu-

Digitized by Google

ſarubios de privileg. Fratr. Minor. verb. excommun. & Add. Hieronym. à Sorbo verb. exemptio n. 15.

Anno 1215. Minores cum Prædicatoribus à Sacr. Sede Apoſtolica approbati fuere, cum exemptione, tam reſpectu Ordinariorum, quàm Delegatorum, Innoc. IV. *in cap. nolentes de privileg. in 6.* & immediatè Sanct. Sedi Apoſtolicæ ſubjecti fuere, itidem eorum Eccleſiæ, Oratoria, domus, loca, libri, bona utenſilia, mobilia, immobilia, & alia *Caſarubios ubi nuper n.* 3. 8. 10. qui idem aſſerit de Carmelitanis, *ſub n.* 24. & de Benedictinis per Eugeniũ IV. ac de alijs ſucceſſivè quos affert *Fumus verb. excommunicatio n.* 28. *& ſeqq. Cophin. in ſuo Monaſticon.* videndus omninò eſt *Card. de Luca in tom.* 3. *in fine diſput.* 2. *Card. Albitij qu.* 1. ubi plura ſcitu cumulat.

10 Regulares igitur omnes, qui ab initio ſub Sacr. Sedis Apoſtolicæ tutamine ex notabili privilegio additi fuere, ab omni, ut prædiximus, alio imperio itidem Eccleſiaſtico in omnibus, præter infrà adducendis, ſoluti remanſere, & ex ſpeciali alia ejuſdem Sacr. Sedis Apoſtolicæ delegatione, ut demonſtrabimus, ſuis regularibus Prælatis, & Conſervatoribus ſubjecti: evolvitur *in cap.* 1. 2. *in eos de privileg. in* 6. *& in cap. neque eodem.* Scatent namq; indulta recenſita, ex mare magno privilegiorum à Summ. Pontificibus Regularibus conceſſorum, quæ ex Sac. Concil. Trident. diſpoſitione ſublata minimè fuere depromitur, ex eodem *in ſeſſ.* 14. *de reform. in fin. & ex ſeſſ.* 21. *cap.* 14.

Congrua porrò hæc fuit delegatio, Pontificis enim ſolertia præſto: ubique naturaliter eſſe nequit, nec poſſibile eſt, ut aures det omnibus, & ſatisfaciat, nevè tantæ Majeſtatis authoritas, ac tanta gubernandi moles id permittunt: cum per difficile, ac grave ſit onus, ad quod ferendũ unius haud ſufficiunt humeri, illique robuſtiſsimi, cedunt, ſub quo curvantur, qui portant Orbem *Job.* 9. 13. Quamobrem Deus Moyſi in omnibus adfuit: nec ei ad ſuum implendum munus deficiebant vires: attamen ei præcepit, ut ad populum gubernandum ſeniorum uteretur opera, qui laborum partes ſuſcipiẽtes, eum levirent. *Num.* 11. 17. ibi: *ut ſuſtineant totum onus populi, & non tu ſolus graveris, & Deuter.* 16. *Judices, & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, &c.*

11 Quod

11 Quod omniferè ævo factitatum notatur: Alexander enim Magnus ſocium in laboribus Parmenionem aſcivit, Pharao Joſeph, David Joabum, Salamon Zadochum, Darius Danielem: antiquiores meritò Romani Pontifices, qui initio naſcentis Eccleſiæ floruere, ut rectiùs negotia ſuccederent, & Provinciales, jus in ſuis laribus obtinerēt in omnibus Catholici mundi partibus: itidem ardua per ſuos, ac Sedis Apoſtolicæ delegatos decernere, ſtatuere; undè majora etiam
12 Epiſcoporum crimina quamvis ad ipſos pertinerent Pontifices, ut firmatum extat in Concilijs *Nicæno Carthaginēſi 1. & 2. ac Sardicenſi*, quæ cuncta in primo Conciliorum volumine reperiuntur, & ſanxivere Canones *in cap. Inquiſitores de hæret. in 6. cap. nullam 2. qu. 5. cap. ſi quis putaverit, cap. 1. & 2. 6. qu. 4. cap. omnis, cap. ad Romanam cap. ſi quis Epiſcopus. 2. qu. 6. cap. majores de Baptiſm. cap. ultrà Provinciæ 3. qu. 6. cap. Synodum 17. diſtin. cap. ipſi*
13 *Canones 9. qu. 3. cap. cuncta per mundum. 3. qu. 17.* attamen Anicetus Pontifex, & Martyr, veri, ac Marci Imperatorum temporibus, in Epiſtola ad Galliæ Epiſcopos, *de ordinat. Epiſcop.* ſcripta, quę in primo tom. Conciliorum extat; talē delegavit poteſtatem ibi: *Si verò incorrigibiles, eisque inobedientes apparuerint, ad hāc Apostolicam Sedem, cui omnia Episcoporum judicia terminare præcepta sūt, ejus contumaciā referāt &c.* & ulterius: *Et ſi fortè vel nimio locorum intervallo, vel temporis, vel itineris, difficultate, ac grave periculum eſſet, ad ſanctam Sedem referre, ac Sedis Apostolicæ authoritate Primatem adeundum*: Victor primus Pontifex, & Martyr temporibus Heli pertinacis, & Severi Imperatorū, à Conſulatu Commodi V. & Gabrionis uſque ad Lateranum, & Rufinum in Epiſtol. prim. ad Theoplilum Alexandrię Epiſcopum, quę pariter in eodem prim. Conciliorum lib. reperitur, inquit: *Similiter ea vos judicare ad Apostolicam Sedem, delatumque præter nostram vobis non licèt definire authoritatem*: Melchiades Pōtifex II. imperantibus Maximo IX. & Maſsentio II. Conſulibus, anno à Chriſto nato circiter 319. in Epiſtola ad cunctos Hiſpanię Epiſcopos, quę in eodem enarrato prim. tom. evolvitur ait: *Episcopos nolite judicare, nolite condemnare abſque hujus Sedis au-*

cto-

ctoritate; *Gregorius inſuper Martyr in cap. Frater noſter* 53. 16. *qu.* 1. *ex epiſtol.* 7. *lib.* 2. cauſam Epiſcopi Adriani exempti, per reſponſales Sedis Apoſtolicę, Legati vices ſimpliciter gerentes, quos in Urbe Conſtantinopolitana deputaverat, cognoſci mandavit: Divuſque Gregorius *in Epiſtol.* 32. *lib.* 9. *quæſt.* 1. Romano Sicilię defenſori juſſit, nè cauſas ab Ordinarijs avelleret, ſed rectè illas contrà Epiſcopos audiret.

14 Hodiè verò ex Concil. Tridentini diſpoſitione, majores Epiſcoporum cauſę Criminales à Summ. Pontifice abſolvuntur, & à Metropolitanis, ac ab alijs Prælatis ab eo eligendis clarificantur; ſicque paſſim in hoc Siculo Regno notatur: favent enim literæ Catholicę Majeſtatis Philipp. II. anno 1572. emanatę: & anno 1630. fuit obſervatum in cauſa nonnullorum Regni Prælatorum: quam Sum. Pontifex Epiſcopo Marturano per Inquiſitionē delegavit: ut teſtātur Regiæaliæ literę Comiti Montis Regis Regni Moderatori directæ, & exequutę anno 1631. in lib. merced. fol. 306.

15 At ubi allatū Tridentinū Concilium receptum haud fuit, haſcè majores Epiſcoporum cauſas, per quas deponēdos eſſe; nemo præter Pontificem cernere valet; pro quibus ad Romanā citantur Curiam, præviā tamen ſpeciali Summ. Pontificis cōmiſſione ſuā manu ſignatā: ut ſtatuit Pius IV. in conſtitut. incipiente *de ſalute gregis & affert. Choker. de Iuriſd. Ordin. in exemp:.p.* 1. *qu.* 41. *Gonzal. reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 41. *n.* 5. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 112. *n.* 6. ubi haſcè cauſas Epiſcoporū recenſet nimiū Hęreſis, læſę Majeſtatis, cōtrà Papā, vel ſuū Principem, aſſaſſinij, ſimoniæ realis, ſtupri in Virgines, falſæ monetæ, & aliarum. Attamen pronunciare eum deponendū eſſe rectè poſſe Sedis Apoſtol. Legatum, ac provinciale Cōciliū: ita, & de alijs minoribus delictis cognoſcere: vt autumant *ex Jo: Andr. in cap. Frater noſter* 16. *qu.* 1. *Abb. in cap.* 1. *de offic. deleg.* aliud enim eſt deponere, aliud verò deponendum pronunciare: ut de libero, & liberando inſinuant *Bart. in l.* 1. *C. ſi adverſ. li.* ex quibus inferunt poſſe eos carcerare, proceſſum ritè inſtruere, & ad Sum. Pontificem mittere, *ex Auth. defenſ. civ. §. audirent. Petr. Andr. Gambar. de author. Legat. lib.* 8. *n.* 23. *Gondiſſ. Villadieg. delegat. qu.*

8. *à*

8. *à n.* 18. 19. *&* ſubdunt cũ *Jo: Bertachin. de Epiſcop. p.* 1. *n.* 2. alijs accedentibus Epiſcopis, poſſunt eos deponere, & antè eos quoque innuit *Specul. tit. deleg. §. nunc extendendum. vers.* 17.

17 Regulares igitur omnes ex Sacr. Sedis Apoſtolicæ privilegio, fori potiũtur clypeo, qui ſi malunt; ſuum eligunt Judicem Apoſtolicum, quos Conſervatores appellant: qui ad tuendos Regulares cõtrà manifeſtas injurias in Judicem eligitur abſque indagine judiciali. *Pellizzar. tract.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *n.* 81. *tom.* 2. cunctasque civiles, cauſas in primo judicio contra regulares abſolvunt: ut ex juribus adductis depromitur, *& ex cap.* 1. *§. in eos cap. ne aliqui* 5. *de privil. in* 6. *& ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 14. *& ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *mirificèque explanant Div. Anton. in ſumm. par.* 3. *tit.* 9. *cap.* 4. *& tit.* 16. *cap.* 9. Panimoll. *decis.* 84. *n.* 4. *cum ſeqq. Gutter. lib.* 3. *pract. qu.* 9. *&* 10. *& lib.* 4. *qu.* 63. *Valaños Curiæ* Philipp. *part.* 3. *§.* 1. *n.* 12. *Eman. Rodriqu. tom.* 1. *qu. regul. qu.* 65. *art.* 3. 4. *& artic.* 12. *tom.* 2. *qu.* 2. *& art.* 1. 5. 6. 8. *& q.* 63. *per totam, & præſertim art.* 3. *&* 7. *Proſp. Farinac. prax. criminal. qu.* 8. *n.* 46. *Alvar. Valaſc. conſult.* 52. *n.* 1. *&* 4. *& seq. tom.* 2. *Thom. Carlevar. de judic. tom.* 1. *disput.* 11. *qu.* 6. *sect.* 2. *n.* 405. *Cevall. tract. de cognit. per viam viol. par.* 2. *q.* 20. 22. *&* 71. *Cæned. in decret. collect.* 87. *n.* 4. *& collect.* 157. *n.* 26. *idem in pract. quæſt. Canon. qu.* 26. *ex n.* 3. de quorum Conſervatorum poteſtate fusè agũt *Auguſt. Barbos. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 106. P. *Ludovic. Molin. de Juſtit. et jur. tom.* 4. *tract.* 5. *diſp.* 291 *Eraſm. Choker. de juriſd. tom.* 2. *par.* 2. Pereir. *de man. Reg. par.* 1. *cap.* 7. *nu.* 3. *Card. Luca de Regular. diſcurſ.* 1. *n.* 33. *& ſeqq. & in Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ.* 51. 52. *to.* 14. *de Regular.* ubi de Cõſervatoribus Religionis Hieroſolymitanæ RR. Jeſuitarum.

18 Et procedunt in cauſis civilibus ubi Regulares Rei conventi ſunt DD. ubi nuper, & ſi contingerit eos eſſe in Civilibus actores queunt à Principe ſęculari, Judicem non ſuſpectum expoſcere: ex allata Gregor. XV. conſtitutione in caſibus tamẽ à jure permiſſis: nimirùm ſi ſunt Actores, ut debitor ſit laicus, & cauſa prophana: ita ex Peyrin. *tom.* 2. *priv. conſtit. Gregor. XV. nu.* 67. *Pellizzar.*

ubi

ubi ſupra nu. 85. ubi idem firmāt, in caſu ubi eſſent Rei, & Iudicē haberēt, ſuſpectū: quod valēt Judicem non ſuſpectū à Principe ſæculari expoſcere: quæ quidem ſententia nobis haud arridet, per ea nuper adducta ſunt; additis eiſque infra in caſu ſuſpicionis Conſervatoris adducētur. Et hodiè ex particularibus indultis privilegijs per luſtrum habentes requiſita annotata in conſtitutione Bonifacij VIII. & Gregorij XV. ꝭ. 2. in dignitate conſtituti ab ipſis Regularibus ſaltim Canonici eliguntur, attenta deciſione *cap. ſtatutū, de reſcrip. in* 6. per quam Canonici poſſunt eligi ex Bull. *Gregr. VX.* licèt oppoſitum ſuſtinet *Bonac. de excommun. in particul. diſp.* 11. *quæſt.* 11. *punct.* 35. *n.* 6. *verſ. ex quo eo jur.* contra quem mordicùs urget *Ventrigl. prax. Eccleſ. tom.* 1. *de conſer. Regul. annot.* 27. *ꝭ. unic.* data tamen Gregor. VX. Bulla Canonici, poſſunt eligi: *Pellizzar. n.* 88. etiam Delegati Sedis Apoſt. & ſecundùm latam interpretationem Canonicatus, dignitas dicitur: edocent *Flamin. Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *nu.* 102. *Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol.* 90. *n.* 2. *Cæſ. Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 1. *n.* 5.

Licèt Canonicatus Cathedralis, propriè, non eſt dignitas: quia ex vi Canonicatus, nullā habet juriſdictionem: ut ex cumulatis DD. firmat *Barboſ. de Can. et dig. c.* 29. *n.* 2. *et* 3.

Et ſtante jure antiquo, non poterat Canonicus eligi à Regularibus in Judicem Conſervatorem; ſed poſt novam cōſtitutionem Gregorij VX. quę incipit (*Sanctiſſimus*) quam citat *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 106. *n.* 55. fuit Canonicis, ex ſupradicto ſpeciali privilegio: non verò ex natura Canonicatus conceſſus talis honor.

Sed hìc etiam diſcutiendū eſt: an Parochi poſſint eligi in Judices Cōſervatores Regularium? Et videtur affirmativè reſpondendum. Nam Parochi ſunt Prælati, & veniunt hoc nomine inſigniti. *Ant. de Butrio ſup.* 2. *primi decret. de off. ordin. cap. cum ab Eccleſ. n.* 3. *Andreas Barbatia Siculus cap. ſi Sacerdos, de off. ordin. à nu.* 49. *uſque ad finem*, ubi pleniſſimè reſpondet *Abbati Panormitano. Ægidius Bellamera ſup.* 2. *decret. cauſa* 2. *quæſt.* 7. *cap. ſi quis Epiſcopus n.* 3. *Hoſtienſ. argum. de off. Deleg. Gonzales in lib.* 1. *decret. de offic. ordin. cap.* 3. *cap. cum ab Eccleſiarū*; quod etiam ſuadetur, *ex cap.* 4. *de Cler. ægrotante, cap.* 1. *de eo, qui furtivè, cap.* 7. *de exceſſ.*

 Præ-

Digitized by Google

Prælat. & plura confert *Hailletius in vindicijs lib.4. ferè per totum.* Et Parochi ſunt dignitates: ut per *Innoc.et Hoſtienſ. in cap. finali de præbendis*, *Geminian. in cap. 1. nè Clerici, vel Monachi in 6. Feder. de Senis quæſt. 81. Archid.in cap. ſtatutum, de elect.D. Paulus de Citadinis cap. 1. nu. 75.* His omnibus accedit conſuetudo Panormitana,ubi Parochi, qui omni ęvo fuerũt, vel nobilitate,vel literis inſignes:& in qua Urbe inſigni, ac Feliciſſima, nomẽ hoc, Beneficialis,Curatus,ſeù Parochus, ſonat dignitatẽ, & ut talis ab omnibus in honore habeatur, quod ad dignitatem ſufficit ex *Maſcard. Cõcil.* 514.&in Synodis Diœc. in Judices Conſervatores Regulariũ, paſſim fuerunt electi.

19 Cum ampliſſima tamen poteſtate: itidem per eoſdem Regulares Prælatos, ex Pontificis placito eliguntur Conſervatores, in Civilibus,ubi convenire Regulares poſſunt, *ex Conſtitut.Innoc.IV.& Bonifac. VIII.* quam firmavit *Gregor. XV.* & meminerunt *Laurent. de Franch. in controverſ. inter Epiſcop. & ſecular. fol. mihi 169. Fr. Laur. Peyrin. tom. 2. in conſtit. minor. in conſtit. 5. Gregor. XV. n.* 48. Nequeunt tamen alios convenire: innuit expreſsè *Gregor. XV. in dict. conſtitut. in verſ. 1. n. 33.* Undè ſuos debitores corã Conſervatoribus pulſare nequeunt: *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *n.* 40. *par.* 3. *Ceſpes de exempt. diſtinct.* 318. *n.* 8. *Ventrigl. in prax. Eccleſ. ann.* 27. *§. unic. n.* 3. *tom.* 1. *de Conſerv. Regul.Panimoll.n.*8. *Monet. Peyrin. & Pellizzar. ubi ſupra.* Quidquid dicant *Guido Pap. quæſt.* 18. *in fin. & Bordon. tom.* 2. *reſol.* 95. *nu.* 20. quorum argumenta ſolvuntur per ea, quæ magiſtraliter tradit *Choker. de juriſdict. ordin. in exempt. par.* 1. *cap.* 39. *nu.* 31. *tom.* 1. Itidem in criminalibus, & ad finem cognoſcendi de manifeſtis, & notorijs in juris ipſis illatis Regularibus, ſubdunt nuper citati, *& Molin. loco indicato nu.* 2. ut lato calamo inſinuant *Reg. Tapp. in repet. Aut.ingreſſi,verb. Monaſteria, Cod.de Sacroſ. Eccleſ. Eraſm. Choker.eodem tract.par.* 1. *quæſt.* 39. *tom.* 1: *Farinac. par.* 2. *deciſ.* 616. *n.* 3.4. *Frat. Peyrin. ubi ſupra*, aliaque de Conſervatoria poteſtate anne&cti;t *Salgad.de ſuppl. ad Sanctiſſ. par.* 2. *cap.* 11. *ferè per totum.* Et cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda juriſdictione aſſolent eligere, *ex Gloſſ. in Clement.* 1. *verbo omnimodam, de for. compet.* Quod ex tenore privilegij depromitur

tur *Choker. de juriſd. ordin. in exempt. par.* 2. *tit. de Conſervat. quæſt.* 3. *nu.* 1. 2. *tom.* 2.

20 Cui ſanè privilegio Religioſi, eorumque Prælati, ac cæteri exempti renunciare minimè valent, abſque Sum. Pontificis placito, *tex. in cap. cum tempore* 5. *de arbitr. et per Gloſ. fin. in Clement. penultim. de ſentent. excomm.* & annectunt *Abb. ibidem, Armill. in ſumm. verb. exemptio n.*8. *And.Gaill. obſer.* 49. *n.* 2. *lib.* 1. *Galerat. de renunc. to.* 2. *cent.* 2. *n.* 140. *cap.* 18. *Choker. ubi ſupra lib.* 2. *quæſt.* 7. & *lib.* 3. *cap.* 34. *Salgad. ubi nuper par.* 2. *cap.* 11. *à n.* 19. *cum ſeqq.* Imò neque ipſi Conſervatores durante quinquennio renunciare poſſunt, niſi ſuperveniente gravi causâ; quam à Sum.Pontifice, vel ab Ordinario clarificandā eſſe indicat §. 5. Bullæ Gregor. XV. *Pellizzar. tract.* 8. *cap.* 8. *sect.* 4. *n.* 100. *tom.* 2.

21 Neglientibus autem Regularibus ſuum eligere Conſervatorem, ex Gregor. XV. conſtitutione; Ordinarius Eccleſiaſticus ſubintrat Epiſcopus: *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 14. *Lezan. ſum. tit.* 2. *cap.* 10. *nu.* 58. *Antonell. de reg. Eccleſ. cap.* 2. *n.* 13. *lib.*6. imò ex immemorabili, & centēnaria negligentia non eligendi: quamvis facultas hæc eligendi nō præſcribatur: quoniam in facultativis non datur præſcriptio: potiſſimùm in hiſce, qui ſuis Religionibus præjudicium afferre nequeūt: attamen ex curſu tantorum annorum, impoſſibilitas oritur eligendi: meritò perperam Apoſtolicum allegatur privilegium: inſinuat *Luca de regalib. diſcurſ.* 51. *n.* 11. 12. imò electionem Conſervatoris penès acta Curiæ Ordinariorum reducere debent Prælati Regulares eligentes, aliàs coram Ordinario pulſantur: *Ventrigl. ubi ſupra n.* 2. infra menſem, *Panimoll. d. deciſ.* 84. *nu.* 3.

22 Data verùm electione juxtà formam dict. Gregor. XV. Conſtitutionis cum conſenſu capitularis ordinis, ſuam exercet juriſdictionem Conſervator, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, *ex cap. ſtatuimus, de offic. Judic. Deleg. in* 6. non verò ut Judex; ſed potiùs tanquam vir potens, & auxiliator aſſiſtens Religioſis, ut tuantur ab alienis injurijs, & violentijs: *Luca de jur. & for. compet. par.* 1. *diſcurſ.* 49. *n.* 5. Neque amoveri poſſit, niſi cū cauſa legitima à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario loci approbata: nimirùm, ob negligentiam, impotentiam, vel inimicitiam: & in Capitulis Provincialibus mutantur: *Pia-*

ſec. prax. Eccleſ. par. 2. *cap.* 3. *n.* 43. *Panimoll. n.* 3. & in hoc infra quinquennium, *ex dict. Gregor. XV. conſtitutione* §. 15. quo quinquennio tranſacto, Regulares non tenentur eum reſpuere, niſi velint: *Pellizzar. de Regular. tract.* 8. *ſect.* 4. *nu.* 101. *tom.* 2. nec per amiſſionem dignitatis, cujus intuitu fuit electus Conſervator, ſua poteſtas expirat: fundat *ex Gloſſ. in cap. ſtatuimus, verb. Canonicus, de reſcript. in* 6. *Pellizzar. nu.* 92. Niſi ex delicto fuerit à tali dignitate exploſus: *Monet. de Conſervat. cap.* 10. *n.* 117. *& ſequitur Pellizzar. ubi ſupra, cap.* 8. *n.* 92. *ſect.* 4. Et ſi Vicarius Generalis Epiſcopi fuerit electus, etiam ſi à Vicariatu fuerit depoſitus, cõtinuat uſque ad integrũ quinquennium: *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *diſtinct.* 27. *n.* 22. *Pellizzar. n.* 103. ubi de probabili edocet.

23 Eſtque ſanè in ſuo munere Conſervator Epiſcopi Ordinarij Superior, eumque quit objurgare, ſi ei non obtemperaverit, in ſpectantibus ejus ad juriſdictionem, *cap. ſanè, cap. Paſtoralis, de Jud. Deleg. cap. quia Pontificali, eodem in* 6. Pellizzar. *n.* 113. *Mendez à Caſtr. prax. Luſit. lib.* 2. *cap.* 3. *punct.* 2. *n.* 27. *Auguſt. Barboſ. allegat.* 106. *nu.* 5. itidem ſi Legatus eſſet.

24 A Conſervatoribus inſuper ad Sum. Pontificem appellatur, tanquam delegantem: non ad Metropolitanum, neque ad Legatos: *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *n.* 4. *Cardin. de Luca de jur. & for. compet. diſcurſ.* 49. *nu. tom.* 3. *Pellizzar. n.* 140. niſi ſpecialiter fuerit eis hoc datum in commiſſis *Card. Luca tract. de regal. diſcurſ.* 1. *ſub n.* 33. *verſ. Apoſtoli Delegati*, quod repetit *in diſcurſ.* 52. *n.* 4. *de regular. tom.* 14. & ante eum dixere *Mendez à Caſtro in prax. Luſitan lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 27. *par.* 2. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *nu.* 2. *par.* 3. *& Eraſm. Khoker. in tract. de juriſdict. ordin. in exempt. tom. primo, part.* 1. *cap.* 39. *nu.* 28.

25 hoc ipſum firmat, itidem ſi Nuncius adeſſet, aut Legatus facultatem habens cognoſcẽdi de cauſarum appellationibus, à Judicibus à Sede Apoſtolica delegatarum, *ex cap. ſuper quaeſtio. de offic. Delegat.* autumans Conſervatores hoſce ad *U*niverſitatem cauſarũ potiùs eſſe Ordinarios, quàm Delegatos, ex *Wameſ. conſ.* 181. *nu.* 4. *de appellat. & ex Gloſſ. in cap. cum cauſam, verb. Delegatus, de appellat.* nec diſcrepat Pellizzar. *de regular. tr.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. *num.* 140. Verùm allatam Choker. ſenten-

Digitized by Google

tentiam veram non eſſe putamus: etenim facultatem Nuncijs, ac Legatis impertitam principaliter eſſe cognoſcendi de appellationibus ab ordinarijs emiſſis: imò ad uberiorem cautelam agglutinatur in eorum commiſſionibus clauſula, cognoſcendi, itidem de caufis Delegatorum Sedis Apoſtolicæ: undè tam ſi Ordinarij ſint, quàm Legati Conſervatores, de allatis cauſis appellationē Legati cognoſcunt: ut mirificè firmat contra eum *Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſs. par.* 2. *cap.* 14. 37. 39. Verū enim verò ipſemet *Choker. in* 2. *par.* 2. *qu.* 16. *nu.* 16. *de Conservat. Eccleſiast.* quamvis
26 enunciatam ſuam firmaverit ſententiam: attamen pro litigantibus durum ipſi videtur Sum. adire Pontificem: meritò ad Ordinarium appellandum eſſe cenſet.

27 In cauſis planè mercedis, & miſerabilium perſonarum, hoſce Regulares, extra tamen Monaſterium degentes, valet Ordinarius, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus cognoſcere: *ut Sacr. Concil. Triden. ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 14. ſtatuit, & indicant *Barboſ. d. allegat.* 105. *n.* 21. 22. at ſecùs ſi intra Monaſteria degerant: ſubdit *Panimoll. d. deciſ.* 84. *annot.* 1. *n.* 9. *Card. de Luca. par.* 1. *lib.* 14. *de Regul. diſcurſ.* 51. *nu. fin.* Ulteriùs Cōſervatores jure communi inſpecto ſubdelegare nequeunt, *cap. fin. de offic. & poteſt. Judic. Delegat. in* 6. ibi: *Vices ſuas nulli alij committere poſſunt*, niſi hoc illis competeret, ex beneficio literarum: verùm ex enunciata Bulla Gregorij XV. §. 2. queūt ſubdelegare: quod depromitur, ex eiſdem paragraphi verbis, ibi: *ut Judices, & Conſervatores hujuſmodi ſivè principales, ſivè ſubrogati*: ijdemque evolvitur in conſtitutione Bonifacij VIII. §. 8. quæ ineſt *in cap. fin. de offic. & poteſt. Judic. Delegat. in* 6. & inſinuat *Pellizzar. de regular. tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 8. *ſect.* 4. 106. quamvis allatam facultatē reſpuant, eamq; abſolutè negant *Card. de Luca de regul. tom.* 14. *diſcurſ.* 1. *ſub n.* 33. *in fin. Marc. Ant. var. lib.* 1. *reſol.* 16. *n.* 5. & annuit *Campanil. in diverſ. jur. Can. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 24. Niſi ſpecialiter eis talis ſubdelegandi facultas fuerit indulta: inſtrūnt *Sobus in compend. tit. de Conſervat. verſ. item Cōſervator, n.* 3. *P. Laurent. Peyrin. in conſtitut. Minimor. ſui Ordinis tom.* 2. *conſtit.* 5. *Gregor. XV. nu.* 5. *Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 106. *n.* 4. nec diſcrepat prolixè tamen de more, *Joan.*

Petr.

Petr. Monet. de Conſervator. cap. 7. *à num.* 53. *cum ſeqq.* Niſi ageretur de committenda citatione, vel ſententię denunciatione: ut ratiocinantur præter allatos *P. Ludovic. Molin. de Juſt. & jur. tom.* 4. *diſput.* 29. *tract.* 5. *n.* 5. *P. Mirand. de Ordin. Judic. quæſt.* 47. *art.* 8. *concluſ.* 4. *n.* 5. *Petr. de Gregor. Syntam. jur. lib.* 47. *cap.* 22. *n.* 27. *Quintan. de juriſd. & Imper. quæſt.* 65. *art.* 10. etenim juriſdictionalem non continet articulum, meritò ſubdelegare quit, *d. cap. ſuper quæſtionem, Abb. & Hoſtienſ. in cap. cum Bertoldus, de judic. Marant. in ſpec. aur. par.* 4. *diſtinct.* 5. *n.* 54. *Monet. n.* 56. *Peyrin. ubi ſupra nu.* 48. *Pellizer. nu.* 106. *propè finem.* Notandum tamen eſt Conſerſervatorem non poſſe ſubdelegare, ſi uti cœperit ſua juriſdictione in cauſa: nempè per citationem, & ſic re non integrà: *Monet. d. cap.* 10. *n.* 56. *Pellizzar. nu.* 106. *verſ. porrò.* Intus tamen ſuam Diœceſim: quoniam extra eam exercere nequeunt juriſdictionem, ex allata conſtitutione Gregorij XV. *Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 216. *n.* 14. *Ventrigl. annot.* 17. *n.* 11. *to.* 1. licèt poſſe Conſervatorem electum in Civitate, ubi eſt Monaſterium, procedere in cauſis motis ſuper bona exiſtentia extra Diœceſim, ſi Monaſterium bona haberet in diverſis Diœceſibus: autumant *Ceſpes de exempt. diſtinct.* 318. *nu.* 13. *Pellizzar. quæſt.* 17. *nu.* 111. *tract.* 8. *ſect.* 4. *tom.* 2. & tunc valere Conſervatorem exiſtẽtem extra locum commiſſionis ſubdelegare aliquem exiſtentem infra illum locum: *Franch. in cap. ſtatutum, §. nulli de præſcript. in* 6. *Monet. n.* 61. & ſi non immediatione ſuppoſiti, immediatione verò virtutis: ait *Pellizzar. d. qu.* 17. *n.* 111. cenſet tamen *Peyer. infra*, quem *Cardin. de Luca de regul. tom.* 14. *diſcurſ.* 52. *n.* 2. citat; unum tantùm Conſervatorem poſſe eligere: ubi tamen ſitum eſt Monaſteriũ principale, ipſeq; ſuam exercere poteſt juriſdictionem in gancijs, & membris: non autem in ſingulis Diœceſibus, in quibus membra adeſſent: nec diſpari ſenſu ivere *Barboſ. in ſum. Apoſt. deciſ. collect.* 216. *num.* 16. *Peyrin. de privileg. Regul. tom.* 3. *in addit. cap.* 11. *n.* 17. *Ventrigl. n.* 11. nam tunc plures eligendos eſſe Conſervatores: ſubdit *Peyrin.* hæc benè verùm *Peyrini*, ac aliorum ſententia militat, in Conſervatoribus limitatam habentibus poteſtatem: nimirùm ad cognoſcendas injurias ma-

Digitized by Google

manifeſtas, violentias, ac ſpolia: quorum facultas reſtringigitur ad terminos, *cap.* 1. *&* *fin. de offic. Delegat. in* 6. ut inſinuat *Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. prax. Eccleſ. obſer. ad annot.* 17. *§.* 1. *n.* 5 at non in retinentibus plenariam poteſtatem ad omnes cauſas: ut retinent Conſervatores RR. Societatis Jeſus, ex Pij V. Indulto: *Card. de Luca ubi ſupra diſcurſ.* 51. *n.* 1. *per tot.* nam iſti ex quo tanquam Ordinarij habentur, ſubdelegare valent: ut in cap. antecedenti, ubi de Legatis egimus: nam valet argumentum à Delegatis ad Conſervatores *Clement. ſæpè verb. declarat. de verbor. ſignif.* etenim Conſervator eſt Delegatus Principis, & major quovis Ordinario: *Khoker. de Conſervat. Eccleſ. quæſt.* 11. *n.* 2. *par.* 2. *tom.* 2. ſuaque juriſdictio prorogari poteſt: ut mirificè inſinuat *Alvar. Valaſcq. conſult.* 152. *n.* 4. *Marant. de Ordin. Judic. par.* 4. *diſtinct.* 12. *ſub n.* 20. nec diſcrepat *Monet. ubi ſupra d. cap.* 7. Quod itidè alijs medijs tuetur *Card. de Luca in d. diſcurſ.* 52. *n.* 4. 5. 6. *ad* 11.

28 Valent inſuper Conſervatores contra inobedientes cōtumaces, & ſui muneris exercitium impedientes cenſurarum gladio uti, mediante facultate in ſingulis literis Conſervatorijs indulta *P. Ludovic. Mirand. de Ordin. Judic. d. qu.* 47. *art.* 8. *concluſ.* 5. *Barboſ. d. alleg.* 106. *n.* 36. *par.* 3. itidem pro tuitione famulorum, ac familiarium ſuis regularibus commiſſis ſervientium: ut ex *Conſil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 11. ſi injuria eis illata ſit manifeſta, & ſi actu ſerviunt Monaſterio, & in ejus ſepta reſident, ac ſub eorum obedientia vivūt: annectit *Pellizzar. d. quæſt.* 28. *ſect.* 4. *nu.* 129. Neque eorum poteſtatem, & juriſdictionem queunt Ordinarij, ac Legati differre, impedire, minùſque turbare, *cap.* 2. *de offic. Judic. Delegat. in* 6. aliàs cenſuras contra eos indicere valent Cōſervatores pro tuitione privilegiorum, & ipſorum Regularium bonorum: *Pellizzar. ibidem n.* 128. qui in eorum cauſis majores eis ſunt: inſinuant *Ancher. conſ.* 122. *n.* 2. *& ſeqq. Monet. de Conſervator. cap.* 9. *nu.* 840. Nec

29 ab ipſis Ordinarijs, & Legatis inhiberi poſſunt Conſervatores, *cap. ſtuduiſti, de offic. Legat. Monet. d. cap.* 7. *n.* 84. *& ſeqq.* Verùm modeſtè contra Ordinarios, & Legatos ſe gerere debent Cōſervatores, *cap. quia Pontificali, de offic. Deleg. in* 6. ut puta, ut Epiſcopo impedienti interdicatur ingreſſus

ſus in Eccleſiam, aut officium Sacerdotale, ſecundò ut ſuſpẽdatur ab officio, tertiò, ut cenſurarum gladio feriatur: *Pellizzar. d. ſect.* 4. *n.* 135. Quod rectè inferunt Conſervatores contra Ordinarios, ſi iſtorum contumacia intumuerit, verba contumelioſa contra eos proferendo: inſtruunt *Sylveſter. verb. Conſervator, nu.* 4. *verſ. dico, Azor. inſtit. moral. cap.* 34. *quæſt.* 11. P. *Mirand. d. concluſ.* 5. *qu.* 47. *art.* 8. *verſ. tertiò adverto*, quod in omnibus ferè Sum. Pontificis Legatis procedere edocet *Barboſ. d. alleg.* 106. *n.* 37. *itidem de Latere, Choker. de jurisdict. Ordin. in exemp. par.* 1. *lib.* 1. *qu.* 39. *n.* 17. Si injuria, quam iſti intulerint Conſervatori, fuerit manifeſta: ſubdit *Pellizzar. d. ſect.* 4. *n.* 128. nimirùm ſi Epiſcopus viſitare Eccleſiam, vel Monaſterium eis in conſervatione commiſſum attentaverit: *Bordon. reſ.* 95. *nu.* 14. & literas Conſervatorias Epiſcopo priùs exhibuerit Conſervator: aliàs ei Epiſcopus parere minimè tenetur, nec ſuas exequi ſententias, neque excommunicationi, tunc per Conſervatorem indictæ ſubjacet: agglutinant *P. Mirand. d. concluſ.* 5. *Barboſ. nu.* 37. & alij per eum.

30 Conſervator porrò, aut Delegatus ſi deliquerit, ab Ordinario loci objurgatur: *Petr. Caball. reſ. Crim. tom.* 1. *caſ.* 52. *n.* 1. *& ſeqq. Jacob. de Laurent. de Judic. ſuſp. cap.* 4. *nu.* 33. *Mendes à Caſtro prax. Luſitan. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. *Proſp. Farinac. fragm. Crim. par.* 2. *lit. F. n.* 973. *& ſeq. Barboſ. d. alleg.* 106. *n.* 37. *Pellizzar. d. ſect.* 4. *tract.* 8. *cap.* 8. *nu.* 134. 135. Imò coram loci Ordinario cõvenitur pro damnis, & intereſſe, ſi in cauſa ſuæ commiſſionis, & delegationis deliquerit, in judicando nimirùm, & non reddendo jus, & abutendo ſua juriſdictione, aut litem ſuam faciendo: ſubdũt ex *Farinac. n.* 977: *Barboſ. & Pelizzar. ibidem*; & ſi aliquid injuſtum exequi voluerit ei reſiſtere poſſet Ordinarius: *Farinac. ibidem, & facit Gloſſa in cap. ex literis, de offic. Deleg. Gig. conſ.* 163. *de Laurent. d. cap.* 4. *n.* 33. *Aufrer. Capp. Toleſ. deciſ.* 424. & nos infra meliùs. Negativè tamen reſpondit *Antonell. de reg. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 9. imò ſubdit eorum competentias per arbitros in forma juris electos abſolvendas eſſe.

31 Si tamen è laribus ſuæ cõmiſſionis, & juriſdictionis Cõſervator exierit, à ſuo Conſervatoris munere per annum ſuſpenditur, ex allata *Gregor. XV.*

XV. conſtit. & faciunt *Suarez, Lezan.* & alij per *Pellizzar. d. ſect.* 4. *quæſt.* 38. *nu.* 143. ſi ſcienter exceſſerit: at ſecùs ſi ignoranter: itidem ſi ſupina fuerit ignorantia: non tamen temeritas: *Peyrinus tom.* 2. *privil. conſtit.* 5. *Gregor. XV. n.* 6. *Pellizzar. n.* 144. *Alvar. Valaſc. conſult.* 152. *n.* 2. *par.* 2. *Antonell. n.* 2.

Verùm enim verò ſi Conſervator iſte extra ſuæ commiſſionis limites exeundo, falcem in meſſem alienā imponeret, impediendo ſcilicet Judicis laici juriſdictionem; tunc poſſit iſte Conſervatori inhibere, ni de cauſis ad forum temporale ſpectantibus ſe intromittat: ut ex tex. *in leg. conſulta, Cod. de teſtam. Bened. in repet. cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis* 2. *nu.* 49. *de teſtam. Gallicus de redit. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 71. *Navar. in cap. cum contingat. remed.* 4. *de reſcript. Covarr. pract. qu. cap.* 35. *nu.* 3. *verſ. probatur, Aufrer. de poteſt. ſæcul. ſupr. Eccleſ. Reg.* 1. *fallac.* 14. 15. *& Reg.* 2. *fallac.* 30. latè *Seſſe de inhibit. cap.* 8. *§.* 5. *nu.* 69. quos cumulat *Eraſ. Choker. de juriſd. Ordin. in exempt. par.* 1. *quæſt.* 39. *nu.* 34. *verſ. vigeſimo quæro,* ſubdens malo nodo malum eſſe adaptandum cuneum. Imò ſi Conſervator iſte fuerit immoderatus, aut refractarius, quit contra eum, laicum Imperium pro ſua juriſdictione tuenda, condignā adhibere medelam: nimirùm per pignorum capturam, & fructuum ſequeſtrationem: aliaque media adducunt *Caſſaneus ad conſuet. Burg. Rub.* 1. *des Juſtices, §.* 5. *num.* 85. *& ſeqq. Mathe. Weſembec. ad parat. ff. tit. ſi quis jus dicenti in fine,* aliàs ſecùs agendo nequiret ſæcularis Judex ſuam juriſdictionem ſartam, tectam conſervare: *Choker. ubi ſupra,* & faciunt tradita per nos in Cap. præcedenti, ubi de Delegato excedenti egimus.

Et ſi Epiſcopi loci Ordinarij juriſdictionem implicaverit Conſervator iſte; itidem ab Epiſcopo plectatur, & cenſurarū mucrone feriatur: *Seſſe d. cap.* 1. *§.* 1. *n.* 30. nam ut privatus reputandus eſt tunc Conſervator: *Menoch. præſum.* 67. *n.* 13. 16. *lib.* 2. *Navarr. in d. cap. cum contingat. remed.* 4. *de reſcript.*

32 Pars autem ſi procuraverit, ut Conſervator exceſſum cōmitteret; ipſo facto in excommunicationem ruerit; *cap. fin. de offic. Deleg. in* 6. effectu tamen ſequuto: *Bonac. de cenſur. in par. quæſt.* 2. *punct.* 35. *n* 3. *Barboſ. allegat.* 106. *n.* 49. & alij per *Antonell. n.* 8. nec ab

 ea

ea abſolvitur, niſi pars vexata fuerit de expenſis ſatisfacta: ut innuit *Gregor. XV. in adducta conſtitutione* §. 8. *& fin. Peyrin. n.* 65. *ibidem*, & de reſervatis Sum. Pontifici excõmunicatio erit, ſi pars adhùc non fuerit ſatisfacta inſinuat *Pellizzar. n.* 145. *in fine.*

33 Quit planè Cõſervator pro plectenda injuria ſibi illata, aut pro exequenda ſententia per eum lata; brachium Epiſcopale, & ſæculare expoſcere: & ſi ei fuerit denegatum ad cenſuras devenire poteſt: *Azor. inſtit. mor. d. cap.* 34. *q.* 10. *P. Mirand. d. qu.* 47. *art.* 8. *concluſ.* 7. *Cevall. comm. contra comm. tom.* 4. *q.* 897. *n.* 718. *Choker. de exempt. p.* 4. *q.* 111. *nu.* 16. *& de Conſervat. Eccleſ. qu.* 97. *Peyrin. de privil. tom.* 3. *cap.* 11. *n.* 12. *Pellizzar. n.* 133. *d. ſect.* 4.

34 Conſervator autẽ, pro alijs delictis patratis extra conſervationis munus; exemptionis privilegio haud potitur: *Card. Luc. de juriſd. diſcurſ.* 4. *nu.* 3. Planè nequit Conſervator ſe immiſcere in cõtroverſijs ob præcedentiam in proceſſionibus inter ſuos commiſſos, & alios Regulares ſubortis: ut mirè inſtruit *Ceſped. de exemp. diſtinct.* 318. *nu.* 11. quippè allatæ controverſię Epiſcopis, omni appellatione remota, per Sacr. Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 13. delegatæ ſpecialiter fuere: ut infra dicemus.

35 Neque audire poſſunt quęrelas Regularium, contra alios Regulares ſuæ conſervatoriæ ejuſdem Ordinis, ſub pæna excõmunicationis: depromitur ex *Leonis X. Conſtitutione*, quam afferunt *Peyrin. tom.* 1. *de privileg. conſtit.* 23. *Leon. V.* §. 3. *Pellizzar. d. ſect.* 4. *num.* 122.

Nec eorum poſſunt punire crimina Conſervatores: etenim iſta ad Prælatos ſuos Regulares ſpectant: indicant *Rodriq. tom.* 1. *quæſt.* 65. *Pellizzar. n.* 123. Neq; confugientes ad Eccleſiam Regularium extrahere poſſunt: nam hoc munus ad ſolum Epiſcopum, & ab eo deputatum fuit, ſpecialiter per Gregorium XIV. indultum: *Monet. de Conſervat. cap.* 7. *nu.* 266. licèt valent procedere contra violen-
36 ter extrahentes ab ipſa Sacra Baſilica, aut à Monaſterijs Religioſorum eis commiſſorum: talis namque extractio maniſeſtam violentiam, ac notabilem injuriam Regularibus infert *Peyrin. tom.* 3. *privil. cap.* 11. *nu.* 13. *Rodriq. tom.* 2. *qu.* 50. *art.* 2. *Pellizzar. d. ſect.* 4. *quæſt.* 29. *n.* 130. Neque valet Tribunalia erigere: etenim

nim hoc eis interdictum evolvitur per *Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 5. imò tenentur aſciſcere Notarium Epiſcopi, *Gavant. man. Epiſc. verb. Conſervatores n.* 17. Oppoſitum tamen edocent *Peyrin. in formul. lit. C. cap.* 20. *n.* 3. *Pellizzarius d. ſect.* 4. *n.* 113. *verſ. addit.* inſinuantes à Conſervatore ad libitum aſſumi poſſe Notarium.

37 Ulteriùs interdictũ eſt Cõſervatoribus ſalariũ à Monaſterijs ipſis cõmiſſis expoſcere *ex cap. fin. §. circà mentẽ de offic. deleg. in* 6. *cap. ſtatutũ de reſcript. in* 6. *cap. cum ab omni, de vit. & honeſt. Cleric.* licèt valeant exigere expẽſas, quas extrà domicilium facerent *d. cap. ſtatutum*, verum ſi aliter ex conſuetudine conſtaret, queunt moderatas recipere ſportulas *Veſtrius in praxi Rom. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 13. *Card. in Clement. ſtatutum de electione. Jaſon. §. Tripti n.* 46. *Inſtit. de action. Choker. de conſer. Eccl. p.* 2. *qu.* 13. *n.* 1. *Pellizzar. d. ſection.* 4. *qu.* 37. *n.* 141. Munera autem nequeunt recipere, & ſi acciperent, ad reſtitutionem obnoxij ſunt. *Navarr. de datis, & promiſſ. pro inſtit. vel grat.* deteſtatur nãq; ex Sacr. Script. corruptela munerum; *Eccleſ. cap.* 20. *cap.* 40. *verſ.* 14. *Deut.* 16. annuunt tamen Doctores in eſculentis, & poculentis, quæ paucis cõſumuntur diebus: elicitur *ex d. cap. ſtatutum §. inſuper de reſcript. in* 6. *l. plebeis cito ff. de offic. Præſ. l. ſolent. §. non verò in totum ff. de offic. pro Conſul.* conſumenda tamen infrà tres dies ſuſtinent *Menoch. de arbitr. caſ.* 517. *n.* 9. *Farinac. prax. crim. qu.* 111. *art.* 10. *n.* 260. Judicis arbitrio ait *Speculat. de Salar. Jud. n.* 5. *Farinac. n.* 258. *Et facit tex. in l. penult. C. de fabricenſ. lib.* 11. *cap. licèt de privileg. in* 6. *Pellizzar. qu.* 37. *ſect.* 4. *tract.* 8. *cap.* 8.

Cæterum Conſervatores ſe abſtinere debent à Xenapis, & à Xenijs, & ſuam mercedem ſperare debent à Deo Omnipotenti, qui charitativa, piaque opera irremunerata nequaquam relinquit, ipſique pro retributione gaudent omnibus gratijs, & ſpiritualibus privilegijs, Ordinibus quibus ſerviunt, indultis: ut benè innuit *Choker. d. qu.* 13. *p.* 2. *de conſervat. Eccleſ. n. fin.*.

38 Cenſent planè nonnulli, Conſervatores non eſſe in ſuſpectos recuſandos, *ex Innoc. in cap.* 1. *n.* 4. *& ibi Gloſſ. de offic. delegat. in* 6. *Sylveſt. verb. Conſervator n.* 5. *Cavalcan. decíſ.* 35. *n.* 15. *p.* 2. *Jo: Azor. Inſtit. mor. lib.* 5. *cap.* 34. *qu.* 11.

11. *tom.* 2. *Faber. in l. apertiſſimi, verſ. litem nec Conſervator, C. de Judic. Eraſm. Choker. de Juriſd. Ord. in Exemp. p.* 1. *tom.* 1. *qu.* 39. *n.* 33. ſed vide eumdem *in tom.* 2. *par.* 2. *qu.* 10. Etenim tantùm de notorijs cognoſcere poſſunt, de quibus nec appellatio admittitur *cap. cum ſit Romana* ꝰ. *ultimo cap. pervenit* 13. *& cap. conſuluit* 14. *& cap. cum ſpeciali* 61. ꝰ. *porrò de appellat. nec recuſatio cap. propoſuit* 24. *de appellat.*

Verùm ſi cauſa, de qua agitur talis ſit, in qua Cõſervator reum gravare prætendit, admittendam eſſe recuſationem autumat *Franch. in d. cap.* 1. *n.* 5. *Dom. ibidem n.* 23. *&* tunc itidem in notorijs locũ obtinet recuſatio, *ex Gloſſ. verb. manifeſta in cap. quia ſuſpecti* 3. *qu.* 5. *Burſat. conſ.* 21. *n.* 25. *lib.* 1. *Gomez. var. tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 46. *Farinac. prax. crim. tom.* 1. *qu.* 21. *n.* 130. ubi ſic limitat allatum *cap. propoſuit, & ex Conſ. Trident. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 5. *vers. quod ſi*, hoc idem firmat *Cevall. com. contr. com. tom.* 4. *qu.* 897. *n.* 779. *cum ſeq. Barbos. de offic. & pcteſt. Epiſcop. alleg.* 106. *n.* 32. *part.* 3. *Pellizzar. de regul. cap.* 7. *ſect.* 4. *qu.* 35. *n.* 139.

Idem dicendum eſt de Cõſervatoribus ad univerſitatem cauſarum deputatis, & ubi cũ indagine judiciali proceditur, in quibus militat recuſatio, arguendo à Delegatis ad Cõſervatores, à quibus valet argumentũ *Clement. ſæpè, verb. declaratio, de verb. ſignif. & ex Lancellot. de attent. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 64. *Wameſ. conſ.* 181. *de appell. Choker. tom.* 2. *de Conſer. Eccleſ. par.* 2. *q.* 10. *n.* 1. 2. ubi hoc idem in notorijs firmat, ſi pœna eſſet incerta, & arbitraria, in quibus datur recuſatio: & ante eum dixere *Milis in repet. verſ. Judex non poteſt recuſari, & in verb. notorium, Anton. in cap. cum ſpeciali, verſ. oppono, de appellat.*

Coram tamen paucis arbitris recuſantur Conſervatores *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reform.* edocent *Scribentes in cap. cum ſpeciali, de appellat.* ante verò litem conteſtatam, *l. fin. C. de Jud. Nevizan. conſ.* 36. *n.* 2. 3. *Cavalcan.* mox citandus, infrà tres dies, à die præpoſitæ ſuſpicionis nominãdis: alioquin proceſſus ſubſiſtit *Cavalcan. deciſ.* 28. *n.* 97. *& ſeqq. par.* 2. parte citata, *Pract. Papienſ. in forma libelli declinat. Judic. Gloſſ. in verb. Jud. ſuſpectus n.* 5. Et de juriſdictione recuſati eſſe debent arbitri *Specul. de recuſat.* ꝰ. *effectus n.* 2. *vide Cavalcan. nu.* 99. *& ſeqq.* 39 Po-

39 Poteſt benè verùm Conſervator ſuſpectus recuſatus, cauſam alteri ſubdelegare: ut firmãt *Wameſ. d. conſ.* 181. *n.* 3. 4. *tom.* 1. *de appellat. Scribentes in cap. Judex, de offic. Delegat. in* 6. quia Delegatus Principis eſt, qui poteſt ſubdelegare *DD. in cap. ſpeciali, de appellat.* & ad Univerſitatem cauſarũ, qui Ordinario æquiparatur *Wameſ. n.* 7. *Federic. de Sen. conſ.* 24. & ex alijs firmat *Eraſm. Choker. de Conſervat. par.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 5. Imò parùm refert delegationem à ſuſpecto emanaſſe: meritò reſpuendum quoque eſſe Delegatum à ſuſpecto electum *ex l. Prætor.* 17. *ff. de juriſd. omn. Judic. Paul. de Caſtr. in l. qui juriſdictioni, n.* 2. *Decius n.* 6. *de juriſdict. omn. Jud. & facit tex. in cap. ſi quis contra Clericum* 4. *de foro competen.* & ibi *Gloſſ. verb. exequutor, Coſta Sicul. conſ.* 85. Etenim explorati juris eſt, Judex ſuſpectus in cognoſcẽdo, regulariter ſuſpectus non eſt in delegando: probant *Menoch. de arbitr. caſ.* 458. *Maſtrill. deciſ.* 151. *n.* 81. *Sanfelic. prax. Judic. ſect.* 40. *n.* 15. *Capyc. Latr. deciſ.* 87. *in princ.* & ibi *Gizzar. Staiban. reſol.* 110. *n.* 50. *tom.* 2. *Taſſon. pragm. de antefat. obſer.* 3. *n.* 113. *Rovit. ad pragm.* 15. *de ſuſp. Offic. Verde ad Gallupp. in prax. cap.* 4. *part.* 1. *Petr. ſup. rit. M. C.V. cap.* 265. At-
40 tamen ſi recuſatio provenit ex cauſa inimicitiæ, vel in delegando eſſet adhibenda cauſæ cognitio, regula recenſita limitatur: etenim tunc potiùs eſt judicatio, quàm delegatio ſimplex, firmant omnes nuper allati, & ex eis doctiſs. & nũquàm ſatis laudãdus *Conſiliar. D. Carol. Petra n.* 93. *& ſeqq. Capyc. Latr. deciſ.* 87. *nu.* 19. *in fin.* qui cum *Gizzio ibidem* deciſum affert, & pluries *Jo. Bapt. Mucci ad Reg. Sanfelic. deciſ.* 63.

Modò verò noſtrum in ſequendo inſtitutum, circa imperium in Regulares, cæteroſ-
41 que exẽptos inquimus: Exẽpti, & ſi Epiſcopi loci Ordinarij juriſdictionem turbaverint, eique ſuiſque Curiæ Officialibus ſuum exercẽtibus munus injuriã intulerint; offenſi imperium prorogant, eumque competentem declarant, ſub ejuſque Imperio ſubijciunt *ex Gloſſ. in cap.* 1. *de off. Delegat.* & innuunt unanimi conſenſu Canoniſtæ, ac Civiliſtæ *in l. ad dictos, Cod. de Sacr. Eccleſ.* quos commemorat *Epiſcop. Genuenſ. in prax. cap.* 11. *& cap.* 56. *nu.* 6. & ante eum *Eraſm. Choker. de juriſd. par.* 2. *quæſt.* 45. *Farinac. in prax. q.* 114. *n.* 65. *cum ſeqq.* quos oſfen-

Digitized by Google

ſenſus Epiſcopus, & in ſua perturbatus juriſdictione cõpeſcere quit: quàvis exéptione non obſtante: ut deciſum affert in una *Panorm. Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit. 8. n. 11.* parique ſchemata objurgare valet Conſervatores Regularium, ſi ſuam impedire attentant juriſdictionẽ in Regulares, in caſibus permiſſis: ut deciſum adducit *Novar. Lucer. Regul. verb. Epiſcopus, quo ad Regulares, nu. 23.* & annuit *Ventrigl. prax. Eccl. annot. 48. §. unic. n. 28.* quod perficere valent Epiſcopi: itidem per cenſurarum declarationem, *textus in cap. dilecto, de ſentent. excommunicationis in 6. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 2. cap. 191. nu. 13. Jul. Chart. deciſ. 72. n. 100.* quoniam Ordinarius hoſce excõmunicatos exemptos declarãdo; eos haud excommunicat: nec propriam exercet juriſdictionem; ſed tantùm declarat cenſuras incurſas, ex diſpoſitione: *cap. conqueſtus de for. compet. & cap. quoniam, de immun. Eccleſ. in 6. & ex Bull. Cœn. Dom. cap. 16. Chart. nu. 102. & deciſ. 89. n. 33. Farinac. d. quæſt. 114. nu. 66. & ſeqq. Cardinal. de Luc. tract. de juriſd. diſcurſ. 47. & 48. & in adnot. ad S.C.T. in diſcurſ. 43. n. 12.* ſed vide infra *nu. 152.*

Quod itidem à non habente poteſtatem, ac juriſdictionem fieri haud interdicitur, *ex Clement. 1. de privileg. in 6.* & ibi *Card. Zabarell. & Abb. Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub. 12. cap. 16. n. 42. Genuenſ. d. cap. 57. n. 1. 3.* ſicque pluries deciſum affert per Sacr. Congreg. Cardin. *Card. de Luca de juriſdict. & foro compet. tom. 3. diſcurſ. 36.* Et enodatè in una Meſſanenſi *anno 1653. in diſcurſ. 29.* mirè hoc idem de more ſuſtinet.

42 Ratio potiſſima eſt omnibus, namq; Magiſtratibus permiſſum eſt ſuã tueri juriſdictionẽ *l. 1. in princ. ff. ſi quis jus dicend. non obtemper. l. obſervandum, ff. de offic. Præſ. cap. 1. & Gloſſ. verb. impedire, cap. præterea, cap. ſignificaſti, Gloſſ. verb. reſiſtentia, cap. ex literis, cap. de cauſis, de offic. Delegat. cap. dilecto, de ſentent. excom. in 6. cap. 1. & Gloſſ. in verb. punire, de pœn. in 6. cap. quod ſuper his, & Gloſſ. in verb. obedientiam, de major. & obedien. Ricc. prax. reſol. 231. Menoch. conſ. 230. n. 82. Marth. de juriſd. par. 3. cap. 1. à n. 1. & cap. 128. n. 4. par. 4. Bobadill. lib. 2. polit. cap. 18. n. 85. Farinac. prax. par. 4. quæſt. 11. n. 24. Seſſe de inbibit. cap. 9. §. 1. nu. 18. & 65. Galeot. reſp. Fiſcal. 1. n. 45. 50. Novar. in rubr.*

Digitized by Google

rubr. de jurisdict. non turband. collec. 1. *n.* 3. *Chart. deciſ.* 92. *n.* 99. *&* *deciſ.* 89. *n.* 31. *&* *deciſ.* 96. *n.* 18. *Fontanell. deciſ.* 318. *nu.* 9. *&* *deciſ.* 319. *n.* 20. *par.* 2. *Aug. Barboſ. in cap. dilect. n.* 7. *de ſentent. excom. in* 6. dignitas planè decus, & honor Magiſtratus, conſervetur, & è cæterorum contumelia tuetur ſeverà contundentium objurgatione: *tex. in cap.* 1. *de maledict.* proprium namque Principem lę-
43 dit, qui Magiſtratum offendit: inſinuat *Cyn. in l. ſi non convitij, C. de injur. Bobadill. lib.* 3. *d. cap.* 1. *n.* 27. 35. *Caſſan. Glor. Mund. par.* 7. *conſider.* 10. *Lucan. rub. de crim. læſ. Majeſt. n.* 17. meritò Rei-
44 publicæ Magiſtratus, ab Ecteſia, *Juſtitiæ Proceres* nũcupantur: à Diogene, *Numinum Cultores*: à Tucydide, *Provinciarum Columina*: ab Homero, *Jovis adminiſtri, Regum aures, Deorum oculi*: ac *Provinciæ cultores*, à Præcopio: quibus, cunctorum legum præcepto, obedientiam, ac ſacram exhibendam eſſe reverentiam, ait *Caſſiod. lib.* 2. *Epiſt.* 10. ſubditque *Syrach. lib.* 10. *timentes Dominum honorent Magiſtratum ſuum*: quod protulit *textus in l. ſemper, ff. de jur. immun. l.* 3. *§.* 1. *ff. quod met. cauſ. l. fin. C. quando provocare non eſt neceſ. l. cum numeris, ff. de muner. & honor. cap. ut delitus, de appell. l. veluti, ff. de Juſt. & jur. l. ſi quis ex aliena, ff. de Jud. Aut. ut omnes*, & *titul. ſi quis jus dicen. non obtemp. Bald. in l.* 1. *Cod. ſi Rect. Provinc. Abb. in cap. dilectos, n.* 2. *de pœn. Barboſ. in d. cap. debitus honor, de appell. nu.* 2. *Char. d. deciſ.* 75. *n.* 1. *Gratian. diſcep. cap.* 284. *n.* 1. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 29. *n.* 5.

45 Curent ergò Miniſtri, qui hunc componunt Magiſtratum, ad hoc ut eis debita pręſtetur veneratio, ut par eſt; ut ſint juſtiſſimi, ac ſinceriſſimi, veritatem, & juſtitiam animo, ac mente inſitam, fixamque retinendo: non autem extrin-
46 ſecè, & ſuperficialiter: ut circa collum Sapphirogemmam confectam geſtebāt Ægyptij: teſte *Æliano var. hiſt. lib.* 4. *cap.* 34.

47 Epiſcopus inſuper Diœceſanus nequit ſacrare Feſta, nec in Divinos reponere eos, qui non ſunt auctoritate Pontificis, cum Cœleſtibus connumerati: ut edocent *Azor. inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *qu.* 1. *&* *qu.* 4. *Carraſc. ſuper nonnullas leges Novæ recopil. cap.* 2. *n.* 32. *D. Felix Cantelor de Canonizat. Sanct. cap.* 4. *n.* 15. *Sanch. in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 42. *n.* 9. *Suarez.*

tom.

tom. 1. de relig. lib. 2. de dieb. feſtiv. cap. 11. n. 3. cum ad ſolum ſpectet Pontificem indicare feſtum in honorem nõ Canonizatorum:*Cantelor. ubi nuper, Fagund. in quinqu. Eccleſ. præcep. lib. 1. cap. 13 n. 5. 15. Suarez loco indicato n. 45.* valet tamen Epiſcopus dies feſtos conſecrare in Sanctorũ honorem jam Beatificatorum: & eo in caſu,auditis Clero, & populo;ipſe ſolus decernit, ac præcipit de illis venerari Feſta: *tex. in cap. 1. de conſecr. diſtint. 3. cap. conqueſtus de ferijs. Filluc. in quæſt. mor. tr. 27. cap. 6. quæſt. 3. n. 83. Paul. Layman. in theolog. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 1. n. 3. Bonac. interſ. præcep. decalog. diſput. 5. q. unica par. 1. n. 3. Azor. ubi ſupra par. 2. lib. 1. cap. 26. qu. 4. Didac. Covarr. var. lib. 4. cap. 19. n. 9. Trullench. in expoſit. decalog. lib. 3. cap. 1. dub. 2. n. 2. Marcell. Vulp. in prax. judic. fori Eccleſiaſt. cap. 5. n. 11.* parcè verò haud laxè,cum potiùs abrogare, quam illa inſtituere debeant, ſi plura ſint:*Sayr. in Clav. Reg. lib. 7. cap. 3. nu. 16. Fagund. d. lib. 1. cap. 6. num. 4.*

48 Undè fluit valére Epiſcopũ loci Ordinariũ objurgare Regulares adorãtes ſub prætextu ſanctitatis defunctos non Canonizatos, vel Beatificatos: ut ex *Thom. del Bene, de immun. Eccleſ. cap. 14. dub. 10. n. 19. verſ. cæterum Lezan. ſum. verb. cauſa judicialis Regularium, n. 14. Panimoll. deciſ. 84. adnot. 3. n. 39. p. 2.* Principes autẽ ſæculares itidem alios dies ferijs condecorare valent extraordinarijs honorariè, & politicè: non tamen religioſè: explicant *Turllench. d. dub. 2. n. 4. Caſtr. Pala. in oper. mor. tract. 9. diſp. 2. punct. 2. n. 4.* Quamvis hoſce, nefaſtos, ac faſtos dies, Romani ſtatuere Imperatores:ut poſt Numam Pompilium, eos Julius Cæſar correxit:teſte *Sueton. in Jul. Cæſar. c. 40.* imò nefaſtis iſtis diebus, pacis feſtum,ac pacalia Romę celebrantur: *Ovid. 1. faſtor. verſ. 709:*

Ipſum nos carmen deduxit pacis ad aras,
Hæc erit à menſe ſine ſecunda dies.

Et iterùm:

Thura Sacerdotes pacalibus addite flammis,
Albaque perfuſa victima fonte cadat:
Ut quæ Domus, quæ perſtat eam cum pace perennet.
Ad pia propenſos vota rogate Deos.

Queis in nefaſtis diebus quoque Prætoria verba *DO, DICO, ADDICO*, quę (lege

agi)

agi)nuncupabantur, proferre nefas erat: quamvis non implicabat, quin Princeps in eis qualemcumque legem promulgaſset; ob maximum diſcrimen inter agere, & ad populum loqui, inſinuat graphicè *Paul. Mānucius de vet. dier. rat. & Bernard. Briſſon. ſel. ex jur. ciuil. antiquit. lib.* 4. *cap.* 20.

49 In hiſcè ſanè colendis feſtis, itidem Regulares, & exempti tenentur: decrevit Sacr. Trident. Conſ. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 12. *Eraſm. Choker. de juriſd. Ordin. in exempt. par.* 2. *qu.* 45. *n.* 55. *Trullench. expoſit. decalog. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 3. *n.* 12. & annectunt mirè *Paul. Fuſcus de viſit. & regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 63. *Laur. de Franch. in contr. inter Epiſcop. & regul. qu.* 6. *verſ. fallit, Marcell. Vulp. ubi ſupra cap.* 42. *n.* 10. *Novarr. Lucern. regul. verb. feſtivus dies. Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 31. *n.* 91. *del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 1. *n.* 15. *tom.* 2. *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 1. *n.* 51. 52. ubi ſubdit hoſcè Epiſcopos ſervari debere cōſtitutionem Urbani VIII. per quam admonentur, ut ſe abſtineant novas publicare feſtivitates, ultrà ſolitas: imò quòd Regularium ritus, quoad miſſarum celebrationem & divina officia, publicè, vel privatè celebranda, nō infringantur: aliàs Epiſcopis parere non tenentur exempti, & Regulares: edocet *P. Laur. Peyrin. in conſtit. ſui Ordin. Min. tom.* 1. *in conſtit.* 28. *Leon. X. à n.* 2. *Quarant. in ſum. Bull. verb. privilegium regulare, Piaſec. in prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 47. *verſ. cenſuras. Ugolin. ubi ſupra cap.* 5. *n.* 15. Et ſic cenſuit Sacr. Congreg. ad explicationē Concilij Trident. *d. cap.* 12. *ſeſſ.* 25. & meminere *Quarant. & alij ubi nuper* quos agglutinat *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 151. *& p.* 3. *eodem tract. alleg.* 105. *n.* 32. 34. *Tambor. de Jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 15. *qu.* 7. *n.* 18. *Panimoll. n.* 53.

50 Ulteriùs hiſcè Regularibus, ac Exemptis prædicare in Eccleſijs, quæ de ſuo Ordine haud ſunt, abſque venia Ordinarij loci Epiſcopi *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 4. vetuit, ipſiq; ſecluſis Doctorū opinionibus, in cōtrariū dictātibus ex cōſtitutione *Greg. XV. inſcrutabili, die* 9. *Feb.* 1622. edita, ab Epiſcopo, non à ſuo Regulari Prelato tunc plectuntur ita, & hodie poſt publicationem conſtitutionū Gregorij XV. & Urbani VIII. ut inſinuat *ex*

Barboſ. ubi ſupra Ventrigl. prax. Eccleſ. annot. 48. *§. unico*, *n.* 70. & aſtruunt *P. Dian. reſ. mor. part.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 111. *Lezan. in ſum. quæſt. reg. part.* 1. *cap.* 20. *n.* 3. *& alij*, quos cumulat *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 210. *& ſeqq. & n.* 212. *& par.* 3. *alleg.* 76. *n.* 24. *de poteſtat. Epiſc. & alleg.* 105. *Tambor. de jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 15. *Fagnan. in cap. nimis*, *de exceſſ. prælat.* Cæſar. *Panimoll. adnotat.* 1. *n.* 14. *ad deciſ.* 84. *Epiſcop. Franceſ de Urrigont. in Paſtor. reg. par.* 2. *q.* 2. *Card. de Luc. in Miſcell. rer. Eccleſ. diſcurſ.* 14. *n.* 10. *tom.* 14. *de*
51 *regul.* Verùm in ſuis Eccleſijs prædicare ſi voluerint, cum ſui Regularis Prælati approbatione; benedictionem perſonaliter: non autem per epiſtolam, aut per Nunciũ *Vulp. prax. Eccl. cap.* 42. *n.* 3. ab Epiſcopo expoſcere tenentur: deſumitur ex eodem Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *verſ. ſi quæ verò*, & inſtruunt *Ricc. in prax. reſ.* 633. *& deciſ.* 2. 19. *p.* 2. *F. Emman. qu. regul. tom.* 3. *qu.* 32. *art.* 5. aliàs ab eodem loci Ordinario, tãquam Sedis Apoſtolicæ Delegato comprimuntur, *ex allata Gregor. XV. cõſtitutiones Ventrigl. n.* 75. *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 1. *n.* 14. queunt tamen prædicare, etiam ſi eam non obtinuerint: indicat *Gallett. in Margar. caſ. conſcient. verb. licentia, Valer. Reginal. in add. leg. recop. n.* 56. aut interdicti fuerint *P. Ludov. Mirand. Man. Prælat. tom.* 1. *qu.* 50. *art.* 3. *conluſ.* 1. *Peyrin. ubi ſupra tom.* 1. *de ſubdito qu.* 1. *de obedient. cap.* 22. *Lezan ubi ſupra n.* 3. quod pariter ſtatuit Sacr. Congregatio *ſub die* 30. *Januar.* 1629. ad declarationẽ epiſtolæ Urbani VIII. Cardinali Sandoval. Genuen. Præſuli directę, quam affert *Barboſ. d. lib.* 1. *cap.* 43. *ſub n.* 210. *de jur. Eccleſ. univerſ.* licèt oppoſitum ſentiunt *Leo theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 9. *Piaſec. in prax. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 6. *n.* 7. & alij, quos affert *Panimoll.* infra: autumãtes nequire Regulares, in alienis Eccleſijs prædicare abſque Epiſcopi venia: nec in proprijs ſine ejuſdem Ordinarij benedictione, etiam ſi contradixerit, aliàs plecti poſſunt ab eodem Epiſcopo. Et ita ex allata Urbani VIII. declaratione edocet: *Peregrin. in compend. Privil. verb. prædicare, Bonacin.* verò *de immun. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 4. *n.* 1. 2. *tom.* 2. ait, quod de recenſito Urbani Decreto authenticè non conſtat: & refert *Cæſar. Panimoll. in adnot.* 4. *n.* 11. *ad deciſ.* 84. laxèque

aſtruit

Digitized by Google

aſtruit *Ventriglubi ſupra n.67.* niſi hæreſim, propoſitioneſque erroneas in prædicatione adduxerint, vel falſa miracula, & ſomniatas Prophetias inſinuaverint: licèt in propria Eccleſia: nã tunc ex *Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2.* cõprimuntur tales Regulares ab Ordinario: *Tambor. de jur. Abbat. tom. 2. diſp. 11. quæſt. 3. n. 2. Ventrigl. n. 71.*

52 Hoſce, itaque Regulares, ac Exemptos, ad publicas, ac cõſuetas proceſſiones accitos, Epiſcopo vocanti parere debere, dictant *ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 3. qu. 36. art. 1. n. 1. Franc. Leo in theſaur. for. Eccleſ. part. 4. cap. 2. n. 143. Eraſ. Choker. de juriſd. Ordin. in Exempt. part. 2. quæſt. 45. n. 109. Auguſtin. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 43. de vit. & ſtatu Regular. n. 158. & par. 3. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 78. n. 14. Paul. Fuſc. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 15. num. 53. Ugolin. de offic. Epiſcop. cap. 20. ʒ. 2. n. 4. Tambor. de jur. Abb. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 7. n. 20.* & ſic Sacr. Congreg. in una *Legionenſi. 24. Septemb. 1605.* ſtatuit, declaravitque ad publicas proceſſiones, ad quas Regulares, ac Exempti vocati ſunt, ad eos accedere debere; eaſque recenſet *Concil. Trid. cap. 13. ſeſſ. 25.* quæ indictæ ſunt pro bono publico, ratione magnæ neceſſitatis: nimirùm urgente peſte, vel alio flagello, vel pro pace, ac in novo Epiſcopi introitu: *Panimoll. deciſ. 84. annot. 1. n. 46. tom. 2.* Et in Rogationibus, quę ab Eccleſia in triduo ante Aſcenſionem Domini fiunt: quam Sacræ Congregationis declarationem ubique ſervandam eſſe ſtatuit, & declaravit in una *Ferrarienſi. 27. Julij 1609.* & inſinuant *Armendr. in addit. ad recop. Leg. Navar. lib. 1. tit. 14. cap. 28. ʒ. 31. ubi ſupra, Choker. Leo, Ugolin.* & alij in locis indicatis, addito *Chopin. de ſacr. polit. lib. 2. tit. 6. nu. 18.* & ad eas, ad quas, ſecundùm priſcam loci conſuetudinem accedere conſuevere: ut in Conſtit. Pij V. incipiente: *Et ſi Mendicantium, ʒ. 79.* ſicque ſtatuiſſe Sacr. Congreg. Rituum: refert *Peyrin. tom. 2. privil. ſui Ordin. Minor. in annotat. ad Conſtit. 7. Pij V. ʒ. 29. n. 25. Tambor. de jur. Abbat. diſp. 24. quæſt. 8.*

53 *n. 2.* qui inſimul conveniunt in hoc, tantùm nõ eſſe obſtrictos Regulares, qui perpetuò in ſtrictiori vivunt clauſura: & innuit *Sacr. Concil. Trid. in d. cap. 13. in fin.* vel ſi ſpeciali privilegio fuere muniti: ut

 ſunt

ſunt RR. *Patres Societatis Jeſus, ex Conſtitut. Gregor. XIII.* de qua laxè facit *Sanch. conſ. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 3. nu.* 12. & de alijs meminit *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 1. *n.* 42. & RR. Clericos Theatinos juxtà privilegia eorum! *Thom. del Bene, de immun. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 3. *n.* 5. & 6. *tom.* 2. edocent *Aloyſ. Riccius reſol.* 308. & alij ubi nuper, aut per milliare dimidium à Civitate diſtarent: & ſic idem *Ricc.* refert deciſum: nec diſcrepant *Ugolin. Armendr. & Salgad. de Reg. protect. cap.* 9. *par.* 2. *n.* 14. *tom.* 1. *Piaſec. in prax. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 47. *Barboſ. allegat.* 78. *n.* 21. *Tambor. n.* 3. 4.

54 Verùm, ſi acciti ab Ordinario, ad proceſſiones acceſſere aliquando, nullum attulere eorum privilegio præjudiciũ, neque Ordinarius jus ex allato acceſſu quæſivit: etenim facultativum eſſe jus accedere, & non accedere ad proceſſionẽ: ait *Calderin. conſ.* 8. *de Regul. Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap.* 20. § 2. *num.* 5. *Navar. ſuper Bull. tit. de proceſſ. n.* 18. quos affert *Ventrigl. prax. Eccl. ann.* 48. § *unic. n.* 110. *p.* 1. Cæteri verò inobedientes ſi fuerint, compellendi ſunt ab eodem Epiſcopo loci Ordinario vocante: depromitur *ex Concil: Trid. in d. cap.* 13. *verſ. exemptos autem omnes*: & dictant *Perez de Lara, de anniverſar. & Cappellan. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 14. *Ciarlin. contr. for. lib.* 1. *cap.* 50. *n.* 21. *Ricc. prax. Eccleſ. reſol.* 308. *nu.* 5. & 6. & *in prax. aur. reſol.* 210. *nu.* 1. *Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 117. *Mari. Ant. Macerat. var. reſ l. lib.* 1. *reſol.* 103. *n.* 16. *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 3. *par.* 11. *nu.* 18. *Cuch. inſtitut. major. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 55. *Franc. Leo. ubi ſupra d. cap.* 8. *n.* 18. *par.* 1. *Zerol. in prax. Epiſcop. par.* 1. *verb. proceſſiones,* § 2. *Auguſt. Barboſ. in locis ſuperius relatis, & in par.* 3. *de offic. & poteſt. Epiſcop. in allegat.* 78. *nu.* 14. & *ſeqq. nu.* 35. *Paul. Fuſcus de viſit. Eccleſ. d. cap.* 8. *n.* 12. & *in cap.* 15. *nu.* 64. *lib.* 2. *Cened. Canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 26. *n.* 15. *Salgad. de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 102.

55 Et ſi oppoſitã tuentur ſententiam: *Sanch. de matrim. lib.* 6. *diſput.* 33. *n.* 28. *Henriq. in ſumm. lib.* 7. *cap.* 25. § 7. *per totum. Villalob. in ſumm. tom.* 2. *tract.* 25. *diffinic.* 5. *nu.* 17. *Frat. Emman. in ſumm. tom.* 1. *cap.* 74. *n.* 4. & alij, quos mirè recenſet *P. Laur. de Peyrin. tom.* 1. *in conſtit. ſui Ordin. Minor. conſt.* 2. *Siſti IV. ſub n.* 60.

&

& poſt eum magiſtraliter facit *Aſcan.Tambor.de jur.Abbat.to. 1.diſp.8.q.7.n.7.*annuitque *P. Ant.Dian.reſol.moral,p.3.tr.2. reſol.*76.inſtruentes haud poſſe per cenſuras Epiſcopũ Regulares compellere,ut eant ad proceſſiones:& conſonant *Rodriq: quæſt. Regul. reſol.* 118. *n.* 1. *Portules in addit. ad dub. Regul. Col. verb. proceſſiones, n.*1. *Panimoll. deciſ.* 84.*annot.* 1.*n.* 40. *& annot.* 4. *nu.* 16. *tom.* 2. & deciſum ſic refert *Quarant.in ſumm. Bullar.verb. præcedentia:*pœnâ tamẽ pecuniariâ non autem cenſuris firmat: *Stephan. Gratian. deciſ. Marcb.* 232. *Sanch. & Frat. Emman. eum àlijs infra*, & Sacra Congreg. ſtatuit per Epiſcopos,alias pœnas talibus inobedientibus eſſe infligendas, *ſub die* 20.*Maij* 1616. certiorato priùs Regulari Prælato: ad quod itidẽ facit Conſtitutio Gregorij XIII. *anno* 1588. *edita.*

Attamen hanc oppoſitam ſententiam non eſſe admittẽdã cenſet *Ventrigl. prax. Eccl. tom.* 1, *annot.* 48. *nu.* 106. *§. unico*, ſicque eadem Sacra Congregatio pluries ſtatuit, omnes Religioſos Mendicantes, ac Monachos eſſe compellendos ſub cenſuris per Epiſcopos loci Ordinarios, ut accedant ad publicas, conſuetas,ac generales proceſſiones. Et ita in una Ferrarienſi *ſub die* 27. *Febr.* 1609. & in una Chilienſ. juriſd. *ſub die* 27. *Februarij*, *&* 15. *Maij anno* 1610. ſtatutum fuit, prout in Toletana altera *ſub* 4.*Junij anno* 1615. & deſumitur ex ipſomet Sacr.Concil.Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regul. §. Exemptis autem cap.*13.ſtrenuèque tuetur *Epiſcop. Paul. Fuſcus, de viſit. Eccleſ. d. cap.* 8. *nu.* 12. *lib.* 2.

Nobis autem arridet hæc ultima ſententia:etenim Conſtitutiones Apoſt. & Concil. Trident. plura Ordinarijs locorum indulxere privilegia, & poteſtates jure Delegato contra Regulares,& quibuſcũque privilegijs Exemptos, in hiſce recenſitis caſibus, Confeſſionum, Prædicationum, Proceſſionum, & curæ Animarum, ac Sacramentorum adminiſtrationum: ut prædiximus, & afferunt *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 105. *Fagnan. in cap. nimis prava*, *de exceſſ. Prælat. Franceſ in Paſtor. Regular. par.* 2. *quæſt.* 2. Pro quibus fuit impertita Ordinarijs facultas, hoſce Exemptos, & Regulares inobedientes compeſcere: undè neceſſariò infertur,conceſſa coërctione,pariter cenſentur conceſſa media; ex quibus coërctio perficere

cere poſſit, tam per perſonas, quàm per cenſuras: ut graphicè de more edocent præter allatos *Card. de Luc. in Miſcell. diſcur.* 16. *n.* 10. 11. 12. potiſſimùm ex Conſtit. 9. Gregor. XV. quam ibi affert, *& in tract. de juriſd. & for. compet. diſcurſ.* 49. *& tit. de Regular. diſcurſ.* 15. 52. *tom.* 14.

56 Ad Epiſcopos autē privativè, quoad alios ſpectat publicas indicere proceſſiones, modum præſcribere, populumq; ad eas per edictum convocare: inſinuant *Aloyſ. Riccius in deciſ. M. C. Archiep.* 379. *n.* 4. *par.* 4. *& in deciſ.* 308. *nu.* 7. *tom.* 2. *Franc. Leo. in theſaur. for. Eccleſ. par.* 4. *cap.* 2. *Bellet. diſquiſit. Cler. part.* 1. *tit. de favor. Cleric. real.* §. 2. *nu.* 5. *Campanill. in diverſ. jur. Canon. d. cap.* 13. *rub.* 12. *n.* 118. & decrevit Sacra Congregatio in una Elborenſ. *ſub* 14. *Januarij* 1617. eoque abſente, ad Vicarium Generalem cum Capituli conſilio ſpectare, cōgruunt omnes, paulò antè expoſiti DD. & cenſuit Sacra Cōgregatio Ritus *anno* 1630. *& Sacr. Congr. Concil. die* 7. *Februar.* 1632. *apud Benſadin. in theſaur. Canoc. deciſ.* 17. *n.* 2. Nec Regulares extra ſuas Eccleſias, ac eorum ambitum illas facere valent, abſque Ordinarij facultate: *tex. in cap. ſicut antiquitus,* 17. *quæſt.* 1. & ſtatuit Sacra Congregatio ad Concil. Trident. interpretationem, *ſub die* 2. *Julij* 1620. & annuere *Zerol. in prax. d.* §. 4. *par.* 1. *verb. proceſſiones, Cāpanil. ubi ſupra, P. Dian. reſol. moral. par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 77. *del Bene, & Panimoll. ubi ſupra nu.* 49.

57 Ad Epiſcopos quoqūe pertinet componere quæſtiones, & differentias circa præcedētias, tam inter Sæculares, quā inter Regulares, ac Exemptos ortas, brevi manu, ſuſpenſivâ appellatione remotâ: ut deducunt ex eodem Concil. Trid. *Aloyſ. Riccius d. deciſ.* 90. *n.* 1. *Epiſcop. Paul. Fuſc. de viſitat. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 65. *Franc. Leo theſaur. Eccleſ. cap.* 18. *nu.* 18. *part.* 1. *Frat. Emman. quæſt. Regul. tom.* 3. *qu.* 37. *artic.* 37. *Tambor. de jur. Abbat. tom.* 1. *quæſt.* 7. *diſp.* 15. *n.* 20. *Salgad. de Reg. protect. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *n.* 9. *Ventrigl. annot.* 12. §. *unic. n.* 14. *tom.* 1. quoniam ſpiritualis eſt actio: *Navar. conſ.* 3. *n.* 6. *de for. compet. n.* 2. *Perez de Lara de anniverſ. & Cappell. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 29. *Ant. Gama deciſ.* 1. *n.* 8. *Zerol. in prax. d.* §. 4. *par.* 1. *verſ. proceſſiones, Salgad. de Reg. protect. d. part.* 2. *tom.* 1. *cap.* 9. *nu.* 1. *Emman. Rodriq. non. reg. tom.* 3. *qu.* 37. *art.*

Digitized by Google

art. 3. *Auguſt. Barboſ. in locis indicatis, & in remiſſ.ad Conſ. Trident. cap.* 13. *nu.* 2. *Joan. Hieron. Campanil. d. Rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 120. *& in cap.* 12. *n. fin. Panimoll. deciſ.* 84. *nu.* 35. 36.

Ad quas quidem differentias decernendas, Judices laici incapaces ſunt, nullamque retinent poteſtatem, itidem inter laicos; ſed ſolus Epiſcopus loci Ordinarius eas abſolvit: *cap.* 2. *cap.* 3. *de judic. cap. benè quidem* 96. *diſtinct. Salgad. d. cap.* 9. *nu.* 34. *par.* 2. *tom.* 1.

58 Ita, & ſi quæſtio eſſet de jure ſedendi in ipſa Eccleſia: annectunt *Jac. Cancer. var. tom.* 3. *cap.* 10. *nu.* 115. & alij, quos ipſe refert: *Fermoſ. in cap. ſi Clericus* 5. *quæſt.* 6. *nu.* 8. *de for. compet. Auguſt. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat.* 27. *n.* 6. *par.* 3. *& not.* 126. *nu.* 275. *lib.* 3. quidquid in oppoſitum blateraverit *Valeron. de trãſat. tit.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 49. *& Carol. de Graſſ. effect. Cler. effect.* 1. *n.* 613. quam ſententiam tolerabilem eſſe in judicio tantũ poſſeſſorio inſinuat ex *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *n.* 52. *Panimoll. d. annot.* 1. *n.* 8.

59 Imò contra ſcãnũ amoventẽ, datur actio injuriarum: edocet *Steph. Gratian. diſcept. for. cap.* 110. *n.* 14. & acquiritur jus hoc ſedendi in Eccleſia tolerante, Epiſcopo, prout in jure patronatus, ac funerandi: dixere *ex cap. penultimo de ſepultur. Lãbert. de jure patronat. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 11. *art.* 15. *n.* 1. *Hermoſil. ad Lop. tom.* 1. *in prolog. Gloſſ.* 2. *n.* 18. Sicque circà modum priùs ſedendi, aut altiori loco, & pacem recipiendi in Eccleſia, quæ ex Epiſcopi gratia, vel tolerantia laicis impertiuntur; edocent præter allatos, *Parlador. rer. quotid. part.* 3. *different.* 66. *n.* 7. 8. *Barboſ. alleg.* 78. *n.* 26. *part.* 3. & deciſum affert *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 159. *n.* 3. 8. *part.* 3. & ſi in loco patenti poſitũ fuerit ſcamnum *Ciarlin. controv. lib.* 2. *cap.* 210. *n.* 19. *Cortiad. n.* 10. competit ex unico actu acquirenti remedium poſſeſſorium: ſubdunt DD. adducti per *Panimoll. deciſ.* 1. *adnot.* 15. *n.* 3. 5. *vide n.* 6. additis *Reg. Sanfelic. deciſ.* 331. *tom.* 3. *Franc. Marc. deciſ.* 275. *par.* 2. *Ciarlin. contr.* 119. *tom.* 2. *Petron. in particulari patrocinio pro Duce Seani*, quem refert *Gizius ad Capyc. obſer.* 181. *n.* 6. nec amoveri poſſit ab Epiſcopo vel Rectore: immo manutenendum eſſe laicum in ſua quaſi poſſeſſione ſubdunt *Barboſ. d. alleg.* 78. *n.* 26. *& alij per Cortiad. n.* 22. ubi hoc procedere autumat in diffiduis inter

ter

Digitized by Google

ter laicos excitatis, at ſecus inter laicum,& Epiſcopum, quod ante eum dixere adducti *per Dian. reſol. moral. ubi infra*, *& in Miſcell.* 4. *reſol.* 64.*& in Coordin.par.6.tract.* 1.*reſ.* 117.

Valetque inſuper laicus altero laico reſiſtere, ſi ſuam quaſi ſedendi poſſeſſionem turbare attentaverit: ſubdunt ex oraculo *Bald. in l. obſervare §. antequam ff. de offic. Proconſul. Menoch. Gratian. Parlador.& alij per Ciarlin.d.cap.* 119. *n.* 10. *lib.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 234. *n.*3. qui etiam,cum armis agglutinant reſiſtere valet: nec ordinaria mortis ultione comprimendum eſſe eum, qui armis provocatus, ſuam quaſi ſedendi poſſeſſionem impedientem interficeret,putăt relati *per Gratian. cap.* 110. *n.* 20. 21. quę quidem opinio haud arriſit *Cortiadæ*: nos autem annuimus, ſuppoſita provocatione, quo ad ordinariam mortis multam: at ſecus, quo ad extraordinariam, ſi tamen factum in Eccleſia patratum non fuerit.

Hoc tamen jus ad hæredes haud tranſit, nec cedere poſſit *Ciarlin. contr.* 210. *tom.* 2. *Giz. paulò antè*, & poſt eos *Card. de Luc. de prabem. diſcurſ.* 27. cui *Dianæ* opinio *in part.* 10. *reſ.mor. tract.*16. *reſol.*64. arriſit: *Luc.ad Franch.in obſer. ad deciſ.* 212. alioſque cumulat *Dominic.Manfrell.in obſer.* 154. *n.* 5. 6. ad eumdem *Capyc.* verùm *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 15. *per tot. ſub nu.* 21. edocet ſi eſſet gentilitium, & familiare, & non hæreditariū, hoc jus ad eos de familia itidē non hæredes tranſit: *Ciarlin. contr. cap.* 119.*n.*30. & ſi domus inſigna in ſedile impreſſa ſint, gentilitium, & familiare præſumitur: aliàs conceſſione non apparente,hæreditarium præſumitur, & ad quoſcumq; tranſit heredes, etiam ad fœminas: *Ciarlin. Panimoll. ubi ſupra.*

60 Epiſcopo verò renuente, ac invito, hoc non acquiritur jus:inſinuant *Rot.Rom. diverſ. deciſ.* 222. *n.* 1. *par.* 1. *Molin. de primogenit. Hiſp. lib.* 1. *cap.* 33. *n.*34. *Gratian. d. cap.*110. *n.* 19. Si ab initio, antequam quis cepit ſedere renuerit:aliàs triginta annorum ſpatio conſenſus, & Superioris beneplacitum præſumitur: *Ciarlin. d. cap.* 210. *n.* 19. *Panimoll. nu.* 13.Imò ex illo ſedendi ſolito, ſe conſtituitur in quaſi poſſeſſione, quam Epiſcopus,aut Eccleſię Rector tollere nequit ſi ſervitium Eccleſiæ incommodum non patiatur: innuit *Apicell. allegat.*13. *à n.*19.22. *Bar-*

*Barboſ.alleg.*78.*n.* 26.*p.*3. quo ad ſedendi uſum tãtũ,nõ verò quo ad dominiũ,& proprietatẽ: *Giovagn. cõſ* 8. *nu.* 22. 23. *lib.*2.*Gratiã.diſcep.* 110.*n.*13. *et diſcep.*210.*n.*16.17.25.*p.*2. *Ciarlin.d. c.* 210. *n.*16.17.25. *p.*2.elatè tamen facit *Panimol. deciſ.* 1. *annot.*15.*n.*2. *& ferè per totum.* Si tamen Eccleſia non ſit de jure patronatus laicorum, in qua nequit Epiſcopus jus ſedendi indulgere: ut refert deciſum *Panimoll. loco indicato nu.* 29. *ad finem.* In præjudicium patroni, à quo mutuavit *Cortiad. n.* 22. Epiſcopus planè haſce ſedendi, vel alterius præheminentiæ controverſias abſolvit, ut prędiximus: addito *Cortiada n.* 2. *&* 3. ubi ſic plures deciſum affert. Verùm ſi de mero ageretur facto: nimirùm ſuper poſſeſſione ſedendi in Eccleſia inter laicos; tunc quit Judex Sæcularis haſce præcedentiarum in Eccleſia cõtroverſias abſolvere: ut edocent ex *Fabr. in Cod. lib.* 7. *tit.* 28. *de appellat. diffin.* 19.*n.*3.*Lara de anniverſar. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 29. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 10.*dub.*6 *ſect.* 10. *Barboſ. allegat.* 78. *n.* 42. & alij per *Cortiad. n.* 24. licèt cum adductis jure optimo haud tranſire videtur: imò oppoſitũ deciſum affert:quod ante eũ indicavere *Poſti. poſt trac. de man. deciſ.*117. & alij.

61 Ulteriùs ſi quæſtio præcedentiæ in proceſſione inter Mendicantes orta fuit, & de quaſi poſſeſſione non conſtaret, Gregorij XIII. Conſtitutio ſervanda eſt: ut antiquiores in loco controverſiæ præcedant: & ita Sacr. Congreg. Rit. pluries ſtatuit: refert *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ.univerſ. cap.* 43. *nu.* 183. *lib.* 1. itidem inter Regulares ſubdit ante eum *Ricc. deciſ.* 131. *par.* 1. *in fin.* ſed meliùs infra.

62 Clerus autẽ Sæcularis omnibus itidem Religioſis, & in quolibet loco, etiam in propria Eccleſia in proceſſionibus pręfertur:ut decrevit Sacr. Congregatio, annuente Clement.VIII.*ſub die* 5. *Novemb.* 1603. & ſervari mandavit Gregor. XV. in ſua Conſtitutione incipiente, *alias à felici, ſub die* 5. *Auguſti* 1622. & probat *Salgad. de Reg. protect. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 37. nec diſcrepat *Cæſar Panimoll. decis.* 1. *annot.* 3. *n.* 2. 5.

63 Inter alias quoq; Religiones, ſi particulares non haberent Conſtitutiones; loci conſuetudo attendenda eſt: *Bald. in cap. cum olim, de consuet.nu.*1. *Seraph. decis.* 335. *& decis.* 663. *& decis.* 964. *n.* 1.*Card. Zabbar. cons.* 62. *n.* 1. *Salgad.* ibi-

ibidem nu. 18. *Cavaler. decis.* 649. *nu.* 1. *Barboſ. d. cap.* 43. *n.* 179. *Renat. Chophin. Monaſtic. de Sacr. polit. lib.* 2. *cap. ultim. n.* 23. & quæ conſuetudo attendenda eſt: vide *Panimoll. decis.* 1. *annot.* 1. *per tot.* Aut quis in inſtitutione, & fundatione ſit primus: *ex Gloſ verb. prædicator, in cap. quorumdam, de elect. in* 6. *Caſſan. in catalog. Glor. Mund. par.* 4. *conſ.* 52. *verſ. ergo modo, Tob. Noni. conſ.* 71. *nu.* 35. *Ricc. decis.* 131. *par.* 1. *n.* 18. *Trithem. de jur. Ill. Ord. S. Bened. lib.* 1. *cap.* 3. *Hier. Rom. de Reip. Chriſt. lib.* 6. *cap* 8. *idem Ricc. resol.* 103. *Campanil. in divers. Jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *Bobadill. polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. Quam ſententiam communem eſſe textantur: *Valens. cons.* 1. *n.* 21. 43. *Garz. de Nobil. Gloſſ. n.* 27. & pro utraque elaboravit *Salgad. d. cap.* 9. *part.* 2. *tom.* 1. *de Reg. protect.* Niſi alter in quaſi poſſeſſione præcedendi reperiatur, de tempore motæ litis: *Rot. Rom. coram Buratt. deciſ.* 419. *n.* 1. 2. & 11. *par.* 9. *tom.* 2. *Recenſ.* etenim ultimus ſtatus pro manutentione attenditur, *§. retinendæ, §. hodie inſt. de interd. l. prædia, ff. de acquir. poſſeſſ.* nam iſte tunc præfertur: inſtruit *Panimoll. deciſ.* 1. *per tot.* licèt in data ſit poſterior: ut edocet ex multis *Ventrigl. annot.* 12. *§. unic. n.* 16. propter onera, quæ antiquior in poſſeſſione: ſuſtinet *Caſſan. in catalog. Glor. Mund. par.* 4. *conſid.* 76. & *par.* 11. *conſid.* 17.

64 Laicorum itidem Confraternitates, ad proceſſiones accitæ, accedere debent: aliàs eas compellere poſſunt Epiſcopi: ut deciſum affert *Papiæ Maceratenſ. reſol.* 93. & 66. *Barboſ. in remiſſion. Concil. Trident. d. cap.* 13. *ſeſſ.* 25. *de Regul. nu.* 5. *Sayr. deciſ.* 5. *de offic. Ordin. Navar. de for. compet. conſ.* 3. *Tiraquell. de priv. piæ cauſ. verſ. item reſtrictum*, ubi quoad ſpiritualia Epiſcopo ſubijcere affirmant.

Oppoſitā verò tuentur ſententiam nonnulli, blaterantes haſce Confraternitates Eccleſiaſticæ poteſtati non ſubijci; ſed abſolutè laicali imperio: ut ratiocinantur *Perez de Lara de ann.* & *Cappell. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 16. *Genuenſ. in prax. cap.* 64. *n.* 8. *Gratian. diſcep. for. cap.* 232. *n.* 12. *Carol. de Graſſ. de eff. Cler. eff.* 1. *n.* 613. *Steph. Quarant. ſumm. Bullar. verb. præcedentia*; ubi nonnullas Sacr. Congreg. Concil. affert deciſiones. Cuncti autem ea fulciuntur ratione: nimirū, quod ſi Epiſcopus Beneficiatos cogere nequit, ut ad proceſ-

ceſſiones accedant: ut pluries deciſum fuit per Sacr. Congregationem, potiſſimùm, & laicos: *Genuenſ. d. cap.* 64. *n.* 8. *Gratian. d. cap.* 132. *n.* 6. *Franc. Leo d. cap.* 8. *part.* 1. *nu.* 18: *Campanil. d. cap.* 13. *nu.* 122. *Piaſec. in prax. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 32. *Marcel. Vulp. in prax. jud. for. Eccleſ. cap.* 11. *nu.* 9. *Auguſt. Barboſ. in locis ſuperiùs indicatis, & de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 78. *à n.* 24. *cum ſeqq.* & alij per eum: uno tamen congruentes ore, eas potiùs eſſe convitandas, quàm coërcendas: *Grat. n.* 6. *de theſaur. for. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 18. *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 11. *n.* 22. 23.

65 Inter eas tamen, eundi conſuetudinem ſervandam eſſe, pro ut in Religioſis ex Conſt. Gregor. XIII. prædiximus: & autumant *Gratian. n.* 2. *Lara d. cap.* 24. *n.* 18. *Hermoſill. ad Lop. Gloſſ.* 2. *prælud. par.* 5. *fol. mihi* 13. *à nu.* 101. 104. etenim, ut inquit *Jo. Pichard. inter conſ. Menoch. lib.* 1. *conſ.* 154. Novitates eſſe odioſas, & triſtiſſimi eventus plenas: & explicat *Div. Chryſoſt. Epiſt.* 1. *ad Corinth. hum.* 7. *Illeph. Perez à Lara d. cap.* 24. *n.* 18. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 1. *Guttier. Canon. quæſt.* 35. *lib.* 1. *Cevall. tom.* 1. *Com. quæſt.* 897. *n.* 236.

Et ex unico actu acquiritur quaſi poſſeſſio eundi, & ſedendi, etiam in ſpiritualibus: *Gloſſ. in verb. tuum cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propr.* unicus namque actus ſolitum inducit, ut de communi, & veriori ſententia edocet *Gozadin. conſ.* 23. *n.* 3. *Surd. de alim. tit.* 4. *qu.* 16. *n.* 26. *Raud. conſ.* 17. licèt bis factum, dici poſſe ſolitum eſſe, autumat *Jul. Clar. §. emphyteoſis qu.* 6. *verſ. ſi verè*, quòd repetit *in §. feudū qu.* 3. quos cunctos aufert, & primos ſectare videtur *Salgad. de Reg. protect. par.* 2. *cap.* 9. *n.* 19. 20. *cum ſeqq.*

Et ſi de conſuetudine non conſtaret; antiquitati ſtandū eſt: at ea non apparente, digniorem præferendam eſſe ajunt *Lara n.* 28. nimirùm habens ſtatuta nobilitatis, & ſanguinis puritatis: *Menchu. contr. Illuſt. in præfat. Tib. Decian. conſ.* 21. *vol.* 1. *Salgad. d. cap.* 9. *n.* 48. 49. Abſolvendę tamen ſunt allatæ cōtroverſiæ circà præcedentias inter Regulares, Eccleſiaſticos, & ſæculares per Epiſcopū brevi tamen manu *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 13. *de reg. Barboſ. ad idem n.* 10. 16. *& alleg.* 78. *n.* 26. *& de Jur. Eccl. univerſ. cap.* 43. *n* 180. *tom.* 1. *Panimoll. deciſ.* 1. *adnot.* 1.

per totum, ut prædiximus ſuprà.

66 Cæterùm obiter annectimus in electis, & ad munus alicujus officij aſsumptis, eodem in tempore, itidem præferendus eſt, qui plures habet, & majores qualitates: nimirũ Nobilitatis, ſenectutis, electionum, aut, qui à digniori viro electus fuerit: ut acticè congruunt ferè omnes *ex tex. in cap. ſi ſede, de præbend. in* 6. *Rocc. de offic. rub.* 5. ⸿. 3. *n.* 3. *Reg. Tapp. deciſ.* 21. *nu.* 22. 23. fusè *Menoch. conſ.* 51. *n.* 31. *lib.* 1. *&* *lib.* 2. *conſ.* 126. *Reg. de Pont. conſ.* 14. *nu.* 43. *Præſ. de Franch. deciſ.* 145. 365. *Maſtrill. deciſ.* 130. *nu.* 18. 19. *lib.* 2. *Gratian. diſcep. diſcep.to.* 3. *c.* 298. *&* *deciſ.* 64. *per tot. Hermoſill. ad Lop. gloſ. prol. par.* 5. *à n.* 2. 3. & ante eum *Ant. de Gamm. deciſ. Luſit.* 1. *n.* 1. 14. *Franc. Marc. deciſ.* 808. *nu.* 1. Et inter Titulos paris conditionis, majorem in ætate præferendum eſſe dixere nuper allati: & de eorum præcedentia vide *de Franch. deciſ.* 144. & ibi *Luca*, *Reg. Capic. Latr. conſult.* 43. *P. Staiban. reſol.* 87. *&* 101. *Capic. Galeot. contr.* 11. *&* 12. *to.* 3. *Cacac. in allegat. Reg. de Marin. tom.* 3. *Rovit. deciſ.* 65. & ibi *Altimar. Danſ. pugn. DD. tom.* 2. *tit. de præced. Rocc. de offic. tit. de præced. rub.* 5. ⸿. 9. *Hermoſ. n.* 24. Si tamen de creatione, & electione non conſtaret: aliàs priùs electus præferendus eſt alijs dein electis: *Decian. reſp.* 19. *n.* 185. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 13. 17. & alij per *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 13. *n.* 15. *per tot. & facit tex. in l.* 1. *Cod. de Conſul. lib.* 12. *l.* 1. 2. *ut dign. ord. ſer. Cyriac. contr.* 202. *n.* 4. 5. Si in eodem Tribunali tractatur: at ſecùs ſi de uno ad aliud ſit tranſitus: nam tunc antiquitatem non eſſe reſpiciendam: firmant *Langlev. Sem. lib.* 7. *cap.* 8. & deciſum affert *Tapp. deciſ.* 21. *nu.* 13. Et Tribunalia eſſent diſtincta ex ordine dignitatum; vel diverſi Præſidatus: *Taſſon. de anteſat. verſ.* 3. *obſer.* 3. *n.* 68. at ſecùs ſi diviſio tantùm conſiſteret reſpectu loci, vel Aulæ: optimè *Sadarin. reſp.* 13. *n.* 23. 24. *Langlev. & alij ubi ſupra.*

67 De Canonicorum, & Parochorum præcedentia: vide *Gratian. diſcep.* 298. *tom.* 2. *Hermoſ. n.* 18. 19. *Mart. de juriſd. par.* 1. *cap.* 16. *Quarant. in ſumm. Bullar. verb. præced. Emman. Rodriq. tom.* 3. *quæſt. regul.* 37. *art.* 3. *Paul. Fuſcus, de viſit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. *Arnendarez in addit. ad recopil. leg. Navar. lib.* 1. *tit.* 14. *cap.*

Digitized by Google

cap. 28. *§.* 31. & alij, quos mirè congerit *D.Domin.Manſrell. in obſer.* 181. *ad Capic. à n.*1.De præcedentia verò Ad-
68 vocati Fiſcalis Regiæ Patrimonialis Cameræ cum Judicibus M. C. Vicariæ Neapolis agitat *Conſil. D. Carol. Petra in ſuo elaboratiſſimo, erudiriſſimoque tract. ſuper Rit. M. C. in Rit.* 2. *à n.* 26. *cum ſeqq.*
69 Et an Princeps poſſit mandare, ut Advocatus Fiſcalis Judicibus præcederet: affirmativam tuetur ſententiam *Octavius de Piccolellis in ſua alleg.* quam adducit *Taſſon.de antefat. verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 310. & repetit *in obſer.* 3. *verſ.* 1. *n.* 84. optimèque faciunt *Rovit. conſ.* 102. *n.*20. *tom.* 2. *Papon. areſt.* 4. *tit.* 2. *lib.* 6. ubi fuit reſponſum,quod Principi placet; id Curiæ placet: & ita in Reſp. 28.*tit. eodem.* Nec Princeps honori alterius præjudicium intulit: etenim honor non eſt in honorato; ſed in honorante: *Franc. Marc. deciſ.* 806.*n.*11.*Barboſ. axiom.*135. *n.* 8. vide *Danz. pugn.Doctor. tit.* 2. *cap.* 4. *de viſit. carcer.* & ſic notavimus in Regia Audientia Urbis Meſſanæ, ubi de ſpeciali mandato Illuſtriſs. Comitis Sancti Stephani Regni integerrimi Moderatoris; Advocatus Fiſcalis Regiæ Junctæ bonorum confiſcatorum, qui talis quoque eſt in Reg. Audientia; omnibus præ-
70 cedit Judicibus: cæterùm de jure, Epiſcopus,Rotę Auditor eumdem retinet locum in Rota,quem ante Epiſcopatus aſſumptionem retinebat, quamvis extrà Rotam alijs pręferatur: cõprobat ex multis *Steph. Gratian. diſcept. cap.* 298. *nu.* 38. noſter *D. Garſi. Maſtrill. deciſ.* 130. *lib.* 2. quos refert *Hermoſil. ad Lopez in prolog. gloſſ.* 2. *n.* 62. ubi itidem in Canonico, qui, ſi Epiſcopus eſt electus, ut Canonicus ſedere debet: ſtrenuè tuentur ex *Maſtrill. loco indicato, Capic. deciſ.* 27. *Franc. Marc. deciſ.* 136. *Ann. ſingul.*6. *Pont. conſ.* 15. *Amendul. ad Franc. deciſ.* 138.*n.* 1.2.3. Si Canonicatus non eſſet annexus eidem Eccleſię, in qua Canonicus Epiſcopus electus fuit: explicat *Decius conſ.* 161. & ſic deciſum refert *D. Jacob. Menoch. de arbitr. caſ.* 63. *lib.* 2. *à nu.* 23.26.Et ſi contra Vicarium, ad Canonicorum favorem, plura aſtruit *D. Jacob. Pignatell. in conſult.* 63.*tom.*2. & a 1 Epiſcopi favorem affert ſententiam Sacr. Congreg. Rituũ *Nicol. Scoppa ad Gratian. cap.* 16. *n.* 35. ac ejuſdem Sacræ Congreg. Rituum *Eminen. de Luca in tract. de præemin. diſcurſ.* 18. *n.* 3. *tom.* 3. & Vicarium

rium Generalē mordicùs defendunt *Sarmient. lib. 7. ſelect. cap.* 27. *& Gratian. diſcept. tom.* 1. *cap.* 111. *n.* 22. Attamen ex allegatis legalibus lineis noſtrum Supremum Patrimoniale Concilium, annis retrò elapſis, pronunciavit, Spectab. Regiarum Secretiarū Secretum D. Alonzum de Agraz præferendum eſſe Spectab. D. Ferdinando Valdez prędictarum Secretiarum Adminiſtratori, non obſtante quod aliàs Regius eſſet in eodem Supremo Patrimoniali Concilio Magiſter Rationalis: quoniam ibi D. Ferdinandus haud Mag. Rationalis munere fungebatur; ſed Adminiſtratoris, & ſic in enūciatis Regijs Secretijs, Regio mediāte privilegio perpetuo, me Judice, & Conſultore pro Spec. Secreto ſcribente, fuit exequutum: & ita poſt multa probat *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 5. *n.* 46. *ubi per* 10. *annot.* pluraq; annectit circa haſce precedentias: demū circa Miniſtrorum precedentiam in Regno, literas habemus Regias Immortalis Philippi IV.
71 recordationis, per quas anno 1656. die 9. Februarij Illuſtr. Duci Infantati juſſit, de cetero Conſiliares in proprietate, ſeù in capite Magiſtratum tenentes preferendos eſſe eis, qui per interim occupavere, licèt antiquiores iſti eſſent.

72 Omnes inſuper Regulares itidem Mendicantes, ac Jeſuitę Theologi, Lectores, ac graduati, Priores, & ceteri; Secularium etiā Sacerdotum Confeſſiones audire, abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione nequeūt: quod ſtatuit *cap. Epiſcop. de pœn. in* 6. *ac Clement. dudum de ſepult.* & magis dilucidè *Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. & firmavit *Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ac Pius V. anno* 1571. & faciunt *P. Ludov. Mirand. in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 45. *art.* 8. *Ugolin. de offic. Epiſcop. cap.* 20. *Molfeſ. in ſumm. Theolog. mor. tract.* 7. *cap.* 14. *n.* 60. *Suarez tom.* 4. *diſput.* 28. *ſect.* 21. *Barboſ. in d. Concil. Trident. cap.* 15. *n.* 6. *&* 8. *& de poteſt. Epiſc. allegat.* 25. *à nu.* 24. *& ſeqq.* Niſi Parochiale beneficium retinerent: quod depromitur ex ejuſdem Sacr. Concil. Trid. verba, ibi: *Niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat*: & facit *Epiſcop. Ventrigl. prax. annot.* 48. *§. unic. n.* 32. *par.* 1. At ſi Confeſſiones eorumdem Regularium audire malunt: tunc

ex

ex quo ceſſat Concil. Trid. diſpoſitio, & proprij ſui Superioris Prelati ſufficit approbatio: loquitur namque Trident. Concil. circa Confeſſiones Secularium, quas audire intendunt Regulares: nec ex inde pro Sacramento Pœnitentię Regularium fuit innovatum: ut inſinuant *Suarez ubi nuper n.* 4. *Piaſec. in prax. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 10. *Homob. de exam. Eccleſ. par.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *cap.* 12. *Barboſ. in locis indicatis, Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *nu.* 59. *Quarant. in ſumm. Bull. verb. Confeſſores*, ubi ad id, Conſtitutionem Clement. VIII. affert; & ſequuntur *Větrigl. n.* 32. *Cæſar. Paninoll. deciſ.* 84. *ann.* 1. *n.* 24. 25. 26. 27. ubi agglutinant valere Equites Hieroſolymitanos confiteri cum Sacerdote, à Superiore ſuo tantùm approbato.

Imò valere Regularem, ex licentia ſui Superioris, audire Confeſſiones Secularium, qui de ſua familia ſunt, & cõtinui commenſales: nõ autem aliorum, qui in eorum inſerviunt Cœnobijs: *Barboſ. in ſumm. Apoſt. deciſ. verb. Regulares, quo ad Confeſſiones n.* 3. *Selſe in ſelect. Canon. cap.* 13. *n.* 27. benè explicat *Tambur. de jur. Abbat. par.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *per totum.*

Sciēdũ tamẽ eſt, quòd Regulares ab alio Epiſcopo approbati, extra Diœceſim approbantis, Secularium Confeſſiones audire nequeũt; ajũt *Sylv. ſum. verbo Confeſſiones n.* 266. *Mirand. manual. d. quæſt.* 45. *art.* 8. *concluſ. unic.* & alij per *Ventrigl. num.* 46. niſi eligatur in alia Diœceſi virtute Bullæ Cruciatę, vel tempore Jubilei: *Dian. reſol.* 17. *tract.* 1. *tom.* 4. *in Coordin.* & ſubdit *Barboſ. d. alleg.* 25. *nu.* 35. Solis RR. Præsbyteris Congregationis Oratorij, hanc ſpecialem fuiſſe indultam gratiam, per Pium V. & RR. Patribus Societatis Jeſus, ex Gregor. XIII. privilegio, dum iter faciunt: quod gaudent cęterę Religiones, cõmunicationem habentes: *Tābor. ibidem qu.* 14. *n.* 5.

Verùm enim verò ſi Regularis in examine approbatus ſit, & Epiſcopus ob livorem approbationem renuerit relaxare; quit talis Regularis Confeſſiones Secularium audire: *ex Clement. dudum, §. ſi verò, de ſepult.* ubi impertitur venia Minoribus, & Predicatoribus audiendi Secularium Confeſſiones, ſi Epiſcopus ſine cauſa renuerit hanc tradere facultatem: nec per Trident. Concilij diſpoſitionem, hoc abrogatum fuiſſe evolvitur: ſuſtinet ex multis *Dian. reſol. mor.*

par.

par. 3. *tract.* 2. *de dub. Regul. reſol.* 22. *verſ. quare, ſi quis, & verſ. igitur*, & repetit arguendo à ſimili ab juſta reprobatione, ad injuſtam denegationem approbationis: *in reſol.* 24. *eodem*, *Roderiq.* autem *in quæſt. Regul. verb. Confeſſarijs Regularib. quo ad præſentationem reſol.* 32. *n.* 2. edocet poſt trinam requiſitionem valere Regularem Confeſſiones audire: exiſtimans Epiſcopum nudum tantùm miniſterium approbandi Religioſos habere; quod eis non tribuit juriſdictionem: nec diſcrepant *Henriq. de pænit. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 8. *Mirand. man. tom.* 1. *qu.* 45. *art.* 10. *Portules verb. Confeſſar. regul. n.* 2. 3. *Villalob.* 2. *par. ſumm. tract.* 9. *difficul.* 53. *n.* 1. *& diffic.* 55. *n.* 3. ubi ſuſtinet dictam Clementinam, per Concil. Trid. non fuiſſe revocatam: imò expreſſa indigeret revocatione: & ſequitur *Novar. man. cap.* 27. *nu.* 264. *Mirand. ibidem artic.* 6. *Sot. in* 4. *diſt.* 18. *qu.* 4. *art.* 3. Contra verò hanc ſententiam mordicùs urgent *Riginald. in prax. for. pœnit. lib.* 1. *n.* 192. *& ſequit. Coninch. de Sacram. diſput.* 8. *n.* 58. *Fernand. in examin. Theolog. moral. par.* 3. *cap* 9. §. 8. *n.* 2. autumantes recenſitam *Clement. dudum*, loqui & indultam fuiſſe tantùm Minoribus, & Prędicatoribus, quam per Concil. Trident. revocatam fuiſſe firmant ex illis verbis: *privilegijs, & conſuetudine quacumque, etiam immemorabili nõ obſtante.* Inter quas diſpares ſententias, veriorem, & tutiorem eſſe putamus aliã: nimirùm in allato caſu injuſtę denegationis approbationis, ob manifeſtum illatum gravamen, recurrendum eſt ad Superiorem, per viam gravaminis: ut comptè edocent *Suar. d. par.* 3. *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 1. *n.* 1. *Filiuc. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 257. *Barboſ. in collect. tom.* 3. *par.* 2. *lib.* 3. *Clement. tit.* 7. *Clement. dudum n.* 8. *Turrian. de pœn. qu.* 8. *art.* 1. *diſp.* 26. *dub.* 3. *Sanch. in ſelect. diſp.* 48. *n.* 13. *& Tambor. de jur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 6. *qu.* 12. *nu.* 5. ait graviter peccare Epiſcopum ob malam voluntatem, juſtam denegantem approbationem, ac in integrũ injuſtè reprobato ſervare teneri: *Suarez ubi nuper ſect.* 5. *n.* 15. & alij per *Tambor. nu.* 6. ſed vide *Dian. par.* 6. *tract.* 7. *qu.* 60. ubi licèt oppoſitum ſuſtinet; ab hac tamen opinione non videtur recedere: ſubditque virtute Bullæ Cruciatæ eligi poſſet Regularem ab Epiſcopo approbatum, & abſque cauſa reprobatum: *Trullench. in Bull. Cruc. lib.* 1. §. 7.

cap.

cap. 1. *n.* 17. *Dian. reſol.* 22. *n.* 2. *tract.* 3. *tom.* 4. Altera hęſitatio ſuboritur: an approbatione ab Epiſcopo obtenta, quit Regularis, abſque alia ſui Præpoſiti venia, Confeſſiones Sæcularium audire: pro cujus ſolutione inſinuat *Dian. tom.* 1. *tract.* 11. *de Bull. Cruc. reſol.* 13. valere Regularem ab Epiſcopo approbatum haſce Sæcularium Confeſſiones audire, eoſque abſolvere: quamvis mortaliter peccaret, ſi aliter diſponerent ſuæ Religionis conſtitutiones: & ſubdunt, nec iterandas eſſe tales Confeſſiones *Sylv. verb. Confeſſor.* 1. *n.* 15. *qu.* 19. *Peyrin. de ſubdito, tom.* 1. *qu.* 1. *cap.* 21. *dicto* 5. Erudientes, etiam ſi occultè à ſuo Superiore fuerit prohibitus haſce audire Confeſſiones: quoniam geſta, per occultum ſuſpenſum, in officio publico tenent: niſi de tali prohibitione conſcius fuerit pœnitens: nam ejus Confeſſio tunc invalida eſt, vel ſi publicè, notoriè, ac judicialiter fuerit ſuſpenſio, vel interdictio; tunc Epiſcopi approbatione non obſtante, nullas eſſe Confeſſiones edocent *Navar. man. cap.* 9. *n.* 8. *Peyrin. de ſubdito, tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 21. *dicto* 4. *Joan. de la Cruz, de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 2. *concluſ.* 2. ex quibus annuit *Tambor. de jur. Abbat. par.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 15. *n. fin. Campanil.* verò *in diverſ. jur. Canon. d. rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 59. putat validè Regularem Confeſſiones Sæcularium poſſe audire, non accedente expreſſo ſui Superioris conſenſu: at ſi expreſsè iſte diſſenſerit, & interdixerit; invalidè audire tales Confeſſiones attentat Regularis: *Fagund.* autem *tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *à n.* 32. hanc laxè extricat hęſitationem, ad quem nos remittimus. Quit tamen talis Regularis ab Epiſcopo approbatus, & à ſuo Superiore ſuſpenſus Confeſſiones Sæcularium audire virtute Bullæ Cruciatæ, ſi alios non haberet defectus: *Ledeſm. ſum. tom.* 1. *de pœn. cap.* 13. *lib.* 12. *Acoſt. expoſit. Bull. q.* 41. *Dian. reſ.* 26. *tr.* 3. *par.* 4. *in Coordin.*

Verùm tamen eſt, quod Epiſcopus allatam facultatem audiendi Confeſſiones Sæcularium concedere non debet Regularibus, niſi iſti fuerint à ſuo Superiore preſentati, ſaltim interpretativè: ut dictat *d. Clement. dudum, & facit Fagund. præc.* 2. *lib.* 1. *cap.* 2. & alij per *Barboſ. allegat.* 25. *n.* 47. *Ventrigl. n.* 47. Verùm hodiè talem præſentandi ſolemnitatem non eſse neceſsariam: ait *Tambor. de jur. Abbat. diſp.* 6. *qu.* 12. *n.* 4.

Ggg Quâ

73 Quâ quidem approbatione, & veniâ ab Epiſcopo, vel à Superiore indefinitè obtentâ, abſque ulla temporis præfinitione, eam ſine nova, & juſta cauſa, abrogari nequit Epiſcopus, vel Superior: inſinuant *Barboſ. d. allegat.* 25. *n.* 30. *&* *in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *n.* 45. *ad* 48. *Ventrigl. d. annot.* 48. *§. unic. n.* 35. *verſ. ſextus caſus*, & ita declaraſſe Sacram Congregationem textantur *Aldan. in compend. Canonic. reſol. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 5. *D. Jacob. Pignatell. conſult. Canon.* 95. *n.* 1. *to.* 10. Neq; iterũ examinari poſſit, ſi ſemel examinatus, & approbatus fuit: *Panimoll. d. deciſ.* 84. *n.* 25. *p.* 2. *Ventrigl. d. annot.* 48. *§. un. n.* 25. *verſic. Sextus caſus part.* 2. *&* antè eos *Novar. Lucer. Regul. verb. Confeſſarius n.* 16. *Barboſ. in locis indicatis.* ubi de communi voto hoc idem firmant, ſi Epiſcopus, omnibus inſimul de uno Cœnobio, talem revocaverit facultatem: quòd conficere nequit: concludunt, Sacr. Congreg. in cõſultâ *Lezan ſum. quæſt. Regular. de obligat. Regular. cap.* 19. *§.* 9. *&* 10. *Portules in dub. Regular. verb. Confeſſ. Regul.* firmãtes Epiſcopos nullo modo, nulloq; pacto valere Regulares approbatos, & præſentatos ſuſpendere: neque à concedentis ſucceſſore revocari poſſe, talem indefinitam approbationẽ, & ſæcularium Confeſsiones audiendi, veniã, firmat *Cãpanil. d. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 69. licèt quit ſucceſſor, pro majori ſuæ conſcientiæ quiete hoſce Regulares approbatos iterum examinare: ut ex Pij V. conſtitut. quam abrogatam minimè fuiſſe edocent *Barb. d. alleg.* 25. *n.* 28. 29. *& in Concil. Trident. d. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 15. *n.* 16. *Panimoll. d. deciſ.* 84. *adnot.* 1. *n.* 25. *Ventrigl. n.* 38.

Nec eo mortuo, allatam veniã expirare ſentiunt *Graff. deciſ. aur. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 5. *Campan. n.* 69. niſi ad tempus fuerit indulta, vel ad beneplacitum: *Tambor. de Jur. Abbat. part.* 2. *diſp.* 6. *qu.* 12. 8. nam indultam approbationem ad beneplacitum concedentis, morte extingui firmat: imo nec extendi de loco, ad locum, neque de perſona ad perſonam ſubdit *Reginal. prax. lib.* 1. *n.* 200. Imò tempore elapſo tribuitur cum alia nova venia, & approbatione prævio examine, ſi Epiſcopo libuerit, ejuſque Vicario Generali, aut capitulari, Sede vacante, aut Abbati, quaſi Epiſcopalem retinẽti Juriſdictionem, quibus eadem tribuitur facultas: ut ex multis rationibus

bus ſuſtinet *Campanil. n.* 72. *ad* 76. ſub recenſita igitur forma ſæcularium confeſſione, Regularibus Sacr:Congr. permiſit *ſub die* 30. *Januar.* 1619. ad declarationem epiſtolæ *Urbani* VIII. Cardinali Sandovallo Genuenſ. Antiſtiti directæ:

Cæterùm Epiſcopus loci Ordinarius, ubi conficitur pœnitentiæ Sacramentum, hanc indulgere debet veniam, ut ſecluſis Moraliſtarum ſciſsis opinionibus, quas affert *Suarez d. diſput.* 28. *ſect.* 6. *vol.* 4. firmant itidem Canoniſtæ *Navar. man. cap.* 27. *n.* 266. *Piaſec. prax. Eccl. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. *Fagund. in quinque præcep. præcep.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 13. *Campanil. d. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 77. ubi declarationem Sacr. Congreg. affert, & alij, quos adducit *Barboſ. d. alleg.* 25. *n.* 45. *& poſt eos Ventrigl. n.* 41.

Allata attamen indulta Epiſcopi Ordinarij venia Regularibus pro audiendis ſæcularium Confeſsionibus, minimè extenditur ad audiendas Monialium confeſsiones: nam pro iſtis alia ſpecialis requiritur venia, & approbatio, aliàs futiles eſſe abſolutiones *Bordon. reſol.* 36. *qu.* 28. *& contr.* 18. *n.* 7. firmat. Etenim nequeunt Regulares Monialium confeſſiones abſq; Epiſcopi approbatione, & venia audire, quæ haud extenditur de uno Monaſterio ad aliud, nec pro una vice, ad alias vices: *Tambor. de Jur. Abbatis & Monial. diſput.* 16. *qu.* 3. *n.* 13. *verſ. ad nonum, & verſ. ad undecimum,* ubi ſic declaraſſe Sacr. Congreg. refert, ex quibus inferunt Confeſſarios ab Epiſcopo approbatos nequire tempore Jubilei Moniales abſolvere à peccatis, vel caſibus, & cenſuris reſervatis, niſi fuerint à recenſito Epiſcopo approbati ad audiēdas Monalium confeſſiones *Alph. Leo de Jubil. part.* 2. *q.* 9. *n.* 25. *Suarez in Enchir. caſ. conſcienſ. lib.* 3. *verſ. Indulgentia, §. tempore Jubilæi,* & alij, quos affert *Dian. reſ.* 29. *part.* 3. *tract.* 2. *de dub. Regul.* licèt oppoſitum ſenſit *Mart. Bonac. de Sacram. diſp.* 5. *qu.* 7. *punct.* 4. *§.* 1. *n.* 22. ratio autem, quam adducunt relati *per Dian.* potiſſima eſt; etenim Regularibus Confeſsarijs interdictum eſt acceſsus ad Monialium Cœnobia, abſque venia Ordinarij: credendum itaque eſt Summ. Pontificem noluiſse tribuere juriſdictionem Sacerdoti aliquod retinenti impedimentum: & ita ex eis *Ventrigl. d. annot.* 48. *§. unic. n.* 45. *part.* 2. Imò valet Epiſco-

ſcopus contra eos cenſuras per edictum indicere, nè ad Monialium Monaſteria accedant, à qua ipſe tantùm polleteos ſolvere, nec Prælati Regulares valent ſe intromittere: ut declaravit Sacr. Congreg. & refert *Pellizzar. tom. 2. tract.8. de exempt. ab ordin. conceſſ. perſon.Reg. c.6. ſect. 1. qu. 6. n. 13. ut meliùs infra.*

Revocatur porrò indubiū ſuper Regulares retinentes ſub ſuo gubernio,& cura Monialium Monaſterium, an venia,& approbatione ab Ordinario Epiſcopo indigēt pro audiendis ſuarū Monialiū cōfeſsionibus: an verò ad id ſufficit ſola venia, & deputatio ſui Prælati Superioris; hanc ſolā ſufficere autumant *Azor. Inſt. mor.par. 1. lib. 13. cap. 9. queſit. 2. verſ.quæres an Confeſſarij. Sorb. in ſuis adnot. ad compendi. Mendicant. verſ. Moniales & verſ. & præter Barboſ. d. alleg. 25. num. 47. 48. & in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. & Monial. cap. 10. n. 4. 5. 6.*

Verùm enim verò poſt Gregor. XV. conſtitutionem *Inſcrutabilis, anno 1622. edita* ſopita remanſit hæſitatio: etenim per eam diſertè mandatur omnibus cōfeſsarijs,tàm ſæcularibus, quàm Regularibus, Ordinarijs, & extraordinarijs, ut ad Monialium confeſſiones non accedant, niſi prævià veniâ, ac Epiſcopi Diœceſani approbatione, etiā ſi Moniales eiſdem Regularibus ſubiectæ eſſent. Quâ Gregorij XV. conſtitutione attentâ, nonnullæ declarationes pro ejus confirmatione prodiere, Urbano VIII. annuente: quas affert *Cæſar Panimoll. d. deciſ. 84. adnot. 1. à n. 30. & ſeqq.*

Deputationem verò hujuſcè Confeſsarij ad Moniales ſubiectas Regularibus, ad Superiores Regulares ſpectare ſubdit *Bordon. contr. 18. n. 11.*

74 Contrà planè hoſcè Regulares, pro crimine ſolicitationis, in confeſſione patrato irruit Epiſcopus Diœceſanus, & RR. Inquiſitores Trib. Sāct. Inquiſitionis, ex Gregor. XV. cōſtitutione. *Univerſi dominici gregis anno 1622. edita*,& hoc ſive ſolicitatio promeret in actu Sacramentalis confeſsionis, ſive ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis, etiam ipſa confeſſione non ſequuta, ſivè extrà occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocunque, ubi confeſſiones ſacræ audiantur, aut ad confeſſiones audiēdas deputato, ſimulantes ibiq; confeſſiones audire, ſolicitare, vel pro-

provocare tentaverint: ut habetur in ipſa Gregorij conſtitutione, & faciunt *Tambor. de jur. Abbat.* & alij per *Thom. del Bene, de immun. Eccleſ. cap:* 14. *dub.* 10. *à n.* 1. *& ſequit. Dian. reſol. moral.* 29. *par.* 1. *tract. de denunciat. Sancharel. de hæreſ. cap.* 44. *nu.* 11. 12. *Peyrin. ſup. priv. Minor. to.* 2. *conſt.* 4. Imò, & Inquiſitores ſeparatim procedere queunt: verùm nequeunt ſeparatim ab Epiſcopo ſententiam itidẽ abſolutoriam pronũciare: nec condemnatoriam; ſed per cõmunicationem proceſsus, juxtà juris cõmunis diſpoſitionẽ, eam proferre debent: *cap. cum per hoc, de hæret. in* 6. *Joan. Azor. inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſit.* 16. *Peña in direct. Inquiſ. par.* 3 *comm.* 97. & alij per *del Bene loco indic. nu.* 11. 13. *tom.* 2. & alij per eum *Pellizzar. ubi ſupra qu.* 11. *à nu.* 21. *& ſeqq.* qui ſub *n.* 24. ait ſolicitationis crimen non committere Confeſsariũ, ſi ſolicitationibus pœnitentis annuit, & ad illecebras preparatorias ad copulam ſe induxit: *Caſtr. Palau. tract.* 4. *diſp.* 9. *par.* 5. *n.* 3. licèt contrariũ ſentit *Sanch. in ſelect. diſp.* 11. *n.* 28. neque dicitur vera ſolicitatio ſi alio mediante patratur, aut ſi non immediatè; ſed poſtquam ad extraneos actus vacaverint, fuerit patrata: inſinuant *Caſtr. Palau. paulò antè par.* 7. *n.* 2. *Pellizzar. n.* 26. ubi alios aſtruit caſus.

Crimen denique hoc difficilis eſt probationis: ideò per teſtes ſingulares probatur, & ſeclusis aliorum opinionibus, an ſufficiunt duo, an tres, aut quatuor fœminarum depoſitiones, ſolidiſſima eſt opinio eorũ, qui hoc, ad prudentis arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum remittunt: ut firmat *Bonac. de onere, & obligat. denunc. diſp.* 6. *punct.* 3. *nu.* 27. *Santarel. d. cap.* 44. *nu.* 6. *Roderic. de Cuña quæſt.* 23. *n.* 4. Plectendi ſunt tales Regulares, & Confeſſarij in hoc ſolicitationis reatu lambentes, per Ordinarium, & Inquiſitores: imò Curiæ Seculari obſignãdi ſunt. Ex adducta Gregorij Conſtitut. XV. arbitrio tamẽ judicantium *Dian. reſol.* 28. *par.* 1. *tract. de denunciat.* Verùm ſtatuit Sacr. Congreg. S. Officij, Confeſſarium denunciatum, per ſolam fœminam non eſſe carcerandum, niſi priùs eâ certioratâ de qualitatibus mulieris denunciantis, & de alijs circumſtantijs: ut ex *Lantuſca, Dian. & de Cuña* affert *Panimoll. n.* 37.

75 Regulares ulteriùs ex eodẽ Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *&* 11. ad Parochialia, ac ad ſe-

ſęcularia beneficia aſcendere nequeunt:ut per *Regulam* 42. Cancellariæ declaravit Sacra Cardinal. Congregatio Concilij, annuente Gregor.XIII. Verùm ubi hoc non ſervatur, Regularis, Parochus effectus, Religioſo haud ſubjacet Prælato: imò è ſuo eximitur imperio:& depromitur *ex cap. Parochia* 16. *qu.* 1. & Epiſco-
76 po loci Ordinario ſubjectus remanet, qui, & ſuus eſt Abbas, quoad ſpiritualia, & ad Sacramentorum miniſtrationem:ſeparatim verò à cauſa privilegij, & exemptionis: ut edocent *ex cap. cum Cappella* 26. *de privil.Gloſſ. in verbo ad clauſtrum in Clement.* 1. §. *ad hæc,de ſtat. Monachor.Novar. Comm.* 2. *de Regular. n.* 6.*Emman. Rodriq. qu. Regul. tom.* 1. *qu.* 34. *art.* 6. & 7. *Barboſ. in collect. ad Clement.* 1. *nu.* 10. *Sanch. in præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 6. *nu.* 36. *Monet. de conſervat. cap.* 6. *n.* 5. *Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſ. par.* 2. *cap.* 15. *à num.* 2. *cum ſeqq.* Licèt quo ad temporalia, à ſui nequaquã eximatur Prælati poteſtate: eritque tunc Regularis, vel exemptus, pro parte exemptus, & pro parte ſubjectus: ut probat *Kocher. de juriſd. Ordin. in exempt. par.* 2. *qu.* 77. *tom.* 2. quilibet,namq; exemptus pro adminiſtratione Eccleſiæ Parochialis, vel officij, quorum regimen ad Ordinarium loci Epiſcopum ſpectat, ſi in illis contrahat, aut delinquat: nimirùm occaſione, favore,colore, & auctoritate ipſius officij: nam in hiſce non dari diſcrimen inſinuat, ex *Bald. ſumm. verb. Parochus n.* 9. *Pellizzar. infra,* recenſito ordinario ſe ſubmittit Imperio: inſtruunt mirè *Didacus Covarr. pract. quæſt. cap.* 11. *n.* 5. *Eraſm. Choker. de juriſdiction.Ordin.in Exẽpt. part.* 2. *qu.* 45. *n.* 6. *tom.* 1. *Bordon. reſol.* 7. *n.* 19. *Pellizzar. tom.* 2. *tract.* 8. *de privil. conceſſ. quoad Parochial. cap.* 4. *ſect.* 4. *qu.* 6. *n.* 115.& alij, quos lato calamo cumulat *Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſs.* ubi deſuper *à n.* 4. & 5. *cum ſeqq.* & alij ab eo citati: etenim ubi binæ cõcurrunt qualitates, ea attenditur qualitas, propter quam ſubditus efficitur, ratione officij, judicaturque tunc, non ut exemptus, ſed uti curam habens animarum, vel Sacramentorum adminiſtrationẽ: inſinuat *Gloſs. in cap.* 1. *ne Sed. Vacant.* ubi plura officia in unum cumulata utrumque jura ſua retinet, & facit *tex. in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *Valenſol. conſ.* 69. *n.* 32.in quibus terminis pluries refert deciſum *Salg. d.cap.* 15. *à n.*

77 *à n.* 14. *cum ſeqq.* Verùm enim verò ſi Regularis Præpoſitus, tàm ſpiritualem, quàm temporalem juriſdictionem retineret, tunc iſtius tantùm Imperio Parochus Regularis ſubijceretur, ſi Parochia in territorio iſtius Præpoſiti extaret: *Sylveſtr. in ſum. verb. religio* 7. *quæſt.* 11. *Sanch. de matrim. lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 39. *Marc. Ant. Cuch. inſtit. Major. tit.* 1. *n.* 158. *F. Emman. q. reg.* 34. *art.* 6. *tom.* 1. *Greg. Lop. l.* 26. *verb. proprio tit.* 7. *qu.* 1. Etenim talis Prælatus, ſivè Abbas Exemptus, proprium habens territoriũ nemini ſubjectum, diſtinctam juriſdictionem ab Epiſcopo, ac ordinariam in ſuos retinet: *Gloſ. in cap. cum ab Eccleſiarum de offic. ordinar.* privativè quoad viciniorem Epiſcopum: ſubdit *Jacob. Put. deciſ. Rot. Rom.* 239. *n.* 2. *lib.* 3. itidem in criminalibus *Narbon. de leg. leg.* 59. *Gloſſ.* 1. *n.* 66. *tit.* 4. *lib.* 2. *nov. recop. Farinac. deciſ.* 100. *n.* 3. *poſt conſ. crim. lib.* 1. laxè Jo: *Bapt. Ciarlin lib.* 1. *contr. cap.* 67. *n.* 9. quos exarato calamo cumulat *ſolertiſſimus D. Leonard. Rodoer. in addit. ad lib.* 1. *Reg. de Marin. ad cap.* 1. ferè per totum: ubi horum exemptorum poteſtatem adamuſſim extricat.

78 Monaſteria pariter, aliaq; loca, ac Regularium Eccleſię, quocumque modo exemptæ, curam Animarum annexam habentes in ijs, quæ ad dictã Animarum curam, & Sacramentorum miniſtrationem pertinent, tam ſi Regulares ſint, quàm ſæculares: immediatè juriſdictioni, viſitationi, & Epiſcopi Diœceſani imperio, ac correctioni ſubſunt: edocent ex Conc. Trident. diſpoſitione, *in ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 11. *& ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *ac ex cap.* 8. *ſeſſ.* 21. *ac ex Pij V. Bulla*, ſicque deciſum affert contra Monachos S. Benedicti, in una Piſcien. Juriſd. corã Card. Platto anno 1590. *Rot. Rom. deciſ.* 196. *n.* 2. *part.* 2. enodatè *Paul. Fuſc. de viſit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 16. *in princip. Franc. Leo in prax. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 18. *n.* 105. *Piaſec. in prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 46. fusè *Frat. Emman. qu. regul. tom.* 1. *qu.* 36. *art.* 4. *Mar. Ant. Macerat. var. reſ. rub.* 17. *n* 3. *Campanil in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 51. *cum ſeqq. Illluſt. D. Hieron. Venerius Mõtis Realis Archiepiſcopus lib.* 6. *de exam. Epiſcop. cap.* 11. *ex n.* 2. *Aloyſ. Ricc. in prax. Eccleſ. deciſ.* 736. *prima editione, & reſol.* 513. *in* 2. *edit. & deciſ.* 608. *in prim. edit. & reſol.* 532. *in* 2. *edit. Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ.*

cl. ſ. univerſ. lib. 1. *cap.* 43. *de ſtat. & vit. Regul. n.* 134. *& de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 74. *n.* 18. *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 20.§.4.*& in cap.* 21.§.5. & poſt omnes pluries ſic deciſum refert per Sac.Cong..Card.Cōcil. *Emin. de Luca de juriſd.et for.compet. diſcurſ.*4.*n.*6.*& diſc.* 27.*n.* 8. *& diſc.*36.*n.*3.*et diſc.*38.*n.*5. *et* 6. *Cæſar Panimoll. deciſ.*84. *annot.* 1. *n.* 17. *par.* 2. ubi de Religioſis Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani ratiocinatur, ſicque ſtatuere Sum. Pontifices Pius V. & Gregor. XIII. in eorum Conſtitutionibus: & poſt eos Gregorius XV. in ſua Conſtit. *Ineſcrutabilis ſub die* 9. *Febr. anno* 1622. *edita.*

79 Ex quibus Epiſcopus loci Ordinarius, in enunciatis cauſis tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus procedit, prout itidem in dependētibus ab ipſa Animarum cura, elatè innuit *Seraph. deciſ.* 1067. *n.* 1. *&* 2. idem *Campanil. in diverſ. jur. Canon. in locis nuper indicatis, Mar. Anton. Maceratenſ. in allegato lib.* 1. *reſol.* 112. *caſ.* 50. *Eminentiſ. de Luca in locis adductis.* Undè eſt Monachorum Eccleſiam, in qua Animarum exercetur cura, ac perſonas, eam exercentes, qualibet exemptione munitas, Epiſcopus, eâ non obſtante, loci Ordinarius viſitat: mirè inſinuant *ex Concil. Trid. diſpoſitione in ſeſſ.* 7. *cap.* 8. præter laudatos *Solerzan. in tract. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *à nu.* 51. *Tambor. de jur. Abbat. diſput.* 15. *qu.* 7. *n.*46. in prima impreſſione *aliàs diſput.* 17. *qu.* 3. *n.*4. *Campanil. ibidem* apprimèq; faciunt *Felic. de Vega ad cap. cæterum* 5. *de judic. n.* 36. *P. Ludovic. à Miranda in manual. Prælator. in qu.* 42. *art.* 1. *cum ſeqq. Fr. Emman. d. qu. reg.* 36. *art.* 3. *&* 4. *tom.* 2. *qu.* 764. *reg. art.* 1. abſque tamen Monaſterij gravamine, & expenſis: ut ex Leonis X. Conſtit. 26. §. 3. inſinuant *Henriq. de Indulgent. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 11. *Tambor. de jur. Abbat. diſp.* 15. *qu.* 7. *n.* 47.

80 Imò modum conſervandi Sacramentum, Calices, ac ipſius Eccleſiæ ornamenta, ad ipſam adminiſtrationem ſpectantia inquirit: ut deciſum affert. *Franc. Leo. d. cap.* 31. *n.* 3. *par.*2. *Campanil. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 49. *Seraph. d.deciſ.* 1067. *Marc. Anton. reſ.* 112. *caſ.* 50. *Barboſ. locis indicatis,* ac de moribus Curati exactè inveſtigat *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 11. *&* 15. ac examinat, *ex d. Pij V. Bull. & ex Concil. Triden. cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *diſpoſitione,* quæ quidem

dem Pij Bulla de Hieroſolymitana loquitur Religione, & deciſum afferunt *Seraph. deciſ.* 1304. *& Card. Spada deciſ.* 145. *ferè per totam, tom.* 3. *Panimoll. d. nu.* 17. eoſque in hiſce ſimilibus Sacramentorũ adminiſtrationibus fortè delinquentibus objurgat: edocet *Card. de Luca de juriſdict. & for. compet. tom.* 3. *diſcurſ.* 4. *n.* 6. licèt oppoſitum conantur defendere Regulares omnes, ſuſtinentes Epiſcopum nequire in hiſce caſibus adminiſtrationis Sacramentorum, acceſſus ad proceſſiones, prædicationum, & ſimilium contra Regulares perſonaliter irruere, & cenſuras infligere: attamen oppoſitam ſententiã veriorem eſſe firmat *Card. de Luca ubi nuper, & diſcurſ.* 49. *ibidem, & diſcurſ.* 51. 52. *de Regular. ac in Miſcellan. p.* 4. *diſcurſ.* 16. *n.* 10. 11. 12. *lib.* 14. *de Regular.* Quidquid in oppoſitum ſuſtinent Regulares, inter quos *Tambor. ubi nuper*, ex Sacr. Congreg. Concil. Trident. declaratione, erudiẽs tales Regulares curam Animarum habentes, & in ea delinquentes, remittendos eſſe ad ſuos Superiores Regulares ad hoc ut plectantur: nec diſcrepant *Henriquez ubi ſupra, & alij ab eo*: tamen aliorum ſententia communis, & magis amplexa videtur: potiſſimè ſi tales Regulares Sacramenta Sæcularium miniſtrarent: ut declaravit *Sacr. Congreg. Card. Concil. Trident. interpretum, ab Urbano VIII. approbata anno* 1623. ibi *Niſi cum in Sacramentis, perſonis Sæcularibus adminiſtrandis, ijdem Regulares delinquunt*, aliaſque declarationes affert *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 1. *n.* 19. 20. 21. 22. ubi edocet hanc facultatem viſitandi perſonas exemptas curam Animarum, virorum, & mulierum exercentes, Ordinarios privativè haud retinere; ſed cumulativè cum Superioribus Regularibus. Epiſcopus verò à Confeſſione Sæculariũ toties, quoties opus ſit, eos ſuſpendit: innuit, mirèque inſtruit *Ceſped. de Exempt. Regul. dub.* 150. eoſque excommunicat: quod evolvitur in Conſtitutione Gregor. XV. quam affert *Jul. Capon. contr. jur. contr.* 42. *n.* 15. abſque ullo Regularium, ac Exemptorum obſtaculo, qui pro tali viſitatione faciẽda, Eccleſiarũ portas pãdere poteſt, ac debet: alioquin impedimentum ſi ei factum fuerit, liberè quit Epiſcopus eas frangere: ut atticè innuit Sum. Pontifex Innoc. *in cap.* 1. *verſ. item alia ratione, ubi Abb. n.* 5. *de immun. Eccleſiaſt.* & inſinuat *Paul. Fuſc.*

de viſitat. Eccleſ. lib. 2. cap. 16. n. 1. & cap. 19. ibidem nu. 1. Auguſt. Barboſ. d. cap. 43. nu. 139. & in alleg. 74. n. 22. invocato etiam ſeculari brachio, ſi ei libuerit *Campanil. d. rub. 12. cap. 13. n. 52. Tambor. de jur. Abbat. d. diſput. 15. qu. 7. nu. 53. Ciarlin. contr. forenſ. cap. 65. nu. 11. 12. lib. 1. & Cæſar Panimoll. deciſ. 84. ann. 1. n. 17.* Si Exempti Sæcularibus Sacramenta miniſtrant: explicat *Card. de Luca ubi nuper, & diſcurſ. 27. ſub n. 8. et diſcurſ. 36. nu. 3.* Notandum tamen eſt hanc facultatem Epiſcopis, per Sacr. Concil. Trident. ac per Gregorij XV. Conſtitutionẽ impertitam, ad alios inferiores Prælatos haud porrigi intendunt intra citandi: jura namque allata loquũtur de Epiſcopo, non de Prælatis inferioribus, itidem quaſi Epiſcopalem jurisdictionem habentibus: ut ſtatuit Sacra Congreg. & affert *Roſa de Reſident. Epiſcop. cap. 4. ſect. 6. n. 145. ex Novar. ſumm. Bull. exempt. priv. n. 20. par. 2. & par. 1. n. 6. & 36. & cõmun. 66. n. 20.*

81 Verùm enim verò, recenſita, ut prædiximus, procedũt, ſi Regularis ipſe Prælatus ſuperior, aut Exemptus omnimodam non haberet jurisdictionem temporalem, ac ſpiritualẽ, nec diſtinctũ Territorium, ut prædiximus: nam ſi haberet, jure ordinario, ſuas Eccleſias, ac exemptorum, itidem quoad animarum curam viſitat, eaſque viſitare nequeunt Epiſcopi: edocent *Solerzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 17. n. 54 Barboſ. in remiſſ. cap. Conc. Trident. 11. ſeſſ. 25. de regular.* quos laudat *de Luca ubi nuper in diſp. 2. Cardin. Albiſij qu. 7. n. 6. Tambor. ubi ſupra n. 46.* nec jure delegato, ſi Eccleſiæ, aliaque loca exempta alicui Prælato ſubſunt: etenim tũc iſta, cui immediatè ſubſunt, haud Epiſcopus viſitat: edocet *Eraſm. Choker. de Juriſd. ordin. in exempt. part. 4. q. 23. n. 3.* fusè *Mendez de Caſtro. in prax. luſit. p. 2. lib. 2. c. 3. n. 31.* & ante eum *Barboſ. d. alleg. 74. n. 2.*

Agglutinãt equidem nonnulli non inferioris notæ; Epiſcopos ex recenſito Concil. Trident. curam animarũ habentes Eccleſias poſse viſitare; ſi tamen ſub regimine Prælatorum ſæcularium eſſent: at ſecùs ſi ſub cura Regularium Prælatorum manerent, ut atticè inſtruit *Barboſ. collect. DD. ſuper Concil. Trident. cap. 8. ſeſſ. 7. n. 15. Roſa de reſident. Epiſc. c. 4. ſect. 6. n. 144. Ceſped. de exempt. Regular. cap. 5. dub. 233. n. 3.*

Fa-

Fagnan. in cap. nullus, n. 34; *de Parochia.* nos autem eam ſententiam veram autumamus, quam affert *Emman. Roderic. Regul. quæſt. tom.* 1. *qu.* 36. *art.* 4. nimirùm Concil. Trid. loqui de illis Eccleſijs, quæ ſubjectæ ſunt Ordinario Diœceſano, licèt ſub adminiſtratione exemptorum manerent: non verò de illis Eccleſijs, quæ pleno Jure, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſubſunt alicui Ordini, retinenti plenam exemptionem: iſtas namque nequaquam Epiſcopus loci Ordinarius viſitat; ſed ſuus Ordinis Superior: quod magiſtraliter edocet *Covarr. pract. quæſt. cap.* 11. *n.* 5. *verſ. ex quibus apparet.* nec diſcrepant *Wameſ. conſ.* 366. *n.* 37. *de Regular. Federic. de Sen. conſ.* 13. Attamen *Navarr. conſ.* 8. *de privileg. & Sayr. in florib. deciſ. lib.* 1. *tit.* 7. *de tempor. ordin. deciſ.* 4. *ex Concil. Lateranenſ. ſeſſ.* 21. *ſub Leone X.* firmant viſitari poſſe allatas Eccleſias ab Epiſcopo, quoad ea, quæ ad Parochianorum curam pertinent, pro quorum jurium adminiſtratione, Regulares quacunque ampla exemptione præditi, ſubijciuntur Epiſcopo Diœceſano: ut pluries repetit *Card. de Luca de juriſd. diſc. urſ.* 4. *& de Regular. par.* 1. *diſc.* 2. *n.* 12. *tom.* 14.

82 Noſtri rurſus hypotheſis materiam proſequēdo, inquimus, Regulares nequire abſq; Parochi, vel Ordinarij expreſſa venia, ſæcularibus Extremam Unctionem, vel Euchariſtiam miniſtrare, neque Matrimonia ſolemnizare, ſub excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſervatæ multa: eoſq; aliter attentantes Epiſcopus loci Ordinarius quit declarare, & excommunicatos publicè denunciare *Clement.* 1. *de privil. Ricc. prax. aur. reſol.* 210. *verſ.* 12. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 105. *nu.* 68. Etenim allata Sacramenta miniſtrare, Parochi, & Curati officium eſt: illudque uſurpare grave eſſe peccatum ait *Dian. reſ.* 62. *tom.* 2. *tract.* 2. *in nova impreſ.* niſi oppoſito privilegio fuerint muniti: *Roderic. qu. Regul. tom.* 1. *qu.* 56. *art.* 1. & 2. licèt *Campanil. diverſ. jur. Can. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 79. ubi ex *Clement.* 1. *de privileg.* erudit poſſe Ordinarium citare Regulares, ad ſe videndum declarari, incidiſſe in cenſuram contentam in allata Clementina, privilegijs eorum minimè refragantibus: & hoc ex verbis ejuſdem Clementinæ. *Nullo Religioſis eiſdem ſuper*

Hhh 2 hoc

Digitized by Google

hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante.

Excuſatur ſanè Regularis Sacramentum Extremæ *Un*ctionis miniſtrans ſæculari in extrema neceſſitate exiſtenti, abſque Parochi, vel Ordinarij venia, abſente tamē Parocho, vel iſto tale Sacramentum miniſtrare renuente: ut ſuſtinent *Sylv.* refellēdo *Caet. ſum. verb. excommunicatio, cap.*64. *Sotus in* 4. *diſtinct.* 23. *qu.* 2. *art.* 1. quos affert *Dian. reſol.* 61. *tract. tom.* 2. *in Coordin. Tambor. de jur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 7. *qu.* 2. *nu.* 2. *Card. de Lugo de Sacr. Euch.diſput.* 18. *ſect.* 2. *nu.* 53. *Lantuſc. theat. Regular. verb. Euchar. n.* 1.5.

Imò valere Regulares allata Sacramenta miniſtrare Novitijs, Converſis, ac laicis familiaribus Cœnobio inſerviētibus, & in eo tamen ęgrotantibus: *Tambor. ubi nuper qu.*3. *Ventrigl. prax.annot.* 48. *ʓ.un. nu.* 51. *par.* 2. & depromitur *ex Card. de Luca in d. diſcurſ.* 4. *tract. de juriſdic. & diſcurſ.* 52. *n.* 12. *de Regular. par.* 1. *tom.* 14. *Portel. in dub. Regul. verb. Sacrament. nu.* 9. *Dian. tom.* 2. *tract.* 2. *reſol.* 21. *n.* 5. *in Coordin.* Sæcularibus verò ægrotantibus in proprijs ſuis ædibus, eorum queunt audire confeſſiones,dummodò quod de confecto pœnitentiæ Sacramento Parocho certiorent: ut declaravit Sacr. Congreg. anno 1641. & affert *Lantuſc. ubi nuper verb. Confeſſarius n.* 8. *Panimoll. deciſ.*84. *annot.* 1. *nu.* 64. *par.* 2. *Ventrigl. prax. annot.* 48. *n.* 43. *par.* 2. Imò valent Euchariſtię Sacramentum, ac Extremę *Unctionis*, tempore mortis miniſtrare hoſpitibus ſęcularibus in eorū Monaſterijs infirmis, abſque Parochi venia: *Peyrin. de privil. Minim. to.* 1. *conſtit.* 1. *Julij II.ʓ.*37.*n.*92.93.94.*Lezan. ſum. verb. Euchariſtia, nu.* 10. *& verb. Extrema Unctio, n.* 3. *tom.* 3. *Tambor. opuſc. de commun. cap.* 5. *ʓ.* 5. *n.* 9. eiſque ſepulturam tradere firmant: vide *Dian. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 238. *ʓ.* 1. *& ult.in Coord.*

Sacramentum autem Euchariſtiæ valent hodie ex ſpeciali privilegio à Sixto IV. Leone X. & Julio II. induko, in eorum Eccleſia Regulares ſęcularibus miniſtrare, exceptis eis, qui adimplere intendunt Præceptum Paſchatæ Reſurrectionis,&ſic à die Dominico Palmarum, uſque ad Dominicam in Albis, intra quos Fidelis Pręcepto Eccleſiæ ſatisfit,& ſatisfacere tenetur in propria Parochia *cap. omnis utriuſque ſexus, de pœn. & remiſſ.* Niſi veniā à Parcho impetraverit, aliàs minimè adim-

Digitized by Google

adimpletum dicitur Eccleſiæ Pręceptũ:ut declaravit pluries *Sac.Congr.*& adducit *Lantuſc. ibidem verb. Euchariſtia, n.* 1. 5. *Suarez tom.* 3. *par.* 3. *Div. Thom. diſput.* 72. *ſect.*2.*& in tract. de Relig.tom.*4. *tract.*10. *lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 7. *Mirand. man. Prælat. quæſt.* 42. *art.* 2. *concluſ.* 2. *Rodric. quæſt.Regul. qu.* 56. *art.* 3. *tom.* 1. ubi prędicta explicant verba:*in die Paſchatis Reſurrectionis*: licèt oppoſitum mordicùs ex *Navar. man. qu.* 21. *n.* 52. ſuſtinet *Joan. Azor. inſt.moral.par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 41. *quæſit.* 7. & cum eo annuit *Novar.Lucern. Regul. verb.Eucharistia, n.*11. autumantes,in illam et die Paſchatis verificari interdictum miniſtrandi Fidelibus Sacramentum Euchariſtiæ: attamẽ primam opinionẽ veriorem, & probabiliorẽ eſſe putamus: nimirùm Preceptum Eccleſiæ ad propriam tantùm Parochiam adimpletur, ſi Fidelis Cruciatæ Bullam nõ haberet: at ſi haberet, itidem in Oratorijs privatis allatum Præceptum adimpleret: *Dian. reſol.* 28. *tract.*2. *de Orator. privat. to.* 4. Qua ſecluſa, & in Parochia Præcepto adimpleto in una ex recenſitis diebus, valẽt Regulares Sacramentum Euchariſtię alijs diebus eidem miniſtrare: ut pręter allatos innuit *Tambor. par.* 2. *diſp.* 5. *qu.* 3. *n.* 3.

Valent itidem Regulares abſque Parochi, & Epiſcopi venia Sacramentum Euchariſtię miniſtrare advenis, vagis, & peregrinis, qui in eodẽ loco habitationis Parochiam non contraxere: *Sanch. de matrim. lib.* 2. *diſput.* 32.*n.*17. *& per totam*, *Tambor. nu.* 6. *Dian.reſol. mor.* 12. *verſ.ergò, par.* 3.*tract.* 2. *de dub. Regul.* Non tamen in die Paſchatis pro Pręcepti ſatisfactione: nã pro hoc Sacramento recipiendo iſti accedere debẽt ad propriam Parochiam ubi degent, vel ad Matricem Eccleſiam: ut benè innuit ex *Peregrin. in ſcholijs ad privileg. ſuæ Relig. par.* 2. *tit. communicare*, §. 2. *Venerigl. d. annot.* 48. *nu.* 55. *part.* 2. nec diſcrepat *Sanch. ubi ſupra diſp.* 18. *n.* 3.

Non ignobilem porrò excitatam à nonnullis in præſenti materia fatemur eſſe controverſiam, quæ anno retro elapſo accidit: num Regulares queunt deferre Euchariſtię, & Extremæ Unctionis Sacramentum ſuo Religioſo in parentum ęde ægrotanti, abſque Epiſcopi, vel Parochi venia? hæſitationi anſam Meſſanæ tribuere RR. Patres C. R. Ordinis Theatinorum, dum P. D. Antonio Mo-

Moleti, qui ob nimiam ſtudij applicationem in gravem ruit infirmitatem, undè præviâ Phyſicorum conſultâ, & Superiorum veniâ,in paternā extra *Urbis* mœnia petijt ędē, ibique in deteriorem labuit ſtatum, eique Patres *Extremę* Unctionis Sacramentū tradidêre, inſcio Archiepiſcopo,ac Rever. D. Antonino Campis Abbate, ac *Eccleſię* Parochialis Divi Antonij dignisſimo Beneficiali: qui valdè contriſtati, Archiepiſcopus ad nonnullas incōſentaneas demonſtrationes tranſire navabat: attamen poſt multa, ſopito negotio, id juridicum examen reduxere curioſi, inter quos nos, herclè inertes non fuimus: meritò pro ejus ſolutione inquimus, quòd *P. Bardon. contr.* 43. *ſub n.* 28. *& in reſol.* 51. *n.* 170. *tom.* 2. ex Sacr. Congregationis declaratione inſinuare conatur, Regularē extra propriū cœnobiū ęgrotantē, Sacramēta Euchariſtiæ, & *Unctionis* manu Parochi ubi deget recipere debere, ibique alios adducit: oppoſiti tamen animi ſenſus fuit *P. Pellizzar. tom.* 2. *tract.* 8. *de privileg. conceſſ. quoad propriam ſepult. cap.* 5. *ſect.* 4. *ſub ſect.* 1. *n.* 138. autumans recenſita Sacramenta debere Regularem extra Monaſterium ægrotantem recipere manu proprij Prælati,vel alterius ab eo delegati: etenim iſte nō Parochus eſt *R*egularium: proprius Parochus, & ſic factitatum Ferrariæ ad quatuor vices, ex fide digni relatione, fuiſſe affert: quam ſententiam aſſequutus fuit *Petrus de Murga oper. Canonic. tom.* 1. *ſect.* 2. *diſquiſ.* 8. *Regul.*2. 3. *n.* 11. Audivimus tamen Panormi anno 1696. ſic fuiſſe verſatū, ibique R.D.Joſephū Bologna Ordinis S. Benedicti in domo Ill. D. Franc. Bologna fratris, primæ liniæ Equitis,in extremo mortis periculo laborantē *E*uchariſtiæ Sacramētū ſolēniter manu ſui Superioris recepiſſe: verū factâ per nos ſedulâ perquiſitione, ex proprio dictorum Regularium ore,ſcivimus hoc actum fuiſſe ex expreſſa R.Parochi venia: undè rectè infertur hoſce caſus frequētatos per *Pellizzar.* adductos nullius roboris, & fundamenti eſſe:etenim ęquè benè ſtare poteſt, extrinſecam, Sacramenti apportationem Ferrariæ fuiſſe obſervatam; ſed de ea teſtātes inſcios fuiſſe de Parochi venia: imò ex Parochi petita, & obtenta venia Panormi per RR. Benedictinos, maximam oriri contrà Regales præſumptionem concludendum eſt; etenim

ta-

tales venerandos Patres, ſi ad veniam petiendam devictos haud eſſe, eam non petijſſe: tandem agglutinando, inquimus allatam concluſionem Panormi, de plano procedere, & varijs, multiſque vicibus Regulares in parentum ædibus ægrotantes, Sacramenta recenſita Parochi manu ſemper recepere.

83 Altare demùm Viaticum, ſeù portatile, quod de uno ad alium transfertur locum, nequeunt Epiſcopi permittere: imò neq; Regulares hoc perficere queunt, quibuſcumque privilegijs minimè refragantibus, ante tamen Concilium Trident. indultis: etenim per enunciatum Concilium in *ſeſ. 22. in decret. de obſervandis, & evitandis in celebrat. Miſſ.* interdictum expreſsè Epiſcopis fuit hoc permittere, & Regularibus peragi. Non obſtantibus privilegijs, exemptionibus, appellationibus, atque conſuetutionibus quibuſcumque: niſi talia fuerint renovata privilegia: *Navar. man. cap. 25. n. 82. Suarez tom. 3. diſp. 81. ſect. 3. in fine*, vel in caſu neceſſitatis veniâ ab Epiſcopo petitâ, ſi neceſſitas hoc agere permittitur *Suar. ibidem, ʒ. 3. exceptio, Tambor. de jure Abbat. part. 2. diſput. 5. qu. 6. per totum.*

84 Sacerdotes equidē Regulares, itidem Abbates nequeunt in Matrrmonijs contrahendis, abſque Patochi, vel Ordinarij venia aſſiſtere: ut à contrario ſenſu accipiunt *Clement. Religioſi, de privileg. & exceſſ. privileg.* ac *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 1.* ubi hiſce Regularibus interdicitur intereſſe in Matrimonijs contrahendis abſque Parochi, vel Epiſcopi venia: ergo cum ea, eis id permiſſum eſſe putant *Mirand. man. Prælat. tom. 1. q. 48. art. 1. concluſ. 1.* & alij per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 32. n. 108. Tambor. ubi ſupra diſput. 8. qu. 1. per totum.* Abſque verò allata venia ultra ſuſpenſionem in d. Concil. Trid. indictam, in excommunicationis gladium incidunt: ut de veriori, communi, ac probabiliori ſententia inſtruūt *Navar. man. conſ. 1. de pœn. n. 7. Ugolin. de off. & poteſt. Epiſcop. cap. 15. ʒ. 12. n. 8.* & alij per *Sanch. de Matrim lib. 3. diſput. 48. n. 8. & ſequit. Alter de cenſur. tom. 2. diſput. 11. de ſuſpenſ. cap. 4. Novar. lucer. Regul. verb. Matrimonium num. 2.* & poſt eos *Ventrigl. annot. 48. ʒ. unic. ſub n. 60. par. 2.* Enixiùs tamen rem perſtringētes oppoſitum ſuſtinent alij nō inferioris notæ: & ſunt *Enriq. lib. 13. cap. 38.*

38.§.2. *lit.E, Suar. de cenſur. diſput.* 2.*ſect.* 4. *nu.* 13, *Sayr. de cenſur. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 2. *Bonac. eodem tract. diſput.*.3. *qu.* 6.*punct.* 5. *n.* 19. *&* *de Matrim. qu.* 4. *dub.* 6. *nu.* 3. *Baſil. Pont. de imped. Matrim. cap.* 26. §. 2. *cond.* 10. §. *in princ.* *Tambor. de jur. Abbat. part.* 2. *diſput.* 8. *qu.* 3. Inſinuātes pœnam tali Regulari, & Sacerdoti Matrimonium ſolemnizanti, abſque Parochi, vel Epiſcopi venia indictam, ſuſpenſionis multa piare, non excommunicationis latæ ſententiæ: nam hanc fuiſſe moderatā per Concil. Trid.ſubdunt. Allatam equidem veniam indulgere itidem quit Vicarius Generalis ejuſdem Epiſcopi, qui appellatione Ordinarij venit ipſe Vicarius: *Gloſſ. in cap. Romana, verſ. generaliter, de appellat.in* 6. *cap.* 2. *verb. Officialem, de offic. Vicar.in* 6.& hanc ſuſtinent ſententiam *Navar. lib.* 4. *conſ.* 47. *nu.* 1. 2. *tit. de Sponſal. & conſ.* 14. *n.* 1. *de clandeſt. deſponſat. Henriqu. lib.* 11. *de Matrim. cap.* 3. *nu.* 4. *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *diſput.* 29. *num.* 18. *Barboſ. allegat.* 32. *nu.* 117.

Advertendum tamen eſt, Abbatem in Eccleſijs nulli Epiſcopo; ſed ſibi pleno jure ſubjectis, & in eis Epiſcopalē juriſdictionem retinentem, validè in Matrimonijs contrahendis intereſſe poſſe:firmant *Sanch. ubi nuper, diſput.* 28.*n.* 6. *Guttier.de Matrim. cap.*66. *n.* 6. *Petr. Ledeſm.de Matrim. qu.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *Barboſ. n.* 122. *Ægid. Coninch.in* 2. 2. *Div. Thom. diſput.* 27. *n.*17. *Mart.Bonac.de Matrim. qu.* 2. *punct.* 8. *n.* 10. *Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap.* 15. §.19. *n.* 3. & poſt eos *Tambor. de jur. Abbat. par.* 2. *diſput.* 8.*qu.* 1. *n.* 2.

85 Epiſcopi rurſus ſunt verè ordinis Collatores, ad eoſque ſpectat propriè ordines diſpēſare: ut per *Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de Sacram. Ord. Canon.* 4. eſtque planè hæc Ordinis poteſtas, ea per quam quis quit ſanctificare, conſecrare, aut ſolemniter rem aliquam, ſive perſonam benedicere: ut probat *Div. Thom.* 3. *par. qu.* 65. *art.* 3. *arg.* 2. *Div. Bonavent. in* 4.*diſtin.* 25.*art.*1.*q.*1. & ibi *Richard. art.* 1. *qu.* 1. *& Padulan. qu.* 1. *art.* 2. *Vaſq. in* 3. *par. Div. Thom.* 3. *diſput.* 243. 245. *Reginal. prax. for. pænit. lib.* 30. *tract.* 1. *nu.* 23. *Henriqu. lib.* 10. *cap.* 22. *Coninch. de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 20. *dub.* 9. *n.* 75. quam quidem auctoritatem, Epiſcopi Diœceſani alteri delegari nequeunt: etenim quæ ſunt Ordinis

Digitized by Google

dinis delegari minimè poſſũt: at ſecùs juriſdictionis *c. aqua, de Conſecrat. Eccleſ. vel Altar. Victor de Sacram.n.*234.*Tambor.de jur.Abbat.p.*2. *diſp.*2.*qu.* 4. *per tot.* & nos latè diximus *in Cap.* 5. *de Legatorum poteſt.*

Undè fluit Regulares, qui ad Ordines majores, aut minores, itidẽ ad primã tonſurã ſcandere deſiderant, cũ literis dimiſſorialibus ſui Superioris Epiſcopũ Diœceſanum adire debent, ad eos recipiendos, & iſte ſi abſens, aut implicatus fuerit; cũ eiſdẽ literis aliũ Epiſcopũ petere debẽt: explicato tamẽ in eiſdẽ literis dimiſſorialibus, motivo abſentiæ, aut impedimenti proprij Diœceſani Epiſcopi: ut benè explicat *Cãpanil. diverſ. jur. Can. rub.* 11.*c.*13.ubi aliã adducit limitationẽ:*Piaſec. prax. c.* 1.*Barboſ. alleg.* 7.*par.*2.*Novar. lucer. Regul.verb.dimiſſoriæ*, & ſtatuit Sacr.Cong Trid.juſſu Clemẽtis VIII.ut affert *Novar. prax. nov. jur. Pontif. tit. de Ordin. concluſ.* 4.*n.* 2.

Epiſcopus verò, Regularem ordinando, tantùm eum examinare debet quoad doctrinam: non autem alia requiſita, ad Ordines nanciſcendos opportuna, inquirere debet: *Vulp. prax. cap.* 7.*n.* 17.*Ventrigl. prax. annot.* 48. *§. unic. n.*30.*&* 31.*p.*1.ubi ſubdit diſpẽſationẽ, quoad interſtitia, Regularibus impertiri per Epiſcopũ ordinantẽ: prævijs tamẽ literis dimiſſorialibus ſui Superioris, qui ex eis, humiliter allatã diſpẽſationẽ expoſcere, ac de neceſſitate, ac utilitate diſpenſationis teſtare debet: quæ quidẽ atteſtatio pro diſpenſatione obtinẽda ſufficit: ut edocet *Campanil. ubi nuper, rub.*1.*c.*13.*n.*41.*Vẽtrigl.n.* 31.

Verùm enim verò ſi Regulares præditi fuerint ſpeciali privilegio recipiendi Ordines à quocũq; Epiſcopo; tunc excẽpti ſunt ab Ordinario Diœceſano, quoad Ordines nanciſcendos: *ex Novar. Lucern. ubi ſupr.n.*2.*Ventrigl.n.*31. *in fine.*

Abbates verò Regulares poteſtatem conferendi minores Ordines in ſuos Religioſos, interſtitijs cum eiſdem diſpẽſant: imò ad eos non ad alium pertinet: ut benè ex quadam neceſſaria conſequentia inferunt *Sorb. in annot. ad compend. privileg. Mendicant. verb. Ordines ſacri, verſ. quando verò Abbates Mirand. man. Prælat. tom.* 1. *qu.* 38. *art.* 7. *concluſ.* 2. *Campanil. ubi nuper, rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 24. & alij per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. d. alleg.* 3. *n.* 6. *& alleg.* 18. *n.* 3. & per *Tambor. de jur. Abbat. par.* 2. *diſp.* 2. *qu.* 22. *per tot. & n.*3.ſubdẽs ad recenſitã di-

diſpenſationem tribuendam quàlibet levē ſufficere causâ.

Notandum tamē eſt, Sum. totius Eccleſiæ Antiſtē poſſe, ſaltem quoad Ordinum minorum diſpenſationem, hanc auctoritatē itidē ſimplici Sacerdoti tribuere: autumāt *Victor.de Sacr.n.*222.*Valent.*2.2. *diſp.*9.*p.*2.*pun.* 1. *Coninck. de Sacrā. d. to.*2. *diſp.* 20. *dub.* 9. *n.*77.*Barboſ. p.* 2. *alleg.*3.*n.*4.

Quod quidā privilegiū retinent nōnulli Abbates, prout antiquitus retinebāt Abbates Ord. S. Benedicti: *Tambor. de jur.Abb.p.*2.*diſp.*4.*q.*1. *à.n.*45.

Suppoſitâ igitur allatâ facultate à Sede Apoſtolica indultâ, ſecluſo priſco jure; Abbates hodie ex Concilij Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *de reform. diſpoſitione* queunt ſubditis ſuis Regularibus hoſce minores Ordines tribuere: nequeunt tamen minores Ordines conferre Sæcularibus, itidem ſuis; ſed alijs Epiſcopis ſubjectis, nec Regularibus alterius Religionis, & ſibi non ſubditis: *Roderiq.q.Regul.to.* 3.*q.*23. *art.*2. *Mirād.man.Prælat.to.*1.*q.* 38. *art.*9. *concluſ.*2. *Barboſ.d.alleg.* 3.*p.*3. *Tambor. ibidē q.* 6. *to.*2. *diſp.* 2. *& qu.* 7. *ibid.* Niſi literas dimiſſoriales ad id ſpecialiter obtinuerint ab Epiſcopo Diœceſano, & de iſtius expreſſo conſenſu: ut pluries declaravit *Sacr.Cong.*& inſiuāt *Jo.Azor. inſt. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20.*q.*7. *Quarāt. in ſum.Bull. verb.Ordo, verſ.Abbatibus, Bonac.de Sacram. diſp.*8. *q. unic. punct.* 4.*n.*3. & refert *Tambor. n.fin.* Si tamen Abbates recenſiti Regulares ex privilegio retinerent facultatem deferendi Epiſcopalia inſignia: nempè Paſtoralem baculum, anolum, & mitram, ac Sacerdotales Ordines, & munus benedictionis ſuſciperint: queūt de Epiſcopi conſenſu ſæcularibus ejuſdē Epiſcopi ſubjectis hoſce minores Ordines cōferre: ut *ex Sac.Cong. declaratione* inſinuat *Tābor.to.*2.*diſp.*2.*q.*7. *n.*2. At ſi abſq; literis Epiſcopi Diœceſani dimiſſorialibus, & abſq; ejuſdē Ordinarij expreſſo conſenſu, Sæculari, vel Religioſo ſibi non ſubdito Abbas minores contulerit Ordines, ordinatio licèt valida eſſet, nec iteranda; ordinatus verò diſpenſatione indiget, ob impedimentum executionis ſuſceptorum Ordinum, manu extranei, non ſui Ordinarij, ac poteſtate carentis: ut bene edocent *Rodric. quæſt. Regul.* 18. *art.* 1. *tom.* 1. *Suar. de Religioſ. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.*2. *c.* 29.*n.*20. ratio eſt quia character licèt impreſſus ab Abbate, perſonæ ſibi non ſubjectæ imprimitur: *Joann. Andr. ad Gloſſ.*

Gloſſ.in cap.Abbates, verb. tonſuram, de privileg. in 6. & ibi *Boatino, & Archidiac. in cap. cùm contingat, n.* 2.*de ætat. & qualit. Tambor. de jur. Abbat. diſput.* 2. *q.* 8. *par.* 2. Suſpenditur verò Abbas hoſce minores Ordines conferendo Sęcularibus, vel Religioſis ſibi non ſubditis, abſque Ordinarij literis dimiſſorialibus, & conſenſu ab exercitio Pōtificaliū: nimirùm à collatione Ordinis, & ſimilium, non autem à Divinis: abſolutè tamen, & non per annum: ut edocet *Tambor. loco indicato, qu.* 9. *per tot.*

Hoſce inſuper Abbates de priſco jure valere Novitijs ſuę Religionis minores conferre Ordines, depromitur *ex dict. cap. cùm contingat, de ætat. & qualit.* ibi: *Laici ad Monaſteria convolantes à ſuis Abbatibus tonſurentur*: undè de Novitijs propriè ratiocinari Sum. Pontificem autumant infra laudādi: quòd clariùs deſumitur *in cap. Abbates, de privileg. in* 6. ubi *Alexand. IV.* facultatem tribuit Abbatibus, ut ſuis Cōverſis, qui ad ſua Monaſteria convolavere, Clericalē valeāt conferre tonſurā: imò magis enodatè *Gloſſ. ibidem* pro Novitijs, verbū *convolaverunt* ſumit: ſicq; edocent *Franc. Card. Alexand.* & alij, quos adducit *ex Rebuff. prax. benefic. tit. de Cleric. n.* 18. *Tambor. infra*. Attamen vitreus agnoſcitur allatus apparatus, ideòque faciliùs frangitur: nam ex nova Concilij Triden. diſpoſitione hoc revocatum fuiſſe indicant infra adducēdi; etenim *ex ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 10. hanc facultatem indultam fuiſſe Abbatibus, ut tantùm Regulares ſuos ſubditos, qui eis abſolutè ſubſunt, ordinare poſſint: Novitij autem, licèt Religionis gaudent privilegijs, ut pluries *in Cap.* 2. *et Cap.* 5. prędiximus; tamen Religioſi minimè ſunt: nec ſimpliciter ſubditi Abbatibus; ſed tantū quoad probationem: meritò iſtos ab Epiſcopo Diœceſano, ubi reperitur Monaſterium, non ab Abbate ſuæ Religionis ordinandos eſſe erudiunt *Henriq. Mirand.* & alij, quos affert *Barboſ. d. allegat.* 3. *n.*8. *part.* 2. *& allegat.* 4. *nu.* 63. *Suarez de Religioſ. tom.*4. *tract.* 8. *lib.*2. *cap.* 29. *qu.* 4. cum quibus annuit *Tambor. de jur. Abbat. par.* 2. *diſp.* 2. *qu.* 10. *per totum.* Niſi conſenſum Ordinarij, ejuſque literas dimiſſoriales Abbati directas Novitius obtinuiſſet: firmat *ex alijs Tambor. ibidem*: oppoſitum tamen ſentit *Campanil. diverſ. jur. Canon. rub.* 9. *cap.* 3. & ex eo *Ventrigl. prax. annot.* 23. *§.* 2. *n.* 43. edocentes Novitium

jam effectum eſſe ſubditum, ratione domicilij ſui Superioris: meritò ejus Superior quit ei minores conferre Ordines.

Majores autem Ordines ſolus Epiſcopus Diœceſanus confert:ut ſtatuit *Concil.Trid. d.ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *&* 10. *de reformat.* & inſinuant *Navar. lib.* 5. *conſ.* 15. *de privileg.* & alij per *Tambor. ubi ſupra,q.*6. *per tot.* & ſi aliter apud Gallos ſervatur, evenit quippè allatum Concil. Trident. non fuiſſe receptum : inſinuat *Roderic. quæſt. Regul.* 18. *art.* 4. *tom:* 1.

86 Sacramentum porrò Baptiſmi miniſtrare,Epiſcoporum, & Parochorum proprium munus eſt: quoniam Animarum curam gerunt: *Sot. in* 4. *diſp.* 4. *qu. unic. art.* 3. *concluſ.* 2. *Suarez tom.* 3. *par.*3.*D.Thom. diſp.* 23. *ſect.* 2. Imò Regularibus expreſsè interdictum evolvitur *per cap. placuit,* 2. 16. *qu.*1. Niſi in caſu neceſſitatis, in quo quælibet creatura rationalis quit baptizare: *cap. in neceſſitate, cap. Romanus, cap. ſanctum, cap. à quodam, de Conſacrat.diſtin.*4.*cap. ad limina* 30. *qu.* 1. *cap. ſuper quib.* 30. *q.* 3. *D. Thom.par.*3. *qu.* 67. *art.* 3. Vel ſi veniam ab Ordinario,vel Parocho obtinuerint: *Joan. de la Cruz de ſtat. Religioſor. lib.*2. *q.* 5.*cap.* 5. *dub.* 1. *concluſ.* 3. *Mirand. man. tom.* 1. *qu.* 43.*art.* 1. Aut ſi Abbates, vel Monachi Populum ſibi decretum retinerent: nam iſti itidem cum ſolemnitate baptizare queunt: *ex cap. dilectos* 16. *qu.* 1. probat *Tambor. diſp.* 4. *qu.* 1.*par.* 2. Vel ſi Epiſcopi electi fuerint: *Novar. lucer. Regul. verb. Patrini.*

Epiſcopus tandem loci Ordinarius ruit contra Regulares non Sacerdotes, Sacr. Miſſæ conficientes, vel adorantes : aut venerantes ſub prætextu ſanctitatis defunctos non Canonizatos, vel Beatificatos:*del Bene, de immun.Eccleſiaſt.cap.* 14. *dub.* 10. *n.* 19. *verſ. cæterum, Lezan. ſum. Regul. verſ. cauſa judicialis Regularium, n.* 14. *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 3. *n.* 39. *par.* 2.

87 Cæterum Regularis extrà degens Monaſterium, ſi deliquerit, ab Ordinario loci tanquam Sedis Apoſtolicæ, in hoc ſpecialiter delegato, viſitatur, plectitur, ac corrigitur: ex Conc. Trident. *ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 3. *Cened. in prax. & Canon. quæſt. lib.* 1. *qu.* 26. *nu.* 33. *Marc. Anton. Cuch. lib.* 2. *inſtit. major. tit.* 6. *num.* 163. *Paul. Fuſuſ. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 1. *& cap.* 20. *à n.* 17. *Marcell. Vulpel. in prax. jud. for. Eccleſ. cap.* 42.

Digitized by Google

42. *à n.* 21. *Campanil. d. rubr.* 12. *cap.* 13. *in princ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 223. *n.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 231. *par.* 4. *Laurent. de Frāch. in controver. inter Epiſcop. & Regular. quam inter regulares, & laicos qu.* 5. *n.* 2. *& qu.* 6. *verſ. ſettimo*; hoc eſt ſi conuētualiter, ſub Superiore haud vixerit, ſtatuit Sacr. Congregat. & refert *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. cap.* 59. *n.* 2. latè *Ciarlin. contr. for. lib.* 1. *cap.* 50. *n.* 6. *Piaſec. in praxi nova Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 42. *Campan. d. cap.* 13. *num.* 22. *Tambor. de Jur. Abb. diſp.* 15. *qu.* 7. *n.* 9. *tom.* 1. *& ab eo Epiſcop. Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 48. *§. unic. n.* 8. *p.* 1. & ſine venia ſui Superioris, ut uno fatentur ore *Ciarlin. contr.* 50. *n.* 3. *Ventrigl. n.* 7. *Cotton. lib.* 3. *contr. Eccleſ. contr.* 8. *cap.* 2. *n.* 82. *Pilaja inſtitut. Canon. lib.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 50. *Pac. Jordan. diverſ. Elucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 115. In ſcriptis: & per Civitatē, vel Diœceſim vagatur tūc, tāquam ſui inſtituti deſertor, ab Ordinario detineri, carcerari, & puniri rectè poteſt. Judicatur tunc tanquam piſcis extrà aquas. *Paul. Fuſc. de viſit. Eccl. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 9. *Campanil. diverſ. jur. Can. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 12. *Ventrigl. n.* 10. *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 3. *n.* 8. donec de eo notitiam haberet.

88 ſubdit *n.* 9. at ſi in membro aliquo, aut ſui Monaſterij grangia, de Superioris licentia, & pro ejuſdem Religionis ſervitio degeret; tunc non ab Ordinario, ſed à ſuo Superiore puniendum eſse ex eodem Trident. Concil. *ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 14. glomerant *Ciarlin. ubi nuper Barboſ. d. p.* 3. *alleg.* 105. *n.* 17. ſicque autumat, & ſequitur *Panimoll. deciſ.* 84. *adnotat.* 3. *per totū, n.* 17. aliàs ſecùs erit: ſubdūt *Vulp. prax. cap.* 42. *n.* 21. *Ricc. prax. part.* 3. *reſol.* 269. *verſ. Regularis manens Ventrigl. annot.* 48. *n.* 8. imò annectunt aliqui, ſolam ſufficere Superioris veniam, licèt in loco ubi deget regularis non vigeret obſervantia, *Ceſped. de exemp. Regul. dub.* 241. *n.* 3. *Brognol. in ſpec. Cleric. tract.* 4. *cap.* 10. *reſol.* 4. *Pellizzar. Man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſub ſect.* 1. *n.* 8. 9.

89 Ita, & ſi degens in Monaſterio extrà illud deliquerit, cum maximo populi ſcandalo, nimirum ſi delictum noteſceret majori parti populi. *Borbon. reſol.* 7. *n.* 12. *& reſ.* 68. *n.* 5. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 2. *Brognol. reſol.* 28. *c.* 10. *in fin.* quod Judicis remittitur arbitrio

trio ſentiũt *Ceſped. de exempt. Regul. cap.* 16. *dub.* 237. *n.* 7. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 8. *qu.* 5. *n.* 12. & conſtaret priùs per ſummarias informationes *Antonell. num.* 2. *Ceſped. dub.* 245. *n.* 3. *Pellizzar. ſect.* 1. *d. q.* 5. *n.* 9. tunc Regularis Prælatus, ſi in termino ab Epiſcopo præfixo eũ plectere minimè curaverit; poſse tunc eum objurgari ab Epiſcopo, & ipſum Prælatum ſua adminiſtratione privari decrevit Trident. Conc: *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *&* *ex Bull. Clement. VIII.* inſinuant *Duard. in Bull. Cœn. lib.* 1. *cap.* 1. *qu.* 4. 129. latè *Navarr. cõm.* 2. *de Regular. n.* 63. *Portell. in addit. ad dub. regul. verb. punitio Relig. extrà Conventum Fuſcus lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. *deciſ.* 38. *n.* 12. *del Bene de Immun. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 6. *art.* 1. *tom.* 2. *Villalob. in ſum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 5. *n.* 5. *P. Diana reſol. Mor. part.* 3. *tr.* 2. *tom.* 2. *art.* 6. *&* *q.* 63. *art.* 4. *Armendr. in addit. ad recop. leg. Navarr. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 59. *cum ſeqq. Ricc. in prax. reſol.* 546. *n.* 2. *&* *deciſ. Cur. Archiep.* 202. *n.* 6. *p.* 5. *F. Laur. de Peyriu. in formul. regul. lit. P. cap.* 7. fusè *Ciarlin. d. cap.* 50. *n.* 2. 9. *lib.* 2. affluenter *Sanch. conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 29. *Tambor. de Jur. Abb. tom.* 1. *diſput.* 15. *qu.* 7. *n.* 7. *&* *num.* 11. *Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 48. *ꝫ. unic. n.* 12. *tom.* 1. *Barboſ. d. cap.* 43. *de ſtat. &* *vita regul. n.* 8. *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 3. *n.* 1. 2. Imò Regularem in delicto deprehenſum valet Epiſcopus in ſuis devincere vinculis, eumque, captis informationibus *ex Concil. Trident. cap.* 14. *de Regular. ſeſſ.* 25. Et ex reſponſione Sacr. Congreg. quam affert *Dian. reſol.* 23. *par.* 11. *Meroll. Theol. mor. diſp.* 7. *cap.* 5. *dub. de juriſdict. Epiſc. dub.* 9. *n.* 131. cum earum copia, ad ſuum Regularem Prelatũ, termino præfixo, ad ulciſcendum, mittere: ut graphicè innuunt *Piaſec. in prax. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 43. 44. *Genuenſ. in prax. d. cap.* 59. *n.* 3. *Lezan. quæſt. Regul. in ſumm. cap.* 16: *n.* 27. *Ugolin. de offic. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 20. *ꝫ.* 8. *n.* 2. *Ciarlin. d. cap.* 50. *n.* 10. atticè facit *Paul. Fuſc. ubi ſupra lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. & poſt eum *Laur. de Franc. in controverſ. inter Epiſc. &* *Regular. loco indicato*, per notificationem in ſcriptis: in biduo tamen *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 1. *nu.* 11. *Pac. Jordan. diverſ. elucubr. tom.* 2: *lib.* 7. *tit.* 14. *à n.* 132. *ad* 135. *Cotton. lib.* 3. *contr. Eccleſ. contr.*

8.

8. *cap.* 7. *n.* 184. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 5. ſi in fraganti fuerit deprehenſus: *Antonell.* vel ſi de fuga periclitetur: optimè de more *Ventrigl. ubi ſupra annot.* 48. *n.* 13. *Lezan. ubi ſupra.* Quod ſtrenuè negat *P. Laur. Peyrin. in form. Prælat. lit. P. cap.* 7. *ſub n.* 2. mordicùſque tuetur Epiſcopum loci Ordinarium, talem Regularem in delicto deprehenſum, debere ſaltem intra viginti horas ad ſuum remittere Superiorem, aliàs rectè ab hoc excommunicatur: idemque repetit *in Conſt. ſui Ordin. Min. Conſt.* 2. *Sixti IV. n.* 62. 64. quod ex Conſtitutione Clementis VIII. *ſuſcepti muneris*, *anno* 1595. *edita*, ubi forma præſcribitur Epiſcopis, & Regularibus Prælatis contra hoſce Regulares taliter delinquentes, quomodo ſe ingerere debeant: inſinuat *Choker. de juriſd. ordin. in exemp. par.* 1. *qu.* 17. *nu.* 28. *tom.* 1. Biduo expirato, ſecundùm communem ferè omniũ theoricam præter allatos, inſtruunt *Sperell. deciſ.* 38. *nu.* 14. *tom.* 1. potiſſimùm ſi de fuga hæſitetur: ſubdunt *del Bene de imm. Eccl. c.* 14. *dub.* 6. *n.* 3. *cũ ſeqq.* Panimoll. *deciſ.* 84. *annot.* 3. *n.* 4. 5. licèt pro ſua opinione *Peyrinus* deciſum affert per Tribunal Monarchiæ *anno* 1630. *die* 28. *Auguſti*, in eo dignè Præſidente *D. Petro de Neyla*: ut ad eum *de Peyrino* retulit P. F. Hieronymus Trimarchi Meſſanenſis Provinciẹ filius. Inferẽs quod benè poterat ille Minimorum Prẹlatus, Archiepiſcopum Meſſanenſem excommunicare: de qua re facit *Diã. reſol.* 132. *tract.* 2. *par.* 3. & *par.* 11. *reſol.* 23. *Bordon. reſol.* 68. *qu.* 2. *n.* 6.

At ſi quatuor copulativè concurrerent: nimirùm quod delictum fuiſſet extra clauſtra patratum, publicè, & ſcandaloſum, & quod Epiſcopus inſtitiſſet, ut à ſuo Prælato objurgetur, & ipſe neglexerit: Sacr. Concil. Trident. *d. cap.* 14. militare autumant *Peyrinus ubi ſupra Bordon. reſol.* 7. *n.* 12. & *reſol.* 68. *n.* 2. & ita ante eum edocuere *Aldrat. diſciplin. Relig. tuend. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 36. & 40. *Dian. reſol. mor.* 132. *tom.* 3. *tract.* 2.

90 Planè, & ſi Epiſcopus loci Ordinarius Regularem extrà clauſtra cum Populi ſcandalo delinquentem ad ſuum Regularẽ obſignaverit Prẹlatum, ut infra ſtatutum tempus puniatur, eumque de pœna certiorem faciat, ſi ſpreto præcepto Regularis Superior delinquẽtem, extra Epiſcopi Diœceſim tranſmiſerit, eumque haud

haud objurgavit;tunc inſtante Epiſcopo,devincitur talis Superior delinquentem in delicti loco revocare, ut puniatur, ſub pœnis privationis officij, & dignitatum, itidem in futurum obtinendarum cum vocis activæ, & paſſivæ privatione, à neminè indulgenda, niſi à Sum. Pōtifice: *Ventrigl. n.* 12. Imò ad inſtātiam ejuſdē Epiſcopi loci, in quo fuit cōmiſsū delictum;quit alter Epiſcopus, ubi delinquēs deget,in eū animadvertere, tāquā Sed.Apoſt. Delegatus:ut per *Conſt.Clemēt. VIII. ſuſcepit, muneris die* 8. *Mart.*1596.innuunt *Genuenſ. prax. cap.* 59. *n.* 5. *Vulp.prax. cap.* 42. *n.* 22. *Quarant. ſum. verb. exemptio, del Bene de immun. Eccleſ. d. dub.* 14. *ſect.* 6. *n.* 6. *& ſeqq. tom.* 2. *Navar. lucer.Regul. verb. delinquens,n.* 4. *Tambor. de jur. Abbat.par.* 1. *diſput.* 15. *qu.* 17. *n.* 7. *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 3. *n.* 3. ubi ſubdit allata procedere, ſi trāſmiſſio fuit facta,ut delictū inexpiatum remaneat:at ſecùs ut rigorosè plectatur: *Sperell. deciſ.* 38. *n.* 12. *Ciarlin. contr. cap.* 50. *n.* 9. & alij per eumdem, & ſi ſufficiēter à ſuo Superiore nō fuerit punitus, monito priùs Superiore, ut condignè eum objurget, ſi renuerit, quit Epiſcopus eum punire:*Ceſped.de exempt.Regul.cap.* 16. *dub.* 236. *nu.* 4. & ita ſtatuit Sacr. Congr. in una Lucana anno 1627. quam adducit *Nicol.lucubr. utriuſ. jur. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 19. *n.* 9.& ſi intra clauſtra taliter delinqueret Regularis, ut delictum extrà clauſtrorum lares exeundo Populum ſcandalo afficeret, adhùc à ſuo animadvertitur Prælato: itidem ſi iſte neglexerit in punitione, & Epiſcopus tunc inſtare, haud debet: ſubdit *Peyrin. nu.* 3. *ex Choker. de conſer. Eccleſ.par.* 2. *qu.* 102. *à n.* 5. *Paul. Fuſc. de viſit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 1. *Choker.* & alij per *Barboſ. allegat.* 105.*n.* 61. *Tambor.d.diſp.* 15. *qu.* 7. *n.* 41.

91 Regularis inquam, ſi è Religione recederet, animo illā deſerendi; Apoſtaſię crimen patraret, eumque Epiſcopus loci Ordinarius in ſuis carceribus devincire valet: tradere tamen tenetur ſuo Regulari Prælato *ex Bull. Urbani VIII. de Regul. Apoſt. & ejectis*: verū ſi extrà clauſtra delictū Apoſtata patraverit, ab eo loci Ordinario Epiſcopo objurgetur, neque conſignetur: *ex Sacr. Concil. Trident. cap.* 3. *de reform. ſeſſ.* 7. & faciunt *Sperell. deciſ.* 38. *num.* 31. & alij, quos affert *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 3. *n.* 19. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.*

Digitized by Google

cap. 8. *ſect.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 50. *Mallet. in aur. Theol. moral. tom.* 1. *Malleat.* 39. *de Epiſc. Bratt.* 126. *verſ.* 22. *Pac Jord. d. tit.* 14. *nu.* 121. Ita, & ſi à Religione, animo redeundi, abſque tamen Superioris venia, egrederetur; nam tunc licèt Apoſtata non ſit, ab Epiſcopo verò objurgandum eſſe exiſtimant *ex Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 4. *F. Angel. à Leutuſca in Theatr. Reg. verb. Apoſtata, n.* 2. quem adducit *Panimoll. deciſion.* 84. *annotat.* 3. *nu.* 20. Niſi nimis vexatus à ſuo ſuperiore animo adeundi Superiorem ad quē, è Monaſterio exivit, inſtruūt *Sanchez in præcepto decalogo. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 102. *Bonac. de clauſ. & pœn. q.* 2. *punc.* 11. *n.* 9. *Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *n.* 9. *Bordon. reſol.* 7. *qu.* 14. *n.* 101. ſi gravi cauſa, non tamen levi è Monaſterio exivit *Panimoll. d. deciſ.* 84. *adnot.* 3. *n.* 23. Ita ſi Regularis extrà Clauſtra de ſui Superioris venia degens, ab Ordinario loci in aliquo munere exercendo fuerit deputatus, ſi in eo deficeret cum ſcandalo tamen, ab Ordinario objurgatur: ſicque deciſum affert *Aldan. compend. Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 6. vel ſi in carceribus Ordinarij Regularis, de ordine ſui Superioris detentus, deliquerit; ab ipſo Ordinario ulciſcitur, tanquàm degens extrà clauſtra, ſine Superiore regulariter vivens: *Genuenſ. prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 59. *n.* 2. *Piaſec. prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 42. *Novarr. Lucern. Regul. verb. delinquens n.* 10. 11. *Ventrigl. ibidem n.* 8. *in fine*: nec diſparis eſt caſus, quoties Regularis exiſtens extrà clauſtra aliquem percuſſerit, vel vulneraverit exiſtentem intra clauſtra, vel è contra: nam tunc plecti poteſt ab Ordinario; etenim in utroque caſu ſcandalū oriri videtur: ut mirè edocet *Fuſc. de viſit. Eccl. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 3.

92 Vel ſi in Eccleſia ſui Monaſterij notoriè, & ſcandaloſè deliquerit, itidem delictum diceretur patratū extrà clauſtra, & ab Ordinario compeſcendus erit Regularis, ut inſinuant, ac declaratum per Sacr. Congregat. affert *Barboſ. in ſumm. Apoſtol. deciſ. collect.* 297. *n.* 8. *Sperell. deciſ.* 38. *n.* 15. *idem Barboſ. alleg.* 105. *n.* 20. *Nicol. tit.* 19. *n.* 8. *Dian. reſ mor. & alij cumulati per Milazz. aſſer.* 5. *n.* 29. 30. *Bordon.* autem *reſol.* 7. *n.* 12. *& reſol.* 68. *qu.* 4. *n.* 89. abnuit ſi Eccleſia eſſet intra clauſtra, aut ſi januæ Eccleſiæ eſ-

eſsent clauſæ, ſolis inſpicientibus Religioſis,& dixere *Antonellus de Reg.Eccleſ. lib.* 7.*c.* 18. *n.* 7. *Fagnan. in cap. Grave, de offic. ordin. n.* 69.

93 Ex nuper recenſitis porrò firmatis ſententijs,non vulgare fortaſſis alterum excitatur diſſidium, an valeat Epiſcopus excommunicatum declarare Regularem,percutientem Clericum ſubditum ſuum intrà ſui Cœnobij clauſtra ? Regulares namq; ferè omnes ſtrenuè pugnant pro negativa, ſuſtinentes Epiſcopum nullam retinere juriſdictionē, contrà Regulares intrà clauſtra delinquentes, ut ſupra adduximus:additis *Paſqualig. ad Laur. de Franc. tit. in quibus Regular. ſub Epiſcop. in addit. adn.* 45. *verſ. circa ſecundum; & in addit.ad qu.*13. *de poteſt. Epiſcop. in regul. delinqu. extra clauſ. n.* 137. *Pilaja noſter concivis inſtit. Canon. deciſ.* 12. *n.*49. *propè fin.* quod ex Sacr. Congr. declaratione ſuſtinet *Navarr. sūm. Bull. tit. de Regul. delinq. extrà clauſ.ſuper Bull. Clem.VIII. n.*8. Hoc idem depromit *Bordon. in contr.* 44. *qu.* 4. *n.* 5. *ex cap. cum illorum de ſentent. excommun.* ubi de denunciatione nihil evolvitur, ſed tantum de abſolutione, quam obtinere debet Regularis percutiens Clericum Sæcularem, loquitur, idemque firmavit *in Reſol.* 7. *qu.* 7. *n.* 10. *tom.* 1. *conſ. RR.* innuens denunciationem, judicialem eſſe actū, & ſi nequit Epiſcopus præambulos citationis, & declarationis conficere actus contrà Regulares,ita pari ſchemata, nec denunciationis actum, ut à majoritate rationis arguendo concludit: ejuſdem ſententię fuit *Alph. de Leon. de cenſur. recoll.* 1. *n.* 491. licèt oppoſitum autumāt *Marian. Soccin. ſen. in cap. Recepimus. de privil. in* 6. *Sanch. conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *n.* 29. erudientes valere Epiſcopū Regularem percutientem intrà clauſtra Clericum denunciare excōmunicatum: Imo generaliter hoc ipſum inſinuare conantur in quolibet delicto non notorio,annexam habente excommunicationem, & deciſum in M C. Archiepiſc. Neap. *Genuenſ. prax. cap.*59. *n.* 1. nec diſcrepant *Piaſec. prax. part.* p. *cap.* 3. §. 6. *n.* 59. *Barboſ. alleg.* 105. *n.* 73. *Alter. de cenſur. part.* 1. *diſp.* 10. *lib.* 3. *cap.* 5. *Roderiq. qu. Reg. qu.* 63. *art.*12. *par.*2.*Vētrigl. prax. annot.* 48. §. *unic. n.* 134. *part.* 1. *Novarr. Lucer. Regul. verb. excommunicare n.*6. *verſ. ſed excommunicati*, *Bonifac. de Vitalin. in*

Cle-

Clement. 1. *de privileg. & de exceſſ. priv.n.*51. Huic tamen ſentētiæ opponuntur *Portell. de dub. Regul. verb. Epiſcopus nu.* 9. *de Leon. ubi ſupra num.* 491. *Peyrin. tom.*1. *ad conſtit.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *n.* 13. *del Bene de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 1. *à n.* 11. *Dian. reſ. mor. par.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 35. *verſ. non deſunt, Ceſped. de exempt. Regul. dub.* 295. *à n.* 1. *& ſeqq.* Quorum ſententiā veriorem eſſe putamus, ſi percuſſio fuerit intra clauſtra, & delictum non notorium: Cardo tamen hæſitationis eſt, ſi extra clauſtra Regularis Clericum ſæcularem publicè percuſſerit: etenim audacter negant Regulares, ab Epiſcopo poſſe talem percutientem excommunicatum denunciari, ex rationibus nuper recēſitis: quas afferunt præter allatos *Lezan. ſum. quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 13. *tom.* 3. *verb. exemptio, n.* 4. *Pellizzar. in man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 1. *qu.* 29. *n.*45. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap. ultim. n.* 2. & alij, quos adducit affluēter de more doctiſſimus *D. Jo. Milazo ſelect. utriuſq; jur. aſſert.* 6. *per tot.* ſed non ſequitur:

Nobis autem aliorū arridet ſententia, autumantium poſſe ab Epiſcopo talem percuſſorē ex *Canon. ſi quis ſuadente diabulo*, excommunicatum mandari, ut à ſuis evitetur ſubditis, & ab Eccleſijs ſibi ſubjectis arceatur: ut declaravit Sac. Congreg. & afferunt *Sell. in ſelect. Canon. cap.* 71. *nu.* 20. *Nicol. lucubr. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 19. *nu.* 9. *verſ. & eadem, Ugolin. de poteſt. Epiſcop. cap.* 29. §. 10. *n.* 2. *del Bene ubi ſupra, d. dub.* 1. *n.* 13. *Dian. d. reſol.* 35. *in fin.* & ante eos dixere *Jo. Andr. in d. cap.* 1. *de privil. in* 6. *Felin. in cap. non poteſt, ſub n.* 3. *de ſenten. ex re judic.* imò eum citare valet: probat *Abb. in d. Clem.* 1. *n.*22. etenim citationem hanc conſequutivam eſſe denunciationi faciendæ per Epiſcopum; nec exemptionis deſtructivā eſſe firmat: quoniam talis percuſſor à jure excōmunicatur, & denunciatio nihil eidem excommunicationi addit, per ea, quæ in Cap. præcedenti diximus, & in hoc Cap. *ſub n.* 41. *&* 151. additis *Barboſ. alleg.* 105. *n.*73. *& de jur. Eccleſ. unic. cap.* 43. *n.*151. *Squillant. de privil. Epiſc. cap.* 19. *n.* 10. 11. *part.* 3. *Pac. Jord. diverſ. elucubr. par.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 49. *Sanch. ubi ſupra, d. dub.* 1. *n.* 29. *Mallet. de Sacram. tom.* 1. *malleat.* 39. *Bract.* 134. *Nicol. d. part.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 29. firmantes poſſe Epiſcopos

hoſce percuſſores excommu-
nicatos declarare, ut à Fide-
lium commercio reſpuantur:
quam ſententiam veriorem
magis firmam,& à majori cal-
culo concomitatam eſſe puta-
mus,ſi notorium eſſet factum,
& à ſuo Superiore denuncia-
tũ fuerit. Quidquid in oppoſi-
tum cenſeant: *Bordon. d. reſol.*
7. qu. 7. n. 10. & alij ſupra.
94 In Eccleſijs autem, & locis
exẽptis Abbatialibus, Epiſco-
pus pro Tribunali ſedere ne-
quit: nec ibi jura reddere po-
teſt:*tex. in c. cũ Epiſcopus*,& ibi
Gloſ. verb. aut eo in Clemẽt. quã-
vis, de for. cõpet.&aſtruũt*Steph.*
Gratian. deciſ. 113. n. 3. Van-
tius de nullit. tit. de defect. ju-
riſd. ordin. n. 108. Gonzal ad
Reg. Cancell. 8. Gloſſ. 43. nu.
180. Campanill. diverſ. jur.
Canon. rub. 12. cap. 23. n. 151.
95 quoniam locus exemptus, ac
ſi extra territorium eſſet, habe-
tur: *Azeved. lib. 1. n. 104. tit.*
16. lib. 8. nov. recopilat. Hen-
riq. in ſumm. lib. 7. cap. 15. §.
4. & ibi *Gloſſ. lit. F, Gonzalez*
ubi nuper, & in eo Epiſcopus
uti privatus exiſtimatur: *Ugol.*
de offic. Epiſc. cap. 4. §. 14. n.
4. Caball. reſol. crim. caſ. 120.
n. 2. cent. 2. Ciarlin. contr. cap.
96 60. *num. 5. lib. 1.* Nec in eis
thronum, ac ſolium in ſignum
ſuæ magnę celſitudinis,& po-
teſtatis erigere valeat, minùſ-
que Pontificalia exercere, abſque Abbatis, vel alterius Superioris venia: aliàs à ſuo exercitio ſuſpenditur: *Abb. in cap. ſignificaſti, de for. compet. Tambor. de jur. Abb. diſp. 15. q. 15. n. 1. to. 1.* & decrevit Sacr. Trident. Concil. *ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5. & ſeſſ. 14. cap. 2.* licèt in eis, Pontificalibus poſſit veſtibus uti: ex conceſſ. Vianenſ. Concilij *in Clement. Archiepiſcop. de privileg. Cardinal. de Luca ubi proximè*: abſque tamen exercitio *Clement. Archiep. de privileg. Tambor. n. 3.* Verùm in Eccleſijs Regularium, ac aliorũ exemptorum in ſua Diœceſi exiſtentibus, licere Epiſcopis ubi Põtificalia exercent, thronum, ac baldachinum erigere, ſtatuit ex Clement. VIII. decreto ſub die 10. Junij 1603. & ex binis decretis Sacra Cardinalium Congr. *ſub die 10. eodem Junij 1603. & 21. Auguſti 1632.* quæ affert *Barboſ. allegat. 80. in fine*, & faciũt *Laur. de Frãch. in controverſ. inter Epiſcopum & regularem reſp. 1. Quarant. in ſumm. Bull. verb. privil. Regularium, Lezan. in ſumm. quæſt. regul. cap. 11. n. 3. Gratian. diſcept. cap. 467. tom. 3. Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rub. 9. cap. 5. n. 3. Tambor. n. 5. Vulp. prax. cap. 42. n. 10. Lezan. in ſumm. qu. Regul.*

Digitized by Google

gul. tom. 1. *cap.* 11. *n.* 3. *&* *tom.* 3. *verb. Baldachinum n.* 3. aliosque caſus affert *Dian. tract.* 2. *de dub. regul. reſ.* 109. *Campanil. diverſ. inſt. Can. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 163. ubi quomodo Abbates tunc ſedere debeant affert.

98 Imo valet Epiſcopus Regulares compellere, itidem cenſuris, ut in eorum Eccleſijs Regularium allatum Baldachinum erigant, ſi in eis Pontificalia exercere intendit: etenim in allatis Eccleſijs Regularium, ex Clementis VIII. decreto ſtare, & ſedere quemadmodũ in Cathedra Eccleſię quit: inſinuant *Lezan. ſum. Regular. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. *& tom.* 3. *verb. Baldachinum, n.* 3. *Navar. lucer. Regul. verb. Epiſcopus quoad Regulares, n.* 42. *Barboſ. ſumm. Apoſt. deciſ. verb. Baldachinum, n.* 1. quos adducit *Epiſcop. Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 48. *§. unic. n.* 120. *par.* 1.

99 Epiſcopus itidẽ extraneus in Eccleſijs exemptis, neque de licentia Superioris ejuſdẽ Eccleſiæ exemptæ, quit honorificum, ſivè præeminentialẽ Pontificalium uſum exercere, ob quem, Diœceſana poteſtas denotetur: nimirùm nequit cum baculo, & mitra Pontificaliter celebrare, neq; muzzettã, aut cappam magnã deferre, nec Populum benedicere: *Card. de Luca in annot. ad Concil. Trid. diſcurſ.* 6. *nu.* 6. hæc tamen intelligenda ſunt ſecundùm tradita per nos infra in n. 200.

100 Nec abs re erit huic, ubi de throno in Eccleſia erigendo, tractatur attexere Principes, Duces, Comites, alioſq; feudatarios, ac Domicellos, poſſe ex conſuetudine, in ſuorum feudorum Eccleſijs thronum alatum, ſive baldachinum habere, itidem præſente Epiſcopo, in cornu tamen ſiniſtro, cùm ſemper ad eorũ favorẽ deferendum eſt, juxtà conſuetudinẽ: etſi non ad effectum explicitè tales canonizandi præeminentias, ſaltem ad effectum tolerandi id, quod geſtum eſt, cum eadem ſolita conniventia, & tolerantia, in Provincia uſu recepta: ut mirificè inſinuat *Card. de Luc. infra, & ex Pariſ. conſ.* 149. *n.* 1. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 51. *nu.* 50. *Gratian. diſcept. cap.* 210. *n.* 32. *Pignatell. conſult. Canon.* 7. *n.* 23. aſtruit *Panimoll. deciſ.* 1. *annot.* 13. *n.* 26. & ante eum elatè *Altograd. conſ.* 1. *n.* 19. qui ferè omnes ratiocinantur circa diſſidia habita inter Eminentiſ. Cardin. Borromeum, & Illuſtr. Comitem Stabilem, Caſtellæ Mediolani Gubernatorem: qui ad

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ rationis tuitionem codicem, ex omni parte admirandum, in lucem prodijt, ſub titulo *el Condeſtable de Caſtilla*, quê nos unicè in Regno maximâ cum extimatione, & veneratione retinemus. Hic equidem uſus exorbitans minimè eſt, neque vehementem continet juris reſiſtentiam: ut ingenuè fatetur *Card. de Luca*
101 *mox citandus.* In jure namque haud enodatè definitur, præeminentias, quæ, abſque hæſitatione, Supremis debentur Principibus majoris dignitatis: iſtis licèt inferioribus, titulum, & dignitatem de facto habentibus, non cõpetere, ut magiſtraliter de more ratiocinatur *Emin. Card. de Luca de præem. diſcurſ.* 26. *à num.* 20. *verſ. verùm, & ſi hæc, propè finem.*

Meritò probè pronunciavere Ill. Præſidentes, & Ill. Conſultor, in controverſia habita inter Ill. Archiepiſcopum Meſſanæ, & Ill. Principem Caſtellatij, cui Meſſanenſis Antiſtes thronum in Eccleſia ſui feudi alatum retinere interdixit, annosâ per ſęculorũ curſum Regni conſuetudine communiter ſic permittente & non obſtante: attamen ad Principis favorem concluſum, & exequutum fuit, in cornu tamen ſiniſtro, ut moris erat.

102 Equidem ex jure Canonico priſco varia fluxere præcepta pro conſervanda Monialium clauſura: ut evolvitur *in Canon.* 33. *conſ.* 3. *Carthag. Canon.* 46. *Trullan. Can.* 65. *conſ. Cabilon.* onus tamen eam cuſtodiendi, nemini injunctũ reperitur; ſed à ſola legitima Abbatiſſæ facultate cura ejus ſcatebat: *Bonifacius* indè *VIII. in cap. periculoſo, de ſtat. Regul. in* 6. egreſsũ Monialibus Profeſſis, ſub quovis prætextu interdixit, niſi in caſu certi morbi, & quia uſu receptum hoc non fuit: ut in Gallia textatur *ex Joan. And. Azor. inſt. mor. tom.* 1. *lib.* 8. *in princip.* Concil. acceſſit Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* ubi curam conſervandi intactam Monialium clauſurã, Epiſcopis Diœceſanis, & Superioribus fuit indicta ſub obtextatione Divini Judicij, & in terminatione maledictionis eternæ, & contra inobedientes, & contradicentes excommunicationem ipſo facto indixit, abſq; reſervatione, quamquilibet ſolvit Confeſſarius: *Bonac. de clauſ. quæſt.* 4. *par.* 5. *n.* 2. *Barboſ. in d. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *nu.* 73. poſtea verò acceſſit Gregor. XIII. qui excõmunicationis pœnam Sum. Pontifici reſervatam denunciavit, ac omnes, & quaſcumque facultates in-

Digitized by Google

ingrediendi Monialium Monaſteria à Sum. Pontificibus, & ab *Epiſcopis* indultas revocavit: imò ſub eadem cenſura interdixit generaliter omnibus ingreſſum in Monaſteria Monialium, ſub quovis prætextu facultatis à Sum. Pontificib. & à Superiore, vel ab *Epiſcopo* obtẽtis, adimẽdo ab iſtis jus tales facultates tribuẽdi, niſi in caſibus neceſſarijs, & neceſſitatibus urgentibus, agglutinando in allata excõmunicatione Abbatiſſas, & Abbates, cęteroſque Miniſtros, utriuſq; ſexus ingredi faciẽtes, & permittentes, ſub prætextu harum licentiarum, ſub pœna itidem privationis dignitatis, beneficiorum, officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinẽda. Quam Gregorij XIII. Conſtitutionem ratam habuit Pius V. anno 1566. ex ſua Conſtitutione circa Paſtoralis, ubi omnes Moniales ſub clauſura reduxit, conſuetudine immemorabili non obſtante: & demùm Paulus V. hoc itidẽ ſtatuit: nec aliquid innovavit Gregor. XV. *in Conſt. Inſcrutabili.*

Ex quibus notandum eſt, privatas perſonas ingrediẽtes ſub prætextu veniæ, itidem à Sum. Pontifice, Legato, vel ab *Epiſcopo*, aut Superiore indultæ, in excommunicationem reſervatam Sum Pontifici ruere. Ex Gregorij XIII. Conſtitutione, & in alia per Concil. Trid. indicta, non tamen reſervata: ita *Sanch. lib. 6. mor. cap. 16. n. 71. 83.*

Ingredientem verò, abſque clypeo facultatis obtentæ, in eam haud incidere ſubdit *Sanch. & alij ab eo relati nu.* 80. etiam ſi facultatem retineret; ſed eâ ſecluſà, ingreditur propriâ auctoritate: inſtruunt *Sanch. n.* 80. *Suar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 6. n. 14. Sayr. lib. 3. cap. 31. n.* 10. P. *Dian. reſol.* 23. *tract.* 4. *tom.* 1. *& reſol.* 32. *Miſcell. 2. tom.* 1. *Barboſ. allegat.* 102. *n.* 37. *Quarant. ſumm. Bull. in verb. Monaſteria Monialium, Filiuc. tract. 29. n.* 170. Oppoſitum tamen autumant alij, qui ſuſtinẽt ingredientes, itidem ſine facultatis prætextu, in eas excommunicationis pœnas incidere: & ſunt *Cherub. in compend. ſuper Bull. Gregor. XIII. Bonacin. tract. de ſuſpenſ. pun.* 5. *n.* 35. *Azzor. d. lib.* 13. *cap.* 8. *qu. ult. tom.* 1. quam ſententiam ex ſtylo Romanę Curiæ tueri conantur: *Campanil.* autem *in diverſ. jur. Canon. rub.* 11. *cap.* 16. *n.* 24. ſtrenuè dimicando tenet, propria auctoritate ingrediẽtes, abſque facultatis clypeo in allatas excõmunicationes non incidere: nec

nec de recenſito ſtylo Curiæ authenticè conſtaret: huic ſẽſui favit *Pellizzar. tract.* 10. *de clauſ. Monial. cap.* 5. *qu.* 4. *ſec.*3.*n.*92.*to.*2. nec diſcrepare videtur *Ventrigl. pract. tom.* 1. *annot.* 5. §. 1. *de clauſ. Monial. n.* 34. tamen in excommunicationem, per Concil Triden. indictam ruunt.

At ſi ingreſſus fuerit ordinatus ad bonum, & non ad malum finem; tunc excommunicationem non eſſe reſervatam edocēt, ex decreto Sac. Congreg. juſſu Clemen. VIII. ubi declaratũ fuit, ingreſsũ in Monaſteria Monialium ad malum finem eſſe de reſervatis: *Filiuc. tract.* 15. *nu.* 119. *Barboſ. alleg.* 50. *n.* 186. *Ventrigl. d. annot.* 5. §. 1. *nu.* 24. *tom.* 1. *Pellizzar. tom.* 2. *de clauſur. Monial. in gen. tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu.* 12. *nu.* 20. eamque excommunicationem nemo præſumit abſolvere, ſub quovis privilegiorũ clypeo, & pœnâ incidendi in eamdem excommunicationem.

Dicitur ſanè ingreſſus ad malum finem, ſi luxuriæ cauſa perficitur: *Graff. lib.* 1. *de caſib. reſerv. cap.* 5. *n.*9.11. 54. *Pellizzar. tom.* 2. *tit.* 10. *de gubern. Monial. cap.* 10. *ſect.* 1. *ſub ſect.* 1. *n.* 19. *tom.* 2.

103 Ad Epiſcopum porrò loci Ordinarium ſpectat Monialiũ clauſuras inviolatas ſervare, in Monaſterijs ſibi commiſſis ordinario jure, & in alijs Sed. Apoſtolicæ ſubjectis ex Sedis Apoſtolicę delegatione: ad Regulares tamẽ Prælatos Superiores ſpectat eas conſervare in Monaſterijs, ſub eorum cura viventibus: edocēt *Sāch. d. cap.* 15. *n.* 21. *Navar. commun. de Regul. n.* 60. *Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 18. *qu.*4. *n.* 6. Niſi oppoſita vigeret cõſuetudo: ut ex eis ſubdit *Pellizzar. de clauſur. Monial. tr.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 1. *n.* 6.

104 Ad quod peragendum, debent toto pectore indefeſsè advigilare: etenim pro conſervandis Sponſis Deo ſacratis agitur, quas ultra modum diligit, dum ſua intrinſeca, & extrinſeca virtute carnem ſuperant, Mundum vincunt, dæmonem debellāt: meritò Virginitatis ſtatus cunctis alijs anteponendus eſt: *cùm Beatus ſit, ſic ſtare*, inquit *Matth. cap.* 19. & habetur in Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de Matrim. Can.* 10 etiam in Cælorum Regno principalem obtinet locum Virginitas: *Card. Aracel. de differ. pecc. in fin.* Eſtque Chriſtus verrè Virginitatis amator, eamque crebrò commendavit: nec de alia naſci voluit, quàm de Virgine, eique Vi-

rum

rum obſignavit Virginem, & Joannem Evangeliſtam Virginem tenerè adamavit: veh ideò illis, qui illicitis, aſſiduiſque colloquijs, harum Virginum aures contaminare attẽtant: ac veh veh Prælatis illis, qui tales alloquutiones illicitas nõ obtruncant, atq; depellunt.

105 Servare tamen debent Epiſcopi, & Regulares Superiores haſce Monialium clauſuras, non tantùm materialiter, ſed formaliter: adeòut devincuntur implicare, expreſsèq; interdicere ingreſſum extraneis intra Cœnobij ſepta, & Monialibus egreſſum, ac acceſſum alijs ad Moniales inviſendas, & cum eis colloquendi: ut magiſtraliter inſinuat *Barboſ. allegat.* 102. *nu.* 11. & ex eo *Pellizzar. n.* 10. Imò valere Epiſcopum per edictum cenſuras indicere cõtra Regulares, & exemptos, ut ad Monialium Monaſteria ad colloquendum cum Monialibus non accedant: ut ex Sacr. Congregationis declaratione oſtendunt: *Angel. à Lantuſca in theatr. Regul. verb. Epiſcopus n.* 3. *Pignatell. conſult. Canon.* 162. *n.* 7. 8. 9. & alij per *Caſ. Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 3. *nu.* 47. 55. 56. licèt oppoſitum ſentiat *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 14. *dub.* 5. *ſect.* 1. erudiens quod corrigere, ac plectere tantùm poſſit Epiſcopus recenſitos Regulares, eoſque haud excommunicare: affirmativam tamen ſequntur *Franc. de Leo in theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 56. tam quo ad

106 alias coërctiones, quàm quo ad cenſuras: ſi tamen Regulares exemptionis clypeo muniti haud fuerint, ni excommunicẽtur ab Epiſcopis Diœceſanis: *Quarant. in ſum. verb. Monaſteria Moniali͂u, & Campanil. diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 41. nec diſcrepant *Ventrigl. prax. to.* 1. *annot.* 5. *§.* 7. *nu.* 6. *Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 25. *qu.* 7. & 9. *per tot.* Si Moniales ſubijcerẽt

107 Epiſcopo pro conſervatione clauſuræ formaliter ſumptæ: at ſecùs ſi materialiter putat *Pellizzar. tom.* 2. *tract.* 10. *de gubern. Monial. cap.* 10. *ſect.* 1. *ſub ſect.* 1. *nu.* 17. 18.

108 Imò ad pœnas, in Synodo Epiſcopi contentas, contra accedentes ad Monaſteria devincuntur Regulares: faciunt *Bonacin. de clauſur. qu.* 4. *punct.* 4. *nu.* 8. *Lezan. in ſumm. tom.* 4. *verbo Moniales, n.* 26. *Antonell. de regim. Eccl. lib.* 7. *de Regul. & Monial. cap.* 5. *num.* 5. *verſ. unde Sacr. Congreg.*

109 Queunt verò Regulares ex Sacr. Congregationis de-

creto,approbãte *Urbano* VIII. per quatuor vices tantùm, Epiſcopi venia, cum Monialibus conjunctis in primo, & ſecundo cōſanguinitatis gradu alloqui, pro quolibet anno: ſervatis, tamen conditionibus quas affert *Antonell. paulò antè n.* 11. quibus autem non ſervatis varijs animadvertuntur coërctionibus, quas indicat *Antonell. ibidem Bonac. vbi ſupra, & Steph. Quarant. ſum. tom.* 4. *verb. Moniales. Ricc. prax. reſol.* 180. *part.* 4. *magis diſtinctè Pellizzar. in man. Regul. tom.* 2. *tit.* 10. *de gubern. Monial. cap.* 10. *ſect.* 1. *ſub ſect.* 1. *à n.* 20. *& ſeqq.*

110 Ulterius quit Epiſcopus loci Ordinarius talia Monaſteria exempta, & alteri ſubjecta, quoad clauſuram viſitare, non autem poteſt occultè de Monialium exceſsibus inquirere: eſt namque hoc quid diversũ ab obſervantia clauſuræ, in Conc. Triden. ei incommendata: *Nald. infra Pellizz. n.* 22. valet pariter Vicarius ejus Generalis allatam viſitare clauſurã, & hoc quoties ipſis videbitur expedire: *Nald. in ſum. verb. Monialis n.* 3. *Pell. zz. n.* 22. *Sperell. deciſ.* 97. *n.* 25. 27. *ac per tot.* ubi graviter increpat *F. Emmanuel. qu. Regul. tom.* 2. *qu.* 47. *art.* 10. oppoſitum tenentem, quam Sperelli ſententiã aſsequutus fuit *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 146. *& ſeqq.* cuncti innuentes, etiam ſecluſã Regulariũ Superiorũ negligentiã, ac eis irrequiſitis, valere Epiſcopũ allatam perficere viſitationẽ, ſicque deciſum afferunt, ac ſibi reſpōdiſſe Sacr. Congreg: textatur *Sperell.* & facit *de Luca. ad Ventrigl. in prax. tom.* 1. *obſerv. ad annot.* 5. §. 2. *à n.* 2. 3. 4. *& ſeq. & Barboſ.* celebrẽ adducit Rotæ Romanæ deciſionem anno 1581. in una Neapolitana contra Venerab. Monaſterium S. Claræ ſub Fratrum Ordinis Minorum Obſervantium gubernio, cum ampliſsima Ordinarij Imperij, etiã ratione viſitationis exemptione: ſicque pariter affert *Card. de Luca de juriſd. & for. compet. diſcurſ.* 26. *&* 27. *tom.* 3. & conferunt explanata per eum *in diſcurſ.* 18. *eodem tract.* ac tradita *in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 16. *tom.* 14. *de Regular. & in adnot. Concil. Trident. diſput.* 36. *& in tit. de Regular. diſcurſ.* 1. 24. *&* 50. *tom.* 14. Nequè allatam viſitationem implicare queunt Regulares Superiores, & exẽpti; imò renuentibus valet Epiſcopus oſtia clauſa, pro allata viſitatione facienda, pandere, & ſi opus ſit frangere, eaſque

Digitized by Google

que claudentes excommunicare, *ut ex Innoc. in cap. 1. verſ. item alia ratione, & ibi Abb. n. 5. de immun. Eccl. Fuſc. de viſitat. Eccleſ. lib. 2. cap. 16. Tambor. de jur. Abb. diſput. 17. qu. 3. n. 4. Cæſ. Panimoll. deciſ.* 84. *adnot. 3. n.* 48. 49. Etiam non adhibitis monitionibus, in ipſo tamen actu notoriæ, ac manifeſtæ violentię ſibi illatæ: *Panimoll. & alij ſupra*, ūdè ſubdit *Genueſ. prax. cap. 18. & Barboſ. alleg.* 74. *n.* 22. allatam excommunicationem nequire Superiores Regulares abſolvere: ut ſtatuit Sacr. Cogregatio, & afſert *F. Angel. à Lantuſc. in theatr. Regul. verbo Epiſcopus n. 3.*

Si publicè tamen de clauſuræ fractura, indubitanterq; conſtaret, autumant nonnulli: aliàs haud valere Epiſcopum in recenſita introire Monaſteria, perquirendi prætextu, an clauſura fuerit fracta: *Sāch. in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 15. n. 21. Mirand. de Sacr. Monialib. qu. 2. art. 4. Bonac. de clauſ. qu. 6. pun. 1. Tamb. de Jur. Abb. diſp. 24. qu. 9. n. 5. Barboſ. alleg.* 102. *n.* 8. 9. *p.* 3. Panimoll. *deciſ.* 84. *adnot.* 3. *n.* 45. undè ſi de fractura publicè cōſtaret tunc poſſe Epiſcopum ea viſitare Monaſteria, requiſitis priùs Superioribus Regularibus, concludunt *Mirand. d. qu. 2. art. 14. Barboſ. ibidem.*

111 Epiſcopus rurſus loci Ordinarius, ac Superiores Regulares veniā ingrediendi in Monaſteria Monialiū haud pro libitu, ſed in caſibus tantum neceſſarijs indulgere debent: *Campanil. rub. 12. d. cap. 16. 23. Bonac. de clauſur. qu. 1. pun. 8. propoſ. 1. n. 1. Ventrigl. d. annot. 5. §. 2. n. 16.* perſonis tamen honeſtis, & inſcriptis concedendam eſſe ſubdunt *Navarr. in cap. ſtatuimus n. 59. verſ. 2. 19. qu. 3. Gambac. de caſ. reſervat. cap. 12. n. 7.*

Aliàs, & ipſi Epiſcopus, & Regulares Superiores in enunciatam ruunt excommunicationem: *Navarr. conſ. 9. de ſtat. Monial. F. Emmanuel. tom. 1. qu. 46. art. 5. Azzor. Inſt. Mor. tom. 1. lib. 13. qu. 9. cap. 8. Campan. n. 38. Sanch. lib. 6. cap. 16. n. 24. Mirand. man. qu. 2. art. 14. concluſ. 1. & 2.* Quamquidem ſententiam pariter expēdunt in ingreſſu abſque neceſſitate, pro quo plectuntur: nimirùm ſi Superiores ſæculares ſint, pro prima vice privantur ab ingreſſu in Eccleſia; pro ſecunda ſuſpenſione, â munere Pontificali, & à divinis; pro tertia, excom-

municationis pœna ipſo facto, & ſi Superiores Regulares eſsent, incidunt in excommunicationem, & officij, ac Miniſterij privationẽ: *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 4. *ſect.* 3. *n.* 86. *Bordon. contr.* 19. *qu.* 23. *n.* 29. ac in excõmunicationẽ indictã per Gregor. XIII. in alia ſua conſtitut. anno 1581. edita, nec ſub prætextu explorandi alicujus puellæ voluntatem ingredi valent Epiſcopi, & Regulares Superiores: etenim hoc extra graticulas foris Monaſteriũ, eà intus exiſtente conficere debet: *Campanil. n.* 38. *Ventrigl. d. ann.* 5. ʓ. 1. *n.* 21. Et ſi neceſsitas introire expoſceret; debent ingredere, à paucis, & ſenioribus Religioſis comitati: *Ventrigl. n.* 45. 46. 47. *Barboſ. n.* 45. attamen ingrediendo in caſu neceſsario Epiſcopus cum ſæcularibus, aut perſonis non pijs, in allatas non cadit excõmunicationes: etenim iſtæ loquũtur cõtra ingredientes in caſibus nõ neceſſarijs: nõ verò cõtrà ingrediẽtes abſq; debito, & honeſto comitatu: ita *ex Bonac. & Tãbor. Pellizzar. infra n.* 112. Imo ingredientes intrà cœnobij Monialium ſepta ex Epiſcopi, vel Superioris venia, non tamen in caſu neceſsario, ſed pro libitu, licèt non caderent in cenſuras Tridentini, quia licentia illicita, licentia vocatur. *Gloſſ. in cap. ſi qua* 29.27.*q.*1. nõ tamen liberãtur peccato *Gloſs. verb. licentiam cap.* 3. *diſtin.* 45. nec excommunicatione indicta per *Gregor. Bordon. quæſt.* 22. *n.* 28. Nec ipſe Epiſcopus quit in Monialiũ Monaſteria, Superioribus ſubjecta Regularibus ingredere: abſque venia iſtorum, & in ſcriptis indulta *Gratian. diſcept. cap.* 393. *n.* 5. 20. *Navarr. n.* 39. *Barboſ. n.* 12.

Advertẽdum tamen eſt in haſce pœnas nõ incidere Vicarios Generales Epiſcoporũ, ac cæteros Prælatos ſæculares, juriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem habentes, ingredientes Monaſteria Monialium ſibi ſubjecta in caſu non neceſsario: etenim, pœnæ contra eos haud loquuntur, ideò ultra eorum caſus minimè ſunt extendendæ: ut apprimè fundat *Pellizzar. man. tom.* 2. *tr.* 10. *de clauſ. Monial. cap.* 5. *ſect.* 3. *ann.* 113. *cum ſeqq. Ceſped. & Paſqualig. refellendo.*

112 Moralis verò, haud phyſica talis neceſſitas eſse debet, cũ non ſtrictè accipiẽda eſt, adeò ut rationabilem ſufficere neceſſitatem pro ingreſsu prædicto ait *Bonac. de clauſ. qu.* 3. *pun.* 4. *n.* 2. & *Antonell. de reg.*

regim. Eccleſ. lib. 7. cap. 6. n. 4. Nimirùm ob incendium, violentiam perſonarum, & ſimilia, per quas evidens periculum conſiſtit in mora, quibus in caſibus, non expectatâ Superioris veniâ, licitus eſt ingreſſus: *Manc. prax.* 4. *dub.* 8. *Antonellus n.* 2. cum Abbatiſſæ, vel aliæ præfectæ Monaſterij venia: *Rodriq. qu. Regul. qu.* 46. *art.* 2. *&* 4. *lib.* 1. *Campanil. d. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 25. *Ventrigl. ȝ.* 2. *tom.* 1. *n.* 42. Etiam ſi non ſit in ſcriptis, *Dian. reſ. mor.* 129. *tr.* 2. *tom.* 2.

Cæterum ad ſolum Sum. Pontificem ſpectat circà leges clauſuræ diſpenſare, tàm in ingreſſu, quàm in egreſſu, & ad Epiſcopum, alioſve Superiores Regulares in caſu neceſſitatis ex Concil. Trident. notata *Lezan. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 21. *Pellizzar. tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 21. *qu.* 13.

Et tandem pro clauſura, ad hoc ut in enarratas ruatur cenſuras, intelligenda eſt pro ſtricta, & ubi janua clauſa eſt, ad quam ſæcularibus haud patet acceſſus: *Sanch. lib.* 8. *cap.* 15. *n.* 6. *&* 68. *Antonell. paulò ante.*

113 Moniales igitur ad clauſuræ leges ſervandas devinciuntur ſub cenſuris Sum. Pōtifici reſervatis, & privatione officiorum, dignitatum, & adminiſtrationum, & inhabilitate ad illa; & hoc tam ſi ſine debita facultate egrediantur è Monaſterio, de quo egreſſu infrà fusè tractabimus, tam ſi alios ingredi fecerint, quàm permiſſerint, cōſulerint, aut mandaverint: *Pellizzar. infrà, & alij.*

Sub hoc tamen diſcrimine: etenim Abbatiſſæ, ac Præfectæ clauſuræ, ac aliæ Superiores, ad quas munus eam conſervandi pertinet, tantùm devincũtur ingreſſum nō admittere ſub cenſuris per Greg. XIII. indictis, ſive cooperentur ingreſſui poſitivè, ſive negativè: nimirùm ſi permittũt, invitando ad ingreſſum, ſub prætextu facultatis obtentæ ab Epiſcopo, vel ab alio Superiore poteſtatem habente: pro qua quidem actione cooperativa poſitivè confecta, omnes Moniales ſe ſic cooperantes, nedum ſi Superiores ſint, ut explanatum eſt; ſed privatæ, ad enunciatas tenentur cenſuras: *Sanch. lib.* 6. *moral. cap.* 16. *n.* 77. *& ſeqq. & n.* 91. *& ſeqq.* Si verò cōgruerēt negativè, ideſt ex ſola actione negativa, nō obſiſtēdo cũ polluerint; tũc ruunt in dictas excōmunicationes, Abbatiſſæ, aliæve Superiores, & clauſuræ cuſtodes: non autē cæteræ Moniales privatæ: ut

ex

*ex Sanch.*enotatè indicat *Pellizzar. man. Regul. tom.* 2. *tract.* 10. *de clauſur. Monial. cap.* 5. *ſect.*3. *à n.* 86. *Rodriq. tom.* 1. *qu.* 47. *art.*3. *Mirand. de Monial. q.*2. *art.* 12.cuncti unanimiter firmantes, *eum facere ingredi*, verificari in ea perſona, quæ ingredientem eum commodè poſſit, imò & ratione officij teneatur,nõ impedivit: undè ſi non teneatur quamvis non impediat, & valuit commodè impedire ; in dictas haud incidet pœnas: *Bordon.* autem *contr.*19. *q.*25. *n.* 35. abſolutè contra *Pellizzar.* tenet Moniales ſubditos introducentes viros, aut fœminas, etiam ad malũ finem, prætextu facultatum,haud irruere in pœnas indictas in d. Gregoriana Conſtitutione: nam hanc de Superioribus loqui firmat. Imò Moniales introducentes perſonas extraneas,ſine licentijs, & ad malũ finem, nullã contrahunt pœnam: quoniam nullo jure ſcripto contra eas evolvitur fuiſſe in dictam pœnam: firmant *Rodr. tom.* 1. *qu.* 47.*art.* 1. & 2. *Mirand. de Monial. qu.*2.*art.*10. *concluſ.* 1.*Sanch. lib.* 6. *cap.* 16. *nu.* 71. & poſt eos *Joſeph. de Januario Neap. Congreg. Piorum operar. reſol.* 14. ubi affluenter objectiones ſolvit, & aſſerit nullam ſuper hoc fuiſſe editam Bullam, neque declarationem adeſſe, de qua cõſtet,& ſequitur *Bordon. controverſ.* 19. *qu.* 24. *n.* 30. *Bonac. ibid. Sanch.n.*71.*Dian. reſ.* 34. *Miſcell.* 2. *tr.*16.*to.* 1.

Quam quidem ſententiam nuper firmatam, eodem retempto themate, firmant reſpectu Monachorum virorum Regularium, Superioribus eorũ ſic permittentibus: *Sanch. n.*84. *Barboſ. alleg.* 102. *n.*37. *Pellizzar. nu.* 89. contra *Bonac. de cenſur. in comm. qu.* 1. *n.* 3.*par.*3. autumans ſub verbis illis: *quocumque nomine vocentur*,in d. Gregoriana XIII. contenta omnes devinci, tam Superiores, quã ſubditos,Moniales, & Monachos: cui apprimè reſpondet *Pellizzar. ibidem & n.* 98. *ſect.* 3.*cap.*5. *tract.* 10: erudiens verba illa: *Superioribus convenire, qui ſub varijs denominãtur nominibus: Bordon. cont.* 19.*qu.* 26.*n.*32.

Allatis verò nectimus Moniales, aut Regulares, quamvis Superiores ingredi faciẽtes extraneas perſonas, non temerè, culposè,aut dolosè; ſed ſimplici inertia, bona fide, ac imprudenter in enunciatas excommunicationes indictas non incidere: etenim Pij V. Conſtitutio contra Superiores præſumentes extraneas perſonas introducere in Monia-

lium

lium Cœnobiũ loquitur: meritò contra temerè, culposè, & dolosè hoc attentantes dirigitur: ut verbum *præſumant*, explicando inſinuant *Barboſ. de dict. dict.* 278. *n.* 1. 3. *Anguian. de legib. contr.* 28. *n.* 13. *lib.* 2. & individualiter in præſenti hypotheſi dixere: *Navar. in cap. ſtatuimus*, 19. *qu.* 3. *n.* 62. *Sanch. in præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 82. & 96. etiã ſi talis ignorantia invincibilis, & craſſa fuerit: *Rodriq. quæſt. Regul. tom.* 1. *qu.* 47. *art.* 2. *n.* 15. *Peyrin. to.* 1. *in Conſtit.* 6. *Julij II. nu.* 17. aut moraliter culpabilis *Sorb. in compend. privileg. verbo ingredi Monaſteria, in ſcholijs n.* 6.

Agglutinant herclè nuper allati ad haſce cenſuras in Cõcilio Trident. expreſſatas, non teneri ingredi facientes, permittentes non ſub prætextu facultatum; ſed ſimpliciter propriâ auctoritate: & annuit pariter *Bonac. ibidem*: nam ibi de intrãtibus mentio fit *Sãch. n.* 71. *Dian. reſol.* 34. *Miſcell.* 2. *tract.* 16. *tom.* 1.

Neque laici cooperãtes poſitivè ingreſſui illicito intra Monialium Monaſteria: etenim de eis ubi decretæ ſunt pœnæ contra violantes, nulla evolvitur mentio: ita ex alijs *Pellizzar. n.* 101. *quæſt.* 12. *cap.* 5. *tract.* 10. *tom.* 2. *Bonac. de clauſur. qu.* 4. *pun.* 3. *in fin. Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 8.

Puellæ annorum 7. non majores annorum 25. recipiuntur intrà Monaſterij ſepta conſuetis alimentis, & condecente veſtitu, prævio conſenſu Monialium, & Abbatiſſæ, capitulariter indulto, & venia Sacr. Congregationis Epiſcoporum; & ſi non ligantur ad clauſuram, tamẽ ſemel egreſſæ, non poſſunt iterùm recipi, abſque nova Sacr. Congr. venia: *Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 18. *qu.* 6. *nu.* 1. *Barboſ. collect. verb. Puella, Pellizzar. d. c.* 5. *ſect.* 4. *n.* 187. Notandum verò eſt Epiſcopũ nequire diſpenſare, ut Puella pro educatione recepta, poſt completos annos 25. ampliùs in Monaſterio cõtinuet: *Pellizzar. n.* 184.

Porrò Moniales ſuſcipere queunt, ex ſola Epiſcopi venia, fœminam valdè periclitantem, ne à viri manibus periret, ob adulterium per eam patratum: etenim hiſce in caſibus opportunus haud eſt ad Summ. Pontificem recurſus, ob moræ periculum, ſicque uſus nos docet, & faciunt *Rodriq. tom.* 1. *qu.* 46. *art.* 20. *Sanch. lib.* 6. *mor. cap.* 16. *n.* 64. *Barboſ. alleg.* 102. *nu.* 66. *Portell. de dub. Regular. verſ. clau-*

*clauſura Monial. in addit.n.*2. *Mirand. man. tract. qu.* 2. *de Monial. art.* 7. ſicque declaraſſe Sacr. Congregationem inſinuat *Zerol. prax. part.* 1. *verb. Moniales, qu.* 12.& facit *Azor. inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *qu.* 4. quem latè explicat *Pellizzar. man. tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 110.

Confeſſarius demùm, Medicus, Pharmęcopula, ut Moniales medendi artem erudiant; Barbitonſor, Obſtetrix Ruſtici ad vehendum triticū, vinum, ligna, & ſimiles de licentia Epiſcopi, vel Superioris intrāt in Monialium Monaſteria in caſibus neceſſarijs: *Pellizzar. infrà.* Imò quilibet Confeſſarius in caſu inopinato, etiam ſine licentia Superioris hoc perficere quit: quoniam tunc ex licentia Ordinarij, ac Superioris, & Pontificis interpretativa agere videtur: *Mancin. prax.* 4.*par.*1. *diſp.*8. *Pellizzar. tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.*3. *q.*22. *n.*115.& ferè per totam ſectionē, ubi aſtruit, iſti omnes quomodò intrare, & quomodò aſſociare debent, & ſic de alijs, qui ex neceſſitate ingredi debent.

Sum. tandē Pontifex tantū diſpenſat, ut fœminæ poſſint ingredi intrà Monialiū Monaſteria ad converſandum, imò ad prandendum, quam veniā indulgere aſſolent Sum. Pontifices, Heroinis, & Magnis Principibus pro certis vicibus, & ſub nonnullis limitationibus: & inter cætera ut à tribus Matronis, modeſto, ac decenti habitu indutis aſſocietur fœmina privilegiata: imò quòd eæ, quæ fuerint ſemel electæ, non revocentur, nec varientur; niſi caſu mortis. Undè fluit ſi aliqua ex electis renuit, aut nequit die obſignata ingredi; perſona cui fuit indulta talis facultas nequit introire comitata reliquis duabus: ita de rigore ratiocinatur *Pellizzar. paulò antè n.* 136. verum *Peyrin. in formul. lit. M, cap.* 3. *nu.* 4. ait privilegia eſſe amplianda: ideò autumat privilegiatam revocare electionem non poſſe; ſed in locum impeditę, aut nolentis, poſſe alteram ſubrogare, aliàs faciliùs redderetur eluſoria talis facultas. Oppoſitum verò cenſent *Dian. reſol. mor. par.* 10. *tract.* 14. *& in Miſcell. tom.* 4. *reſol.* 29. *verſ. ſed ego, Bordon. deciſ. Miſcell.* 85. inſinuantes haſce privilegiatas Heroinas, & Magni Nominis Principes nequire in locum abſentis, aliam aſciſcere Matronā. Verum *Milazz. aſſer.* 37. *n.* 15. *tom.* 1. eorum ſententiam capeſſere conatur, in-

indultis à Sum. Pontifice conceſſis pro ingreſſu in Monaſteria alicujus particularis Civitatis vel Paghi: at ſecùs in alijs conceſſis pro Monaſterijs totius Regni: etenim ſemel electæ in una parte impoſſibile eſt moraliter intervenire in reliquas Regni partes diſtantes, meritò, ni indultum futile remaneat, *Peyrini* opinioni annuere videtur, quam magis probabilem eſſe autumamus.

114 Egreſſum planè è Cœnobio pariter vetuere Monialibus Sum. Pontifices, ſub eiſdem cenſuris, & pœnis enunciatis *ſub n.* 102. quod expreſsè Epiſcopo Ordinario, ac Superioribus Regularibus commendavere, ut ibi demonſtravimus: quamobrem nequit Monialis ab eo egredi, niſi in caſibus per Bonifaciũ VIII. *in d.cap. periculoſo, de ſtat. Regular. in* 6. obſignatis, & per Pium V. *in conſtitutione ſua edita anno* 1569. *decori explicatis*; nimirùm ſi aliquo gravi laboraverit morbo, ob quem non valeret, abſque gravi periculo, aut ſcandalo cũ alijs commorare: ut in caſu incendij, lepræ morbi, ac epidemialis infirmitatis, quos ſapientũ Oracula ad alios porrexere caſus: nimirùm ſi hoſtes urbẽ adorti fuerint aquæductos, ac Monaſterij ruinâ, & ad alios ſimiles Monialibus omnibus noxios: ut graphicè inſinuant *Jo: de la Cruz de ſtat. Relig. dub.* 4. *verſ. an verò lib.* 1. *cap.* 5. *Navarr. comm.*4.*de Regular.n.* 48. *Barboſ. alleg.*102. *à n.*16.*& ſeqq.* fusèque *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 13. *n.*45. *Lezan. ſum. qu.Regul. tom.*3. *verb.clauſur. n.* 13. & poſt eos *Ventrigl. prax. annot.*5. *§.* 2. *à n.* 22. *&* 26. ubi inſtruit ſi Hæreticorum hoſtium invaſio immineret, ut de magis cõmuni edocet *Navar. comm.* 4. *de Regul. n.* 48. *Barboſ. n.* 20. *Bonac. de clauſ. qu.* 1. *pun.* 9. *n.* 6. *Campanil. diverſ. rub.* 12. *cap.* 16. *n.*21. *Tambor. de Jur. Abbatiſſar. diſp.* 20. *qu.*5. urgentes contrà *Zerol. prax. par.* 1. *verb. Moniales. qu.* 16. *dub.*2. ſuſtinentem hoſtium aggreſſionem, itidẽ non Hæreticorum ſufficere: ſi bellum ingrueret, abſolutè inſinuat *Azzor. inſtit. mor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *qu.* 3. etiam ſi à Catholicis indictũ fuerit, firmant *ex Tambor. ubi ſupra qu.* 2. *n.* 23. *& Peyrin. tom.* 2. *de privileg. conſtitut. Pij V. n.* 25. *Pellizzar. d.cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 13. *n.* 45. ubi ait; nullæ fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur: annuitque *Bordon. contr.* 18. *q.* 10.

Digitized by Google

10. *n.* 12. ſi Monaſteriũ extaret extràCivitatẽ,& in loco patulo, vel tota Civitas fuerit ab hoſtibus invaſa,ac expugnata.

His igitur attentis, inquimus morbum tale eſse debere, ad hoc, ut poſsit Monialis è Cenobio egredi, quemadmodum laicus à populo, & è domo propria elimari poſsit, & ad locum purgationis trâsferri: ut comptè edocet *Tambor. d. diſput.* 20. *qu.* 1. *n.* 5. 6. à quo mutuatus fuit *Pellizzar. d. ſect.* 2. *qu.* 6. *n.* 31. & diſertè innuit Pius V. in recenſita ſua Conſtitutione, *Decori*: ibi *quod nõ poſſit cum alijs, abſque gravi periculo communicari*: & adeò peſtiferus eſſe debet, ut populariter graſſando, majorem ęgrotorum interimat partem, communitaſque exitio periclitetur: *Zech. de Reipub. Chriſtian. tit. de Regular. cap.* 3. *n.* 15. *verſ.* 9. *Novar. Cõmen.* 4. *de Regul. not.* 4. *n.* 48. *F. Emman. tom.* 1. *qu.* 49. *art.* 4. *Sanch. præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 15. *à n.* 33. *Mirand. qu.* 3. *de clauſ. Monial. art.* 5. *Ventrigl. prax. annot.* 5. *ſ.* 2. *n.* 38.

Advertendũ quoq; eſt quod combuſtio, ob quam queunt Moniales è Monaſterio exire, adeò vehementer gliſcere debet, ut Moniales omnes ſi nõ progrediantur, flammis perirent, cunctorum maximo cũ diſcrimine vitę, at ſecùs ſi cõcrematio graſſaretur in una Monaſterij parte,&nõ in toto: nam tunc Moniales ubi uritur pars exire queũt, ſi aliter mortem evitare nequeũnt:quãvis incendium non reſpiceret cõmunitatem; ſed Moniales, ut ſingulas: *Suarez tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 11. ſufficere ait in unaquaq; parte,& ſi illam ſolùm tangat: & refert *Pellizzar. tom.* 2. *tr.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 5. *n.* 30.

Ulterius epidemiam pro egreſſu allato ſufficere ſimplicem: nimirùm communem, quòd faciliùs diffundatur ad alios cum ægrotante communicantes: nec opus ſit, ut vera ſit peſtis: ut nervosè,ac magiſtraliter ſuſtinet *Pellizzar. ibidem qu.* 7. *n.* 32. & ſi ex Sacrę Congreg. declaratione anno 1609. edita oppoſitum firmat *Dian. reſol.* 23. *tract.* 15. *par.* 2. inſinuans ſub nomine epidemiæ in allata Pij V. Conſtitutione venire tantùm veram, & realem peſtilentiam: non autem morbum Gallicũ, ſtrumas, cancros, & ſimiles: nec diſcrepant *Suar. paulò ante n.* 3. *Sanch. Rodriq. Mirand. man. tract. de Monial. qu.* 3. *art.* 5. *Portell. de dub. Regular. verb. clauſura nu.* 18. attamen *Tambor. n.* 6. elatè ſubdit Sum.

Pon-

Digitized by Google

Pontificis intenſionem fuiſſe conſulere indemnitati communitatis: undè equalance militare debet in recenſitis morbis contagioſis, qui totæ, vel majori Monaſterij parti obeſſe poſſunt: ideò non rigorosè; ſed benignè ſumendum eſſe nomen enunciatum epidemiæ, firmant, & annuit *Lezan. ſum. qu. Regul. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 20. *Pellizzar. q.* 7. *n.* 32. ex probabili ſententia.

115 Cæterum ita recenſita, demùm minimè procedunt, quoad alias benigniores infirmitates: quamvis epidemiales, ob quas nequeunt Moniales è Monaſterio exire, abſque incurſu recenſitarum cēſurarum Sum. Pontifici reſervatarum: ut evolvitur in allata Pij V. Conſtitutione: & erudiunt *Leli. Zech. de Reipubl. Eccleſiaſt. tit. de Regul. n.* 48. *not.* 4. *F. Emman. tom.* 1. *q.* 49. *art.* 4. *Barboſ. n.* 24. *Antonell. d. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 1. itidem ſi manifeſtè periclitetur Monialis vita: nec Epiſcopus tunc exeundi veniam impertiri valet, judicijs, ac Medicorum atteſtationibus de mortis periculo, parùm refragantibus: ut mirificè edocent *Martin. Bonac. de clauſur. par.* 4. *qu.* 1. *pun.* 9. *nu.* 4. *&* 18. & ante eum *Zerol. prax. Epiſcop. p.* 2. *verb. Moniales*, *Lud. Mirand. man. qu.* 4. *art.* 4. aliosque contrarios affert *Dian. reſol.* 105. *tract.* 2. *par.* 3. *& par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 137. *Navarr.* autem *Comment.* 4. *de Regular. nu.* 48. quem ſequitur *Azor. inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *ſub verſ. tertiò quæres*, autumâs ob morbum periculoſum, ſic à Medicis clarificatum, licèt alijs infectione non obſit, ob quod vita in diſcrimen refertur, niſi exiret; licere Moniali taliter infirmæ è Cœnobio exire. Nos equidem leges, & jura non ita ſeverè devincunt, ut mortis periculum ſubire cogamur. Verùm hanc recenſitorum proximam ſententiam in utriuſque Siciliæ Regnis nunquam uſu receptā notavimus: nec aliter à noſtris majoribus recepimus, ſicque contra *Navar. Azor. Bonac. & alios* comptè firmat *Pellizz. d. cap.* 5. *ſect.* 2. *n.* 34. quod ante eum dixere *Barboſ. d. allegat.* 102. *n.* 20. *Zerol. par.* 1. *prax. verb. Moniales, qu.* 16. *Guittier. quæſt. Canon. lib.* 1. *cap.* 14. & poſt eos *Antonell. d. cap.* 7. *lib.* 7. *nu.* 4. *& ſeqq.* nec diſſidet *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 23. *n.* 60. *& q.* 27. *n.* 64. ſubdens *ex Tamborin.* hoc pari ſchemata procedere, ſi Abbatiſſa ſtoicè contra Monialē

116 irruerit: niſi mortis violētę diſcri-

ſcrimẽ immineret: tali namq; eventu egreſſum è Monaſte-
117 rio licitum eſſe autumamus: imò renuẽtibus Superioribus allatam indulgere veniam, poſſunt Moniales pro tũc, nõ obligante clauſuræ lege, exire: *Bonac. loco indicato n.* 20. *Barboſ. n.* 21. *Sanch. Tambor. & Lezan. in ſum. qu. Regul. tom.* 3. *verſ. clauſura nu.* 10. quorum verbis ſuffultus *Antonell. n.* 3.

118 Probabili tandem ex prędictis accedente cauſâ, exire nequeunt Moniales, abſque Epiſcopi loci Ordinarij, aut ejus Vicarij Generalis tale retinentis mandatum *DD. infra*, ac Regularis Superioris communi conſenſu, in ſcriptis indulto: *Ventrigl. annot.* 5. *§.* 2. *n.* 18. 20. *Pellizzar. d. cap.* 5. *ſect.* 2. *à n.* 37. 39. *tract.* 10. *tom.* 2. etiam ſi Monaſterium cujuſcumq; immunitatis clypeo præditum fuerit: ut ex *Campanil. diverſ. d. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 22. *& Armendar. in addit. recopil. leg. Navarr. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 103. ſuſtinet contra *Joan. de la Cruz, de ſtat. Relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *Barboſ. allegat.* 102. *nu.* 28. ubi apprimè agglutinat valere Epiſcopum per cenſuras, aliaſq; coërctiones, Moniales, ſuoſque Regulares Superiores, tales attentantes abſque ejus venia, eaq; utentes, compeſcere: ex allata Pij V. Conſtitutione; præter recenſitos innuit, ac deciſum affert per Sacr. Congreg. *Lezan. ſum. quæſt Regul. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 20. *Ricc. prax. for. Eccleſ. par.* 2. *reſol.* 210. quos aſſequutus eſt *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 4.

119 Verùm enim verò ſi Epiſcopus loci Ordinarius renuerit juſtam approbare cauſam; nequit Monialis è Monaſterio Epiſcopo ſubjecto exire: At ſecùs ſi Mœnobium ſub Regularium moderamine ſtaret; queit namque tunc Monialis, ſuis approbantibus Superioribus cauſam, exire, licèt Epiſcopus ad id renuerit. Nõ tamen ita erit, ſi Superior Regularis cauſam improbaverit, Epiſcopus verò roboraverit: nam tunc è Monaſterio Regularibus addicto egredi nequit Monialis: ut mirificè inſtruit *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *q.* 10. *n.* 40. Receptantes inſuper, ac Moniales è Monaſterio abſque legitima venia exeuntes, eaſque comitantes, in allatas pœnas ruunt: ſubdunt *Mirãd. d. q.* 3. *art.* 6. *Azor. Inſtit. mor. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *qu.* 1. *verſ.* 3. *Sanch. d. cap.* 13. *n.* 72. Niſi commiſerationis causâ naturalis, vel extremâ ſic ex-

po-

Digitized by Google

poſcente neceſsitate id fecerint, abſque tamen reatu in earum egreſſu: elatè annectit *ex Navarr. comm.* 4. *de regular. n.* 51. *Azor. ubi nuper, verſ.* 3. *quæres in fin.* Etenim potiùs ex urbanitate, amicitia, vel causâ honoris, aut conſanguinitatis hoc peragere videntur. *Bonac. de clauſur. part.* 4. *qu.* 1. *n.* 4. *Sanch. lib.* 6. *mor. cap.* 14. *n.* 72. *Pellizzar. ubi ſupra qu.* 3. *n.* 26. *in fin.* vel ut diſcrimen noctis tempore evitentur *Barboſ. d. alleg.* 102. *n.* 30.

120 At ſi agitur de translatione Monialis de uno ad aliud Cœnobium, inſtruendi causâ alterius Monaſterij ejuſdem Ordinis Moniales: præviâ tũc Sum. Pontificis veniâ perfici poſſe de tutiori ſententia inſinuat *Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 20. *qu.* 2. *nu.* 7. 8. *Suar. infra n.* 6. ex declaratione Sac. Congregat. *Pellizzar.* ſtatim *Campanil. diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 21. & alij per *Ventrigl. prax. annot.* 5. *n.* 29. *par.* 1. edocentes hoc idẽ eſſe, ſi regendi, inſtruendi, vel aliquod munus exercẽdi causâ, translatio fieret: *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *q.* 14. *n.* 46. quo autem munere functo, ad primũ redire poteſt: ſubdit *Zerol. prax. par.* 1. *verb. Moniales, qu.* 16. *dub.* 2. *verſ. addo, Suarez, tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 46. *Tambor. ubi nuper n.* 8. *Rodriq. tom.* 1. *qu.* 49. *art.* 4. *Pellizzar. nu.* 48. vel ut alias alterius Monaſterij Moniales ejuſdem Ordinis corrigeret: *Lezan. ſumm. Regul. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 20. & *tom.* 3. *verſ. clauſura n.* 13. 16. 17. *Vulpell. prax. cap.* 4. *n.* 11. *Dian. par.* 3 *reſol. moral. tract.* 2. *reſol.* 99. & 171. Vel ſi pro reformando, aut fundãdo Monaſterio agitur; tunc ex Epiſcopi venia translatio permittitur: *Bordon. contr.* 19. *q.* 11. *nu.* 13. conſultâ Sede Apoſtolicâ *Tambor. ubi ſupra qu.* 3. *nu.* 7. *Pellizz. qu.* 15. *n.* 49. Incorrigibiles autem è Monaſterio pellere inconſentaneum eſt: niſi de Sum. Pontificis venia, ſicque decreviſſe Sacr. Congregationem affert *Lezan. d. cap.* 25. *n.* 17. *verſ. hic collige, Barboſ. allegat.* 102. *nu.* 27. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 5. *verſ. obſerva tamen, Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſp.* 21. *qu.* 4. *n.* 2. & *ſeqq.* & poſt eos *Ventrigl. prax. annot.* 5. *n.* 33. *par.* 1. etenim *cap. cum ad Monaſterium*, & *cap. fin. de ſtat. Monachorum*, loquuntur de expellendis Religioſis viris incorrigibilibus, non autem de fœminis, quæ ſub ſpe exeundi

è

Digitized by Google

è Cœnobio omnes fierent incorrigibiles: ut affabrè innuũt *Bonac. de clauſur. q. 1. pun. 9. n. 14. Gavant. man. Epiſcop. verb. Monial.clauſ.n.23.Tambor. d. qu. 4. n. 2. & ſeqq.*Niſi ex trãslatione de uno ad aliud Monaſterium poſſit emendatio Monialis ſperari: *Bonac. n. 13.* & alij per eum, quos refellit *Tambor. d. diſput. 21. qu. 3. nu. 4.* ubi deciſionem affert *Pellizzar.* autem, *tom. 2. man. cap. 3. ſect. 1. qu. 13. num.20. & ſeqq.* non differit, ſuppoſitâ verâ incorrigibilitate, ibique modum refert.

121 Neque rurſus idem Epiſcopus, & cæteri Superiores facultatem ingrediendi Monaſteria Monialium, abſque juſta cauſa indulgentes, in allatas ruunt animadverſiones: quoniã in eis hoc non evolvitur: *Bonac.de clauſ.q.4.pũ.4.in fin. Antonell. d. lib. 7. cap. 6.n. 8.* neq; introducẽtes, nec permittentes in allatũ ingreſsũ,in pœnas ruunt: in Trid.Concil. indictas: quoniam iſtę contra intrãtes referũtur:*Sanch.lib.6. d.cap. 16. nu. 71. Dian. reſol. 34.par. 2. tract. 16. Miſcell. tom. 1. Ventrigl.d. annot. 5.§.1. n.35.* verùm Superiores à cenſuris incuſſis, per Pium V. minimè proſiliunt,allatis per nos ſupra *ſub nu.* 113. attentis.

122 Neque ſanè ingredientes Monialium Monaſteria, abſque venia incidunt in pœnas expreſſatas in Conſtitutionib. Gregor. XIII. & Pij V. ſed tantùm in excõmunicationẽ prævifam in Concilio Trid. quam reſervatam haud eſſe autumant *Sanch. oper. moral. lib. 6. cap. 16. n. 79.* & contrà *Quarant. ſum. in verb.Monaſteria Monialium, verſ. amplia:*attamen *Azor. ubi ſupra d. cap. 8. in fine* innuit ruere in enunciatas cenſuras per Greg. XIII. & Pium V. indictas, ingredientes intrà Monialiũ clauſuram propriâ auctoritate: ſed vide *Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 31. n. 10. Zerol.prax.Eccleſ.part. 1. verb. Moniales. §. 8. Lezan.ſum.q. Regul.to.3 verb.clauſura,n.35. Barboſ. alleg. 202. nu. 37.p. 3.*

123 Si ad malum finem ingreſſus fuerit; hoc eſt luxurię cauſa *Graff. de caſ. reſerv.cap. 5.n. 9.11. & 54. Ventrigl. d. ann. 5. §. 1.n. 25.tom.1.* Violatio, namque ad malum finem, caſus eſt Sum. Pontifici reſervatus, ut Sacr. Congr. decrevit, & indicat *Quarant. ubi nuper verb. caſus reſervati, verſi. ad malum finem Bonac. d. qu. 4. pun. 5. n 2. Lezan. verb. clauſura, n. 35. Groſſ. contr. 16. per totum*, & ſi aliquis pretextu privilegij abſolvere attentaverit, in excommu-

municationem Sum. Pōtifici reſervatā fuerit, privatione officiorum, ac in habilitate *Filiuc. tract. 15. n. 119. Barboſ. alleg. 50. n. 186. Ventrigl. n. 24. Antonell. cap. 6. n. 19. 20. lib. 7.*

Tandem ex ſupra exaratis depromitur ad haſcè incuſsas cenſuras itidem devinci Monialem, quæ tempore profeſſionis revocavit in animum clauſuram non ſervare: etenim Moniales ad eā ſervandam devincuntur ex juribus, & legibus per Sum. Pontifices emanatis: ut benè innuit *Mirand. man. tit. de Monialib. qu. 3. art. 4. concluſ. 5.*

Novitiæ verò exeūdo, clauſuram haud frangunt, ſed tātùm probationis annum. *Suarez tom. 4. de Regul. lib. 1. cap. 8. n. 16. Tambor. de Jur. Abbatiſ. diſp. 8. qu. 6. Lezan. ſum. tom. 1. cap. 24. de Monialib. n. 3. & 23.* quos affert *Ventrigl. d. ann. 5. §. 1. n. 16. ſed vide infra.*

Præpoſitus tandem Eccleſiaſticus pro clauſuræ defenſione, & ut Moniales intrà eā contineātur, uti valet ſæcularium opera, imò per Concil. Trident. hortantur Principes Superiores ad brachium ei indulgendum, & devincuntur ſub indictis cenſuris Magiſtratus, ut brachium pro clauſurę tuitione præſtēt: *Bonac. de clauſur. q. 1. pun. 7. propoſ. 3. n. 4. Navarr. Sanch. & alij per Ventrigl. §. 2. n. 9. & ſeqq.* & nos ita notavimus de recenti in Urbe Feliciſſima Panormi, & in eodem tempore ſicque pariter ſervatum fuit in Urbe Meſſanæ.

Planè Monialis frāgit clauſuram ſi egreditur è proprio Monaſterio, & ad aliud Monialiū immediatè cōtiguū ſui, vel alterius Ordinis ſe trāsfert, recreationis causā: imò duplicem committere peccatum, & in binas cecidere cenſuras edocent infra adducendi: etenim devincuntur Moniales clauſuram proprij Monaſterij ſervare, non autem ſui Ordinis in cōmuni: ſunt ſanè duo interdicta, inter ea diſtincta, unum quo ad egreſſum, alterum, quo ad ingreſſum: meritò concludit *Bonac. de cenſur. in comm. qu. 1. diſput. 1. par. 5. n. 2.* allatam diſtinctionem teneri Monialem in Cōnfeſſione exprimere: ſicque conſuluit *Pellizzar. man. tom. 2. tract. 10. cap. 5. ſect. 2. q. 21. n. 57.* licèt fatetur ab hac opinione diſceſſiſſe *Bordonū* ab eo conſultum, & nō ſine maximo fundamento diſceſſiſſe autumamus: etenim in adducta Pij V. Conſtitutione tantùm ex-

excõmunicatio indicitur contra illicitè, & abſque debita venia egredientes, & in parẽtum ædibus vagantibus: nec de loco ratiocinatur: ideò agglutinare recenſitum extraordinarium caſum, qui de raro contingere aſſolet, nefas eſſe putamus: meritò in unam incidere cenſuram firmat *Bordon.* & de recenti Sacr. Congregatio ſtatuit haſce Moniales in cenſuras incidiſſe: ut in una Panormi anno 1699.

Ulterius obſervandum eſt, parvitatem materiæ excuſari à peccato mortali circa clauſuræ violatiõnẽ: dixere *Nald. verbo clauſura n.* 2. *Graff. de caſ. reſervat. cap.* 5. *num.* 45. *Sanch. lib.* 6. *cap.* 16. *nu.* 72. *Bonac. de clauſur. qu.* 1. *par.* 8. *in fin. Dian. reſol.* 52. *de Regul. & reſ.* 22. *de parv. mater.* Undè fluit Monialem ambos ponentem pedes extra clauſuram, ad unum, vel duos palmos, mortaliter non peccare ſi ſtatim revertatur: etenim ex Tridentino interdictum eſt Monialibus exitum etiam pro brevi tempore; ſed per breviſſimũ prohibitionẽ non involvitur attingiſſe: ut apprimè ex alijs medijs ſuſtinet *Bor don. contr.* 19. *qu.* 3. *nu.* 3. & ante eum edocuere *Graff. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 15. *& de caſib. reſervat. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 45. *Nald. verb. clauſur. n.* 11. hanc ſententiam non impugnat *Dian. reſol. mor.* 52. *par.* 3. *tract.* 2. eamque non admittunt *Bonac. de clauſur. qu.* 1. *par.* 4. *n.* 2. *Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſput.* 19. *qu.* 4. ſi totum corpus extra clauſuram haberet: at ſecùs ſi major corporis pars intra eam remaneret: nec diſcrepat *Pellizzar. paulò antè ſect.* 1. *qu.* 11. *nu.* 19. attamen magis probabilem, & rationi, ac æquitati conſonam *Bordonij*, & aliorũ ſententiam eſſe putamus, dato brevi exitu, & celeri regreſſu.

Monialis à malignis ſpiritibus obſeſſa, intus Cœnobium exorcizari minimè poteſt; ſed obtentâ veniâ à Sacr. Cõgregatione intùs Eccleſiâ, clauſis janius, à perſonis honeſtis, ſuiſque conſanguineis comitata, & ab Exorciſta per Ordinarium approbato, abſq; ſtrepitu exorcizanda eſt, quâ completâ, ſtatim rectâ vitâ ad Monaſteriũ redire debet: ita ſtatuit Sacr. Cõgregatio Concilij affert *Barboſ. collect. verb. Moniliũ clauſura circa egreſſum.*

Rurſus Monialis ponens ſe in oſtiũ intra, clauſuram ab ea frangi non videtur: etenim oſtium partim eſt intra, partim extra clauſuram: meritò fractionem imperfectam eſſe: con-

contra *Sanch.* autumat *Pellizzar. d. cap. 5. ſect. 2. qu. 36. n. 73.*

Hinc eſt limẽ ſi clauſa janua remaneret extra clauſurã, ſub ea non comprehenditur: at ſecùs ſi intus remaneret, aut ſi limen, pro ut aſſolet, ſitum ſit in utroque januæ pariete; tunc Monialis in eo exiſtens, nõ dicitur exiſtere extra clauſurã: etenim parietũ ambitus claudit clauſuræ ſpatiũ: *Portel. verbo clauſuram* 25. & de exiſtente in rota firmat contra *Comitolum qu. 3. lib. 6. Bordon. reſol. 76. n. 68.* quod repetit *contr. 19. qu. 3. n. 4. 5.* attamen in proximo caſu Monialem ponentem ambos pedes extra limen violare clauſurã; niſi major ſui corporis pars intra Monaſterij ſepta retineretur, firmant *Tambor. de jure Abbatiſſ. diſp. 19. qu. 4. Dian. reſol. mor. 22. par. 5. tract. 5. & reſol. 52. par. 3. tract. 2. Ventrigl. prax. annot. 5. §. 1. n. 4. & 19. Bonac. de clauſur. qu. 1. par. 2. n. 3. Lezan. tom. 1. cap. 25. n. 18.* Verùm noſtro retempto themate parvitatis materiæ, ſi confeſtim Monialis reverſa ſit; *Bordoni, & Pellizzar.* ſententiã magis probabilem eſſe, non incidere, fatemur.

Neque dicitur violare clauſuram Monialis, ſi ad tegulas tecti Monaſterij aſcenderet: etenim hæc pars, ad Monaſteriũ pertinet: ideò de clauſura, & intra clauſuram pariter eſt, & Monialis in eo exiſtens intra dicitur adeſſe clauſuram: ita *Bonac. de clauſ. q. 1. part. 1. nu. 3. Dian. reſol. 88. par. 5. tract. 13. Bordon. reſol: 76. n. 70. Pellizzar. man. tom. 2. tract. 10. cap. 5. ſect. 2. nu. 74.* Quidquid in oppoſitum firmavit idem *Bordon. contr. 18. qu. 2. n. 2.* Niſi Monialis de Cœnobij tecto, ad alienæ domi tectum ſe tranſtulerit: habetur namque tunc eſſe extra clauſuram: *Sanch. lib. 6. mor. cap 15. n. 7. Tambor. de jur. Abbatiſſ. diſput. 19. quæſt. 4. ad §. 4. Dian. Pellizzar. ibidem.*

124 Cæterum interdictum itidem eſt mulieribus virorũ Monaſteria ingredi abſque venia: etiam Monialibus, *ex Bordon.* firmat *Pellizzar. man. tom. 2. cap. 5. tract. 10. q. 21. n. 57. in fine*: etenim iſtæ non minùs, quàm aliæ expoſitæ periculo ſunt, ſub excommunicationis multa, Sum. Pontifici reſervata: ut Pij V. conſtitutionem explanando firmat *Bonac. de cenſur. qu. 4. pun. 5. n. 4. verſ. obijcies 2. & qu. 5. pun. 3. n. 11. Navarr. man. cap. 27. n. 159. ex comm. 61.* etiam ſub prætex-

23. *cap.* 13. quem ſequitur *Tambor. de jur. Monial. & Abbatiſſ. diſp.* 4. *qu.* 6. *nu.* 12. & ſentit *Sanch. d. lib.* 7. *diſp.* 105. *n.* 3. *verſ. tandem*, & ita in fortioribus terminis ſentit *Dian. reſol. moral. part.* 3. *tract. de dub. Regular. reſol.* 17. *verſ. ut eo ipſo*, & quæ in contrarium allegantur, procedunt, quando adeſt præſumptio fraudis, & profeſſio emanavit ante expletum probationis annum: *Ferret. in d. cap. in præſentia, n.* 97. *in fine.*

Ejuſdẽ ſententiæ fuit *Pellizzar. in d. tract.* 10. *de præcipu. Monial. privileg. cap.* 9. *ſub n.* 18. *verſ. Reſpub. videri, tom.* 2. ubi de eadem quęſtione agit, ex quo Sapientum Oraculo depromitur; profeſſionẽ in articulo mortis eam eſſe validam, quæ poſt annũ perficitur, ob quam Monaſterium Monialis lucratur dotẽ, non autem eam, quæ ante annum probationis agitur: iſta namque, pro Animæ conſolatione ex Pij V. Bulla in caſu mortis ſuffragatur: non autem quoad forum exteriorem: undè rectè concludimus Monaſterium pro allata profeſſione, nec dotem, multò minùs Monialis hæreditatem lucrari.

126 Regularis equidẽ ſi poſt emiſſam profeſſionem, huic inficiari nullitatis remedio, attentaverit; nullitatem infra quinquennium adducere debet coram proprio Regulari Prælato, & Epiſcopo loci Ordinario ubi deget Monaſterium, in quo profeſſio fuit emiſsa, etiam ſi Eques Hieroſolymitanus ſit: *Barboſ. alleg.* 104. *n.* 10. *Novar. Lucer. Regul. verb. nullitas Epiſcop. Ventrigl. prax. Eccleſ. annotat.* 47. *n.* 26. & ſtatuit Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 29. *de Regul. cap.* 19. *Tambor. de Jur. Abbatiſ. diſp.* 15. *qu.* 7. *n.* 22. *Ventrigl. ann.* 48. *§. unic. n.* 118. audiendus tamen nõ eſt ſi, habitum ante præpoſitã nullitatem abegerit, & prius, quàm Canonicam reportaverit ſententiam in rem judicatam jam tranſactam: imò ut eum reaſſumat compellitur, ac uti Apoſtata compeſcitur: ut ex recenſito Concil. Trid. evolvitur ibi: *Quod ſi ante Habitum ſponte dimiſerit, nullatenùs ad alligandam quamcumque cauſam admittitur; ſed ad Monaſterium redire cogatur, et tanquam Apoſtata puniatur.* Quod idem decrevit *Concil. Arelat.* 1. & 2. *cap. ultim.* & erudiunt *Joan. Azor. inſt. mor. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæſt.* 10. *verſ. poſtremò, Novar. Lucern. Regul. verb. profeſſio, num.* 28. *Suarez de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 14. *Gratian. diſcept.*

cap.

Digitized by Google

cap. 413. *n.* 6. 8. *Ventrigl annot.* 47. *n.* 27. & alij congeſti per *Milazz. aſſert.* 2. *nu.* 2. *par.* 2. *Fagnan. in cap. conſuluit*, *nu.* 30. 35. *& ſeqq. qui Cleric. vel voven. Card. de Luca de Regular. diſcurſ.* 41. *n.* 8. 9. *par.* 1. *tom.* 14. Niſi juſtâ
127 acceſſerit causâ Habitum dimittẽdi: ſubdunt elatè *Ricc. deciſ.* 48. *n.* 8. *Martin. Bonac. de clauſ. & pœn. qu.* 2. *pun.* 11. *difficul.* 3. Nimirùm ſi interdictus ei fuerit acceſsus ad Superiorem pro reclamatione adducenda, tunc ſi abacto Habitu aufugerit, & ad Superiorem ſe contulerit, ut reclamaret; admittitur plenaria, ac opportuna audientia: *Azor. Ricc. ubi nuper*, reaſſumpto tamen Habitu, & in Religione permanente: *Ventrigl. d. annot.* 47. *n.* 28.

Licèt oppoſitũ quoad Monialem, de cujus validitate professionis valdè veretur, aut pro non valida habetur, quam exire poſſe abſque ulla venia: ex *Navar. & Portell. reſp. mor. caſ.* 9. *n.* 9. firmat *Pellizzar. man. tract.* 10. *cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 31. *n.* 68. ut ab Epiſcopo audiatur, ex interpretativa venia Sedis Apoſtolicæ.

128 At ſi non coram utroque Prælato; ſed uno ex eis nullitatẽ profeſſionis contenderit, & ab eo fuerit abſolutus; nullum, nulliuſque roboris erit decretum, & Regularis cogitur ſe ad Monaſterium reſtituere: ut ſtatuit Sacr. Congr. Concil. & affert *Riccius prax. Eccleſ. par.* 1. *reſol.* 20. *Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 48. *§. unic. n.* 118. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 7. ubi annectit ſolum Epiſco-
129 pum de allata profeſſionis nullitate cognoſcere, ſi Monaſterium Epiſcopatui fuerit unitum: & ex *Armendr. in addit. ad recopil. leg. Navarr. lib.* 1. *tit.* 18. *leg.* 7. *de Relig. n.* 5. *&* 38.

Aut ſi profeſſio fuerit emiſſa ante cõpletum decimum ſextum ætatis annum: nam tunc quit Ordinarius, abſque alia commiſſione, profeſſionẽ nullam declarare: ex adductis per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 101. *n.* 1. *Sanlenger. reſol. benefic. par.* 1. *cap.* 77. *n. fin.*

Infra tamen quinquenniũ profeſſionis nullitatem contendere poteſt Religioſus: ut ex Concil. Trid. prædiximus: etenim licèt ex hoc quinquẽnio certa, ac determinata haud eliceatur profeſſionis approbatio; attamen ex eo ſcatet quædam vehemens præſumptio juris, & de jure: *Sanch. de Matrim, lib.* 7. *diſp.* 37. *n.* 16. quę tamen eliditur per oppoſi-

verſ. ex quibus infertur. Magala in ſumm.part.2. lib.2.cap. 27.n. 50. laxè *Sanch. in decalog. part. 2. cap. 17. in fin. Peyrin.in privileg.Minim.conſtitut. Pij V. ℥. 2. n. 1. & alij per Dian. reſol.moral.17.tract. 2. par. 3. de dub.Regul.& par. 5. tract. 3. de caſ. occur. temp. mor. reſol.* 139. & poſt eos *Ciarlin. lib. 2. contr. cap. 193. n. 23. verſ. ſed nihilominus.P. Franc. Pellizzar.tom. 2.tract. 10. de pracip. Monial. privil. cap. 9. qu. 11. n. 18. & eodem tom. tract. 10. de profeſſ. Relig. Monial. cap. 3. ſect. 1. qu. 6. n. 9. Tambor. de Jur. Abbatiſs: diſp. 4. qu. 6. n. 14.* Cuncti tamen nitentes fulcro Bullæ Pij V. die 23. Auguſ. 1570. edita, per quam Sum. Pontifex Monialibus Ordinis S.Dominici infra annum probationis ægrotantibus, facultatem indulſit emittendi profeſsionem in manibus Abbatiſsæ, vel alterius Superioris; quã quidem conſtitutionẽ ad alias Moniales aliorum Ordinum, per communicationem porrexere DD. ut apud *Tambor. & Pellizzar.* videre eſt, ejuſq; validitatem, tàm in foro interno, quàm externo ſuſtinere conantur, quam magis probabilem, ac cõmunem putant, & ſubdũt huic Moniali in articulo mortis profitenti ante annũ probationis Monaſteriũ ſuccedere: etiam ſi ante profeſsionem proteſtata ſit, ut ex ſua profeſsione nullum ſit quæſitum jus Monaſterio, & ab inteſtato deceſsit.

Cæteri verò primę itidem linię oppoſitum ſentiunt, imò nervosè aſserunt recenſitam profeſsionem in articulo mortis emiſsam ante probationis annum, expletà tamen ętate annorum ſexdecim; ex vi allatę Pij V. Conſtitutionis, validam eſse, & ſuſtinere tantùm quo ad conſolationem ſpiritualem in foro interiori pro aſsequendis indulgentijs plenarijs, ſi ab hac tunc migraverit vita, quibus cęterę Moniales profeſsæ gaudent, non tamen pro foro externo, adeò ut ſi cõvaleſcendo ſupravixerit, devincitur reſiduum probationis anni explere, quo expleto iterum profiteri tenetur: graphicè erudiunt *Henriquez lib. 3. de excomm. cap. 40. n. 2. in comm. lit. R. Jo: de la Cruz de ſtat.Relig.lib. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 3. concluſ. 3. Homob. in exam. Eccl. par. 3. tract. 14. cap. 2. q. 14. reſ. 3. Rodriq. in comp. qq. Regul. reſol. 101. n. 40. Sperell. deciſ. 16. n. 24. Barboſ. in cap. ad Apoſtolicam n. 4. in fin. de Regular.* & poſt eos lato, exaratosque calamo *Molfeſ. in*

ſitam probationem adminiculatam: *Card. de Luc. de Regal. diſcur.* 40. *n.*8.*par.* 1. *tom.* 14. *Rot. Rom. in Recenſ. deciſ.* 1. *et* 2. *par.* 9.

130 Currit herclè quinquennium, à die, quo Novitius expreſſam effecit profeſſionem, & à die, quo actus profeſſionē inducentes peregit, ſi tacitè profeſſus fuerit: *Franciſ. Leo theſaur. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 42. *Azor. lib.* 12. *cap.* 14. *qu.* 10. *tom.* 1. *Leſſ. de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *nu.* 63. *Gratian. cap.* 413. *n.* 9. 10. *Pac. Jordan. lucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 90. *Bonac. tom.* 1. *de clauſur. pun.* 10. *difficul.* 4. *n.* 2. ſed vide affluenter infra *à nu.* 142. *& ſeqq. Barboſ. alleg.* 104. *n.* 16. *P. Ant. Dian. reſol.* 53. *p.* 3. *tract.* 2. & poſt eos *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 2.

Quinquennio autem expirato, ad proferendam profeſſionis nullitatē Profeſſus Regularis nequaquam admittitur, itidem ſi per vim, & metum profeſſionem confecerit: ut ad declarationem Clementis VIII. Conſtitutionis, ſtatuit Urban. VIII. in Bull. *ad refrænandam facilitatem convolandi ad ſæculum*, quam afferūt *Pariſ. de reſign. benef. lib.* 13. *q.* 5. *n.* 40. *Bonac. de clauſ. & pœn. qu. pun.* 11. *diffic.* 4. *nu.* 4. & poſt eos *Cæſar. Panimoll. deciſ.* 29. *nu.* 48. *par.* 1. & aſtruunt *Rub. annot. ad deciſ.* 179. *Rot. Rom. in Recenſ. par.* 4. *tom.* 1. *Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 3. & ita annuente Gregor. XIII. decrevit eadem Rot. Rom penès *Tambor. de jur. Abbatiſſ. deciſ.* 3. *nu.* 16. niſi infra idem quinquennij tempus reclamaverit: ut decerniſſe Gregor. XIII. indicat *Dian. reſol.* 62. *par.* 3. *tract.* 2. *Bonac. d. q.* 2. *pun.* 10. *diff.* 4. *n.* 4. *Valer. diff. utriq for. verb. Regularis, diff.* 2. *n.* 3. *Barboſ. allegat.* 104. *n.* 19. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 2. *verſ. alij verò.* Eo tamen infra quinquenniū reclamante, Urbani VIII. Conſtitutionem conquieſcere cōcludunt nuper allati, & *Cammarat. reſp. deciſ. art.* 2. *n.* 74. *in fin. tom.* 1. glomerantes *Sanch. Ricc.*

131 *Antonell. & alij* recenſitum quinquennium currere minori, & ignoranti: *Ricc. prax. reſ.* 561. *&* 639. *par.* 1. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 37. *Cutell. de don. tract.* 1. *diſcurſ.* 3. *n.* 24. *& ſeqq. Antonell. de regim. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 11. 12. *lib.* 11. Verum itidem poſt quinquennium de profeſſionis nullitate quilibet Religioſus dicere quit, viâ tamen reſtitutionis in integrum, ſi de quinquenīj lapſu inſcius fuit,

vel

vel juſta acceſſerit cauſa,& ſic ex clauſula, *ſi qua mihi juſta*, Concilium namque Tridentinum ordinariam dicendi de nullitate, tranſacto quinquennio, reſpuit viam, non autem extraordinariam: ut elatè inſtruit *Henriq. Zoëſ ſup. decret. lib.* 3. *cap.* 31. *de Regul. n.*44. nec diſcrepat *Sanch. d. qu.*37. *n.* 22. *Barboſ. & Rot. Roman. apud Dian. reſol.* 1. & 2. *par.* 9. Petendam tamen allatam integrum reſtitutionē à Summo Pontifice eſſe agglutinat *Card. de Luc. de Regul. p.*1. *diſcurſ.* 41. *n.* 11. *verſ. quamvis, tom.* 14. cui Concilium nequit obſtringere manus: ut affabrè ex *D. Thom. in* 2. 2. *quæſt.* 105. *art.* 1. probat *Felin. in cap.* 1. *n.* 24. *de conſtit.* quidquid in oppoſitū innuit *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 37. *n.* 21. 22. & alij, qui juravere in verbo *Magiſter*, ſe fundantes in Concil. Conſtātienſi *ſeſſ.* 4. & Baſilienſi *ſeſſ.* 2. attamen exile nituntur fulcro, vitreuſque eorum eſt apparatus, qui facile frangitur negotio: etenim Baſilienſe Concilium nemo ex Summ. Pontificibus approbavit: imò ſub Leone X. Concilium Lateranenſe id diſertè revocavit: Conſtantienſe Concilium pari ſchemata ratum unquam habuere Pontifices, nec generale fuit: ut magiſtraliter de more edocet *Card. Bellarm. de Rom. Pontific. tom.* 1. *contr.* 3. *lib.* 2. *cap.* 13. & *ſeqq.* ac nervosè ſuſtinet *Henriq. Zoëſ. lib.* 1. *decret. tit.* 2. *de Conſtit. n.*7. 8. & *lib.* 3. *cap.* 31. *de Regul. n.* 44. alioſve adduximus in 2. Tom. de Cleric. quando amittend. Cap. 6. de Cleric. Hæretic. uno concinentes ore, ex Baſilienſi Baſiliſcum ortū fuiſſe. At circa ſupra recenſitam reſtitutionem integrum: vide *deciſ. Rot. Rom. apud Dian. par.* 9. *deciſ.* 1. & 2. & *Card. de Luca de Regularib. diſcurſ.* 41. *num.* 8. *part.* 1. *tom.* 14. ita pariter erit, ſi perpetuo, ac ſucceſſivo impedimento profeſſus præpenditus fuerit: apprimè erudiunt: *Mirand. man. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 1. *concluſ. unic. Barboſ. d. allegat.* 104. *n.* 21. *Panimoll. annot.* 1. *n.* 11. *deciſ.* 24. ſubdens ex hoc perpetuo, & ſucceſsivo impedimento, nimirùm ob Gallicum morbum ob ſexus defectum,& ob crimen, irretitus ſemper ſe habet negativè: de quo Concil. Tridentinum haud ratiocinatur, ſed tantùm de temporale impedimento: ex quibus per Sup. Tribunal Conciſtorij S. R. Conſcien. anno 1683. nobis cum Spec. de Muntalto, & Hoſtos ibi ſedētibus,

tibus, decrevit Reveren. Judex Eccleſiaſticus nullam fuiſſe profeſſionẽ emiſſam per Rever. P. N. ob ſucceſſivum Gallicum morbum ante, & poſt profeſſionem, quod retinebat, itidem actualiter poſt lapſum quinquennij uſque ad diem tentatæ nullitatis.

132 Secluſa igitur reclamatione infrà quinquennium, ex Pontificum Conſtitutionibus ſuperius recenſitis, profeſſus Religioſus, extincto quinquẽnio,ut in profeſſionis nullitatis judicio audiatur, Sum. Pontificis veniam impetrare debet, corã quo cognitis ſummariè profeſſionis nullitatibus, ſi veniam, *ut audiatur*, reportaverit, lapſu quinquennij non obſtante;ad nullitatem adducendam admittitur, aliàs à judicij limine arceri debet: inſinuant *Dian. reſol. mor.* 53. *&* 62. *par.* 3. *tract.* 3. *Antonell. de regim. Eccl. ubi ſupra n.* 3. & ita pluries ſervatum vidiſſe teſtàtur, ex allata Urban. VIII. Conſtitutione etiam ſi ex cauſà metus, nullitas ſcateret: *Barboſ. in Concil. Triden. ſeſſ.* 25. *de Regular. n.* 9. *&* 10. *Roderic. compend. quæſt. Regul. reſol.* 101. *n.* 71. *Novar. Lucer. Regul. verb. profeſſio, nu.* 31. *Cyriac. contr. c.* 371. *n.* 37. *to.* 2. *idẽ Barboſ. alleg.* 104. *n.* 9. *p.* 3. *Panimoll. d. deciſ.* 29. *nu.* 49. *Ventrigl. d. annot.* 47. *§. unic. n.* 23. ſicque notavimus anno 1690. in cauſa nullitatis profeſſionis Soror. Claræ Mariæ Stellę Portio Monialis in Cœnobio S. Claræ Meſſanæ, quę ob quinquennij lapſum Sum. Pontificem adeundo, in integrũ redacta ad Ill. Archiepiſcopum, pro Juſtitia nullitatis fuit remiſſa, verùm ante deciſionem occubuit: in Supremis verò hujus Regni Tribunalibus, pluries notavimus haſce nullitates profeſſionis agitari abſque allata Sum. Pontificis venia, rejectis articulis denegationis audientiæ, interlocutum vidimus, audiatur, quo pacto neſcio;niſi dicamus cauſam metum influentem, adhùc tranſacto quinquẽnio, perdurare: nam valere tunc Religioſum poſtea de profeſſionis nullitate dicere: ut uno concinunt ore *Ricc. reſol.* 550. *n.* 2. *& ſeqq. par.* 1. *Mirand. man. Prælator. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 1. *concluſ. unic. Jo. Azor. inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *qu.* 10. *verſ. poſtremùm*, apprimèque *deciſ. Rot. Rom.* 705. *n.* 3. *par.* 2. *& deciſ.* 779. *nu.* 11. *par.* 1. *poſt Farinc. poſth.* etenim tunc cenſetur potiùs perſeverare in eodem timore, quàm profeſſionem approbare: quoniam metus ab initio

indictus in cæteros actus ſubſequentes invehitur: ex allatis *deciſionibus Rot. Rom.* inſinuat *Ciarlin. contr. for. cap.* 108.*n.* 63. *Farinac. fragm. crim. verb. metus*, *n.* 163. *Panimoll. deciſ.* 102. *n.* 13. *par.* 2. Nec expiatus cenſetur metus, niſi poſt lapsũ plurimorũ menſiũ poſt mortẽ metũ inferẽtis: ut ex *c.* 1. *verſ. qui verò, de Regul. in* 6. *Rot. Rom. in* Recenſ. *deciſ.* 397. *n.* 2.3. *p.* 4. *deciſ.* 2. *n.* 2. *poſt Tãbor. de jur. Abbatiſ. Panimoll. d. deciſ.* 29. *n.* 56. & perſona, cui fuit illatus metus, redacta ſit ad plenã libertatẽ: *c. cùm locus de ſponſ. c. accedẽs, de Procuratorib. Panimoll. d. deciſ.* 102. *n.* 14. ubi plura affluenter aſtruit in adnotationibus ſubſequẽtibus de metu, eo autẽ in humanis exiſtente, metus non dicitur purgatus; ſed exiſtens: *Avendañ. de met. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 31. *Hermoſ. ad Lap. leg.* 56. *gloſſ.* 2. *tit.* 5. *par.* 2. *n.* 80. *Camarat. reſp. deciſ. art.* 1. *n.* 59. *p.* 1. durante igitur reclamãdi impedimento, quinquennium labi nõ dicitur: edocent nuper allati, additis *Coſta noſter conſ.* 38. *n.* 52.53. *Caren. reſ.* 81. *n.* 33. *Cutel. de donat. tr.* 1. *diſcurſ.* 2. *part.* 3. 32. *Pax. Joan. lucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *nu.* 99. *Tambor. de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 6. *qu.* 25. *nu.* 8. & ſuſtinet *Groſſ. contr.* 41. *à nu.* 21. *ad finem*, *Navar. comm.* 4. *de Regul. n.* 76. *verſ. ſecundo*, *Leſſ. de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *n.* 63. *Gratian. diſcept. cap.* 413. *n.* 9.10. *Dian. reſol.* 53. *tr.* 2. *p.* 3. *Antonell. de regim. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 2. *lib.* 11. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 31. *n.* 34. ubi quamvis aſtruat ex cohabitatione diuturna ratificari Matrimonium metu initum; attamen dato impedimento reclamandi, cõtrariã probationẽ admitti ait *Menoch. de præſump. p.* 1. *q.* 95. Cõcil. planè Tridẽtinũ nititur ratione præſumptæ profeſſionis irritæ, per quinquennium ratificatæ, quòd ſecùs eſt ſi legitima impotentiæ reclamandi afferatur cauſa, & ſic explicãdo: erudiũt præter recẽſitos *Lezã. ſum. verb.* Regul. *c.* 2. *n.* 8. *Tãbor. de jur. Abb. to.* 3. *diſp.* 6. *n.* 7. *Gratian. d. cap.* 413. *nu.* 9. & *cap.* 440. *nu.* 25. *Dian. d. reſol.* 53. *par.* 3. *tract.* 2. *Panimoll. deciſ.* 29. *nu.* 47. & poſt omnes *Henriqu. Zoëſ. lib.* 3. *comm. decret. tit.* 31. *de Regul. n.* 46. Undè ſic pronunciavit, & cum Reverend. Judice Eccleſiaſtico Trib. Conciſtorij S. R. Conſciẽtiæ, nobis cum Dominis Collegis ſuperiùs adductis, in eo ſedẽtibus an. 1684. ſtatuit, nullam fuiſſe profeſſionem Soror. Marię Aloyſię Ciambri Monialis in Vener. Mo-

Digitized by Google

Monaſterio Stigmatum, ob metum illatum per avunculũ ſupra viventē poſt quinquennium.

133 Nullitate igitur profeſſionis pronunciata, omnes actus ſubſequentes confecti ante profeſsionē preſumuntur, itidem meticuloſi: *Panorm. in cap. locum de ſponſ. Sylva ſum. verb. Matrimonium* 8. *n.* 11. *Rot. Rom. apud Farinac. deciſ.* 155. *n.* 5. *p.* 1. potiſſimùm ſi proteſtatio præceſſerit *Avēdañ. de met. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 51. 61. *& ferè per totum. Fōtanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *Gloſſ.* 2. *par.* 6. *n.* 53. *Bellut. opuſc. Miſcellan. appar. opuſ.* 1. *n.* 115. *& de validitat. & nullitat. profeſſ. n.* 17. *Lezan. ſum. qq. Regul. cap.* 2. *n.* 22. *& cap.* 24. *n.* 26. Arguitur namque ex proteſtatione metus, licèt ex ea haud plenè, & cōcludenter probatur: *Honded. conſ.* 29. *n.* 54. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 395. *n.* 6. *Farinac. deciſ. crim.* 295. *n.* 6. *Sperell. deciſ.* 79. *n.* 54. *& ſeqq. tom.* 1. Ex quibus deſuper congeſtis neceſſariò ſcatet renunciationes per Moniales, & Monachos ante profeſſionem confectas nullas, irritaſque manere.

Differere tamen acriter in Regno notavimus, num in hiſce declarandis Religioſorum nullitatibus vocandos eſſe conſanguineos, alioſve intereſſe habentes, & accitos, an eis licitum ſit appellare, ac de attentatis obijcere, potiſſimùm ſi Monaſterium ſententiæ nullitati acquieverit? *D. Larrea* ad id anteſignanus autumavit eos non eſse vocādos, etenim de re ſpirituali agitur, in qua de ſubſiſtētia, & in ſubſiſtentia contractus initi inter Cœnobiũ, & Religioſos tantùm tractandum eſt, ut lato calamo edocet. *in ſua deciſ.* 63. *ferè per totum, tom.* 2. annuitque *Gratian. diſcep.* 850. *n.* 3. 4. *& 9. ac per totum*, ſubdens intereſſe, quod in conſequentiam venit in judicijs, non tanti faciendum eſſe, ſed intuendum ſolum id, ad quod principaliter negotium ſpectat; idque vocandum eſſe concludit, & in ſpecie præſentis hypotheſis conſanguiniorum, aliorumve intereſſe, in hiſce profeſſionis nullitatibus habentium firmat, conſequutivum, ac burzale eſſe, extraneum prorſus ab ipſa profeſſionis nullitate, in qua nefas eſt eum adducere: ejuſdem ſententiæ fuere *Marant. reſp.* 38. *par.* 2. *Paſqualig. ad Laur. de Franch. de contr. inter Epiſcop. & Regul. par.* 1. *ſub. n.* 27. *P. Donat. in prax. Regul. tract.* 12. *q.* 19. *n.* 11. *Cama-*

rat. reſp. deciſ. 3. *per totum.Pignatell. conſult.* 178. *à n.* 1. *& ſeqq. tom.* 9. *Cæſar. Panimoll.* tandem *in adnot.* 2. *deciſ.* 29. cenſuit hoſce intereſse habẽtes, in allato profeſſionis nullitatis judicio vocandos minimè eſse; verùm ipſis inſtantibus audientiam non eſſe abnuendam, ni odia inter conſanguineos ingraveſcerent: potiſſimùm ſi ex ſententia nullitatis, ſuboriretur articulus ſucceſſionis: *ex Pignatell. conſult.* 4. *tom.* 1. tandem *Panimoll.* in ſuſpenſo relinquendo materiam, ſubdit recurrendũ eſſe ad Sacr. Congregationem Concilij: difficultas equidem maxima agnoſcitur, ſi tales intereſſe habentes, jam in recenſito judicio nullitatis profeſſionis admiſſi, valent de attentatis obſtare, eiſque licitum eſſe appellare, itidem quo ad ſuſpenſivum; negat herclè *ex Lancellott. de attentat. par.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 14. *n.* 27. *verſ.* 3. *Scacc. de appell. qu.* 17. *lim.* 6. *memb.* 4. *n.* 111. *Rot. coram Mantic.* 332. *n.* 15. *& coram Coccin. deciſ.* 90. *n.* 2. *Schettin. de terſ. ven. ad cauſ. cap.* 1. *inſpect.* 2. *n.* 58. *par.* 2. erudiẽtes terſium nequire de attentatis obijcere, neque illorum expurgationem expoſcere: ſe arcuit tamen ab hac ſententia *Berdon. de profeſſ. Regul. cap.* 22. *num.* 41. *ex deciſ. Rot. Rom.* 370. *n.* 4. *& ſeqq. par.* 9. *Recenſ.* ſi per primordialem cauſæ commiſſionem Epiſcopo indultam, via hiſce intereſſe habentibus aperiretur, ob clauſulam (*vocatis vocandis:*) nam tunc tanquam legitimè ad cauſam acciti, & admiſſi, queunt à contraria ſententia provocare: ſubditque *Pignatell. d. conſult.* 178: *nu.* 8. *tom.* 9. *Rot. Rom. deciſ.* 313. 343. 358. *coram Duran. & deciſ.* 199. *par.* 16. *Recenſ.* potiſſimùm ſi ex ipſa nullitatis profeſſionis ſententia flueret bonorum, & ſucceſſionis reſtitutio: ut in allata *deciſ.* 199. *par.* 16. *Recenſ. & deciſ.* 514. *p.* 18. Aliqui verò autumavere ex hiſce profeſſionis nullitatibus, publicã honeſtatẽ, decus, ac utulitatẽ lędi: *Pignatell. conſult.* 176. *n.* 23. *tom.* 9. *Panimoll. d. deciſ.* 29. *annot.* 2. *n.* 12. 13. meritò quemlibet de populo admittendum, & audiendum eſſe firmant ſolertiſſimus *Conſil. Blaſ. Altimar. in ſuo exarato tract. de nullit. rub.* 4. *q.* 2. *n.* 23. *Raynald. in commen. ad Bannim. gener. Bonon. lib.* 3. *cap.* 34. *§.* 10. *n.* nec diſcrepat *Gratian. diſcept. cap.* 356. *n.* 13. 14. ut de carnali Matrimonio ex oraculo *Abbat. in cap. tenor, n.* 7. *de ſentent. &*

re

re judic. dixit *Rot. coram Achill. de Graſſ. deciſ. unic. qui matr. accuſ. poſſ.* de quo valet argumentũ ad ſpirituale, *Rot. coram. Carrill. deciſ.* 80. *nu.* 10. *& ſeqq.*

Attamen in noſtro Siculo Regno per tres conformes rejecta fuit appellatio quoad ſuſpenſivum per cõſanguineos, intereſſe habẽtes interpoſita, & fuit concordi voto dictum non audiatur D. Gaſpar Fardella conſanguineus terſius: ut affert *D. Philip. Cammar. in ſuo reſp. deciſ.* 3. ſicque de recenti in Trib. Monarchiæ per Reverendiſs. & Illuſtr. Dom. D. Auguſt. Joſeph Torquillo digniſſimum, ac ex omni parte ſemper venerandum Judicem fuit declarata nulla profeſſio emiſſa per Soror. Magdalenam Valdina Monialem intus Cœnobiũ Stigmatum, quæ confeſtim è Monaſterio exeundo habitum dimiſſit, ipſo acquieſcẽte Monaſterio, pariterque non fuit admiſſa quoad ſuſpenſivum appellatio interpoſita per Reverend. Abb. D. Bernardinum Noceti Prælatum domeſticum Suæ Sanctitatis Archidiaconum in Cathedrali Urbis Meſſanę Eccleſia, & Beneficiatus Eccleſiæ Parochialis S. Petri Urbis ejuſdem, qui tanquam hęres in Anima, & abſolutus Fideicõmiſſarius obſignatus ab Ill. D. Joanne Valdina Principe Monialis Fratre in eodem nullitatis profeſſionis judicio fuit accitus, citatus, & ad plenum auditus.

Verùm enim verò poſt has moras Romæ per Sacr. Cõgregationem in una Barchinonẽſi nullitatis profeſſionis die 22. Junij 1699. fuit decretũ ad fratris inſtantiam, & à ſententia appellantis, quod Don Bernardus Hieroſolymitanus Eques reaſſumat habitum. Notandum tamen eſt quod in hac Barchinonenſi cauſa inſanabilis aderat citationis defectus: etenim in primo judicio, neque Religio, neq; illius Promotores, & Officiales, nec alia fuit citata perſona.

Haſce equidem renunciationes, Novitiæ confici debẽt inter duos menſes proximos, ante profeſſionem, de Epiſcopi tamen, vel ſui Vicarij venia: quod ſtatuit Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 16. *Molfeſ. ad conſuetud. Neap. tit. de renunc. qu.* 16. *n.* 21. *Staiban. reſol.* 85. *n.* 1. 2. *lib.* 1. & alij infra: verùm ſi profeſſionem ex cauſa Novitia, vel Novitius eſpirato probationis anno, diſtulerit, opus non eſt ut efficiatur renunciatio intra bimeſtre proximum profeſſioni, quam pote-

te-

terat tranſacto anno fieri, ſed ſufficit ut agatur infra bimeſtre proximum confectæ profeſſionis, ut apprimè erudiũt *Sanch. lib. 7. mor. cap. 5. n. 15. 20. 31. 33. Caſtr. Pala. oper. mor. tract. 16. diſtin. 1. part. 17. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 66. n. 11.* & poſt eos *Pellizzar. man. tom. 2. tr. 10. cap. 2. ſect. 3. n. 63.* ubi *ex Caſtro Pal.* aſſerit attenta Sum. Pontificis diſpenſatione, ut profeſſio conficeatur ante annum probationis; peragi poſſe renunciationem intra bimeſtre, profeſſioni proximum, licèt neque *Pellizzar.* neq; *Barboſa* ex probabili ratione hanc *Caſtri Palai* ſententiam approbant. Congruũt profectò cuncti, eam firmam eſſe, ſi ea modicò ante emiſsã profeſſionem tempore confecta fuerit, ut *ex Barboſ. Sanchez, & CaſtroPal. Pellizzar. ibidem*, addito *Marant. reſol.* 3.

Urgium herclè haud levè verſatur inter Moraliſtas, ac Noſtrates in ſolutione alterius magni ponderis hæſitationis: nimirùm an donationes, aliæque renunciationes confectæ per puellas ante Religionis ingreſsum, ratione verò Religionis ingrediendæ, abſque tamen ſolemnitatibus in recenſito Tridentini Concilio enunciatis ſubijciantur nullitatibus in dictis per idẽ Tridentinũ Concilium? etenim quamplurimi magni nominis ſcitiſſimi viri cenſuere eſſe comprehenſas, & abſque allatis ſolẽnitatibus peractas, nullitati ſubjacere, & sũt *Azor. Inſtit. mor. par. 1. lib. 13. ſub. qu. 2. verſ. quæres. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 41. dub. 4. n. 40. P. Molin. eodem tract. tract. 2. diſp. 139. Emmanuel Sà ſum. verb. Religioſ. Marſil. declarationem Sacr. Congreg. Concilij affert, in d. cap. 16. de Regular. ſeſſ. 25.* concinnentes eſſe haſce renũciationes comprehenſas ſub decreto Trid. Cõcil. imò fraudolẽtas, ac in everſione eiuſdem Concilij peractas: ejuſdem ſententiæ fuere Epiſcop. *Paul. Fuſc. de viſit. Eccleſiæ lib. 2. cap. 18. n. 37. Zech. de Regular. cap. 3. n. 10.* & alij quos affert, & ſequitur lato de more, exarato calamo *Scopp. ad Gratian. in obſerv. deciſ. 37. a n. 4. ad 16. Barboſ. de Jur. Eccl. univerſ. par. 1. cap. 42. n. 235.* Diſparis verò ſenſus fuere *Marant. reſp. 3. & 29. tom. 4. Fauſtus in theſaur. Religion. lib. 5. 183. Steph. Quarant. ſum. Bullar. verbo Monaſterium. Paſſarell. de privil. Minimor. cap. 37.* cuncti ex declaratione Sacræ Congregationis innuentes ſub allato

Tri-

Tridentini decreto tantùm eſſe deviƈtas renunciationes, confeƈtas per Novitias jam Cœnobium ingreſſas, nulla per eos admiſſa extenſione, ſicque fuiſſe declaratum per Sacr. Congregationem Concilij affert *Gratian. deciſ.* 37. qui, ex rationibus per eum poſtmodùm adduƈtis cum oppoſitis annuere videtur: os tamen ſuum claudit ob enũciatam Sacræ Congr. declarationem: licèt in *diſcep. tom.* 5. *cap.* 975. *num.* 31. abſolutè cum hac ſecunda tranſit ſententia: & cum ea *Dian. reſol. moral.* 55. *tom.* 3. *traƈt.* 2. & *par.* 8. *traƈt.* 6. *reſol.* 87. *Barboſ. allegat.* 66. *nu.* 17. *Caſtro Palau. oper. mor. traƈt.* 16. *diſp.* 1. *pun.* 17. *n.* 4. *Sanch. lib.* 7. *moral. cap.* 5. ubi laxè *tom.* 2. *Staiban. contr.* 85. *n.* 7. *tom.* 1. glomerantes recenſitum Tridentini decretum ad renunciationes peraƈtas per puellas in Religione quamvis admiſſas: non tamen ad habitum acceptas porrigendum haud eſſe: nec diſcrepant *Garcia par.* 11. *de beneſ. cap.* 9. *n.* 15. & poſt eos *Pellizzar. man. to.* 2. *traƈt.* 10. *cap.* 2. *ſeƈt.* 3. *nu.* 59. & 60. Oppoſitum tandem conſuluit *Menoch. conſ.* 388. *n.* 7. *lib.* 4. varijſque ſolidiſſimis rationibus, ſuam roboravit opinionem, erudiens eſſe deviƈtam ſub enarrato decreto renunciationem, ſeù donationẽ aƈtam per puellam nondum Monaſteriũ ingreſſam, nec habitum ſuſcipientem: Nos autem inter tot Sapientũ diſcriminatas ſententias putamus; eas eſſe comprehenſas ſub diƈto Concilij Trident. decreto renunciationes, & donationes, ex quibus pręſumptiva elicitur fraus, pro quibus *Sæ*, *Leſſij*, *Azoris*, *ac Molinæ* ſententiam procedere, eaſq; eſſe cenſemus, quæ conficiuntur per ingredientes Monaſterium, nondum receptas, nec habitum retinentes, & poſtmodùm profitentes, ac eas, quas agunt in ſęculo exiſtentes, & poſt modicùm temporis lapſum, Monaſterium petientes; ſuo legitimo tempore profitentur: non autem confeƈtas per exiſtentes in ſęculo, & poſt prælatũ temporis intervallum, prudentis arbitrio Judicis, Monaſteriũ ingrediẽtes, profeſſionem emittunt: nam haſce ultimas renunciationes, & donationes omni carere ſuſpicione, & fraude autumamus.

134 Metus ſiquidem illatus ab eo, cui reverentia debetur, ſufficiens eſt ad infirmandam profeſſionem: *cap. puellæ*, 20. *qu.* 1. *cap. cùm virum*, *de Regular. Navar. cap.* 22. *n.* 51. &

& conſ. 89. *n.* 51. *de* Regular. affluenter *Dian. reſol.* 92. *par.* 3. *tract.* 21. *de dub.* Regular. *Larr. deciſ.* 63. *num.* 15. & ſi minæ, ſeù verbera præceſſerint, ſentiunt *Ponſ. de Matrim. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 3.8. *Bordon. contr. moral. tit. de profeſ. Cohart. contr.* 33. *n.* 13. *Rot. apud Merlin. deciſ.* 590. *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 6. *q.* 2. *n.* 18. 19. *Suarez allegat.* 24. *Pellizzar. de profeſs. Relig. to.* 2. *tr.* 10. *cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 24. 25. *Azor. inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 9. latè *Caſtill. Sot. Major. infra*: imò importunæ preces, affectatæ blanditiæ, vultus aſperitas, indignationes oſtenſæ, gravem inficiunt metum ad invalidandam profeſſionem: *Ponſ. de Matrim. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 17. *& tit. de conſenſ. & dolo, cap. puellæ,* 20. *qu.* 3. *cap. cùm virum, de Regular. cap.* 10. *nu.* 43. 48. *&* 60. *Caſtill. quotid. contr. par.* 3. *c.* 1. *n.* 153. *Pellizz. ibid.* fortior in ſorore puella reſpectu fratris majoris, in qua minor exigitur metus: *Rot. Rom. apud Merlin. deciſ.* 620. *à n.* 1. *& ſeqq.* imò in ea ſemper præſumitur metus reverentialis: *Paſqual. de virib. pat. poteſ. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 37. *Joan. Bapt. Hodier. contr.* 16. *n.* 12. *lib.* 1. *Avendañ. de met. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 61. *Donad. de renunc. cap.* 39. *n.* 14. Si ſimul cohabitaverint, & ab eo ſoror minor gubernatur, ſentiunt *Franc. Ant. Coſt. Meſſan. conſ.* 32. *n.* 70. *Epiſcop. Sperell. deciſ.* 79. *nu.* 63. *Ventrigl. prax. Eccleſ. par.* 1. *annot.* 4. *§. unic. n.* 29. 30. 31. ubi alios affert, in quos metus cadit reverẽtialis: hanc verò ultimam ſententiã impugnant alij putantes in ſorore minore ſemper præſumi metum reverentialem, cohabitatione ſecluſa: *Avendañ. Paſqual. Hodiern.* additis *Graſſ. de except. excep.* 11. *n.* 33. *Intrigliol. de caſib. conſcien. cent.* 1. *caſ.* 41. *nu.* 13. & alijs per *Altograt. cõſ.* 50. *n.* 271. *Camar. reſp. deciſ. art.* 1. *à n.* 17. 18. 19. *cum ſeqq.* quidquid ſit de fratre minore non cohabitante cum fratre majore: *Menoch. conſ.* 401. *n.* 207. & de ſorore minore cum ſorore majore nõ cohabitante: nam in iſtis cohabitatio eſt neceſſaria pro inferẽda metus præſumptione: *Guitter. de Matrim. cap.* 78. *nu.* 15.

135 Attamen metus ille noſcitur idoneus ad infringendam profeſſionem, qui cadere debet in virum conſtantem, ac quinque retinet conditiones; nimirùm malum quòd formidatur ſit grave, 2. quòd timẽs fidenter credat malum ſibi imminere, 3. quòd metus infe-

ferens ſit potens, 4. & ſolitus minas exequi, 5. quòd territus deſtitutus ſit alieno auxilio: ut mirè explicat *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 1. *à n.* 10. *Rot. Rom. in Venet. Matrim.* 29. *Novemb.* 1604. *coram Peña, Andreol. tom.* 4. *contr.* 301. *n.* 5. *Sperell. deciſ.* 79. *n.* 42. *& ſeqq. tom.* 1.

Probatur denique metus præſumptionibus, & conjecturis: *Ciarlin. controv. cap.* 108. *n.* 25. *Coſta conſ.* 38. *nu.* 41. *Paſqual. de virib. patr. poteſ. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 38. *Leli. Altograd. conſ.* 24. *n.* 13. *par.* 2. *Ventrigl. par.* 1. *annot.* 4. §. 3. *n.* 1. 30. *Panimoll. deciſ.* 102. *nu.* 28. Si tamen ſint graves, veriſimiles, & propinquæ: at ſecùs leves, remotæ, & inveriſimiles: *P. Boſſ. de Matrim. cap.* 12. §. 22. *n.* 343. *& ſeqq. Panimoll. ibidem adnot.* 1. *n.* 1. Clarificant verò metum, magni animi averſio, repugnantia circa geſtum, meſtitia, querelæ, ac lachrymę: *Boſſ. n.* 362. *Sperell. deciſ.* 75. *n.* 2. *tom.* 1. & proteſtationes, quæ omnes ceſſare faciunt tacitam ratificationem: ut ex nonnullis deciſionibus *Rot. Rom. poſt Dian.* probat *Otthobon. deciſ.* 117. *n.* 5. *& ex eo Camarat. reſp. deciſ.* 1. *art.* 2. *num.* 113. & per teſtes ſingulares *Maſcard. de probat. concluſ.* 1056. *nu.* 2. *Gregor. XIII. deciſ.* 326. *à nu.* 47. *& ſeqq.* & alij per *Camarat. n.* 30.

136 Veritas ſanè hujus concluſionis eſt, totum eſſe relictum judicantis prudenti arbitrio, an metus ſit ſufficiens ad annullandam profeſſionē, & quando dicatur cadere in conſtantem virum, qui inſpectis circumſtantijs, & perſonarum conditionibus, metum abſolvere debet: etenim diverſimodè territur vir rixoſus, & armorum expertus, quàm pacificus, inermis, ac fœmina, in quibus minor ſufficit metus: *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 4. *nu.* 2. 3. *P. Peyrin. tom.* 2. *conſtit.* 4. *Gregor. XV.* §. 9. *n.* 28. ſed vide *Card. Lucam de Regal. diſcurſ.* 44. *nu.* 4. 5. *part.* 14. *Andriol. contr.* 301. *lib.* 4. *Panimoll. deciſ.* 102. *annot.* 1. *n.* 8. ubi plura aſtruit circa metum.

137 Ratam ulterius, ac convalidatam eſſe profeſſionem autumant nonnulli, ex novo voluntario conſenſu in manibus Superioris præſtito, acceptante tamen eo, ac cunctis de Conventu: ut ex *Rot. Rom. Recenſ. par.* 4. *deciſ.* 179. *n.* 8. *Card. Luca ubi nuper n.* 6. 8. ubi apprimè ſubdit, niſi alio patiatur defectu ex ſubſtantiali forma, putans nullitatem ſcatentem ex cauſa interrum-

ptionis anni probationis, nequaquam conſaneſcere, ex actu geſto coram Superiore, ac alijs Religioſis, declarando velle eſſe Religioſum, quocumque defectu, tàm ratione nullitatis, quàm voluntatis non obſtante: hic quippè, actus ſapit, imò eſt novæ profeſſionis ſpecies, & valeſcit ex nunc; meritò novo indiget Novitiatu, *ut Card. de Luca, ubi ſupra n. 9. diſcur.* 44. magiſtraliter fatetur: neque inquam per Sacros Ordines, durante metu ſuſceptos, ratam præſumi profeſſionem firmat *Mirand. man. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 1. *concluſ. unic. Barboſ. alleg.* 104. *n.* 18. *in medio, par.* 3. *Navar. conſ.* 6. *de his, qu. vi, & de Regular. comen.* 4. *n.* 72. *Rodriq. qq. Regul. tom.* 3. *qu.* 16. *Henric. Zoëſ. lib.* 3. *decr. de Regular. tit.* 31. *n.* 47. Licèt diſſonat, ac contrarium deciſum affert *Novar. Lucern. Regular. verb. profeſſio n.* 32. ſentiens per Ordinis ſuſceptionem, tacitam elicere profeſſionem: ita pari ſchemata per geſtationem veli, & habitus, quos deferre aſſolent profeſſi, ſi tamen deferēs de nullitate conſcius fuerit, ac recenſitam geſtationem, glomeratā profeſſioni eſſe, quòd itidem procedit in alijs ſimilibus tacitā redolentibus profeſſionem, quos refert *Ricc. prax. part.* 3. *reſol.* 329. & faciunt *Azor Inſtit. mor. tom.* 1. *cap.* 4. *qu.* 7. *lib.* 12. *Gratian. diſcept. cap.* 640. *n.* 31. *& cap.* 413. *n.* 2. 3. *Barboſ. de Jure Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 157. 162. *& ſeqq. Campanil. diverſ. rub.* 12. *cap.* 4. *à n.* 4. *& ſeq.* & intenſionem profitendi retineret: *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *n.* 63. 67. at ſecus ſi negativè ſe habuerit *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 6. *qu.* 13. *n.* 9. *tom.* 3. Nimirùm reclamando, aut oppoſitum obſtentando animum; præſumptionem, namque tacitæ profeſſionis, tunc cōquieſcere inſinuant *ex Menoch. præſumpt.* 83. *n.* 17. *lib.* 6. *Rot. Rom. in Recenſ. p.* 1. *deciſ.* 579. *n.* 3. *&* 4. & poſt *Tāb. ibidem deciſ.* 3. *n* 52. 53. quos cumulat *Panimoll. deciſ.* 29. *n.* 52. 53. *&* 54. ſubdit infra tamē quinquēniū *Cajetan. in* 2. 2. *q.* 198. *art.* 5. cōqueſtu equidē, ac obteſtatione infra quinquēniū haud prolata, ex recēſitis actibus depromitur ſciētia, & profitēdi animus, ſi ultrò profeſsionē effecerit: *Barb. d. cap.* 42. *n.* 160. *Gratian. ibidē Ventrigl. prax. annot.* 47. *ʒ. uni. n.* 20. 21. niſi cauſa metum influens perduraverit ultra quinquennium: *Navar. cōmun.* 4. *de Regular.* etenim actus

actus enunciati licèt ſoluti præſumuntur, acti tamen metu dicuntur geſti, ſi adhuc duret cauſa metus: *Seraph. deciſ.* 771. *n.* 10. *Rot. Rom. in Recenſ. par.* 1. *deciſ.* 589. *n.* 5. 6. nec expiatus unquam metus dicitur, niſi poſt lapſum plurimorum menſium, quos Monialis, vel Religioſus cōſūpſerit in Cœnobio permanēdo, poſt obitū metū indicētis, ut ſupr. adduximus, *ex Rot. Rō. ibidem, & poſt Tambor. deciſ.* 3. *n.* 2. *& alij per Panimoll. n.* 56. *& in adnot.* 2. *n.* 22. & in ſua plenaria libertate, nec diſcrepant *Boſſ. de Matr. cap.* 12. *§.* 23. *n.* 422. *Donat. in prax. verb. Regular. tom.* 2. *part.* 4. *tract.* 8. *qu.* 15. *n.* 11. *Rot. Rom. ibidem deciſ.* 705. *n.* 1. *& deciſ.* 851. *n.* 1. *par.* 1. cuncti uno annuentes voto hoſce allatos actus, tacitam inferentes profeſsionem, eam nō inducere, ſi peracti fuerint durante metus causâ, etiam ſi infra quinquennium profeſſus ad ſacros aſcenderit Ordines; infra, namque quinquennium de jure ratificationem haud preſumi edocent *Dian. reſol. mor.* 49. *tract.* 3. *par.* 4. *Bordon. contr.* 32. *n.* 25. *de ratific. profeſſ. Barboſ. alleg.* 104. *n.* 18. *de poteſt. Epiſcop. p.* 3.

138 Alij verò blaterant ratificari, ac convalidari nullam profeſsionē, per exiſtentiam in Religione per integrū annum continuum, & nō interpolatū, à die quo conſcius de nullitate, animo tamen, & intentione eam ratam habendi, & convalidandi perſeveraverit, à quo quidem tempore incipit verè eſse profeſſus, & nō aliter; aliàs itidem poſt quinquēniū reclamare poteſt: *Navar de Regul. cō.* 4. *n* 71. *& cōſ.* 9. *de his quævis & cōſ.* 34. *n.* 4. *et cōſ.* 89. *n.* 3. *de Regul. Mirād. d. q.* 30. *art.* 3. *cōcluſ. unic. per Barboſ. alleg.* 104. *n.* 19. licèt in impreſsione tertia oppoſitū ſuſtinere conatur *ſub n.* 19.

139 Inſuper poteſt etiam Religioſus contra ſuam emiſsam profeſſionem reclamare, ſi eā peregit non recepta priùs de natalibus informatione, juxtà formam *Sixti V.* Conſtitutionis, incipientis: *cum de omnibus Barboſ. n.* 20. Undè Judæus ſi in Religione recipitur, ſub erronea ſuppoſitione eū haud eſſe de infideli genere; profeſſio invàlida eſt ob conditionis deficientiam: *ex tex in l. cedere diem, ff. de verb. ſignific. cum concordantibus Navar. conſ.* 87. *de Regular.* quam ſententiā tuentur *Ricc. prax. reſol.* 80. *in fin. Barboſ. d. alleg.* 104. *n.* 20. *Villalob. in ſum. p.* 2. *tract.* 35. *diffin.* 2. *n.* 8. *Rot. Rom. in Recenſ.*

part. 1. deciſ. 175. n. 3. Panimoll. annot. 1. deciſ. 29. n. 5. 6. annectens hanc nullitatem haud confirmari per tacitam profeſſionem; imò poſt quinquenniū de ea reclamari poſſe: *Gratian. diſcep.* 440. *n.* 15. 16. 17. *tom.* 3.

140 Oppoſitam verò ſententiam veriorem eſſe autumamus: etenim Sixti V. recenſitam Conſtitutionem revocavit Clemens VIII. quoad profeſſionis nullitatem, meritò haud infirmari profeſſionem abſque allata informatione; ſed validam eſſe erudiunt *Bonacin. de clauſur. qu.* 2. *punct.* 10. *differ.* 2. §. 6. *nu.* 11. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 13. *Lezan. quæſt. Regular. cap.* 25. *n.* 52. *Ciarlin. contr. cap.* 194. *n.* 26. *lib.* 2. ubi ſubdit allatam Sixti Conſtitutionē contra Religioſos maſculini ſexus incuti, non contra Moniales, eamq; fuiſſe revocatam per Clementem VIII. agglutinat ſub *nu.* 28. ſicq; deciſū affert *Barboſ. n.* 21. Plectuntur tamen Superiores Sixti V. Conſtitutioni non obtemperantes, concludit *Zoëſ. ubi ſupra nu.* 20. Haud porrò objurgātur ſi Novitium minimè implicatum alio obſtaculo, aut impedimento, receperint, abſque tamen informatione: quoniam Sixti V. Conſtitutio contra recipientes criminoſos dirigitur: ut apprimè edocet *Dian. reſol.* 83. *par.* 3. *tract.* 2. *Antonell. n.* 14. ac contra, ære alieno gravatos: meritò inferunt DD. debitorem, cui ſpes ſolvendi non abeſt, non poſſe Monaſterium ingredi, minùſque cum alterius jactura profiteri: at ſecùs ſi ſolvēdi ſpes, abſuerit, quippè tūc bona cedēdo recipitur: *arg. l.* 1. *&* 2. *ff. de ceſſ. bon.* ut cum *Divo Thoma* 2. 2. *qu.* 189. *art.* 6. *ad* 3. concludunt ferè omnes Sūmiſtæ: *Angel in verb. Religioſus, n.* 6. *Silv. verb. Religio,* 2. *qu.* 4. *Armil. verb. Religio, n.* 5. *Tabien. verb. Religio, n.* 12. *& ex Theolog. Palud.* 4. *diſtin.* 38. *qu.* 4. *art.* 3. *concluſ.* 3. *Caiet.* 2.2. *qu.* 189. *art.* 6. & alij, cum quibus ſic *Div. Thom.* explicando concludit *Azor. infra, Leſſ. de Juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 3. *n.* 32. *&* 33. hoc idem firmat de his, qui ad reddendas rationes devicti ſunt: ſecùs tamen putat quoad obnoxios ad ſerviendum, perpetuò juramento parùm refragante, vel ſi in diſcrimine vitam poneret, ſi è ſæculo non ſe abdicaret: nam tunc, aliorum intereſſe parùm refragante, recipitur, & profitetur: *Azor. inſt. mor. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *qu.* 5. *Zoëſ. n.* 19. *lib.* 3. *tit.* 31. *de-*

cret.

*cret. de Regular.Leſſ.ibid.n.*32.

141 Filij autem familias, eorum rogare debent Patres, ut conſentiant ingreſſui eorum in Religione, *cap. licèt*, 16.*de Regular.*& ſi patres renuerint, ingrediũtur,juſtam ſi retinuerint ætatem: *Canon.* 1. *&* 2. 21.*qu.* 1. filij equidem plenum habent jus de ſe, circa parentum præjudicium, jure Canonico inſpecto: *cap. cùm virum*, 12.*in fin. de Regular.* niſi pauperes ſint parentes, qui filiorum indigent auxilio, filijs tunc Divinũ obſtat præceptum:*Canon.*1.*diſtin.* 30. & ita *D. Thom. qu. ult. art.* 6.*&* *quolibet* 3.*art.* 16. ubi idem firmat de parente, non tamen de fratre,& ſorore: allata verò ſententia limitatur, ſi filius perſeverando in ſæculo ruere periclitetur in mortiferum peccatum: *Silverſ. ſumm.verb. Religio*, 2.*q.* 7.*Leſſ.ibidẽ n.*34.

Sed vide *Bellarm.de Monach. tom.* 1.*lib.*2.*n.* 36.*Maynard. deciſ.* 14. *n.* 10.*& ſeqq. lib.* 5. at ſi filij eorum ſpreto conſenſu,profeſſionem emiſerint, valida eſt profeſſio, licèt anathema dicuntur,& profeſſionis effectus ſuſpẽditur, donec parentibus pauperibus fuerit proviſum, niſi filius manens in Religione parentum ægeſtati occurrere valet: *Navar. comm. Regul.* 3. *nu.* 48. è Monaſterio tamen exire queunt, tam ſi parentum inopia præceſſerit,quàm ſi ſubſequatur: *Navarr. de Regul. comm.* 3. *n.* 45. ſi magna,& extrema ſit inopia:*Leſſ. ubi ſupra n.*34. quod nõ ita erit ſi minor fuerit: *Leſſ. Henr. Zoëſ.lib.* 3. *decret. tit.* 31. *n.* 17. Sum. Pontificis veniâ obtẽtâ: *Leſſ.Zoëſ. comment. decret. lib.* 3. *tit.* 31. *de Regular.*

242 Annus equidem probationis de momento ad momẽtum computatur: *Henr. Zoëſ. comm. decret. lib.* 3. *tit.* 31. *de Regular. n.* 11. & incipit à die ſuſceptionis habitus,ſivè à die quo Novitius vitam Religioſam cum alijs Religioſis, & aſperitatem Religionis experiri incipit, & terminatur eadem anni hora vltima, & ſi antea itidem per horas profeſſio emiſſa fuerit, nulla erit: *Dian. reſ. mor.* 57.*par.*3.*tract.* 2. *& par.* 5. *tract.* 5. *reſol.*10. *Barboſ. de jur. Eccleſ.unic.cap.* 42. *n.* 118. ſic per horas duas refert deciſum idem *Barboſ.in ſum. Apoſt. deciſ. verb. profeſſio Regularis*, *n.* 7. Quidquid in contrarium blaterant *Campanil. in diverſ. jur.Canon.rub.* 12. *cap.* 3. *n.* 4. *Henr. ſum.lib.* 13. *cap.*40. *Emman.quæſt.Regul. tom.* 3. *qu.* 15. *art.* 4. *& Gratian.diſcep.c.*413.*n.*22.nã primam ſentẽtiam veriorem,

&

Digitized by Google

& magis communem eſſe au-
tumant ſuperius allati, & cum
eis *Ventrigl.in prax.Eccleſ.an-*
not. 47. ʒ. *unic.n.* 4. Qui qui-
dem probationis annus non
interpellatus, ſed continuus
eſſe debet: *Campanil. diverſ.*
jur. Canon. rub. 12. *cap.* 13.
Mirand. man. qu. 22. *art.* 4.
concluſ. unica,Azor. inſtit.mor.
par. 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *qu.* 8.&
alij per *Barboſ. alleg.* 101.*par.*
3.*n.* 23. & explicat *Dian.reſ.*
57.*par.* 3. *tract.* 2. *Antonell.*
de regim. Eccleſ. lib. 7.*cap.* 9.
n. 5. ut de omnibus ſe imbuāt
Novitij auſteritatibus: *Navar.*
conſ. 89. *lib.* 1. *Leſſ. de Juſt.et*
jur. lib. 2.*cap.* 41. *diſp.* 7.*nu.*
59. Et ſi per triduum extra
Monaſterium commoratus ſit
Novitius, probationis annus
continuus haud dicitur, ſed
interruptus: *Galet. margar.ca-*
ſu. conſcien. verb. Novitius, 2.
Barboſ. n. 25. Neque conjun-
143 guntur tempora pro proba-
tionis anno complendo: *Syl-*
veſ.ſum. verb. Religio, 5.*qu.*4.
n. 4. *Barboſ. n.*24. Niſi de Su-
perioris venia è Monaſterio
exiverit, habitumque retinen-
do: *Navar. conſ.* 41. *n.* 3.*de*
*Relig. Lezan.ſumm. quæſt.*Re-
gul. tom. 1.*cap.*25.*n.* 23.*Bar-*
boſ. nu. 28. juſtâ tamen acce-
dente cauſâ: *Navar. n.* 3. &
conſ, 82.*n.* 4. Ricc. *prax. reſ.*
246.*par.* 1.*Lezan. ubi nuper*
144 *n.*23.Nimirū ob morbi cau-
ſā,*Pellizz.man to.*2.*tr.*10.*c.*2.
ſec. 2.*n.*47.vel Monaſterij ne-
gotiū:prævio tamē Superioris
permiſſu, & per breve tēpus,
ita ut dici haud poſſit eum
non periclitari notabiles Reli-
gionis aſperitates: ut mirificè,
cōciliando opiniones, edocet
Ventrigl. ubi ſupra nu. 10. ſed
vide infra. Opus ſanè haud
eſſet, ut auſteritates in ſpecie
probet, cum ſat eſt, ut ſe
eis in genere imbueret: *Na-*
var. conſ. 31. *n.* 4.& *conſ.*41.
n. 3. *de* Regular. *Flamin.de re-*
*ſignat. benef lib.*3. *q.*13.*n.*13.
*Henric. Zoëſ.ubi ſupra d. lib.*3.
tit. 31. *nu.* 7. & ante eos ma-
giſtraliter *Azor. inſtit. moral.*
tom. 1. *lib.* 12. *cap.* 3.*quæſt.* 7.
Subditq; tamē *Lezan. in ſum.*
qu. Regul.*tom.* 1.*cap.*25.*n.* 23.
145 Profeſſionem haud eſſe
nullam,itidem, ſi cauſa indul-
gendi tale permiſſum, irratio-
nabilis ſit, & hoc idem firmat
Antonell. ubi ſupra n. 6.*in fine*:
agglutinant verò allati per
Dian. reſol. 84. *par.*3. *tract.*2:
haud interrumpi probationis
annum, ſi Novitius retento
habitu, abſque Superioris ve-
niâ, vel cum venia indebitè
indulta exierit, dummodò ad
Monaſterium redire intēdat:
nec diſcrepat *Antonell. num.* 6.
verſ. addunt: at ſi redeundi nō
habuerit animum, & ſine Su-
pe-

perioris venia, aut abacto habitu exierit, annus probationis dicitur intermiſſus, & ad profeſſionem non admittitur, niſi de novo alio expleto probationis anno: *Barboſ.* & alij per eum *in ſumm. Apoſt. deciſ. verb. profeſſio, & de jur. Eccleſ. unic. cap. 4. n.* 124. etiam ſi mora fuerit modica: *Ventrigl. prax. Eccleſ. annot.* 47. *§. unic. n. 7.* Niſi ob nimiam Superioris aſperitatem, & minas perterritus, animo ſe celandi, & redeundi aufugerit: *Barboſ. n.* 128. aut in patris manſionē expleto anno cū habitu cōmoraverit, ac exindè ſi retēto redeūdi animo, ſubitò reverſus fuerit; ad profeſſionem admittitur: *Barboſ. ibidem, Ventrigl. n.* 9. etiam ſi per longum tempus extra Monaſterium ſe detinuerit: cenſet *Reg. de Marin. reſ.* 282. *n.* 3. *lib.* 1. niſi conditio perſonæ fuerit mutata, *Pellizzar. d. ſect.* 2. *n.* 48. Undè cecutavit *Bordon. cap.* 14 *de profeſ. n.* 10. autumans egredientem è Religione completo jam probationis anno, animo tamen non redeundi, redeundo non indigere novo novitiatu: etenim ſuā opinionē cōtra communem, & veriorem eſſe tuentur *Cavaler. deciſ.* 129. *Merlin. deciſ.* 522. *nu.* 2. *de Luca ad Ventrigl. obſerv. ad annot.* 47. *nu* 5. cæterum ad hoc ut Novitiatus iterùm ex integro incohetur, opportet ut Novitius animo deſerēdi Religionem habitum dimiſerit, & abſque Superioris venia diſceſſerit: inſinuat *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 14. *nu.* 13. *par.* 13. *Card.* autem *de Luc. de Regul. diſcurſ.* 46. *n.* 14. *par.* 14. ait hanc quæſtionem eſſe hodie ſopitam ex decreto Cōciliare, ex quo habetur quod annus probationis continuus, integer, & abſq; interruptione eſſe debet ad hoc ut in omnibus, & ſingulis anni menſibus experimentum habeatur, nulla itidem admiſſa juſta cauſa, nec Superioris venia: *Ciarlin. contr.* 108. *n.* 26. *Gratian. cap.* 165. *n.* 14.

146 Verùm enim verò huic anno probationis renunciare haud valet Novitius: *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regular. Zoëſ. n.* 10. imò nullam eſſe profeſſionem, ante probationis annum emiſſam, edocet *Henric. Zoëſ. n.* 9. aut ante ætatem in Concil. Trid. præſcriptam: nimirùm ante decimum ſextum annum, autumant infra citandi: licèt per Religionis ſtatutū major exquiratur ætas, *Card. de Luca, de Regular. diſcurſ.* 45. *nu.* 6. *par.* 14. & alij ab eo.

Ad clarificandā deniq; profeſſionem Monialis non requi-

quiritur ſcriptura; ſed ſufficiunt teſtes, *P. de Franch. deciſ.* 384. *n.* 5. *Gratian. diſcep.* 640. *n.* 5. *Ricc. in prax. deciſ.* 437. *de Petr. conſ.* 18. ratione differentię inter profeſſionem Monialium, & Monachorum, ob quartum clauſuræ votum, quam diſtinctionem non admittit *Luc. in animadverſ. Gratian ibidem, & in obſer. annot.* 5. *ad Ventrigl. prax.* ſuſtinens non eſſe neceſſariam ſcripturam, & teſtes ſufficere: ex *Magon. deciſ.* 141. *n.* 18. *Honded. conſ.* 78. *n.* 36. *lib.* 2. *Caravit. allegat.* 104. *Reg. Marin. tom.* 3.

147 Profeſſus planè ad aliud arctiorē Cœnobium ſe traijcere appetens, quit, ſi tamen in alio, eâ tempeſtate, ſub aſtrictiori regula, & conſtitutione vivitur: etenim haud ſufficit, ut Regulæ, ac conſtitutiones ſint duriores, & arctiores, ſed ut tales ſint, & de pręſēti obſervētur: *Azzor. infra*: quod permittitur, ut magìs animę ſuę ſalus roboretur, obtētâ priùs Superioris veniâ, ad hoc ut diſertè trāſitus magìs agnoſcatur, ſi majori ſpiritus perfectione, aut temerarietate, levitate, odio, ira, contēptu, vel alia qualibet perficiatur perturbatione, & ut ejus evitetur contumacia: *cap. licet* 18. §. *ſi verò de Regular.* ac ſine jactura Cœnobij, & Religionis, à qua receditur tranſitus fieret; alioquin ad primum relaxandum eſſe Cœnobium, ſi ſecluſâ Superioris veniâ, tranſiret, edocet *Henr. Zoëſ. lib.* 3. *decret. tit.* 31. *de Regular. tranſ. ad relig. n.* 34. glomerans, ſuperiore renuente allatam indulgere veniam, valere Religioſum tranſire: ex parte namque ſua adimplevit: & Superioris contradictionem protervam eſse, firmant ex allato *cap. licet Azzor. inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *verſ. terſio. quær. & ſeq. Zoëſ. ibidem.*

Hoc tamē in caſu Monachus aliàs in prima Religione profeſſus ad aliā aſtrictiorē ſe cōferēs, annū novę probationis conficere debet, auſteritatibus, namque illius primę Religionis, non de iſta imbutus fuit: ut benè inſinuant *Navarr. conſ.* 62. *de Regul. Zoëſ. ibidem n.* 10. Imò profiteri *iterum tenetur P. Donat. rer. Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *qu.* 29. *Fagnan. in cap. Apoſtolicam n.* 34. *de Regular. Navar. conſ. conſ.* 3. *de Regular. n.* 19. Niſi in Abbatem, Rectorem, vel Præfectum electus fuerit Monachus unius Monaſterij, in altero Monaſterio ut *Fiderici* ſententiam ſectando, concludit *Azor. inſtit. mor. par.* 1. *cap.* 14. *verſ.* 13. *lib.* 12. ſubdit-

ditque etiam *Card. Luc. de Regul. diſcurſ.* 38. *n.* 17. *part.* 14. quòd hunc probationis annum Sacr. Congreg. abreviare aſsolet.

Tranſitum verò ad laxiorẽ locum inconſentaneum, illicitumq;eſſe communiter edocent infra adducendi, niſi ex juſta cauſa, & cum diſpenſatione, quàm indulgere quit Epiſcopus: autumant *Innocẽt. & Abb.* quorum ſententia amplexa communiter haud fuit: etenim de priſco ratiocinantur jure, ex quo Monaſteria ſub Epiſcoporum poteſtate manebant: hodie verò quia Sum. Pontificis ſubſunt auctoritati, & ex ſua delegatione Superioribus, poteſtatem in eos habentibus quaſi Epiſcopalem, meritò à Sum. tantùm Pontifice hæc impertitur venia: quod itidẽ ſtatuit *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de Regul. Zoëſ. ſub n.* 34. *verſ. dixi*, niſi probabile immineret periculum, vel ad Sum. Pontificem difficilis aditus fuerit, tunc allati Superiores tribuũt recenſitam veniam, ſi juſta adeſſet cauſa: *Azor. verſ. octavo quæritur, in fine.*

Mendicantibus autem abſolutè interdicta eſt venia tranſeundi ad quamcumque Regulam, niſi Carthuſienſem, ex Sum. Pontificis placito, ſub excommunicationis ultione; tam recipientibus, quàm receptis indicta: ut enodatè evolvitur *in Bull. Martin. V. anno* 1418. *viam ambitioſæ*, quam afferunt *Zoëſ. ibidem in fine, & Azor. verſ. inter extravagantes*, ubi Martini IV. fuiſſe allatam Bullam aſſerit.

Juſta demũ, ac legitima erit cauſa Religioſi ſcilicet infirma, ac incommoda valetudo, odiũ cęterorũ Fratrũ, aut ſi indignè, & malè tractetur: pro hiſce igitur cauſis facultas trãſeundi conceditur: *Gloſſ. & Abb. in d. cap. licèt*: ſuſtinens tamen *Abb.* non ſufficere Sum. Pontificis indultam facultatẽ ſi juſta non acceſſerit cauſa: nec diſcrepare videtur *Azor. d. lib.* 12. *cap.* 14. *par.* 1. *verſ. quæres quænam*, ſi mutatur in id, quod eſt minùs bonum.

148 Valere planè Epiſcopum loci Ordinarium Monialium numerum in Monaſterijs ſibi ſubjectis ſtatuere, ad hoc ut commodè ſuſtentari poſſint: decrevit *Gregor. XIII. in ſua Conſtitutione Deo ſacratiſs. an.* 1573. & diſponitur per Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ.* 15. *de Regular. cap.* 3. ac habetur *in cap. unico* ꝰ. *ſanè, de ſtatu Regular. lib.* 6. & edocent *Azor. inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *q.* 1. *Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 7. 14. *Quarant.*

rant. ſumm. Bull. verb. Moniales, & alij, quos adducit *Auguſt. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat.* 98. *per totam par.* 3. Numero autem Monialium completo, quæ commodè ali ex Monaſterij introitibus queunt: aliæ ſupra numerum cum ſufficienti tamen dote recipi poſſunt: ſubdunt ex *Navarr. de reddit. Eccleſ. q.* 1. *nu.* 62. *Sanch. in præcept. decalog. lib.* 7. *cap.* 23. *n.* 1. *Suarez de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 17. *Riginald. prax. for. pœnit. lib.* 23. *n.* 29. & ſi aliter factum fuerit, nullum, irritumque erit: ut ex Sacr. Congreg. decretum afferunt *Campanil. & Barboſ.* ubi nuper.

Imò profeſſionē per Monialē ſine dote receptā ultra numerū, & Monaſterij reditus; nullius roboris, ac invalidam eſſe credunt: *ex c. periculoſo, §.* 1. *de ſtat. Regul. in* 6. *Mirand. de ſacr. Monial. q.* 8. *art.* 6. *Sālēger. de re benefic. part.* 2. *cap.* 122. *n.* 1. *tom.* 1. licèt de generali conſuetudine hanc non eſſe infirmandam profeſſionem annectūt, *ex Sanch. Mirand.* & alijs *Sanlenger. ubi nuper, Barboſ. n.* 9. Epiſcopum autem loci Ordinariū, in Monaſterijs ſub Regularium Prælatorum cura viventibus, nullā haberet juriſdictionē, meritò nequaquàm valere in eis Monialium numerum præſcribere, niſi cum conſenſu ſuorum Regularium edocet, & deciſum affert per Sacram Congreg. *Pignatell. in conſult.* 336. *tom.* 1. *Barboſ. ibidem.*

149 Cæterùm Monaſterio in egeſtate labente, Moniales alendæ ſunt, non habito reſpectu ad dotes apportatas; ſed ad Monialium numerum pro rata: ut ex *Bald. in l.* 1. *§. ſed ſcimus, in fine, C. de latin. libert. tollen.* inſtruit *Sanlēger. d. cap.* 122. *n.* 5. Inopiæ equidem caſu eveniente, valere Superiorem, vel Abbatiſſam, Religioſos, vel Moniales cogere, ut ſe ad aliud conferant Monaſterium, concludunt nuper recenſiti.

150 Sed an dos primo tradita Monaſterio, ubi profeſſio fuit emiſſa, ad iſtius remaneat beneficium: an verò cum Moniali ad ſecundum traſfertur Monaſterium? Nonnullorum afflatus ad favorem ſecundi Monaſterij, ubi facta fuit trāſlatio prodivit, autumantes dotem perſonam ſequi: quòd ante omnes dixit *Proſp. Farinac. deciſ.* 115. *nu.* 2. *part.* 2. *Paul. Staiban. reſol.* 125. 126. *tom.* 2. & facit *tex. in l. ſi is, qui ff. de jur. dot.* ſi ab ipſa Moniali, non autem ab alio dos Monaſterio fuerit tradita: cōcludit *Staiban. d. reſol.* 125. *n.*

n. 62. *ubi Sanchez* doctrinam affert, *& ex Gloſſ. in cap.* 3. *in verb. redire, de Cleric. conjug.* abſolutè tranſeunt *Hoſtienſ. et cæteri Scribentes in d. cap.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.* 156. *à n.* 25. *Angel. ſumm. verb. Monaſterium n.* 6. & poſt eos *Reg. Sanfelic. deciſ.* 322. *n.* 8. uno concinentes ore dotem à primo lucrari Monaſterio, ſi Monialis in eo perſeveraverit: *Navar. commen.* 4. *de Regular. n.* 24. fortiùs ſi à ſecũdo Monaſterio coactè admiſſa fuerit Monialis: nam ei ſolvi debet dos à priori Monaſterio: *Pellizzar. infra n.* 70.

151 Alij verò haſce reſpuunt rationes, inſinuantes dotem ad primum pleno jure ſpectare Monaſterium, non autem ad ſecundum: quam ſententiam comprobant *ex §. ſi quis autem, verſ. ſi verò relinquens, Aut: de Monac. ex illis verbis: & vendicetur à priori Monaſterio, Navar. de* Regul. *tom.* 4. *qu.* 2. *n.* 24. *& conſ.* 81. *n.* 9. *de* Regul. Rodriq. *tom.* 2. *de* Regul. *qu.* 79. *art.* 2. *Azor. to.* 1. *lib.* 12. *cap.* 15. *qu.* 3. *Mirand. man. Prælator. Regul. to.* 1. *qu.* 31. *art.* 24. *Barboſ. in cap. quod à te,* 3. *de Cleric. conjug.* eamque probabiliorem eſſe ſubdit, ac ſtrenuè tuentur *Sanch. in præcep. decalog. lib.* 7. *cap.* 32. *n.* 12. *Bonac. qu.* 2. *de clauſur. q.* 9. *§.* 4. *diffic.* 2. *nu.* 6. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tr.* 10. *cap.* 3. *ſect.* 3. *qu.* 13. *nu.* 69. ſicque deciſum affert Sacr. Congreg. anno 1639. in cauſa Monaſterij Sanctæ Crucis Neapolis, & Collaterale Concilium in cauſa Monaſterij S. Mariæ Ægyptiacæ: *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 193. *tom.* 2. nec diſcrepat *Jul. Caput. contr. for.* 22. *per totum, & n.* 18. *& ſeqq. Sanlenger. de re benefic. cap.* 65. *n.* 12. *tom.* 1. ea cun-
152 cti ratione nixi: quoniam dos, ſivè donatio, aut renunciatio, quam Monialis Monaſterio tradidit, nequaquàm cenſetur collata ſub perſeverandi conditione; ſed tantùm uſque ad emiſſam profeſſionem, quâ confectâ, conditio jam remanet purificata, nec aliquid plus remanet agendũ, quidquid indè ſequatur de profeſſi, ſivè profeſſæ perſona: ut ex *Trident. Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. depromunt *Reg. Rovit. deciſ.* 10. *Capyc. Latr. Sanfelic. Staiban. ubi ſupra, & Molfeſ. conſ.* 1. Si translatio de Superioris conſenſu facta fuerit, addit *Sanleger. d. cap.* 65. *n.* 12. nec in alium declinavere ſensũ: *Fontanell. deciſ.* 127. *à nu.* 11. *& ſeqq.* Ripoll. *var. cap.* 13. *n.* 70. *Surd. de aliment. tit.* 9. *qu.* 19. *Bottiglier. theore.* 78. *Jul. Caput. contr.* 21. *n.* 21. *in fin.*

153 Proxima herclè recenſita ſententia, licèt haud parùm arrideat: attamen Conciliantium alteram magis conſentaneam eſſe fatemur: nimirùm quæſita per Monialem ante translationem ad primū, jure proprietatis, ſpectare Monaſterium: ad ſecundum verò quoad uſumfructum; ni tranſitus ei oneroſus fuerit, conſolidandum tamen cum proprietate poſt Monialis obitū: remanet planè ex allata diſtributione utrique conſultum: ut affluenter demonſtrant *Card. Tuſch. concluſ.* 322. *n.* 2. & 4. *Chopin. Monaſti. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 24. *verſ. & quid verò, & verſ. at rectius*, *Rebuff. in concordat. tit. Regia ad Prælat. nominat.* §. *ultim. verb. conceſſ. verſ. quid ſi Monachus*, ſicque conſuluiſſe teſtatur *Tondut. Sanlenger. de re benefic. cap.* 65. *n.* 14. *tom.* 1. nec diſparis ſententiæ fuit *Horat. Barbat. de diviſ. fruct. cap.* 1. *n.* 211. & 213. ſed de hac quæſtione
154 vide tradita affluenter: licèt permixtè per *Azor. inſtit. mor. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 15. *qu.* 3.

155 Verùm evitanda ſemper eſt impia, ac inconſentanea Monialis eliminatio è Monaſterio inope: quamvis ineptè admittunt nonnulli: quam eliminationem piè, ac magiſtraliter reſpuit *Zerol. prax. Eccl. par.* 1. *verb. Moniales, verſ. de-*
156 *cimum quartum*: ſicque per Sacr. Congreg. decretum afferi, mirèque conſulit, ut Monaſterium è ſuis elevetur neceſſitatibus, poſſe Monialis propinquos aſtringere, ut eidem Moniali dotem aliàs non ſolutam aſſignent congruam, more tamen conſueto: ut in §. 8. *indicat idem Zerol.* & faciunt *Præſ. de Franch. deciſ.* 44. *Sanleger. part.* 3. *de re benefic. cap.* 122. *n.* 28. *tom.* 2. denique eliminatione ſemper ex-
157 ploſa, ſub prætextu dotis nō ſolutæ: ut *Rodriq. to.* 1. *q.* 48. *art.* 8. optimè *Pellizzar, man. to.* 2. *tract.* 10. *cap.* 3. *ſect.* 3. *q.* 15. *nu.* 72. firmant teneri tamen Monaſterium eam alere, niſi ratione criminis ipſius Monialis dos fuerit à Fiſco abdicata: nimirùm ob hæreſim, aut ſi Monialis extra Monaſterium ſiſteret: *Fagundez lib.* 4. *decalog. cap.* 13. *n.* 24. *Pellizzar. n.* 73.

158 Epiſcopus loci Ordinarius pro ſuſtentatione inopis Monaſterij, poteſt tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegatus omnes eleemoſynas, quas præſtari aſſolent Collegia, Capitula, & ſimiles, huic inopij Monaſterio aſſignare, necnon dimidiam omnium eleemoſynarum partem, quæ per ultimas voluntates paupe-

peribus diſtribuuntur: etenim appellatione pauperum veniunt *Moniales*: ſi tamē eleemoſynæ non ſint ad certas perſonas deſtinatæ:ut graphicè ex Oraculo *Fideric. de Sen. in conſ.* 282. edocet *Saulenger. ubi ſupra n.* 9. 10. & *ex Conſtit. Gregor. XIII. nè Moniales Converſæ*,erudiūt *Novar.conſ.* 8. *n.* 2. *de ſtat.Monach.Sanch. in ſumm. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 56. *Bonac. de clauſ. qu.* 1. *punt.* 9. *n.* 6. Et tandem queunt *Mo-*

159 niales adverſus Monaſterij creditores ſe tueri beneficio: *cap.Odoaldus de ſolut.* ut nimirùm teneantur in quantum facere poſſunt: nam ratio, quę in Clericis conſideratur, militat itidē in eis:*Saulenger.n.*27.

160 Novitius porrò è Monaſterio egrediendo cuncta, quę detulit bona recuperat: immò pro eorum reſtitutione, quit Epiſcopus loci Ordinarius Superiores Regulares per cenſuras cōpeſcere: *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. *Fuſcus de viſitat. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 67. *Tambor. de jur. Abbat. diſput.* 15. *qu.* 7. *n.* 29. quod cōficere itidem poſſunt Abbates quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habentes:*Flor. de Men. var.q. lib.*2. *q.* 24. *nu.* 22. *Barboſ. alleg.*82.*n.*30.*p.*3.

161 Ut noſtra tandem oratio ad ſuā redeat hypoteſim inquimus valere Epiſcopum irruere cōtra Regulares alioſque exemptos pro reddendo computo eorum adminiſtrationis pro exequutione pię teſtatoris voluntatis, eoſque ob improbā adminiſtrationē cōpeſcere:*ex Clement.* 1. *de teſtamen.* & *cap.* 1. *de privil. in* 6. *Campanil. diver. jur. Can. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 130. *Coker. de Juriſdict. Ordin. in exempt. par.* 4. *q.* 49. *Vulpel.prax.cap.* 42. *n.* 28. *Antonell. de regim. Eccleſ. cap.* 19. *n.* 12. *lib.* 7. Quod itidem perficere quit capitolum Sede vacante: innuit *Panvin. de poteſt. cap.Sede vacant. part.* 2. *qu.* 7. & aſtruit, expreſsè contrà Religioſos *Azor. Inſt. Mor. par.* 2. *lib.*3.*quæſit.* 6. *cap.* 39.*Barboſ. alleg.* 105.*n.*50.*par.*3.

162 Regulares demum, & exempti,loci Ordinarij Imperio ſubſunt, in omnibus quæ Epiſcopalis ordinis ſunt, in petitione Chriſmatis, nimirū, in conſecratione Eccleſię, Ordinis ſuſceptione,& ſimilibus: *cap. veniens, ubi Abb. notab.* 2. *de præſcript. Gloſſ. in cap. Abbas* 17. *qu.* 2. *Eraſm. Coker.de Juriſd. Ord. in exempt. part.*2. *qu.*45. *n.* 16. & *par.*4.*qu.*11.

163 Valent pariter Epiſcopi loci Ordinarij regularibus interdicere; ne in eorum Eccleſijs,indulgētias de novo ipſis in-

indultas, eis inconſultis, publicent, ſic ſtatuente Sacr. Congregat. ut affert *Bonac.de clauſur. in partic. diſp. 2.qu.3. punit. 30.n. 9. ex Concil.Trident.ſeſſ. 21.cap.9.* & ſi aliter attentaverint Regulares ab Epiſcopo, carceratione, & excommunicatione objurgātur: *Zerol.prax.Eccleſ. par. 1.verb. Indulgentia*, Ricc. *prax.reſol. 210. verſ. 16. Cened. quæſt. Canon. q. 26. n. 32. Barboſ. allegat. 105. num. 69. Antonell. de Regimin. Eccleſiaſt.lib. 7. cap. 19. num. 2.* Niſi priſco tempore fuerint conceſſę, ob quarum publicationem Epiſcopi jurisdictioni haud ſubſunt: *Bonac. ibidem, & Antonell. ubi nuper.*

164 Verum Advertēdum eſt Epiſcopos, in hiſce caſibus ubi juriſdictionem exercent in Regulares, ex Pontificum conſtitutionibus, ac ex Tridentino Concilio; poſse cenſuris eos innodare, cenſent *Vulp. prax. Jud. cap.42.n.26. Henric. in ſumm.lib. 1.cap. 25. ☡. 7. Franc. Leo theſ. Eccleſ. par. 1. cap. 8. n. 19. Genuenſ. prax. Arch. cap. 59.verſ. aliud eſt, Mar. Ant. var. reſol. part. 2. caſ. 35. & prax. Epiſc.par. verb. excommunicationis cauſa ☡.* 4. alioſque refert caſus, *Barboſ. alleg. 105. n. 13. p. 3.* At ſecus in alijs caſibus putat *Vulp. ubi nuper*, & annuit *Lezan ſum. tom. 1. caſ. 11. n. 14.* ſed *in tom. 3. verſ. exemptio Regularium n. 13.* autumat, 165 etiam in alijs caſibus à jure ſcatentibus communi, valere Epiſcopum hoc idem adverſus Regulares peragere, & ex declaratione Sacr. Congreg. firmat *Antonell.de regim.Eccl. lib. 7. cap. 9. n. 1.* Niſi Regu-
166 lares privilegium retinerent ne poſſint ab Epiſcopo excommunicari,ſuſpēdi, vel interdici:ut inſinuāt *Henriq.lib. 7. de Indulg. cap. 25. ☡. 7. Sāch.de Matrim. diſp. 33. num. 23. lib. 7. Barboſ. ibidem*, & potiuntur Carmelitæ, Prædicatores, Minores, Jeſuitę, & alij, qui cum iſtis, privilegiorum communicatione fruuntur: *Dian. reſ. 103. part. 3. tr. 2.* Queūt tamen Epiſcopi hoſce Regulares, tali privilegio munitos,aliis Canonicis coērctionibus compeſcere: nimirum privatione officij, vocis activę, & paſſivę,carceratione in alio Monaſterio, ac depoſitione: *cap. 1. ☡. eos. verſ. quantum de privileg. in 6.* Sed de allato privilegio vide adducta *per Antonell. lib. 7. cap. 5. n. 4.*

167 Valet inſuper Epiſcopus loci Ordinarius Regulares, & exēptos per ſuos Præpoſitos, aut à Jure excōmunicatos, ē ſuo-

ſuorũ ſubditorũ cõmercio evitare, *Lezan. tom. 3. verb. exẽptio Regularium*, *n.* 9. *Barboſ. allegat.* 105. *n.* 73. Non tamẽ eos excommunicatos declarare, ſi in eos nullã retineret juriſdictionem, etiam ſi publica, ac notoria fuerit excommunicatio: etenim declaratio recen-
168 ſita juriſdictionalis actus eſt, quem Regulares Prælati in eos haud exercere poſsũt: *Navar. conſ.* 2. *n.* 2. *de ſenten. excomm. Vulp. prax. Jud. cap.* 41. *n.* 25. *Lezan. ſum. qu. Regul. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 15. & *tom.* 3. *verb. exemptio Regularium*, *nu.* 9. aliosque adducit *Dian. reſol.* 35. *tr.* 2. *par.* 3. ſed oppoſitũ deciſum afferunt *Ricc. prax. deciſ.* 50. & *in collect. deciſ.* 591. *par.* 3. *Fuſc. de viſit. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 8. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap. fin.*
169 *n.* 2. firmantes poſſe Epiſcopum eos excõmunicatos declarare; ſed non excommunicare, nec ſuſpendere, aut interdicere: ſi Regulares in excommunicationem juris, vel hominis ruerint: *P. Emman. quæſt. Regul.* 63. *art.* 11. *to.* 2. *Barboſ. d. allegat.* 105. *n.* 73. *par.* 3.

170 Porrò horum Monaſteriorum exemptorum, ac ipſorũmet Regularium exemptio, ex lectura, & tenore ipſius privilegij ſcatet, ac ab ejus obſervantia: ut optimè erudit *Cardin. de Luca, de Regul. & Monialib. lib.* 14. *diſcurſ.* 1. *n.* 138.

171 Quit benè verùm Epiſcopus exemptos cogere, ut infrà legitimum tempus ſuæ exemptionis titulum oſtenderent, in loco tamen tuto, & ſecuro: *tex. in cap. cum perſonæ, de privil. lib.* 6. cunctos in Diœceſi ſiſtentes ei ſubjectos eſſe inquit *Abb. in cap. accepimus n.* 4. *de privileg.* nec exemptio præſumitur, niſi probetur, *cap. porrò, et cap. recepimus eodem, ubi Abb.* quẽ affert *Paul. Fuſc. de viſit. & regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 9.

Ceterùm non tantùm ab Epiſcopali poteſtate immunes ſunt Regulares omnes profeſſi, verùm itidem, & Novitij intra probationis annum, qui & fori fruuntur privilegio: *ex c. Religioſo* 21. *§. quamvis, de ſent. excommun. in* 6. & ſi verè Religioſi minimè ſint: *ſum. Angel. verb. Relig. n.* 24. attamen rectè, ac validè appellantur Eccleſiaſticæ perſonæ, *Gloſſ. in d. cap. Religioſo, §. quamvis*, de quibus nos alibi plura, & in Cap. 2. prædiximus: ex quo quidem textu, & Canonis *ſi quis ſuadẽte diabolo*, 17. *q.* 4. privilegio potiuntur: inſinuat *Cened. ad decretum, collect.* 24. *n.* 12. undè rectè in-

inferũt infra expreſſandi, quod gaudere etiã debẽt, & immu-
172 nitatis, ac exemptionis clypeo: faciliùs namque amittitur Canonis privilegium, quàm fori, ut diſertè edocet *Cened. pract. Canonicar. qq. q. 4. n. 41. & qu.6. n.13. Valaño Cur. Philip. par. 3. §. 1. n. 12. Cavalc. deciſ. 10. nu. 37. lib.5. & deciſ. 11. n. 1. & ſeqq. lib.5. Dueña regul. 99. ampliat. 9. Mart. de juriſd. part.4. cent. 2. caſ. 121. n. 4. P. Ludovic. Molin. de juſt. tract. 2. diſput. 671. n. 2. tom. 3.* & alij, quos agglutinant *D. Mar. Giurb. conſ. 15. n. 8. Barboſ. alleg. 12. n. 37. part. 2.* Et ſi prima haud eſſent tonſura initiati: *Auguſt. Barboſ. in Scolijs Concilij Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. n. 10. Carlev. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. num.* 406. quamdiù in Religione commorantur: *Summiſtæ omnes in verb. Novitius Henriq. lib. 7. de indulgent. cap. 25. n. 7. lit. P. & lib. 7. cap. 27. n. 7. lit. L.* additq; nequire Epiſcopũ contrà Novitium irruere pro delicto in ſæculo patrato. Urget tamen contra eũ ſæculare imperium, ſi ante ingreſsũ de delicto ceperit cognitionẽ habere, ex Sixti Conſtitut. *ad Romanam*, ob quam criminoſos non eſſe ad Religionem admittendos ſtatuit: ita ex *Portell. Pellizzar. man. tom. 1. tr. 2. cap. 7. n.* 8. quidquid, ſit eâ ſeclusâ, *idem* 9.

Ita pari ſchemata erit ſi Novitius poſt patratum crimen in Religione, ab ea egreditur: nam in eum ruit laicus Judex, ſi ſæcularis ſit delinquens: at ſi aliquo Ordine erit initiatus; tunc Epiſcopus loci Ordinarius eum compeſcit: *Pellizz. nu.* 11.

Oppoſitum tamen, & cum maximo fundamento inſtruit *Bordon. to. 2. reſol. 54. n. 132.* innuens in objurgandis delictis, tẽpus quo ea fuerunt patrata attenditur: meritò infert Novitium ea tempeſtate Eccleſiaſticam eſſe perſonam: ideò ab Epiſcopo comprimẽdum eſſe: nec diſcrepat *Pellizzar. cap. 6. q. 1. verſ. addit, ſub n.* 3.

Verùm ſi Præpoſitus Regularis ante fugam delinquẽtis Novitij procederet, iſte eũ objurgat; aliàs jus ſuũ amitteret poſt arreptã fugã: *Bordõ. n. 131. Pellizz. n. 3. verſ. cum Caſtro Pal.* Non autem degentes in via ad habitum nanciſcendum ante ſuſceptionem, fori potiuntur privilegio: *Paſqualig. tom. 2. reſol. 96. n.* 2. licèt contrarium ſuſtinet *Pellizz. man. tract. 8. cap. 6. ſect. 2. n.* 98.

173 Oblati verò quamvis in eis

eis nulla certa dari poſſit regula: etenim eorum conditio parilis haud eſt, modo namq; ſe, & ſua offerunt Religioni, modò ſe, & non ſua, modò ſua, & non ſe: aliquando eorum partem offerunt, ut apprimè diſtinguit *Caſtrenſ. in conſ.69. vol. 1.* & depromitur *ex cap. ut privilegia. verſ. ſuos de privileg. Card. Tuſc. lit. O. concluſ. 16. n. 10. Abb. conſ. 102. n. 1. par. 2. Boër. deciſ. 20. n. 7.* ideò Sacr. Cardinal. Congregatio, annuente *Urbano* VIII. ſtatuit Oblatos privilegio, & exemptione, tunc
174 debere potiri, quando in forma juris valida perpetuò, irrefragabiliter, & cum effectu ſeipſos, & bona ſua omnia præſentia, & futura, nulla prorsùs, quamvis minima eorum portione, neque in proprietatem, neque in uſufructum ſibi reſervata; Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutaverint; quod ſi omnia prædicta ſimul non concurrerent; neque fori privilegio, neque immunitate ſæcularium exactionum frui poſſe: quod habetur, *in cap. per exemptionem de privileg. in 6. Clement. 1. in fine de decim. ibi: dũ tamẽ illi Religioni cum effectu donaverint, & obtulerint ſe, & ſua*; de quibus fuſo calamo tractat *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. de privileg. cler. d. cap. 39. §. 2. à n. 44.* & *ſub num. 45.* de Eremitis aſtruit, qui ſi alicui Eccleſię, vel loco Sacro, vel Eccleſiaſtico Superiori addicti non ſint, immunitate nõ potiũtur: *Pellizz. ibidẽn. 101. et Barboſ. alleg. 12. n. 38. et 42. par. 2. Card. de Luc. de juriſd. et for. compet. to. 3. diſcurſ.* 4. ubi habentes requiſita contẽta in Conſtit. 67. Gregor. XIII. tantùm fori potiuntur privilegio.

Verùm oportet ad hoc ut Oblati iſti fori fruãtur clypeo, ut tria emittant vota, ſub certa tamen regula, & Religione, ſeù Ordine; aliàs nequaquã dicũtur Religioſi: *Emmã. Rodric. to. 3. q. Regul. 21. art. 1. Lezan. ſum. Regal. to. 2. cap. 8. n. 4.* vel ſi intra ſepta Monaſterij, & ſub obediẽtia: non verò Religioſa, ſed ratione muneris ſibi injuncti debita: *Lezan. n. 13. Sanlẽger. reſol. benef. cap. 113. per totum, par. 1.*

175 Ulterius Confraternitates, Euſtaritæ, ac Collegia, eorũque Gubernatores quoad ea, quæ ſpiritualitatem concernunt, Epiſcopi ſubſunt imperio: quo ad temporalia verò laicis poteſtatibus: ut benè erudiunt *P. Durand. ad Bull. Cœn. lib. 2. Canon. 15. qu. 7. concluſ. 5. nu. 14. Aloyſ. Ricc. reſol. 144. 145. tom. 3. Auguſ.* Bar-

Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 78. n. 24. & alleg. 75. per tot. par. 3. Cened. pract. Canon. q. 22. lib. 1. nu. 10. 14. Leo in theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 2. cap. 29. n. ult. & cap. 2. n. 22. & par. 1. cap. 8. n. 18. Anſald. de juriſd. par. 2. tit. 9. cap. 14. Reg. de Marin. var. reſol. cap. 117. nu. 9. lib. 1. & alij, quos cumulat *Dom. Dominic. Manfrell. in obſer. ad Capyc. obſer. deciſ. 93. n. 6.* ſi authoritate Pontificis, vel Epiſcopi erectę ſint: *Gabriel concluſ. 162. lib. 1.* magiſtraliter indicant *Navarr. conſ. 3. de for. competen. Duard. ubi nuper, & ibi Cæſar frater ſuus lit. B. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. ampl. 19. nu. 126.*

Si Confraternitates iſtę, laicorum Hoſpitalia cum Cãpanile retinerent, & ibi Miſſę celebrarentur, tunc inter loca pia numerantur; aliàs hoſce Confratres coram laico imperio compeſcendos eſſe firmat *Mart. de juriſd. part. 4. tract. 2. caſ. 113. n. 7. & par. 2. cap. 18.* etiam ſi Sum. Pontifices, vel Epiſcopi auctoritate ſint erectæ: *n. 17.* aitque benè verum *Marth. de juriſd. par. 4. cap. 113. n. 17. & par. 2. cap. 18.* authoritates haſce facere nequeunt: ut perſona ſit locus: *Anſald. de juriſd. par. 2. tit. 11. cap. 14. n. 23. Spad. conſ. inter conſilia Farinacij 197. n. 9. vol. 3. Duard. ubi*
176 *ſupra n. 9.* etenim perſonæ, ſub quarũ remanet gubernio, eſſe non poſſunt inſertæ eidẽ loco: meritò ratione loci commenſuranda haud eſt talis immunitas, ſed potiùs, quo ad ipſum fictum, & repræſentatum corpus: ut mirè inſinuant *ex Abb. conſ. 31. n. 1. Cardin. Zabbar. cõſ. 13. n. 3.* & ſequitur *Marth. de juriſd. ubi ſupra.*

177 Verùm enim verò Hoſpitalia, ac Confraternitates allatas nequaquàm Eccleſiaſticas æſtimandas eſſe, quoad forum Eccleſiaſticum minùſq; quo ad bona, niſi de Ordinarij, vel alterius Eccleſiaſtici Superioris auctoritate erectę ſint, cum Oratorio tamen, Eccleſia, & Cãpana: ut prędiximus, & inſinuât *Card. de Luc. de juriſd. et for. cõpet. to. 3. diſc. 60. ſub n. 3. Gamm. deciſ. Luſitan. ult. n. 6. Renat. Choph. de ſacr. polit. lib. 3. cap. 6. Gabriel. Maſcard.* & cæteri, quos cumulat *Barboſ. ubi ſupra, Mart. de juriſd. par. 4. cent. 2. caſ. 113. nu. 7. & par. 2. cap. 18. n. 17.* aliàs ſecùs, itidem ſi de Sum. Pontificis venia erectæ fuerint: *Mart. ibidem.* Et an tenentur ſolvere quartã? Vide *Lupũ, & Ubald. de Canonic. port. ſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 14. n. 21. Mirand. manual. Prælat. tom. 2.*

qu.

q.48.art.3.cõcluſ 2. ubi negāt ſi eſſent prophana *Joan. Azor. Inſtit. mor. part. 2. lib. 9. cap. 12. qu. 11. Barboſ. alleg. 75. n. 43. & ſeqq. par. 3.*

178 Ac etiam ſi in eis aliqua exercerentur opera pia, aut ſi beneficia adminiſtrarẽtur, quę licèt de jure ſint patronatus laicalis, attamen Eccleſiaſtica dicuntur: *Barboſ. de jure Eccl. univerſ. cap. 11. n. 88. part. 2. Franceſ. var. utriuſque Jur. reſol. cap. 7. à n. 36. & ſeqq.* & à laicis gubernentur tunc in omnibus ad Epiſcopalem poteſtatẽ ſubſunt: ut atticè erudiunt *Thomas del Bene de immun. Eccleſ. cap. 4. dub. 20. nu. 8. Franceſ. ibidem, & ex pluribus Cæſar. Panimoll. deciſ. 12. adnot. 5. per totum D. Jacob. Pignatell. conſult. 156. per totum, & alij per Panimoll. ibidem.* non tamen fundatore adhuc vivente, nam tunc Hoſpitale non viſitat Epiſcopus: ſubſtinet *Petr. de Ribald. tract. de Canon. Epiſcop. cap. 4. verſ. quo ad ſecund. quæſt. & dixit Choker. de Juriſd. Ordin. in exempt. part. 1. qu 31. n. 4.* Niſi Religioſus, & pius diceretur, nimirvm cum Eccleſia, & Epiſcopi auctoritate fuerit erectum: *Scopp. ad Gratian. obſerv. 88. n. 31. 32. Cardin. de Luca ubi ſupra diſcurſ. 40. n. 24.*

179 At ſi ſub Regum immediata protectione erectæ fuerint; ſub Regio tunc, non autẽ Ordinarij Eccleſiaſtici ſubſũt Imperio: ut depromitur ex eodem *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. & 9. ibi: Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſũt:* & tuentur *Merlin. contr. for. centur. 1. cap. 65. n. 11. Ricc. deciſ. 209. part. 4. Auguſt. Barboſ. d. alleg. 75. n. 16. par. 3. & in collectan. ad idẽ Concil. Trident. n. 27. & deciſum affert Rot. Rom. in una Leopolenſi adminiſtrationis Hoſpitalis die 14. Martii 1646. corã Cerro, & ex Mart. ac ex Armendar. in addit. ad* Recopil. *Legum Navarr. lib. 1. tit. 6. de viſit. n. 65. Scopp. ad Gratian. obſerv. ad deciſ. 88. n. 14. &*

180 *ſeqq.* licèt *P. Anton. Dian. reſol. mor. 100. par. 1.* itidem ex ejuſdem Concilij Trident. diſpoſitione recenſita, ſubvertere conatur: attamen oppoſitum de facto ex priſca conſuetudine obſervare intuemur, & ipſemet *Diana* fatetur in hoc Siculo Regno.

181 Potiſſimum ſi in ipſa fundatione cautum fuerit, ut ſub Regia maneant protectione: ut evolvitur in ipſomet *Sacr. Concilij Trident.* ibi: *Niſi aliter in fundatione cautum reperitur;* etenim tunc ſecundùm

ſundatoris intenſionem regulantur: aſſerunt *Ricc. deciſ.* 209. *part.* 4. *Dian. d. reſol.* 33. *par.* 1. *Paſqualig. reſ.mor. cent.* 1. *cap.* 88. *n.* 89. *del Bene de immun.Eccleſ.tom.*2.*cap.* 10.*dub.*6.*ſect.*11.*n.*5.*& ſeqq. Panimoll.deciſ.* 12.*ad n.*5. *à n.* 64. *cum ſeqq. ad* 52. *Card. de Luc. de juriſd.et for.cõpet. diſc.* 4.*n.*3.& potiùs per viam con-
182 tractus, quàm per viã gratiæ proceditur, & jus viſitandi potiùs ex allato Conc. Tridentino ablatus, quàm delegatus præſumitur: deducitur ex verbis ejuſdem Sacr. Concil. Tridentini cap. 9. ibi:*Niſi ſecùs forte in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè. cautum ſit.* & ex innumeris Sacræ Congregationis declarationibus: inſinuat *Card. de Luc. tract. de juriſd. & for.compet.diſcur.* 41.*n.* 58.*tom.* 1. ubi quandò per viam gratiæ, & quandò per viam contractus fundatio facta dicitur apprimè extricat, & conducunt per eum expoſita *in diſcurſ.* 95.*ſub n.* 12, *ibidem*, ubi hoc idem firmat, ſi non expreſsè, ſed per Equipollens fundatoris intentio eliceretur, ac deciſum re-
183 cenſet per Sedem Apoſtolicam contrà D. Cæſarem Marullo Concivem, & noſtrũ Avunculum Feliciſſimę *Urbis* Panormi Antiſtitem, ad favorem Magni, & novi Hoſpitalis ejuſdem, ſub eadem conditione erecti, ut ſub Regia perduret protectione: *teſte de Graſſ. de effect. cler.effec.* 1. *n.* 610. & ita concluſum quoque teſtantur *Mut. deciſ.* 28. *n.* 29. *Maſtrill. deciſ.* 110. *Garcia de benefic. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 93. ubi Pauli V. affert declarationem, neque diſcrepat *Almedr. in addit. ad recop. leg. Navarr. lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. *§.* 2. *n.* 66. quidquid in oppoſitum ſentiat *Barboſ. d. alleg.* 75. *n.* 9. *& Ant.de Pratis de poteſt. Epiſcop. cap.* 1.*n.* 3.5. quẽ explicare conatur *Scopp. ad Gratian. d. obſerv.*88.*n.*35.
184 36. ſi annuendo Epiſcopus in fundatione ſe à viſitatione abdicavit, *Barboſ. nu.* 10. *in fine* & in hoc Trinachiæ Regno haſce Confraternitates, & Hoſpitalia ſub Regio vivunt Imperio, & cura; Ratio potiſſima, quę ad id affertur eſt, quoniam ſuppoſita erectione earum, à Laicis facta, abſque Epiſcopi auctoritate, loca haud ſunt religioſa, vel ſacra, & perpetuò cultui Divino dicata, ſed merè prophana, meritò ſecluſo fori privilegio, laico ſubſunt Imperio, ut prædiximus: additis *Tom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 4. *dub.* 20. *num.* 4.

&

& ſeqq. tom. 1. *Pignatell. d. conſult.* 156. *n.* 2. *Bellet. diſq. Cler. tit. de favor. cleric. real.* §. 5. *num.* 86. qui agglutinant haſce Cõfraternitates, & Hoſpitalia erecta abſque Ordinarij auctoritate, liberè poſſe bona alienare, abſque alia ſolemnitate, & faciunt præter allatos *Barboſ. alleg.* 75. *n.* 24. *&* 23. *Perez de Lara de Cappellan. lib.* 2. *cap.* 1. *à n.* 5. *Luca diſcurſ.* 42. *n.* 9. *tom.* 3. *de juriſd. Sperell. deciſ.* 155. *n.* 2. *tom.* 2. etiam ſi piæ ſint, edocet *ex Bordon. infra Pellizzar.* mox citandus *n.* 290. licèt pro eo adducit *Barb. n.* 33. qui de locis pijs diverſimodè ſe habet; & in Regno Neapolis teſtàtur *Ann. ſing.* 90. *Reg. de Ponte conſ.* 18. *n.* 6. & deciſum pluries affert *Danz. pugn. DD. tit. de leg. pijſ. cap.* 3. 3. *vol.* 1. quod pro redditione computorum idem firmat *Afflict. de jur. Prothom. in princ. leg.* §. *ſubſequenter quæro, n.* 13. & poſt eum *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 95. *n.* 6. *Napodan. in conſuetud. Neap. ſi Eccleſia, nu.* 75. *Viv. deciſ.* 517. *& in addit. nu.* 41. à 85 potiſſimùm ſi circa redditionem computorum in principio fundationis ſic fuerit cautum: ut in eodem Concil. Tridentino habetur *ſub d. cap.* 9. ibi: *expreſsè cautum ſit*, & faciunt *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 10. *ſecti* 11. *dub.* 6. *nu.* 27. *& ſeqq. ac ex Paſqualig. reſ. mor.* 89. *nu.* 5. aſtruit enodatè *Card. de Luca de juriſd. & foro compet. diſcur.* 41. *n.* 13. Aut ſi conjecturaliter de enixa fundantis volũtate conſtaret: quoniam in quæſtionibus voluntatis ejus, ſubſtantia, non autem figura, & verborum cortex ſpectanda eſt: *ex Mantic. de conject.* probat idem *de Luca ubi nuper verſ. non negabam, in fine*, quod repetit *in diſcurſ.* 95. *nu.* 12. 14. idemque ſtrenuè tuetur per quamplurimas deciſiones Conſtant. *Caſſar. qu. peregrin.* 18. *lib.* 1. *n.* 22. & ferè per totum, ubi de vetertima edocet praxi, & annuit *Maſtrill. deciſ.* 110. ubi noſtram parilem inſinuat praxim, quam nos quotidie notamus, laxèq; hunc examinat articulum: *Cevall. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *qu.* 32. *& quæſt.* 123. *Manfrell. loco indicato.* At ſi de tali teſtatoris voluntate in fundatione haud conſtiterit, Epiſcopus cuncta loca viſitat pia, tam ſi publica ſint, quàm privata, Eccleſiaſtica, ſivè ſæcularia, pro redditione computorum: *Armendar. in addit. ad Recopil. leg. Navarr. lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 1. §. 1. *Scopp. ad Gratian. obſer.* 88. *nu.* 20. *cum ſeqq. Luca ſuper diſcurſ.* 40.

40. *n.* 14. Verùm haſce Con-
fraternitates, abſque Epiſcopi
auctoritate erectas, licèt Sa-
cras, ac Religioſas non eſſe:
ſunt tamen piæ ſi ad pium
ordinatæ ſint uſum, ut ex *Bor-
don. reſol.* 72. *n.* 33. *tom.* 2. &
alij fundat *Pellizz. man. tom.*
2. *tract.* 8. *cap.* 5. *n.* 272. ſu-
ſtinens *ſub. nn.* 293. Confra-
tres piæ Confraternitatis gau-
dere privilegio fori.

Et tandem circa juriſdictio-
nem Ordinarij Epiſcopi in
Conſervatorij, mulierum abſ-
que clauſura, & regula viven-
tium: fusè facit idem *Card. de
Luca eodem tract. tom.* 3. *di-
ſcurſ.* 45.

186 Cappellas, ulteriùs Cap-
pellanias, ac Cappellanos ali-
cujus Regiæ Cappellaniæ, E-
piſcopus loci Ordinarius haud
viſitat, minùſque inquirit, ex
notabili *Innocentij III. Conſti-
tutione, in cap. cum Cappella, de
privil. & ex Conſ. Trident. ſeſſ.*
24. *cap.* 2. ſi actualiter Reg.
inſerviunt Cappellaniæ: *Ca-
ſtill. Soto Major de terſi. lib.* 6.
cap. 14. *n.* 14. *Fuſcus de viſit.
lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1. Porrò Epi-
187 ſcopus viſitat Cappellas lai-
corum Confraternitatum in
Eccleſia Regularium exiſten-
tes: imò haſce Confraternita-
tes, in his verò, quæ Confra-
ternitatis adminiſtrationem
reſpiciunt, inſinuat *Ciarlin.
contr. for. cap.* 65. *n.* 7. 8. quẽ
affert *Scoppa ad Gratian. dict.
obſer.* 88. *nu.* 24. 25. *Pelliz-
zar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.*
5. *n.* 75. eaſque Conſtitutio-
nes corrigere poſſe ſubdit.

188 Regularis tandem ſuum
interimens Abbatem degra-
datur actualiter, Curięque
obſignatur ſæculari: ut condi-
gno objurgetur cruciatu: ſicq;
deciſum affert *Cortiad. deciſ.*
34. *n.* 62. ſubens *ſub n.* 63. à
Sacræ Baſilicæ tutamine re-
ſpuendum eſſe, & ſi veneno
in ferculo parato hanc confi-
ceret necem, proditorium pa-
traret: *Panimoll. deciſ.* 85. *nu.*
54. *Pignatell. conſult.* 173. *n.* 5.

189 Et ſi Regularis venenũ in
ferculo ponens, ſuum neca-
verit Superiorem, ad Regu-
larem incumbentem diſcipli-
nam, proditorium patrare vi-
detur: autumant ex deciſione
*Sacr. Congregationis Caſ. Pa-
nimoll. deciſ.* 84. *n.* 54. *D. Jacob.
Pignatell. conſult. Canon.* 173.
nu. 9. & alij per eum.

190 Cæterum Epiſcopus loci
Ordinarius cunctos Clericos,
tam Sæculares, quàm Regu-
lares in viſitatione circa mores,
corrigit, ac objurgat, ſi deli-
querit, eoſque viſitat nullo
alio privilegio ſuffragante: *ex
Concil. Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 3.
& *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. & *ſeſſ.* 14.
cap. 4. *de reformat.* ſublatis
ap-

appellatione, ac recurſu: edocet *Steph. Gratian. deciſ.* 188. & annuunt *Lancellot. de attentatis, & innovat. appell. pend. lim.* 18. *nu.* 6. & alij, quos affert *Scopp. ad Gratian. ibidem, num.* 3. Si abſque proceſſu, & ſcripturis Epiſcopus ad carcerationem proceſſerit, quo in caſu quamvis Superior ex appellatione interpoſita de correctionis viribus agnoſcit; tamen executio minimè ſuſpēditur: & ſic *Concil. Trident. in ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *de reformat.* accipitur, vel ſi diffinitivè fuerit pronunciatum. At ſi conſtructo proceſſu, ſervatis ſervandis fuerit proceſſum; tunc appellatio ſuſpendit: edocet ex *Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 77. *Scopp. ubi nuper nu.* 5. Et in hiſce viſitationis caſibus ad Metropolitanam appellatur: inſtruunt *Ricc. reſol.* 449. *n.* 2. quia confecta per ſuffraganeū in viſitatione, jure Ordinario facta censētur, auctoritate tamen Apoſtolica, à qua commiſſa opinãtur geſta in viſitatione: ut magis teneant, *Hoſt. in cap.* 2. *de offic. Ordinar. & eſt tex. in cap. quis neſciat diſt.* 15. *Choker. de juriſd. Ord. in in exempt. quæſt.* 14. *n.* 5. *par.* 2. *Valaſc. alleg.* 70. *n.* 5. *tom.* 1.

191 Epiſcopus verò viſitando ſi modum, exceſſerit uti ſuſpectus recuſatur: *Genuenſ. prax. Archiep. cap.* 21. *& de prax. Epiſcop. ibidem*: eo autem caſu appellatio itidē quoad ſuſpēſivū admittitur, potiſſimū ſi cōpilato proceſſu proceſſerit: ut ex *Paulo V. Bulla an.* 1610. *edita* refert *Suppl. ſolertiſſimus ubi ſupra n.* 10. 11. 12. vel ſi in primordijs ipſius viſitationis recuſatio præponeretur; aliàs reijcitur, nec ex ea impeditur pœna pro morum correctione opportuna: edocet, & deciſū refert *Armendar. tit.* 6. *de viſit. lib.* 5. *§.* 2. *num.* 8. ſubdens ſi proceſſus nō fuerit inſtructus *ſub n.* 7. cum quo annuit *Scop. ubi deſuper.*

192 Præponitur igitur allata Epiſcoporum ſuſpicio, ſecundùm aliorum ſententiam, coram eodem Ordinario recuſato, eaque probatur coram arbitris eligendis: *ex text. in cap. ſpeciali, de appell. cap. ſuſpicionis, de off. deleg. Fermoſ. in d. cap. ſi quis contra qu.* 2. *num.* 4. *Berart. in ſpecul. viſit. cap.* 6. *à nu.* 10. *Epiſcop. Frāc. de compet. cap.* 11. *n.* 3. *&* 4. & ſi partes diſtulerint hoſce eligere arbitros, valere Epiſcopum eos compellere, ut in triduo, eligant, ad hoc ut ſuſpicionis cauſam abſolverent, ſubdunt *ex l. apertiſſimi nuper relati*, & diſponitur *per d. cap. cum ſpeciali*: imò ſi arbitri diſcre-

ſcrepantes, non convenerint, tertius tunc eligitur, ut cum eis, ſuſpicionis cauſa terminetur: *Panorm. in cap. ſuſpicionis, n. 5. de offic. delegat.*

193 Censēt planè nōnulli hoſce arbitros eſſe eligēdos, quoties Superior præſens haud fuerit, aut valdè diſtaret: at ſi adeſſet, tunc arbitri non eligūtur, ſed coram Superiore ſuſpicionis definitur cauſa: *ex tex. in cap. ſi contra unum de offic. deleg. in* 6. Etenim Sum. Pontifex ex quo valdè diſtaret, ideo pro ſuo recuſando delegato, arbitri eliguntur, & non ipſe de ſui Delegati ſuſpicione cognoſcit, ut ſumptibus, ac partium moleſtiis parcat: *Panorm. in d. cap. ſi quis contrà de for. compet. n.* 22. *in fin.* & apertè facit *Gloſſ. in d. cap. ſi contrà unum, in verb. Epiſcopi* ibi: *Omni ergo caſu Papa laboribus, & expenſis partium voluit provideri*, & cōſonant *Franc. ibidem nu.* 3. *Ancher. & Gemin. Barboſ. nu.* 9. *Sborz. de Vicar. Epiſcop. q.* 16. *per totum lib.* 3.

194 Undè Vicarij Epiſcopi ſuſpicio, coram ipſo Epiſcopo, non coram arbitris abſolvatur, ſi in Diœceſi fuerit Epiſcopus, nam in ea ipſe ſolus eſt Judex: *Ancher. Gemin. & Broz. ubi ſupra, Marcell. Vulp. in prax. for. Eccleſ. cap.* 25. *nu.* 18. *Sanch. in conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. *nu.* 22. 28. Et Vicarij Capitularis recuſatio corā capitulo terminatur: *Ricc. Collect.* 1602. *p.* 5. *Garc. de benefic. par.* 5. *cap.* 7. *n.* 23. *dub.* 3. *Armendr. in addit. ad recop. leg. Navar. lib.* 4. *tit.* 33. *l.* 3. *de recuſat. declar.* 6. *Barboſ. in ſumm. deciſ. Apoſt. Coll.* 716. *nu.* 22; *& de dignit. cap.* 42. *num.* 54; *Bellamer. ſuper conſ. Tridentr. ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform. benefic. in penul. declar. Vulp. ubi ſupra cap.* 44. *nu.* 29. *& d. cap.* 25. *nu.* 19.

195 Ita pariter erit de aliis ſimilibus: & faciunt *Gallup. prax. tit. de ſuſp. part.* 1. *cap.* 4. *nu.* 10. *Torreblanc. in prax. Jur. Spirit. lib.* 15. *cap.* 9. *nu.* 10.

196 Aliique equidem abſolutè putavere arbitrorum electionem receſſiſſe ab aula, & in deſuetudinē abiiſſe: & sūt *Marcheſan. de commiſs. par.* 2. *§.* 1. *cap.* 8. *de commiſſ. ſuſp. Jud. n.* 22. & ſequūtur *Scacc. de Judic. tom.* 1. *cap.* 101. *lim.* 1. *n.* 8. *verſ. confirmatur. Farinac. frag. part.* 2. *nu.* 929. *lit. I. Fermoſ. in cap. ſi quis contra de foro comp. qu.* 29. *nu.* 20. *Vulp. prax. Eccleſ. cap.* 25. *nu.* 21. *Tenagl. deciſ. Rot. Rom. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 6. Subditque

197 *Ridolfin. prax. Jud. part.* 1. *cap.* 7. *nu.* 125. recuſationem eſſe tentandam coram Judice,

ce, ad quem fit recurſus, vel appellatur, ac coram arbitris: nec impar cecinere *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. de attentat. poſt recuſat. Jud. num. 69. & 70. Famin. Centolin. in addit. ad conſ. Farinac. 17. tom. 1. lit. E. Rebuff. de recuſat. art. 6. Gloſſ. 1. nu. 5.* teſtaturque *Bajard. ad Clar. qu. 43. nu. 18.* ad evitandam prolixitatem cauſæ, recenſitam arbitrorum electionem nunquam vidiſse.

198 Verùm anno 1658. R. D. Antonini Biſignano in Catredali Meſſanæ Urbis Eccleſia Ciantri, ſuſpicionem uti Delegati Apoſtolici coram arbitris vannatam fuiſſe vidimus.

199 Attamen anno 1662. in cauſa ſuſpicionis in perſonam Illuſtriſs. Panormitani Antiſtitis per Supremum M. C. Sedis Criminalis, Senatum ad confirmationē ſententiæ per Trib. Conciſtorij fuit dictum arbitros non eſſe eligendos, ſuſpicionis cauſam coram R. Monarchiæ Tribunali eſſe tractandam.

200 Cæterùm Abbas quamvis exemptus, valet mitra auriphygiata, ideſt auro intexta, uti, non autem aureas, vel argenteas laminas, neque gemmas geſtare: etenim Abbatia refertur inter inferiores dignitates: *Garcia de Nolibit. Gloſſ. 48. ꝫ. 3. n. 62.* & in Synodo poſt Epiſcopos ſedet: *Sayr. deciſ. 2. de major. & obedient. Amend. ad Francam deciſ. 138. n. 4. Ricc. coll. 1069.* verùm ſi Epiſcopalia retineret jura, inferior non dicitur Epiſcopo: *Ant. Fab. differ. 3. Cod. de Epiſcop. & Cler. Ricc. collect. 955. par. 4.* Hinc eſt

201 quòd ſi Abbas diſtinctum haberet territorium, ac loca pleno ſubjecta jure, in quibus exercet juriſdictionem, non modò tēporalē, ſed etiā ſpiritualem, exemptus à juriſdictione Ordinarij loci Epiſcopi dicitur, & nullius Diœceſis: erudiunt *Mantic. deciſ. 361. n. 13. Seraph. deciſ. 311. n. 1. & deciſ. 1067. n. 2. Rot. Rom. diverſ. par. 4. deciſ. 165. n. 2. & ex Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 11.* atque alijs Monaſterijs: *Steph. Gratian. diſcep. for. cap. 212. n. 7. tom. 2.* Eique cuncta competunt jura Epiſcopalia juriſdictionis, quæ in ſua Diœceſi alijs competunt Epiſcopis: ſecluſis tamen ijs, quæ Ordinis ſunt: *Gloſſ. in cap. Ordinarij, verb. locorum, de off. Ordin. Clement. 1. verb. proprij, de reb. Eccleſ. non alienand. Clement. 1. de for. compet. verb. Diœceſanis: Seraph. deciſ. 1386 tom. 3. Navar. conſ. tom. 2. lib. 4. conſ. 2. Rot. Rom. recollect. per Farinac. tom. 1. deciſ. 346.*

Sſſ n. 1.

n. 1. licèt primam confert tonſuram ſuis ſubditis: *Anton. Fab. deciſ.* 21. *C. de Epiſc. & Cler.* ac dimiſſorias tradit: *Sayr. deciſ.* 25. *de temp. Ordin.* quo ad ſuos ſubditos: *Balb. conſ.* 91. *par.* 1. dicitur porrò Ordinarius: *Abb. in cap cum contingat, n.* 5. *de for. compet. Navar. d. conſ.* 2. *& tom.* 2. *lib.* 5. *de privileg. conſ.* 9. *n.* 1. *Ricc. reſol.* 300. *n.* 1. *& reſol.* 301. *n.* 2. *& reſol.* 304. quoniam ordinariam contentioſam retinet juriſdictionem, & qui eam habet, Ordinarius appellatur: *Abb. in cap. Romana,* §. 1. *de appellat. in* 6. *Pariſius de reſignat. benef. lib.* 3. *qu.* 11. *n.* 19. *& ſeqq. Rodoriq. quæſt. Reg. tom.* 2. *qu.* 63. *art.* 3. *Abb. in Clement. dudum, verb. Prælati, de ſepult. Ricc. d. reſol.* 304. Imò viſitandi habet facultatē: ideò Ordinarius eſt: *cap.* 1. *de cenſib. in*6. *Ludoviſ. deciſ.* 304. *n.* 2. *Mantic. deciſ.* 322. *n.* 14. *Gratian. d. cap.* 212. *nu.* 34. 35. Campanas benedicit: *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 3. *n.* 105. Calices, & patenas: *Ceſped. de exempt. diſtin.* 158. *nu.* 1. *Pellizzar. nu.* 104. Suas benedicit Eccleſias: *Pellizzar. ſect.* 3. *nu.* 101. Eaſque pollutas reconciliat: *idem d. cap.* 5. *ſect.* 2. *nu.* 69. Si tantùm benedictæ ſint: at ſecùs ſi conſecratæ: nam tunc debent recipere aquam benedictam à proprio Ordinario, & quando: vide *Pellizzar. ibidem*: quarum Eccleſiarum cōſecratarū prophanatio per Ordinarium perficitur, quippè ad eum ſpectat conſtructio, & ad eum diſſolutio: *Pellizzar. ſect.* 3. *nu.* 101. *Ceſped. diſtin.* 156.

202 Ad eumq; Abbatē cauſarū Criminaliū, ac Matrimonialium cognitio ſpectat: ut *Farinac. deciſ. Crim.* 100. ad limitationem *cap. tanta, de exceſſ. Prælato, ex Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. adducit: Synodum convocat *Rot. Rom. diverſ. deciſ.* 619. *n.* 2. *par.* 4. *Pariſ. de reſign. benefic. lib.* 8. *qu.* 9. *n.* 98. hæc quidem Cōgregatio ad Ordinarium ſpectat: *Garcia ubi ſupra part.* 9. *c.* 2. §. 1. *n.* 130. 131. *cap. conquerentia, de off. Ordin.* ſuæ, ac alterius Eccleſiæ Campanas benedicit: ut *deciſ.* affert *Papiæ Macerat. deciſ.* 112. *caſ.* 3. Denunciationes in Matrimonijs faciendas ex cauſa remittit: ut *Sayr. deciſ.* 9. *de Sponſalib.* ad ampliationem *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reform.* recenſet, quippè eæ ad ordinariam ſpectat juriſdictionem: *Ricc. reſol.* 291. *n.* 1. *Navarr. conſ.* 2. *Gonzal. Reg.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 5. §. 8. *nu.* 28. *Garcia de benefic. part.* 5.

cap.

Digitized by Google

cap. 8. *nu.* 57. 59. Veſtes, ac Calices benedicit *Balb. deciſ.* 22. *Gloſſ. in cap. Abbates, de privileg. in* 6. Concurſum ad beneficia Curata inſtituit, cōcurrentes examinat, & approbat Vicarios, ac OEconomos deputat, *juxtà cap. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. *& ſeqq.* Studia, lectiones Sacræ Scripturæ, ac Seminaria erigit: *Steph. Gratian. diſcep.* 212. *n.* 46. 47. Suos abſolvit Monachos ab excommunicatione: Ricc. *d. collect.* 955. *part.* Rot. *Rom. diverſ.* 1522. *part.* 3. licèt de hereſi haud cognoſcit *Sayr. deciſ.* 7. *de Hæret.* Perſonas tamen, ac Eccleſias interdicit *Innoc. in cap. quæſivit, n.* 1. *de his, quæ fiunt à major. part. cap.* literas monitoriales relaxat, *Lazar. Can. quæſt. ſect.* 1. *quæſt.* 8. Subditum pro debito ſuæ Eccleſiæ excommunicat, *Tuſc. concluſ.* 437. *n.* 2. *Lap. alleg.* 78. *nu.* 6. *& ſeqq.* Abſolvit, ac diſpenſat in caſibus, & irregularitatibus, de quibus *in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.* dummodò habeat Diœceſim, & territorium proprium: *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *nu.* 10. *&* *tom.* 1. *in præcep. decalog. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 5. *Duard. in Bull. Cœn. Dñi lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 11. Caſus reſervatos ſtatuit, *Homob. de bon. de caſ. reſer. par.* 1. *cap.* 2. *verſ. inter pariter, Congreg. Concil. ſuper cap.* 7. *ſeſſ.* 14. §. *à ſummis.* Confeſſarios ad audiendas Confeſſiones approbat, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 25. *n.* 9. *par.* 2. *Suarez tom.* 4. *in par.* 3. *Div. Thom. diſp.* 28. *ſeſſ.* 5. *n.* 1. *Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *nu.* 76. *Henriq. in ſumm. lib.* 6. *cap.* 6. §. 1.

203 Diſpenſat pariter in votis, ut inſinuat *Sayr. de clauſ. Reg. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *nu.* 83. *Duard. in Bull. qu.* 11. *nu.* 18.

Reſignationem beneficiorum, ſibi proximè ſubjectorū, Abbas recenſitus admittit; in quibus Epiſcopus loci Ordinarius ſuas nequit apponere manus: *Azor. inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 25. *verſ.* 7. *quæritur, Flamin. Pariſ. de reſignat. lib.* 7. *qu.* 15. *nu.* 4. *Gratian. diſcept. cap* 212. *nu.* 44. *Sanleger. reſol. benefic. par.* 2. *cap.* 3. §. 9. *nu.* 20. ob juriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi, quam retinet: ſubdit *nu.* 21. 22. *& ſeqq. Sanleng.* Si Pontificialem juriſdictionem, aut privilegium retinuerit: annectit *Azor. ibidem*, *Barboſ. de Jur. Eccl. un. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 9. & omnis ordinarius Eccleſiaſticus Superior habens Spiritualia haſce admittit re-

Digitized by Google

ſignationes:*Paris d. quaſt.* 15. *nu.* 18. non tamen Sæculares, & Reges, *Barboſ. num.* 10. *Maſtrill. deciſ.* 31. *num.* 21. Beneficii autem reſignationem admittendo,nequit Abbas, vel quilibet alter Ordinarius id conferre,niſi prius,certiorato Sum. Pontifice, & ab eo Oraculo recepto,circà modum, & formam, reſignationem recipiendi, aliàs irrita,ac nulla erit eorũ Collatio, quàvis valida remanet reſpectu liberè reſignantis, & ita *ex Bul.B. Pij V.*58.*in ordine novi Bullarii* ad confirmationem alterius conſtitutionis, ejuſdẽ Pii V. in vetere Bullario ſtatuit *Rot.Rom. & indicat Merlin. deciſ.* 231. *nu.* 6. *tom.* 1.

Eam equidem admittere debent Ordinarii reſignationem, quæ ſimplex, & pura eſt, abſque alia conditione,& penſione,iſta namq; Simoniã redoleret, ſaltem, confidentialem, & in pœnas, & cenſuras contrà Simoniacos indictas ruerent, ut advertunt *Ugol.de Simon.par.* 1.*cap.* 28. *§.* 2. *nu. fin. Mart. Bonac. eodem tract. qu.* 4. *§.* 14. *nu.* 15. *Barboſ. de jur. Eccleſ. un. lib.* 3. *cap.* 15.*nu.* 46. 49. *& ſeqq.* diſertè porrò Pius V. in d. Bulla præceptum Ordinariis indixit, ne ſimplices reſignationes per eos recipiendæ fiant verbo, ſigno, aut intenſione, nec deſignent antecedenter ſucceſſorem ad reſignantium ſugeſtionem, neq; inter eos promiſſio, vel intenſio de eo intercedat, niſi juſta acceſſerit cauſa; nimirùm pro bono pacis inter contendentes, pro ſtudio alicujus ſcolatis pauperis, vel in Eccleſiæ utilitatem, pro egenis,pro benemeritis, pro uſu pio, vel cauſa alimentorum ad beneficium renunciantis: *Gratian. diſcept. cap.* 617. *an.* 1. *ad* 5. *Rot. Rom. Recenſ. part.* 1. *deciſ.* 437. *Barboſ. de poteſt.Epiſcop alleg.* 69. *nu.* 15. *& alleg.* 85. *nu.* 11. *verſ. circà p.*3.

204 Undè inferunt nonnulli reſignationem in alterius favorem conditionalem abſq; alia penſione confectam nullam eſſe, etiam jure communi inſpecto; etenim talis reſignatio ſpeciem, & imaginem hæreditariæ ſucceſſionis continet; ſucceſſorem in beneficio eligendo, quod jura, & Sacri Canones interdicunt:ut benè erudit *Azor. loco indicato cap.* 21. *in principio*, & ſi oppoſitũ de jure cõmuni ſuſtinẽt *Barboſ.à n.*55. *& ſeqq.d.c.* 15.*lib.*3.*Sot.de Juſt.lib.*9. *q.* 7. *art.* 2. *concluſ.* 1. *Covarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 5. *Silv. verb. renunciatio*, *& alij* ſuſtinentes allatam reſignationẽ nul-

nullum habere vitium, nec ſimoniam continere, nec ex ea ſucceſſorem eligi, licèt eam Sacris Canonibus inimicâ eſſe probet fusè *Barboſ. n.* 54. *&* *ſeqq.* ideò liberè quit Ordinarius jure talem reſpuere conditionem, & eo approbante, haud vitium continere ſubdunt: jura namque damnant in beneficiis, conditiones privata Clericorum auctoritate impoſitas: iſta planè apponitur coram Ordinario: meritò reſignationem ex ea minimè inficiari concludunt: attamen oppoſitum firmat *ex Gloſſ. in cap. ex parte, de offic. Deleg. et in cap. cum pridem de pact. Abb. Præpoſ. Felin. Caſſad. deciſ.* 2. *&* 3. *de ſimon. Navar. in man. cap.* 23. *n.* 107. & primam ſententiam refellit *Azor. ubi ſupra. & in cap.* 27. *verſ. quarto quæritur, & in verſ. altera opinio*, firmãs hanc veriorem, & probiliorem eſſe: ſubdens, recenſitam reſignationem in gratiam, & alterius favorẽ damnatam, de jure communi eſſe, & ſimoniam complicare, eoque magis ex d. Pij V. Bulla, & ſolùm aliquando tales reſignationes in gratiam admittuntur coram Pontifice, qui ob ſupremam ſuam auctoritatẽ eas admittere quit. *Barboſ. n.* 44.

Inter haſce demùm diſpares ſententias nobis arridet, hæſitationem prępoſitam ſub diſtinctione accipere: nimirũ, aut reſignatio ſub expreſſo facta ſit pacto, & conditione (non aliter, nec alio modo, &c.) in gratiam alterius, quãvis liberè, abſque penſione, & iſtam damnatam eſſe putamus, ac ſimoniam redolere, potiſſimùm ex allata Pii Bulla, nec Ordinarius quit reſignationẽ ſub tali fœdere recipere, ut rejectâ conditione, beneficium tanquàm vacantem alteri cõferre poſſit: quippè talis reſignatio habetur pro nõ facta, & Ordinarius inhabilis eſt ad eã admittẽdam, ut graphicè erudiunt *Flamin. Pariſ. de reſign. lib.* 1. *qu.* 3. *nu.* 15. & oppoſitam ſectantes refellit *Barboſ. de Jur. Eccl. un. d. lib.* 3. *cap.* 15. *à nu.* 46. *ad* 49. *& ſeqq.* & ſequitur *Epiſcop. Ventrigl. prax. annot.* 4. *§.* 1. *de reſignat. benefic. nu.* 41. *par.* 2. Aut reſignatio fit purè, & ſimpliciter abſque alia conditione, & favore, ſed libera & ſine penſione, licèt cum intenſione, & ea mente, ut Ordinarius illud alteri conferat, abſque tamen ulla pactione preambulâ, & hanc validam eſſe reſignationem autumamus, ut apprimè inſinuant *ex Sanch. in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 36. *n.* 12.

&

Digitized by Google

& alijs, *Sălenger. reſol. benefic. par.* 1. *cap.* 75. *à n.* 3. *ad finem*, ubi ex eodem *Sanch*. concludit poſſe reſignantem poſt per actam reſignationem liberè, & purè, proponere Ordinario, cui vellet tale beneficium cõferre: ejuſdem ſententiæ eſt *Azor. d. lib.* 7. *cap.* 27. *in fin. par.* 2. etenim talis reſignatio purè, ac liberè ab initio facta eſt, non repugnantibus juribus, nec Pij Bulla: *Barboſ. d. cap.* 15. *n.* 60.

Nullam denique eſſe reſignationem factam, vel ad favorem alterius, ſub reſervatione penſionis, vel ſub aliqua conventione retrahendi lucrũ, officiũ, vel commodum, imò ſimoniam continere edocent *Navar. conſ.* 2. *de ſimon. Azor. d. cap.* 27. *verſ.* 5. *quæritur*, *Barboſ. d. cap.* 15. *nu.* 49. *& ſeqq. Ventrigl. d. annot.* 4. ʒ. 1. *n.* 41. licèt idem *Azor. in cap.* 21. *verſ.* 5. *quæritur, ejuſdem loci*, cenſet quòd ſpontè quis reſignare quit beneficium cũ reſervatione penſionis, quod comprobat, tam ex priſco jure, quàm ex novo uſu: imò agglutinat haſce penſiones in ſubſidium vitæ, & alimentorum gratiam poſſe aſſignari: meritò honeſtã retinere cauſam: fortiùs ſi beneficia permutanda non eſſent equalia: nam tunc quit Epiſcopus pẽſionem indicere, donec equalentur: *Navar. conſ.* 43. *n.* 4. *de ſimon. Gonzal. ad regul. Cãcell.* 8. *gloſſ.* 14. *n.* 38. *Barboſ. alleg.* 69. *n.* 14. *par.* 3.

Rurſus nequit Ordinarius beneficia reſignata conferre ſuis conſanguineis affinibus, & familiaribus: *Filliuc. qu. mor. tõm.* 3. *tract.* 45. *cap.* 8. *n.* 29. *& alij*, *Dian. reſol.* 26. *par.* 5. *tract.* 14. *Barboſ. alleg.* 69. *nu.* 48. *par.* 3. nec ipſius reſignantis, ut habetur in dicta Pij Quinti Bulla, aliàs reſignatio eſt nulla, & Epiſcopus plectitur coërctionibus adductis in dicta Conſtitutione: *Barboſ. nu.* 49. *Pyrr. Corrad. prax. benef. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 50. *Card. de Luca de benef. diſcurſ.* 65. *nu.* 1. Extenditur tamen conſanguinitas uſque ad quartum gradum, *Luca ad Gratian. ad deciſ.* 189. *nu.* 2. Et ſi conſcius de conſanguinitate Ordinarius beneficium contulit in pœnas contra tales conferentes ruit: *Buratt. deciſ.* 162. *n.* 6. licèt præſumpta probatio ad id non relevet: *Beltram. ad Ludoviſ. deciſ.* 53. *n.* 5. *Luca ad Ventrigl. obſervat. adnot.* 4. ʒ. 1. *part.* 2. *num.* 3.

Sciendum tamen eſt, per reſignationem puram, ac ſimplicem, jam ab Ordinario admiſſam, omne amitti jus, ipſo

ipſo jure: adeò ut liberè impetrari,& conferri poteſt: ut probat ex multis *Barboſ.d.cap.* 15. *à nu.* 66. *& ſeqq.* ob tamen cōditionalem reſignationem, neque titulo, neque alio denudatur jure reſignans, niſi ſigillatim, & in forma ſpecificà adimpletis conditionibus: alioquin pro non facta habetur reſignatio: *Pariſ.eodem lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 15.

Undè fluit per collationē beneficij reſignati in gratià certę perſonæ, ſi non ei, ſed alteri conferatur, beneficium non dicitur vacare, & reſignans in ſuà continuare quit poſſeſſione: *Pariſ. à nu.* 47. *Barboſ. n.* 73. ubi ſic deciſum affert, eſtque talis reſignatio conditionalis, dummodò perſona obſignata perfectè beneficium acquirat, nec aliter poſſeſſio penès reſignātem abdicata cenſetur, niſi expeditis, & cū effectu literis Apoſtolicis, in forma *dignum*, in perſonam reſignatarij exequutis, *Barboſ. n.* 75.

Ita pari ſchemata eſt ſi reſignatarius aliquo defectu irretitus fuerit: nimirùm ſi laicus erat, aut excōmunicatus, aut abſens, qui acceptare renuerit, vel ante acceptationē occubuerit: ut de alijs ſimilibus firmant *Garcia de beneficiis, par.* 2. *cap.* 5. *n.* 190. *& ſeqq. Barboſ.n.* 76.

Infra tamen menſem à die ſcientiæ Ordinarius debet reſignationē aut reſpuere, aut admittere ex Gregor. XIII. Conſtitut. *de publicandis reſignation.* & proviſus infra mēſes tres à die proviſionis eam publicare, & poſſeſſionem capere tenetur, alioquin beneficium ad Sed. Apoſtol. devoluitur, & ipſo jure, vacare dicitur: *Novar.ſum. Bull. de benefic. reſignator. Coccin. deciſ.* 147. itidem data minori ætate, ignorantia, vel aliquo impedimento: ut contra *Navar. conſ.* 3. *de renunciat.* tenet *Pariſ. d. lib.* 11. *qu.* 4. *n.* 34. *&* 85. quam Pariſij ſententiam in foro fori procedere ait *Ventrigl. annot.* 4. §. 1. *n.* 72. *par.* 2. & quamvis *Pariſ. de reſignat. lib.* 11. *qu.* 2. *n.* 6. *& q.* 5. *n.* 4. & cum eo *Garcia, & Choke.* autumavere quod infra eūdē menſem Ordinarius allatum beneficium reſignatū debet conferre: diſcrepat verò ex *Maſſobr. in prax. habend. concurſ. requiſit.* 7. *dub.* 1. *Barboſ. de jur. Eccleſ. unic. lib.* 3. *tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 113. *in fin.* edocens infra ſex menſes fieri poſſe proviſionem: ex Pij V. Conſtitut. *in conferendis*, quā per Gregor. XIII. recenſitam Conſtitut. abrogatam nequaquàm fuiſſe ſubdit.

Petita demùm, & obtenta re-

reſignandi venia, ſivè renunciandi beneficium, locus amplius non eſt pœnitentiæ, & renuncians ad renunciandum compellitur: *Fuſc. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 28. n. 1.* tam ſi à Sum. Pontifice, quàm ſi ab Ordinario indulta fuerit venia: *Pariſ. lib. 3. quæſt. 18. n.* 48. 59. 63. *& ſeqq.* ubi in omnibus beneficijs hoc militare firmat. Verùm in beneficijs inferioribus ſemper pœnitentię locus eſt, donec cõſenſus fuerit in Cancellaria, vel in Camera regiſtratus: ſubdit *n.* 67. 68. & ſequitur *Barboſ. n.* 119.

205 Cæterùm beneficiorum permutationes admittit Ordinarius, & Abbas expreſſatus, permiſſu ejuſdem Pij Bullæ: ibi *Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur.*

Et an ob læſionem recenſita permutatio poſſit reſcindi? vide *Pariſ. de reſign. lib. 3. qu. 7. n. 41. Morl. Empor. par. 1. tit. 9. q. 19. n. 4. Ricc. prax.* 463. 465. 480.

Et ſi facta Collatione, alter ante factã ſibi Collationẽ occubuerit, nequit tũc ſuperſtes ad beneficiũ dimiſſum regreſſum habere: *Gonzal. ad regul. Cancell.* 8. *cap.* 15. §. 2. *à n.* 40. quamvis utrumque retinere valeat ſi nõ reſignaverit ante Compermutantis obitum: *Leſſ. de Juſt. & jur. lib. 2. cap. 34. n.* 197. & non ſint incomputabilia: *Barboſ. n.* 52. 53.

Permiſſæ equidẽ ſunt permutationes à Sãctionibus Canonicis, & ab Apoſtolicis Cõſtitutionibus, quæ ex juſta perficiuntur cauſa; nimirùm ob neceſſitatẽ, & ſi in Eccleſiæ utilitatem redolent: *cap. quæſitum de rer. permut.* licèt ſolam unius Eccleſiæ utilitatem, & neceſſitatem ſufficere, de veriori ſententia edocet *Garc. de benef. par. 11. cap. 5. n.* 49. & ex eo *Ventrigl. annot.* 4. §. 2. *n.* 18. *p.* 2. qui ſub *n.* 19. firmat unius beneficiati ſufficere utilitatem, dummodò quòd inductivè redoleat permutatio in Eccleſiæ utilitatẽ; & quòd ex juſta perficitur cauſa, nimirùm ob inimicitiã alterius Beneficiati, de qua nos infra agemus, & ob aëris intemperiem: *Barboſ. de jure Eccleſ. lib. 3. cap. 15. §. 5. nu.* 127.

Pro cujus ulterius permutationis ſubſiſtentiam, Ordinarij illius loci, ubi beneficium ſitum eſt auctoritas requiritur: ut *ex Garcia, Barboſ. & Rebuff.* inſinuat *Ventrigl. nu.* 20. *& ſeqq.* ubi de Vicario Generali, & Capitulari fusè

ſe tractat: verùm ſi commutatur beneficium ſiſtentem in una Diœceſi, cum alio alterius Diœceſis, utriuſque Epiſcopi conſẽſus requiritur: *Azor. Inſtit. mor. part. 2. lib. 7. cap. 29. qu. 8. Barboſ. alleg. 69. nu. 10. part. 3.*

Ac Patronorum conſenſus, ſi de jure patronatus laicali, aut Clericali beneficium permutatum ſit: *Lambertin. de Jur. patron. lib. 3. qu. 5. art. 2. nu. 2. Azor: Inſtit. mor. par. 2. lib. 7. cap. 25. verſ. 4. quær.* quem coram Ordinario præſtari debent, etiam poſt peractam permutationem; imò ſi non reclamaverint, tacitus depromitur conſenſus, qui ſufficiens eſt pro ejus validitate: *Lambert. de Jur. patron. par. 1. lib. 2. qu. 6.* vel ſi infrà tempus eis aſſignatum ad præſentandum, non contradixerint: *Garcia, & alij infrà*; at ſecùs ſi reclamaverit, nam nulla erit permutatio: *Lother. de re benef. lib. 2. qu. 14. nu. 75. & ſeqq.* eâque nullâ pronunciatâ, ad ſua priſtina beneficia redeunt Beneficiati permutãtes: imò ſi cõſcii fuerint, & ſecluſo patroni placito permutationem confecerint; beneficia vacarent: *Ricc. prax. deciſ. 171. n. 105. Choker. de permut. benef. lib. 1. cap. 19. n. 1. & ſeq. Gratian. diſcept. cap. 835. n. 10. & ſeqq. Sanlẽger. reſol. benef. par. 2. cap. 4. §. 8. nu. 20. 21.* ad eaq; attingere nequeũt ampliùs permutantes, & patronus quit alium præſentare: ut cenſent *Lother. d. lib. 12. qu. 14. à num. 75. 84. & ſeqq. Garc. d. par. 11. cap. 3. n. 19. & Ventrigl. nu. 27.* annectit, ſi requiſitus patronus abſque juſta cauſa annuere renuerit, poſſe Ordinarium auctoritatẽ preſtare, ſecluſo patroni placito: *ex Felin. in cap. cum acceſſiſſent nu. 30. de conſtit.* ratio quam ad id affert eſt, ne utilitas Eccleſiæ implicetur; ideò eam validam eſſe firmãt *Garcia d. cap. 3. par. 11. nu. 17. Peleus lib. 1. act. forenſ. 41.* ſi tamen de magna tractetur utilitate Eccleſiæ: etenim tunc compellere poteſt patronũ ad ſuum præſtandũ conſenſum in beneficii permutatione, aliàs ſecùs, etiam ſi permutantium acceſſerit utilitas: ut de vera, ac amplexa ſententia firmat *Garcia n. 28. Choker. nu. 10. 12.* & inſinuat *ex Rot. Rom. Recenſ. deciſ. 190. nu. 11. par. 5. Sanleng. nu. 22.* cuncti tamen ſubdentes utilitatem, & Eccleſiæ neceſſitatem probandã eſſe ab allegante, quoniam non præſumitur: *Rot. Rom. d. par. 5. deciſ. 152. nu. 14.* Et quandò dicitur adeſſe Eccle-

ſię utilitas: vide *Sanleger. ibidem nu.* 25. *& ſeqq. Garc. Choker. & alios ſupra citatos, & nos infrà.*

Ordinarius tandem ſuam præſtare debet auctoritatem, præviâ tamen cauſæ cognitione; nam in dubio ſine cauſęcognitione pręſumptio ſtat ac pro nullitate, ut nuper diximus, & cenſetur facta pro nō juſta cauſa etiam ſi aliter Ordinarius atteſtaret: nam ei nō creditur: ſentiunt *Garc. d. cap.* 4. *par.* 11. *n.* 52. *Barboſ. d. cap.* 15. *lib.* 3. *num.* 172. cum quibus non tranſit. *Ventrigl. n.* 28.

Imò ipſe Ordinarius quamplurimas alias diligentias ſedulò adhibere debet, antequā ſuā prębet auctoritatē, quas diſertè cūctas affert *Vētrigl. ibidē à n.* 30. *ad fin. & Barboſ. ibidē.*

Juſtis igitur accedentibus cauſis per Innoc. III. *in cap. niſi cum pridem, de renunc.* adductis, & Archiepiſcop. Calaritano tranſmiſſis, reſignatio rectè perficitur. Quæ cauſæ juſtæ ſub iſta reſtringuntur forma nimirùm:

Debilis, Ignarus, malè Conſcius, Irregularis:

Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

Exprimit equidem B. Pius V. *in d. ſua Conſtitutione* 58. magìs enodatè haſcè, & alias juſtas cauſas.

206 Senis equidem ad recenſitam reſignationem admittitur: ut depromitur ex eadem allata Pij V. Conſtitione ibi: *Senio confecti*, & diſponitur per *d. cap. niſi cum pridem, de renunciat. & ibi Abb. n.* 8. arbitrio indicantis: *Menoch. de arbitr.* 49. *n. Conſil. D. Carol. Petr. ſuper rit. M. C. V. tit.* 166. *n.* 108. *tom.* 2. *Flamini. de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *nu.* 2. *de Auguſtin. in addit. ad ſum. Bull. verb. beneficiorum reſignationes: Navar. in ſum. Bull. eodem tit. nu.* 2. *Genuenſ. prax. cap.* 65. *n.* 1. *Ventrigl. n.* 4. *ex Menoch. cap.* 49. *n.* 1. *Filliuc. qu. mor. tract.* 41. *de benefic. cap.* 10. *nu.* 13. *Caſtr. Palau. oper. mor. tom. tract.* 13. *diſp.* 6. *pun.* 3. *§.* 1. *Barboſ. alleg.* 69. *nu.* 32. *par.* 3. Vel ſi infirmus, ut in eadem Conſtitutione ibi: *Aut valetudinarij*, & iſti, qui ſint prudentis Judicis arbitrio relinquitur: *Menoch. ibidem caſ.* 60. *Genuenſ. Novar. & alii ubi nuper. Maſſob. prax. habendi recurſ. req.* 7. *dub.* 8. Aut ſi corpore impeditus fuerit ibi: *Aut corpore irretiti*: taliter verò, quòd id quod devincitur præſtare, nequit: *Proſp. de Auguſtin. ubi ſupra verſ. terſia, Novar. ibid. d. verſ. terſia, Flamin. qu.* 6. *n.* 31. 32. *&* 36. ubi laxè de hiſce impedimentis, & referun-

runtur per *Filliuc. Caſtr. Pala. et Barboſ. ubi nuper*, & poſt eos *Nicol. Scopp ad Gratian. obſer. ad deciſ.* 189.*n.*39. *& ſeqq.* ut ſi leproſus, ſcabioſus, paralyticus, apopleticus, lunaticus, aut Gallico morbo tinctus fuerit: *Flamin. Pariſ. de reſignat. lib.* 3. *q.*6.*n.*31.32. Nè languẽte Paſtore, grex dentibus inſidiatoris laniandus relinquatur: *cap. quamvis* 7. *quæſt.* 1. Ita & ſi corpore vitiatus fuerit ibi: *vel vitiati, Flamin. d. qu.* 6. *n.*33. *de Auguſtin. verſ.* 4. *Novar. n.* 2. *verſ. ſexta*: ut ſi Cæcus, Claudus fuerit, & ſi manum mutilam, vel eas inefficaces haberet, ſi ligneo pede ambulaverit, vel ſi in qualibet corporis parte notabiliter diminutus fuerit, ut mirificè de more ex allatis recenſet *Scopp. ibidem nu.* 56. 57. vel ſi de aliquo crimine inquiſitus fuerit, ibi: *criminì obnoxii, Fuſcus de viſit. Eccl. lib.* 2. *cap.* 28. *nu.* 25. & alii ubi nuper *de Auguſtin. verſ. quinta*, ubi crimina ad hanc perficiendam reſignationem explicat, & recenſentur *per Scopp. nu.* 70. Nimirùm ſi de delictis agitur ex quibus non inducitur vacatio ipſo jure; ſed per ſententiam: etenim pro iſtis admittitur renunciatio, uſque ad ſententiam, quia eo tempore ſuos facit fructus Beneficiatus; At ſecus in criminibus ipſo jure privationẽ indicentibus, ut hæreſis, ſimoniæ, leſę Majeſtatis, Sodomiæ, & alia per *Ventrigl. ann.* 3.*§.*1.*à n.*53.*cum ſeqq.& in annot.* 4.*§.*1. *n.* 16. & per *Barboſ. infra*, quæ adeò vera eſſe firmat, ut nec valere renunciationẽ ad favorẽ alterius, ſi beneficiũ ipſo jure vacaverit: *ex Barboſ. de jur. Eccl. uni. c.* 14. *n.*70. *lib.* 3. firmant omnes hoc idẽ quoad irregularitatẽ ex delicto provenientem, quod privationẽ beneficii ipſo jure infert.

Inſuper cenſuris Eccleſiaſticis innodatus valet beneficium reſignare, quod depromitur ex aliis verbis in ipſa Pii V. Bulla contentis ibi: *Cẽſuris Eccleſiaſticis irretiti*: & inſinuant DD. ſupra recenſiti, & agunt *Flamin. de reſign. q.*6. *n.*61. *Novar. in sũ. Bull. eod. tit. n.*2.*verſ. ſexta, Proſ. de Auguſt. ad Quarãt. verſ. ſexta, Fuſc. de viſit. lib.* 2. *c.* 28.*n.*14. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.*3.*cap.* 15.*n.* 105. *Vẽtrigl. prax. annot.* 4.*§. unic. n.* 27. *to.* 2. *Genuenſ. prax. c.* 65. ubi fusè de cẽſurarũ diviſione juxta *c. quærenti, de verb. ſignific.* ratiocinatur: & firmant *Navar. in man. cap.* 27. *n.* 1. *Henriq. in ſum. lib.* 3. *cap.* 6. *Suarez de cenſur. tom.* 5. *diſput.* 1. *ſect.* 3. *Avil. eod. tit. par.* 1. *diſput.* 2. *dub.* 5. &

poſt eos doctiſſimus *D. Nicol. Scopp. ad Gratian. in obſer. ad deciſ.* 189. *n.* 72. & 73. edocens cēſurarum appellatione, irregularitatem haud venire, quod ante eum auſtruere *P. Emman. quæſt. Regul. tom.* 1. *qu.* 62. *art.* 12. *Cened. ad decret. Collect.* 52. *n.* 12.

Ita pariter res ſe habet, ſi Beneficialis bannitus, Dæmoniacus, vel mutus eſfectus fuerit, qui poteſt reſignare beneficium ſi futilis Eccleſiæ, vel Beneficio fuerit: *Navar. Flam. Auguſt.* & *alij per Scopp. nu.* 74. 75. *Barboſ. d. alleg.* 69. *n.* 40.

207 Parique ſchemata erit ſi plura retineret Beneficia: ut ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 24: *de reform. cap.* 17. inſinuant *Navarr. man. cap.* 23. *n.* 23. *Ugolin. de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. §. 2. *Barboſ. eodem tract. alleg.* 62. *n.* 2. *Scopp. n.* 77. 78. Retentionem namque plurimorum Beneficiorū ſemper Sacri Canones aborruere: *Lother de re benefic. lib.* 3. *q.* 23: *n.* 2. ex quo fonte ſeatet habēs duo, vel plura beneficia itidem ſimplicia, & reſidentiam haud exquirentia, ſi unum ex eis congruum eſt ad vitæ Beneficialis retinentis ſuſtentationem, cætera abſque Summ. Pontificis placito retinere nō poſſunt: *Barboſ. d. alleg.* 62. *n.* 6. *par.* 3. ſed *n.* 8. ait de conſuetudine aliter ſervari: *vide n. ſeqq.* & *in Collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *n.* 2. *verſ. unum tantùm: Weymeſ. ad Conſtit.* 24. *ex antiq. jur. de ſump.* & poſt eos *Cæſar Panimoll. deciſ.* 31. *annot.* 1. *n.* 34. 34. 35. 36.

Advertendum tamen eſt, recenſita bina iam adempta beneficia, per modum nuper expreſſatum, eſſe incompatibilia: ut edocet *Panimoll. ibidem*: undè eſt, ſuppoſitâ incōpatibilitate, reſignationē haud permitti: quoniam in beneficiis incompatibilibus per aſſequtionem ſecundi, primū ipſo jure vacat, & reſignari nō poſſe: ut ex *Genuenſ. prax. cap.* 65. *n.* 3. abſolutè firmat *Ventril. d. annot.* 4. §. *unic. n.* 29. *part.* 2.

Dicuntur planè incompatibilia beneficia ſi perſonalē exquirunt reſidentiam, licèt ſimplicia ſint: *Lother. d. lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 10. *Barboſ. d. alleg.* 62. *n.* 3. & 28. & ita pluries deciſum per *Rot. Rom.* affert *Panimoll. n.* 1. Si tamen reſidentia requiritur, quæ dicitur continua, & præciſa, ob quam in caſu non adimplementi tituli privatio infertur: nam iſta continua eſſe debet, ſub tituli, & beneficij privatione, niſi pro duobus, vel tribus men-

menſibus à Concil. Trid. indultis. At ſecùs in reſidentia, ſi nō eſſet perpetua, ſed ad certum tempus, vel non præciſa, ſed cauſativa, ſub fructuū privatione, non verò tituli; tunc incompatibilitas, nō intrat minùſve beneficii vacatio, & reſignatio permittitur: ut magiſtraliter enodatè diſtinguendo edocet *Gonzal. regul. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 15. *n.* 20. 21. 22. *Panimoll. n.* 4. 5. 6. 7. Verùm ex Sum. Pontificis diſpenſatione permittitur allata beneficiorū incōpatibilium retentio, quæ ex literis gratiæ, non autem ex teſtibus de fama clarificatur: *Gonzal. n.* 29. *Lothet. n.* 8. 9. Ex quibus colligitur retinentē unum beneficiū ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, nequire duo retinere, neque terſium ei conferre valet Epiſcopus, ſi duo per ſe ſeparatim inſufficiētia haberet: *Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib.* 3. *qu.* 1. *n.* 138. *Garc. de benef. par.* 11. *cap.* 5. *n.* 268. *Barboſ. in Collect. DD. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 17. *n.* 6. *& in d. alleg.* 62. *n.* 6. *part.* 3. Et ſi Collatum ſit terſium beneficium habenti duo beneficia itidem in ſufficientia, Collatio nulla, & invalida eſt: licèt oppoſitum edocet *Barboſ. d. n.* 6. imò & ſi terſium ſufficiens fuerit, alia duo prima vacant, aut retinēs alterum ex eis dimittere tenetur, at ſi amborum poſſeſſionem, & fructus ex eis receperit; utrumque vacaret beneficium: ut inſinuat, & deciſum affert *Garcia part.* 11. *cap.* 5. *n.* 310. *dub.* 1. 2. ſed vide *Ugol. ubi ſupra par.* 1. *cap.* 14. *§.* 2. *n.* 2. *Barboſ. d. cap.* 17. *n.* 10. Subditq; ſanè *Barboſ. loco indicato*, ſufficientiam, vel beneficij inſufficientiam judicantis arbitrio remittendam eſſe.

208 Admittitur pariter beneficii reſignatio, per Matrimonium à Beneficiali contractū, & indicant verba ejuſdem Pij V. Bullæ, *Vel Matrimonium contracturi*: & faciunt *tex. in c.* 1. *c. diverſis falacijs de Cleric. conjugat.* quoniam confeſtim, contracto Matrimonio, exutus beneficio, abſque alia ſententia remanet Beneficialis, per electionem incompatibilis ſtatus: ut apertè inſinuat *Gloſſ. in d. cap.* 1. *verb. relinquēda*, & laxè facit *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *n.* 4. & ſequuntur *Aug. Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 7. *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 8. *n.* 2. *par.* 3. Matrimonium verò per verba de præſenti, non autem per Sponſalia cōtractum, privationem, & vacationem beneficij ipſo jure infert: taliter quòd nec per ſen-

ſententiam privari poſſit beneficio contrahens Matrimonium per Sponſalia: ut ſubdit *Sanch. n.* 1. & refert *Ventrigl. prax. annot.* 3. §. 1. *n.* 13. *p.* 2. Imò ſi per Sponſalia fuerit contractum, & copula fuerit ſequuta, beneficium non dicitur vacare: ex multis fundat *Sanch. nu.* 5. *Rot. Rom. nu.* 3. *Ventrigl. n.* 14. oportet igitur ut ante contractum Matrimonium renunciatio, ſeù reſignatio conficiatur, ad hoc ut admittatur: nam ſi poſtea perficitur nulla erit, & beneficiũ dicitur vacare: ita edocet *Ventrigl. annot.* 4. §. 1. *n.* 30. etiã Matrimonio non conſumato: *Garcia de beneſ. cap.* 8. *nu.* 3. *par.* 11. *Ventrigl. n.* 14. & uxor in Religione ingrediatur: *Ricci. Collect.* 813. latè *Sanch. de Matrim d. lib.* 7. *diſp.* 42. *n.* 4. *Sanlenger. reſol. beneſ. par.* 2. *cap.* 5. §. 4. *n.* 15.

Vacare planè dicitur beneficium per contractum Matrimonium itidem nullum, ac invalidum, tam conſcio, quàm ignaro contrahente: expectandam verò eſſe ſententiã erudit *Reg. Sanſelic. deciſ.* 15. ubi ita per Supremum S. Clar. Senatum affert deciſum: ſi tamẽ nullitas promerit ex impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, ſciente, vel ignorãte Beneficiato contrahente: ſuſtinent contra *Sanch. Lotther. de beneſ. lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 76. *Ricciull. de jur. perſon. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 24. ubi annectit quod beneficiũ, tunc dicitur vacare, etiã ſi nullitas ſcateret ex defectu ſolemnitatis, & cum eis ſe firmavit: *Ventrigl. d. annot.* 3. §. 1. *nu.* 18. Oppoſitum herclè, & maximo cum fundamento audacter ſuſtinet *Reg. de Marin. in reſol. cap.* 60. *lib.* 1. edocens per Matrimonium nulliter contractum, beneficium non dicì vacare, nec penſio amitti ſubdit *nu.* 9. nec diſcrepant *Addent. ad Buratt. deciſ.* 791. *n.* 8. ipſo jure non vacare, ſed ſpectandam eſſe ſententiam tenent *Sanch. ubi ſupra lib.* 7. *diſp.* 43. *n.* 4. *Ricc. Collect.* 813. *Sanlenger. n.* 20.

Veritas tamẽ pręſentis quęſtionis eſt, quod ob Matrimonium nullum ex alio capite, quàm ob defectum cõſenſus, beneficium dicitur ipſo jure vacare: & ita ſtatuit *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 250. *n.* 21. *par.* 7. *ex Gonzal. regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 15. *n.* 43. 44. & *Gloſſ.* 57. & ex eo penſio amittitur: deciſum affert *Cavaler. deciſ.* 166. *n.* 3. *Addent. ad Buratt. deciſ.* 791. *n.* 10. cum quibus ſe firmavit *Sanlenger. nu.* 24. & 25.

Non dicitur pariter beneſi-

ficium vacare, ſi Matrimonii nullitas flueret ex defectu cõſenſus, quoniam contrahens minor erat, & malitia non ſupplebat ętatem, vel demẽs, impubes, aut per metum quis cõtrhaxerit, *Lotber ibidem Ricciull. & Ventrigl. in locis indicatis.* ſed vide *Jo: Bapt. Mucci ad Reg. Sanſelic. in delucid. deciſ.* 15. *à nu.* 3. ubi plures affert diſtinctiones. *Sanlenger. nu.* 21. *Sanch. diſp.* 43. *nu.* 7.

Ingrediens Religionem ad beneficii reſignationem admittitur, ut indicat eadem Pii V. Bulla *Religionem quoque ingreſſuri.* Si tamen renunciaverit ante profeſſionem, at ſecus ſi poſtea: quoniam tunc beneficium vacat ipſo facto: undè infertur Collatorem nequire beneficiũ conferre, niſi ſequuta profeſſione; *Genuenſ. prax. d. cap.* 65. *nu.*6. *Auguſt. Barboſ. de Jur. Eccleſiaſt. un. lib.* 3. *cap.* 19. *nu.* 109. ſicq; declaratur particula *ſtatim* in d. Bulla contenta, ut explicat *Ventrigl. prax. ann.* 4. §. 1. *n.* & ante eum dixit *Gozal. in Regul. de menſib. Gloſſ.* 9. *in annot. nu.* 217. *idem Barboſ. d. alleg.* 69. *nu.* 43. Irruentes in irregularitatem, ſcatentem ob delictum influentem privationem beneficii, ipſo jure, ad reſignationem haud admittũtur, quippè beneficium vacat confeſtim patrato crimine: at ſecùs ſi delictum privationem non infert ipſo jure, ſed per ſententiam, tunc quia Beneficiatus interim retinet beneficiũ, & fructus facit ſuos quit renunciare: ut edocent *Flamin. Pariſ. de reſign. lib.* 5. *qu.* 3. *nu.* 182. *Zerol. in prax. par.* 2. *verb. irregularitas* §.4. *Garc. de benefic. cap.* 10. *nu.* 47. *part.* 11. relati per *Ventrigl. nu.* 18. Verùm ſi in ſententia agglutinata ſit pœna privationis beneficii, reſignare ampliùs non poteſt, quia tunc beneficio exutum remanere inſinuat *Sanlẽger. de reſol. benef. part.* 2. *cap.* 5. §. 2. *nu.* 8.

Beneficiatus porrò in caſſum laborans, pro animæ ſui ovilis ſalute, imò ob craſſam, duramque iſtius cervicem potiùs inſurdeſcere videtur, quam ad honeſtam ſe continere diſciplinam, futiliter omnibus opportunis remediis ſedulò adhibitis; tunc valet Beneficiatus beneficium reſignare, & reſignatio, ſi correctionis ſpes abeſt, neque aliquid peragendum remanet, admittitur, juxtà verba *in* 2. *verſiculo* in principio adducta, ibi *Quem mala plebs odit.* Chriſtus noſtræ ſalutis reparator, ſe abſcondit à Iudęis, & exi-

exivit de templo: *Joan. cap.* 8. Helia ab Iſraëlitis, & Apoſtoli etiã à Judęis *Actor.* 13. & indicat *Rebuff. prax. tit. de reſign. Paul. Fuſc. Epiſcop. de viſit. Eccleſ. cap.* 28. *nu.* 5. & alii relati *per Barboſ. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 95. *de Jur. Eccleſ. un.*

209 Dantes ſcandala beneficium reſignare poſſunt, pro gravi evitando ſcandalo, unde inferunt nonnulli relati *per Ventrigl. d. annot.* 4. §. 1. *nu.* 21. valere Epiſcopum Parochum à ſua reſpuere Eccleſia, in qua ſine ſcandalo permanere nequit, ejuſque beneficium cum alio permutare, & ſunt *Fuſc. cap.* 29. *nu.* 6. *lib.* 2. *Bellec. diſquiſ. Cler. par.* 1. *de diſcipl. Cler.* §. 4. *nu.* 67. & §. 15. *nu.* 18. & *ſeqq. Barboſ. nu.* 96.

Quod equidem non ita ſimpliciter recipiendum eſt, niſi quando ſcandalum promeret ex reproba Beneficiati vita, vel ex aliqua ejus infirmitate, ob quam in irregularitatem ruit, ut infra demonſtrabimus: nõ verò quando ſcandalum oritur ex impiorum, ac perfidorum impura verſutia, & non ex ipſius Beneficiati culpa: nam tunc nunquam tenetur, nec jure cogi poteſt ſuam dimittere Eccleſiam: etenim ut mirificè ait *D. Thomas* 2. 2. *qu.* 44. *art.* 8. hoc Phariſęorum ſcandalum eſſe: & concludunt ex eo *Covarr. in regul. peccatum ſub nu.* 6. & alii, quos affert *Ricciull. de jur. perſon.* &c. *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 15. nec Sum. Pontificem, teneri ſuo Pontificatui renunciare, ut ſcandalum, aut ſchiſma evitetur, uno concludunt ore relati *per Ricciull.*

Et ut oratio redeat ibi ũdè diſceſſit, inquimus Beneficiatos, qui in ſuis beneficiis malè, & cũ Fidelium ſcandalo vivunt, de quibus ratiocinatur *Concil. Trident. ſeſſ.* 21. *cap.* 6. *in fine*, admoneri ante omnia debere, poſtmodum ſeverè objurgari, & ſi in ſua perſeveraverint pertinacia, eliminari à ſuis beneficiis, ſervata forma Sacrorum Canonum, appellatione poſtpoſita: ita erudit *Flam. Pariſ. de reſign. lib.* 5. *quaſt.* 6. *nu.* 101. quoad ſuſpenſivum, non quo ad devolutivum; etenim appellatio, quo ad hoc ad Metropolitanum defertur, etiam ſi Ordinarius, tanquam Sedis Apoſtolicę Delegatus proceſſerit, niſi cõtra exemptũ proceſſum fuerit: nam tunc ad Sum. Ponticem appellatur: *Garcia. de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *nu.* 9. ſicque deciſum affert *per R. Rom. coram Penia Ventrigl. d. annot.* 4. §. 1. *nu.* 24. *par.* 2.

Di-

Dicuntur pariter ſcandaloſi, qui irregulares ſunt: nam ex ſcandalo irregularitas oritur: *Abb. in cap. cum tua, de corpor. vit.* ſunt planè iſti, lunatici, ſtomachi languorem, ſivè vomitum patientes, illiterati, imperti, & ſimiles: *Genuenſ. prax: d. cap.* 65. *nu.* 1. *verſ. aut non debent*, de quibus loquitur Pius V. in ſua Bulla: *aut non debent Eccleſiæ, vel beneficio inſervire*: fusèq; aſtruit *Barboſ. de jur. Eccl. uni.lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 106. *propè finem.*

Beneficiatus ſi capitalem contraxit inimicitiam, adeò ut ſecurè ad Eccleſiam, vel ad ſuum beneficium accedere nequit; ad reſignationem beneficii admittitur, ſi inreconciabilis ſit capitalis inimicitia: *Faſc. Genuenſ. de Augaſt.* & *alii nuper Ventrigl. d. annot.* 4. §. 1. *n.* 33. *par.* 2. & quæ capitalis dicitur: explicat *Scopp. n.* 99. *cum ſeqq.*

Advertendum planè eſt, ubi ob ſcandalum vitandum, vel ſedandum compellitur Beneficiatus, aliuſque Prælatus ad renunciandum, parilem compenſam ei aſſignandam eſſe, & congruum excambiū, ut valeat vivere, & in Ordinis opprobrium, ni cogatur mendicare: ſubdit *ex Pariſ. de reſign. lib.* 5. *qu.* 3. *n.* 176. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 96. *in fin. Ventrigl. prax. annot.* 4. §. 1. *num.* 22. *par:* 2.

Rurſus Abbas, diſtinctum retinens territorium, & loca pleno jure ſibi ſubjecta, in quibus juriſdictionem, tam ſpiritualem, quàm temporalē exercet, præter & recenſitos caſus; auctoritatem in alienationibus per ſuas Eccleſias ſubjectas confectis præſtat: *Gloſſ. in Clement.* 1. *verbo proprii, de reb. Eccleſ. non alienād.* ubi *Abb. n.* 7. *Pariſ. de reſignat. lib.* 7. *qu.* 15. *nu.* 16. *Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 41. *nu.* 66. 67. *Cucch. inſtit. mor. lib.* 3. *tit.* 3. *de Abb. n.* 56. *Ricc. prax. reſol.* 304. Ultimas voluntates ad pias cauſas, exequutioni demandat: *Didac. Covarr. in cap. Jovannes, n.* 1.
210 *de teſtam. Ricc. ibidem.* Quit itidem alterum Catholicum Epiſcopum convitare, ut Cōfirmationis conferat Sacramentum, ac Pontificalia exerceat: licèt nequiret Epiſcopus vicinior in Eccleſiis ejuſdem Abbatiæ ſubjectis, hujuſmodi Sacramenta adminiſtrare, nec Pontificalia exercere abſque Abbatis expreſſa venia: ut ſtatuit *Sacr. Congreg. ſuper Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *de reform.* §. *Sacra Congregatio cenſuit ſi aliqua Abbatia,* & *ſuper cap.* 9. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* §. *item vi-*

Digitized by Google

ſitatione, & afferunt *Ricc.prax. reſol.* 300. *per totum*, *Epiſcop. Bellett. diſquiſ. Cler. part.* 1. *de juriſd. Abb. San. Mich. Cluſa*, §. *unico n.* 10. *in fine*, quippè ad exercendum Pontificalia in diſtrictu alterius, requiritur Ordinarii loci venia: ut innuit *Concil. Triden.ſeſſ.*6. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 14.*cap.*2. *de reform.* meritò ſolus Abbas tanquam Ordinarius impertiri quit veniam exercendi in ſuis diſtrictibus Pontificalia: *Ricc. ibidē*, ac dare alteri Epiſcopo veniam conſecrandi Eccleſias, ac Altaria, atque ex vi ſuæ juriſdictionis conferendi ea, quę ſunt ordinis Epiſcopalis: *Gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus*, *verſ. ſpiritualibus*, *de ſupplend.negl. Prælator. Abb. in cap. his quæ*, *n.*3. *Felin. nu. fin. de major. obed. Abb. in cap. dilectus*, *ubi Innoc. & alii de offic. ordin. & facit cap. luminoſo* 18.*qu.*2. etenim Epiſcopus in loco exempto nequit, nec per ſe, nec per alium juriſdictionē exercere: *Rot.Rom. par.*2.*deciſ.*245.*n.*1.

211 Ulterius, ea, quæ committuntur per Concilium, exequenda, & facienda ab Ordinario, exequi poſſe ab habente juriſdictionem ordinariam inſtruunt *Pariſ. de reſig. benef. lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 20. *& ſeq. Lap. allegat.* 78. *nu.*6. quoniam ea, quæ competunt Epiſcopo, tanquā Ordinario, poſſunt cōpetere inferioribus Epiſcopis: *Gratian.diſcep.cap.* 212.*n.*38. hinc eſt eidē Abbati cōmittere queūt diſpēſationes matrimoniales, ac alia quęcūq; cōcedēda, etiā literas (in forma dignū) ut ex mēte S.Cōgreg. inquit *Garc. de benef.p.*9. *cap.* 2.*n.*142. *& ſeqq. Seraph. deciſ.* 1052. ubi ita affert fuiſſe per *Sacr. Congreg. Concil. Trid.* reſolutum, hoc idem in Vicarijs Generalibus ſubdit

212 *Garcia d. cap.*2.*n.*147. Porrò Abbas benedicendus eſt ab Ordinario, ad hoc ut ordinis poteſtatem lucretur: *cap. quoniã*,69. *diſtin. cap. cum contingat. de ætat. & qualit.* non tamen neceſſariò, & ſimpliciter: etenim ſi Abbas terſio humiliter Epiſcopū pro benedictione ſupplicaverit, & ipſe renuerit eum benedicere; licitum eſt Abbati ſuos benedicere, & in minoribus ordinare Monachos, & alia ad ſuum ſpectantia officium exercere: *cap.* 1. *de ſuppl. negl. præl.Tābor.de jur. Abb. diſp.* 11.*q.* 3.*n.* 3.4 *Barboſ.alleg.*27.*n.* 54.*p.*2. in odium Epiſcopi abſque cauſa benedictionē denegātis.

213 Negligente demùm Abbate, non ex hoc Epiſcopus, ſed Sedes Apoſtolica ſuccederet: inſtruunt *Felin. in cap. irrefragabilis*, *n.* 1. *verſ. ita limita*,

*nita, de off. ordin. cap. pen.*ubi *Gloſſ. verb. corrigere, de off. ordin.* & ibi *Abb. n.* 6. 7. *Hoſt. n.* 4. *Ancher. n.* 2. *Butr. nu.* 13. *Felin. n.* 4. *Epiſcop. Bellett. ubi ſupra nu.* 20. ubi plura recenſet: etenim locorum exemptorum Pontifex eſt Prælatus: *Rom. conſ.* 369. *n.* 19.

214 Epiſcopus, & Abbas an in obſidem tradere queant Religioſum, aut Clericum? negat *Paſquali. de vir. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 17. 18. affirmat *Ramos del Mazar. ad leg. Pap. lib.* 3. *cap.* 48. *nu.* 5. & an detinentes Religioſum, vel Clericum in obſidem de venia Superioris ruant in excommunicationem? vide *Paſqual. n.* 19.

215 Suppoſita contenſione, cui cõpetat juriſdictio in exẽptos, Epiſcopo, an ſæculari Prælato, nequit Epiſcopus de cauſa cognoſcere: etenim interpretatio dubia privilegii ad Sum. Pontificem concedentẽ ſpectat: *Claudi. Soc. Jeſu Genel. in compend. ſuæ Societ. verb. privilegium,* ꝙ. 1. *et* 4. *Henriq. lib.* 7. *de Indulg. cap.* 25. *n.* 6. quos affert *Sanch. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *n.* 34. *conſil. mor.*

216 Inter equidem Epiſcoporum privilegia cumulatur autoritas, & facultas, quam retinet Epiſcopus loci Ordinarius veniam indulgendi Regularibus, ut nova ædificent Monaſteria, domus, ac Ecclesias, eique indulta per *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 3. & habetur per Conſtitutionem *Clementis VIII. incip. Quoniam ad inſtantiam,* 99. *tom.* 3. *Bull. & Gregor. XV. cum aliàs, tom.* 3. de quibus agunt *Sorb. compend. Mend. verb. mendicare, in ſua annot. verſ. circa* ꝙ. 20. *Campanil. diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 85. *& ſeq. Dian. reſol. fin. tom.* 2. *tract.* 2. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.* 26. *par.* 2. Quam quidem ędificandi veniã Epiſcopus in ſcriptis impertire debet: *P. Donat. de Regul. tom.* 1. *tract.* 1. *de Monaſter. ædific. qu.* 11. *n.* 1. ſubditq; tacitum Ordinarii ſufficere conſenſum, ſi ſciverit Eccleſiam noviter conſtrui, & nõ contradixerit, nec impediverit, tam ante, quàm poſt conſtructionem: nec tenetur Epiſcopus pro nova ædificatione proceſſum conſtruere; ſed ſufficit ſe extra judicialiter informare: *Ceſped. de Exempt. Regul. cap.* 1. *qu.* 4. *noſter Archiep. Monrealis Venerus in ſuo Examin. Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 8. nec diſcrepat *Donat. ubi ſupra qu.* 27. *nu.* 9. *dub.* 4. *& in qu.* 28. neque neceſſariã eſſe aliorum Regularium citationem, ſi nulla eis, ex novo

ædificio inferatur jactura, potiſſimùm ſi de novo intrantes ad non mendicandum ſe devincũt: ſed vide meliùs infra.

Hęc sũt planè requiſita neceſſaria pro novi Cœnobi cõſtructione Religioſorum, & Regularium: primò Apoſtolicum beneplacitum, Ordinarii conſenſus, totius Populi, Parochi, ſeù Capituli, ac aliorum Religioſorum in eodem loco ſiſtentium, vel quatuor milliaria diſtantium conſenſus: ut *Clemens VIII.* ſtatuit.

217 At ſi ſine cauſa, & Summi Pontificis placito, ac cum alterius Eccleſiæ jactura fuerit conſtructum ædificium novę Eccleſiæ; deſtruendum eſſe firmat *Barboſ. d. alleg.* 26. *n.* 1. *par.* 2.

Revocatur tamẽ in dubiũ; an pro hiſce ædificandis Cœnobiis, ſufficiat ſola Epiſcopi venia, & an itidem Apoſtolicus requiratur aſſenſus? ſolum Epiſcopi conſenſũ ſufficere, *ex Concil. Trid.* cenſent *Ceſped. d. cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 4. *Vener. nu.* 8. *Garcia polit. Regul. tract.* 11. *diffic.* 1. *duda* 2. *n.* 5. & alii per *Frances var. utriuſque jur. reſol. cap.* 27. *n.* 42. *& ſeqq.* & adducit *Donat. de Regul. tom.* 1. *tit. de Monaſter. ædific. qu.* 27. & ita deciſum fuit per *Rot. Rom. in una Cæſarauguſtana domus anno* 1615. *coram Mãzanedo*, quæ eſt *deciſ* 745. *penès Farinac. par.* 2. *recenſ.* per quam approbata fuit Ordinarii venia erigendi novum Collegium Mendicantium Deſcalceatorum Divi Auguſtini: quam deciſionem affert *Ceſped. ubi ſupra cap.* 1. *diſtin.* 2. *n.* 4. *Novar.* autem *in pract. nov. jur. Pontif. tit. de ædific.* licèt *in concluſ.* 1. *à n.* 6. *cum ſeqq.* probat neceſſariam eſſe Sum. Pontificis licentiam: tamen *n.* 8. concludit hodie ſufficere Ordinarij ſolàm licentiã per *deciſ. Rot.* ab eo adductã: Oppoſitum fidenter tuentur alii, autumantes per Concil. Trident. correpta haud fuiſſe mandata Sacr. Canonum, meritò utriuſque aſſenſum requiri, cumulativè non privativè: *Tambor. de jur. Abbatiſ. diſput.* 33. *qu.* 1. *nu.* 4. *Zerol. prax. par.* 1. *verb. Monachi*, §. 2. *Barboſ. alleg.* 26. *n.* 4. *par.* 2. *Rodoric. qu. Regul. tom.* 1. *qu.* 23. *art.* 7. *& tom.* 2. *q.* 49. *art.* 3. *verſ. jam licèt*, ſicque deciſum afferunt *Rot. Rom. in una Cracovienſ. fundationis Monaſterii anno* 1649. *coram celſo*, confirmata *anno* 1650. *coram eodem*, & indicant *deciſ.* 745. *par.* 2. *& deciſ.* 115. *n.* 7. *par.* 5. *Recenſ.* & ita pariter per *Rot. Rom. anno* 1657. *coram D. Meltio in una Cæſarauguſtana fundationis Conventus* con-

confirmata coram *D. Cerro Decano anno* 1658. ac iterùm confirmata *anno* 1659. *coram Veroſpio*, & demonſtrant *deciſ. Rot. Rom.* 289. & 309. *Recenſ. part.* 12. quæ impreſsè ſunt poſt colluct. *Bonden. deciſ.* 60. & 67. ejuſdem ſententiæ fuere *Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 80. *propè finem*, laxè *Pignatell. conſult. Canon.* 177. *à n.* 1. & 47. *ac in conſult.* 258. & poſt eos *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 2. *n.* 2. ubi Conſtitutionem Innocentii X. ad id affert: *Pellizzar. man. tom.* 3. *cap.* 7. *n.* 92. *tract.* 8.

Nobis autem magis ſolida hæc ultima, quàm prima aliorum ſententia videtur: etenim iſta majori Canoniſtarum calculo comitata apparet, qui poſt Concilium Tridentinum ad id calamum arripuere, & pro beneplacito Apoſt. impetrando, in hiſce novis Cœnobiis fundandis pugnavere, quibus Canoniſtis forenſibus magis ſtandum eſt, quàm aliis Theologis, & Moralibus, inter quos etiã nõ deſũt, qui hãc tuentur ſententiam: ut indicant *Tambor. ubi ſupra, et diſp.* 5. *qu.* 1. *nu.* 3. *tom.* 3. *de jur. Abb. Donat. loco citato nu.* 1. ac magiſtraliter poſt eos in ſenſu veritatis *Card. de Luca de Regular. par.* 1. *diſcurſ.* 29. *n.* 8. 9. *tom.* 14.

Nec relevat id quòd adducit de Urbani VIII. Conſtit. *Gracia polit. Regul. in loco ſuperius adducto*: quoniam recenſita Conſtitutio percutit ipſos Regulares, ni novas conficiant Cœnobiorum fundationes, niſi in bona Ordinarii, ac totius Populi gratia, necipſis aliàs renuentibus, & obſtantibus, ſe introducãt: ideòq; ex hoc nõ infertur aſsẽsũ Apoſtolicum non eſſe neceſſariũ: nam oppoſitum veriorẽ eſſe ex Sacr. Congregationis decretis depromitur: ut accuratè congerit *Barboſ. in ſum. Apoſtolicarum deciſionum Collect.* 386. *nu.* 69: & *Collect.* 503. *n.* 10. quem ingenioſè annectit *Cardin. de Luca ubi nuper nu.* 11.

Recenſita ſanè confirmantur *per Innocentij X. Conſtitutionem* adductã *per Panimoll. d. deciſ.* 84. *adnot.* 2. *n.* 2. *par.* 2. & *per Card. de Luc. ubi proximè diſcurſ.* 30. *nu.* 4. & ex more aſſueto, ob quem nobis prax indidit, ut in hiſce novis ædificandis Religioſorũ Monachorum Monaſteriis: itidẽ nec re, nec nomine Mendicantium Apoſtol. impetretur aſſenſus, præviâ ſedulâ informatione reddituum, ac aliorum requiſitorum: ut apprimè concludit *de Luca d. diſcurſ.* 30. *n.* 4.

Et

Et nos noſtro notavimus ævo, RR. Patres S. Mariæ Madalenæ Ordinis S. Benedicti intùs Urbis Meſſanæ mœnia ædificare, ſeù veriùs transferre novum cupientes Cœnobium à loco in ſalubre, ubi erat, quod ante bellum, cum effectu translatum, & dein fatu dirutum fuit; Sedē adivere Apoſtolicam, eâque ab Ordinario expoſcente informationem, quæ contra Patres prodiit, iſtiq; in caſſum obteſtationes porrexere, ex quibus concludendum eſt beneplacitum Apoſtolicum, ac Ordinarii eſſe neceſſarium pro novis ædificandis, ac fundandis Monacorum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Cœnobiis.

218 Hæſitant tamen alii an Regulares, ſecluſo Ordinarii permiſſo, ac cæteris aliis ſolēnitatibus queant de loco ſalubre, & adverſo, ad aliud ſalubrem, & commodum ejuſdē Civitatis ſe transferre? affirmāt *P. Dian. reſol.* 136. *tract.* 2. *tom.* 2. *Ceſped. de exemp. lib.* 1. *diſtin.* 7. *Mirand. tom.* 1. *man. qu.* 33. *art.* 1. & ex eis annuit *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 6. autumātes hanc mutationem eſſe: non autem novam erectionē, de qua Concil. Tridentinum haud ratiocinatur: imò ceſſare ajunt ſubſtantiale recenſitarū Conſtitutionum objectum; utpotè aliorum præjudicium, quoad ſuſtētationem: etenim hęc conſideratio percutit eos, qui de novo recipiuntur, non autem eos, qui jam exiſtunt, & in alium locum Monaſterium transferunt: ita elatè *Rodric. tom.* 2. *qu.* 49. *art.* 9. *Suar. de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 5. *nu.* 33. *& ſeq. Pignatell. conſult. Canon.* 177. *nu.* 15. *& ſeqq.* ubi ſic deciſum affert per Sac. Congregat. pro cujus ſententiæ tuitione, Sixti IV. Conſtitutionem ad Minorum favorem indultam afferūt, ac Cōſtitutionem, ſivè S. Benedicto Abbati indultum privilegium adducunt.

Oppoſitum tamen mordicùs ſuſtinēt *Cherub. ſuper Bull. Clement. VIII. ſchol.* 1. & refert *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *nu.* 9. *Portules de dub. Regular. verb. Monaſteria, n.* 5. *Rodriq. quæſt. Regular.* 23. *art.* 7. *tom.* 1. inſinuantes allatam mutationem novam erectionem, & fundationem Monaſterii continere, in quo loco vicinorum præjudicium conſiderandum eſt: meritò eadem militare videtur ratio, pro qua Clemens VIII. Gregor. XV. & Concil. Trident. formam noviter ędificandi præſcripſere, & Urbanus

nus

nus VIII. in ſua Conſtitutione ſtatuit, neque Cœnobia cœpta ſine Ordinarii venia,& ſolēnitatibus finiri poſſe:& ita elatè *Dianæ, ac aliis* reſpondent *Theſaur. prax. Eccleſ. verb. Religioſas domus cap.* 1. *verſ. fin. Novarr. prax. nov. Jur. Pontific. tit. de ædific. ſeu Monaſter. erect. concluſ.* 2. *n.* 2. cū quibus annuit *Ventrigl. prax. annot.* 18. *§. unic. n.* 35. merito inquirere debet Ordinarius, an ex nova translatione præjudicium vicinis afferatur, & ſi adeſſet, licentiam impertire nequit, nè de facili Conſtitutionum diſpoſitiones eludantur: ut inſinuant *Rodric. qu.* Regul. 23. *art.* 7. *in fin. & tom.* 2. *qu.* 56. *art.* 4. *nu.* 1. *Tambor. de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 5. *qu.* 1. *nu.* 15. *lib.* 3. *& qu.* 4. *nu.* 5. 7. *Larr. deciſ.* 97. *tom.* 2. ſicque accipiendas eſſe Rot. deciſiones in contrarium adductas, ac oppoſitorum ſententias firmant, præter allatos *Bordon. conſult.* 36. *nu.* 1. *§.* 1. *Ceſped. de exempt. Regul. quod ad Monaſterii ædific. cap.* 1. *dub.* 7. *à nu.* 1. *ad* 6. nimirùm ſi ex nova translatione, & reedificatione nullum oritur vicinis prȩjudicium, & ſequitur *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 2. *nu.* 10. *part.* 2. *Antonell. d. cap.* 1. *nu.* 1. 2. *lib.* 7. & ſi redditus ſufficerent pro ſuſtentatione duodecim Monachorum, & pro aliis expenſis neceſſariis: *Ventrigl. ann.* 18. *§. un. n.* 9. 10. *Panimoll. deciſ.* 84. *annot.* 2. *n.* 1. 16. 17. vide *Card. de Luca de Regular. diſcurſ.* 29. *nu.* 17. *Luca ad Ventrigl. d. annot.* 18. *nu.* 11. & nos hanc probabiliorem eſſe putamus. Niſi novam conſtruxerit Domum, vel Hoſpitium, pro recreatione Regularium, nam in hac erectione, ex quo ceſſat viciniorum præjudicium, anguſtia ȩleemoſinarum, ceſſat quoque allatarum conſtitutionum diſpoſitio: ita *ex Gloſſ. in cap. unic. de exceſſ. Prælat. in* 6. *verb. habitandū, Suarez de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 5. *nu.* 39. *Navarr. cap.* 27. *n.* 144. *Theſaur. ibidem. Novar. nu.* 5. 6. *Ventrigl. nu.* 26. *Antonell. ibidem. nu.* 5.

Epiſcopus equidem loci Ordinarius enunciatam non debet concedere veniam, niſi priùs adhibitis ſedulis diligētiis, intuendo ſi ex nova fundatione Monaſterii præjudiciū Parocho, ſeù Capitulo Eccleſię ſcateret, quippè Parochus pro ſuo formali intereſſe, ratione oblationum, ȩleemoſinarum, & aliorum divinorū emolumentorum, omninò audiendus eſt, & ſi ſuum adeſt prȩjudicium, veniam indulgēda.n

dã haud eſſe firmant ex Clementi VIII. cõſtitutione *Capanil. diverſ. jur. Canon. d.rubr.* 12. *cap.* 13. *ſub nu.*8. *Ricc. deciſ.* 131. *nu.* 1. *par.* 4. *P. Donat. ubi ſupra tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 1. *de Monaſt. ędific. qu.* 15. *nu.* 1. *Ventrigl. annot* 18. ∂. *unic. nu.* 21. *& ibi. Luca nu.* 5. *Card. de Luca de Regular. diſcur.* 29. *nu.* 14. *tom.* 14. *Barboſ. alleg.* 26. *nu.* 5. ſufficit tamen Parochi tacitus cõſenſus: *Card. de Luca ibidem diſcurſ.* 30. *nu.* 6. *& præſumptus idem diſcurſ.* 33. *nu.* 10.

Expleri tamen poteſt Parochi objectio, ſi nova Religio ſe abſtineret in adminiſtratione Sacramentorum, fortiùs illius pœnitentiæ, nec accederet ad funera, nec in Eccleſia cadaveribus ſepulturam traderet: *Card. de Luca nu.* 15.

Populi itidem conſenſus accedere debet in hac nova Monaſterij fundatione: ut ex Conſtitutionibus ſuperiùs receníitis prædiximus, quia agitur de negotio omnibus, & ſingulis tangẽte, quod, perpetuum, & ſucceſſivũ afferre poſſet præjudicium, ideò in Concilio Generali præſtandũ eſt: verũ etſi in hoc major Populi pars annuerit, ſpretâ aliâ parte, quit Ordinarius veniam indulgere: *Ventrigl. n.* 23. *Card. de Luca n.* 15.

Ob cęterorũ planè Religioſorũ, fortiùs verè Mendicantium oppoſitionem, veniam non eſſe impertiendam, communiter firmant ſupra allati, & innuit *Card. de Luca dicto diſcurſ.* 29. *nu.* 18. Niſi Univerſitas qui Monaſterium erigere prætendit, adeò pinguis, & opulenta ſit, ut pro omnium ſuſtẽtatione ſupplere queat: *de Luca ibidẽ, de Luca ad Luca ad Ventrigl. n.* 9.

Verùm Religioſorum adjacentium conſenſus probatur præſumptionibus, & conjecturis, nec ſcriptura requiritur: *Buratt. & Addent. deciſ.* 842. *nu. Gregor. Pontif. deciſ.* 57. *n.* 7. *& deciſ.* 353. *n.* 10. *Rot. Rom. Recenſ. deciſ.* 87. *n.* 3. 4. *par.* 4. *Card. de Luca de Regul. diſcurſ.* 33. *nu.* 10. *par.* 1. *tom.* 14. & ſi abſque fundamento contradixerint, quit Ordinarius recenſitam indulgere ædificandi veniam: *Ventr. examen. Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 8. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 7. *n.* 90. *verſ. item, Lezan.*

Verùm Religioſi ſe de indulta venia opponentes, ab ea appellant, quâ appellatione interpoſitâ, executio ſuſpenditur: *Ventrigl. n.* 11. *Pellizzar. n.* 90. *verſ. ſi verò.*

219 Notandum denique eſt ſub Ordinarii nomine, tam quo

quo ad veniam recenſitam concedendam, quàm circa alia ab eo auctorizanda venit Vicarius Generalis, ſi id expreſsè retinuerit in mandatis: *Novar. Lucer. Regul. verb. Monaſterium, nu.* 2. ſed nequaquā venit Capitolum, Sede vacante: *P. Donat. ubi ſupra, tr.* 1. *de Monaſter. ædificand. qu.* 18. *Barboſ. in ſum. Apoſtol. deciſ. Collect.* 503. *n.* 15. & ita declaraſſe *Rot. Roman.* aſſerit *Card. de Luca ubi ſupra, diſcur.* 29. *n.* 17. *de Luca ad Ventrigl. in d. annot.* 18. *n.* 11. *p.* 1. *Pellizzar. ibid. n.* 93. Oppoſitum ſuſtinet *Ceſped. de exempt. lib.* 1. *diſtin.* 21. *nu.* 3. ſentiens poſſe Vicarium Generalem talem indulgere veniam: quia verè Ordinarius eſt, ita & Vicarium Capitularem Sede vacante, niſi obſtaret declaratio Sacræ Congregationis, quam affert *Novar.* ſubdit *Pellizzar. n.* 93. imò habentes quaſi Epiſcopalem juriſdictionem: ſubdit *Ceſped. ubi nuper.*

220 Ac notandum pariter venit Epiſcopus loci Ordinarius, ſi abſque juſta cauſa renuerit, pro nova Monaſterii erectione, debitum conſenſum præbere, ad Superiorem rectè occurritur: etenim agitur de perficiendo actu ſcatente ex Juſtitia, ſeù pro arbitrio boni viri, quod per juris tramites dirigendum eſt, non tamen ad Metropolitatum, nec ad Nuncium, neque ad alios, ſed ad Sum. Pontificem, vel ad Sacram Congregationem Epiſcoporū, & Regulariū, ſic ſtatuente Gregor. XV. *in ſua Conſtit.* 32. quam affert, *Luca ad Ventrigl. n.* 4. & ante eum *Card. de Luca de Regul. diſcurſ.* 29. *n.* 13. *par.* 1. *tom.* 14.

Circa diſtantiā paſſuū, vide idē *Card. de Luca eodē loco, diſcurſ.* 31. *&* 33. *& Dian. reſol. mor. par.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 15: *verſ. peregit*, & melius infr. *Pellizar.* autem *in tract.* 8. *cap.* 5. *nu.* 63. *tom.* 2. ait renuente Epiſcopo id perficere, valere Regulares per quemcumque Epiſcopum id facere, ſtante Indulto conceſſo per Paulum III. RR. Jeſuitis, quod haud revocaſſe Concil. Tridentin. idem glomerat.

At ſi Regulares Epiſcopi, veniâ ſeclusâ ędificaverint; deſtruitur ædificium: ut ex *Barboſ. alleg.* 26. *n.* 1. *p.* 2 pręd iximus: imò annectit. *Vener. de exam. Epiſc. lib.* 11. *cap.* 14. *n.* 11. poſſe Epiſcopum contrà Regulares irruere, ac Sæcularis Imperii invocato brachio, reverenter priùs Sanctiſs. Euchariſtiâ conſumatâ, eos excommunicationis gladio ſauciare, in vinculis conicere, ad ſuoſque Superiores Prælatos

mittere, ut condigna plectātur ultione, eo certiorato; diſſidet tamen *Ceſped. de exemp. cap.* 1. *diſp.* 17. *nu.* 4. quoad excommunicationem, ſi Regulares particulari fuerint privilegio muniti, ne ab Ordinario excommunicentur, annuitque poſse contrà eos urgere, quemadmodum contrà delinquentes publicè, & cum ſcandalo, & refert *Pellizzar.*

Verùm enim verò ſi in loco exēpto Regulares ędificare attentaverint, Epiſcopi venia non indigent: etenim ibi Epiſcopus juriſdictione caret; Sum. Pontifex ideò talem indulget veniam: *Ventrigl.prax. annot.* 17. §. 1. *nu.* 10. *Ceſpedes de exempt. lib.* 1. *diſtin.* 17. *nu.* 2. diſsident tamen nonnulli ab eo relati *ex cap. authoritate, de privileg. in* 6. ubi interdictum eſſe evolvitur exemptis; in loco exēpto abſque Sed. Apoſt. venia aliquid facere, nos attamen putamus ad rē nō cōducere *tex. in d. cap.auctoritate*, quoniam ibi de venia impetrāda àSum. Pōtifice per exemptos, non de Epiſcopi venia ratiocinatur; ideò ex hoc non infertur Epiſcopi veniā eſse neceſſariā: ut ſubdit, & benè *Ceſped.* & nè propria auctoritate hoc perficiāt Legati de Latere ſufficere veniā ſubdit: ſicq;affert *Pellizzar. d. tract.* 8. *cap.* 7. *ſub nu.* 90. *verſ.è contra* aſtruit tamen *Barboſ. in c.* 2. *nu.* 15. *lib.* 2. *de Jur.Eccl.uni.*& cū eo *Ventrigl. prax.annot.* 17. §. 1. *nu.* 10. & iterū *Barboſ. in alleg.* 26. *ſub n.* 3. *in fine p.* 2. exēptos ędificantes in loco exempto abſque venia, totum amittere, idque cum fructibus ab Epiſcopo lucrari: & pro recenſita ſua ſententia roboranda, auctoritatem *Eraſmi Choker.de juriſd. Ordin. in exempt. par.* 2. *q.* 45. *nu.* 36. *tom.* 1. affert; ſed pace tanti viri, erravit: etenim oculos non advertit in quęſtionis ejuſdem helenco, nec *in q.*36. *ejuſdem lib.* 1. nā ſi intuere curabat, cerniſſet, *Chokerii* ſententiam exemptos ædificantes abſque venia, in loco nō exempto, percutere, nō autē exemptos ædificātes, in loco exēpto: nā de iſtis *Choker.* nunquam ſomniavit hoc aſſerere: remanere tamen ædificium in loco non exempto cum Epiſcopi venia per exēptos conſtructum, pariter exēptum annectit *Choker. d. lib.* 1. *quæſt.* 36. *nu.* 2. *tom.* 1. & ſi conditionem in allata venia ędificandi, Ordinarius annexerit, nimirùm, ut ſuo ſubirent exempti Imperio, eijcitur tāquam turpis conditio, firma remanente venia: *Tiraquell. de pia cauſa privil.* 75.

eſt-

Digitized by Google

eſtque talis venia pia,& ſacra, omnique favore digna: *Tiraquell. in præfation. Choker. par.* 2. *quæſt.* 123.*nu.* 10. 14. *tom.* 2.

Cæterum Monaſterium, ubi cum effectu haud habitant duodecim Religioſi;Epiſcopi Diœceſani imperio, viſitatione, correctione,ac juriſdictione ſubeſt: ita decrevit Sacr. Cõgr. Concilii, ſic jubẽte *Urbano* VIII.ann. 1625. *Panimoll. deciſ.* 84. *adnot.* 2. *nu.* 1. *&* 18. etiam in criminalibus,ſi ſex non commorentur Religioſi: idem *in adnot.* 3. *num.* 1. & facit *Ventrigl. prax. annot.* 18. *§.unico nu.* 9. 10. *&* 16.

Nequeunt ulterius Regulares, ſine Ordinarij venia,Eccleſiam, vel Monaſterium, quod funditus ruerit, reædificare: *Ricc.prax.reſol.*339.*par.* 4. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 1.*&* 2. & cũ aliis edocet *Ceſped. ubi ſuprà diſt.* 10. *nu.* 3. qui *in diſt.* 13. *nu.* 3. glomerat non eſſe tamen vocandos cæteros Religioſos pro conſenſu:& annuit *Pilliz.ſupra ſub n.* 91. potiſſimũ ſi fundamenta everſi Monaſterii remanſere, ut *ex deciſ.* 392. *nu.* 14. *Afflict.* agglutinat *Pellizzar. ſub num.* 91. tunc neque Epiſcopi, neque aliorum Religioſorum neceſſarium eſſe aſſenſum cõcludunt.

Diſtantiam denique, quæ ſervari debet inter unum, & alterum Monaſterium in erigendis novis, affert *Caſarub. in Comped. privileg. Minor. verb. ædificare, nu.* 1. ubi conceſſionem eiſdem Minoribus indultã per Clementem IV. 300. cannarum ſpatio adducit, & per eumdem Clementem ad 140. redactam fuiſſe teſtatur idem *Caſarub. nu.* 15. & facit *Rodriq. quæſt. Regular.* 49. *art.* 5. aſſerens hanc ultimam Clementis conceſſiõé nequaquam officere Minoribus ob aliud Julii II.indultum eis impertitum, aliaſve conceſſiones per Sum. Pontifices indultas, ex eodem *Caſarub.* adducit *Pellizzar. d. cap.* 7. *à nu.* 97. *&* *nu.* 99. *&* 101. ubi Privilegium conceſſum per Gregor:XIII.anno 1576. RR. Religioſis Soc. Jeſus recenſet: nimirùm ut cum diſtantia cannarum 140. ipſi valeant ædificare, & Monaſteria erigere à Monaſteriis aliorum,aliique verò reſpectu ipſorum infra 300. cannarum ſpacio incommunicabiliter, quoad alias Religiones, aliaq; affert privilegia Prædicatorũ, Carmelitarum Diſcalceatorũ, & Mendicantium, & ante eum *Barboſ. de poteſt. Epiſcop.*

Xxx 2 *alleg.*

alleg. 26. *nu.* 6. *&* 7. ſubdentes anno 1610. fuiſſe coram Patriarcha Manzanedo deciſum, nequire Regulares conducere domum habitandam infra 140. cannas à Monaſteriis, ac domibus aliorum Regularium: etenim ex recenſita cōductione quaſi poſſeſſionē acquirere, ac ex iſto unico actu, ſcientibus tamen, & patientibus aliis Religioſis, ut ex *deciſ.* 322. *n.* 8. *Mantic.* probat *Pellizzar. ibidem*, & refert *Ferentill. ad Burat. deciſ.* 691. *nu.* 14.

Glomerat demùm *Barboſ. ibidem nu.* 6. *ex Peyrino* adductam cannarum menſurationem eſſe ſervandam in Pagis, & locis parvis, non autem in magnis, & populatis Urbibus; conquieſcere, namque in iſtis prohibitionis rationem impedimenti, firmat *Peyrinus ibidem*, qui hoc idem autumat de ſuburbiis magnis, & populatis; ſed vide declarationem Sacr. Congreg. quàm refert *Barboſ. ibidem ſub nu.* 6. *in medio.*

221 Planè Epiſcopis licèt indulta ſit facultas beneficia ſimplicia, vel curata, Curatis Eccleſiis uniendi: *Garcia de benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 161. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 5. *§.* 7. *num.* 5. *Ciarlin. contr. cap.* 213. *n.* 39. 40. ac Eccleſias ſuæ ditioni ſubjectas ob earum paupertatem: juxtà tamen juris formam, *ex cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reform. Concil. Trid.* ubi de Præbendis tamē, vel diſtributionibus Canonicis, non autem de Cappellis ratiocinatur: *ex cap.* 15. *ſeſſ.* 24. *ejuſdem Concilii*: imò & dividere: *cap. ſicut unire de ex-*

222 *ceſſ. Prælat.* Exemptas autē Eccleſias, ac beneficia nequit Epiſcopus unire, minùſque dividere, *d. cap. ſicut*, *&* *cap. expoſuiſti, de præbend. cap. Paſtoralis de donat. Clement. ſi una de reb. Eccleſ. non alinand. Nicol. Garc. de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 62. *Fuſcus de viſit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 19. *& Azor. inſtit. mor. lib.* 6. *par.* 2. *cap.* 28. *quæſit.* 18. *& in quæſit.* 19. aſtruit poſſe Epiſcopū Eccleſiam ſecularem ſibi ſubjectam Monaſterio Religioſorum, cauſa communis pietatis extructo, donare, ibique diſcrimen inter donare, & cōjungere affert: *Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 66. *n.* 3. *par.* 3.

223 Ita, & beneficia regularia, Epiſcopus nequit aliis Cathedralibus Collegiatis, & inſignibus unire: *Ugol. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 2. *cap.* 52. *nu.* 1. *verſ. excipitur*: Nec Monaſteria per Epiſcopū uniuntur, niſi alia urgeret legitima cau-

224 cauſa, cum Pontificis tamē conſenſu: *Ricc. prax. Epiſcop. verb. unio*, §. 4. Ita nec Eccleſiæ Parochiales uniri poſſunt Monaſteriis, Abbatiis, & aliis

225 recenſitis per *Ugolin. d. par.* 2. *cap.* 52. *n.* 1. *Barboſ. n.* 30. Imò iſtas, & Eccleſias Epiſcopales ſolus Sum. Pontifex unit: *cap. ſicut unire de exceſſ. Prælat. Paul. Fuſc. de viſit. & regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 15. nec Eccleſiam Abbati, aut alio inferiori Prælato ſubjectā quit Epiſcopus unire: *Barboſ. n.* 18. neque Parochiales Eccleſiæ poſſunt uniri, ſi certos habent fines, nec pars earum fructuum, niſi illę, quæ certos non haberent fines: *Azor. d. cap.* 28. *qu.* 17. *Barboſ. nu.* 30. nec duo beneficia, diſtinctę Diœceſis: *Fuſc. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 24. *Garc. p.* 12. *c.* 2. *n.* 85. neq; ejus Capitulo, nec ejus menſę, ea valet unire, niſi de Sum. Pontificis venia, aut cum Capituli conſenſu: *Ugol. de poteſt. Epiſc. par.* 2. *cap.* 52. principaliter verò, ac directè, at ſecùs indirectè, & in conſequētiam: *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 23.

226 Eſtque planè unio odioſa, minuit namque beneficiorum numerum, ideò à communi Eccleſiarum utilitate aliena: faciliùs enim eſt ut pluribus beneficiis benè plures præſint rectores, quàm unus: ut mirè inſinuat *Anton. Fab. in Cod. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.*

227 48. *in annot. nu.* 1. meritò magnâ, ac juſtâ urgente neceſſitate perficitur: *d. cap. expoſuiſti, de præbend. Fab. n.* 39. quippè ſi neceſſitas, ac Eccleſiæ utilitas occurrerit: *d. cap. expoſuiſti*, & ibi *Scripturenſes, Oldrad. conſ.* 261. *& ſeqq. Rebuff. prax. benefic. tit. de union. Nicol. Garcia de benef. par.* 12. *cap.* 3. *n.* 108. *Azor. inſtit. mor. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 4. Nimirùm ſi duæ Parochiales Eccleſiæ, adeò contiquę ſint, ut ex earum redditibus duos Parochos cōmodè vivere nequeant, vel ſi utraq; aut una ex eis, tēpore belli, vel peſtis, aut incendio, vel inundatione diruta fuerit; tunc jure fit unio: *cap. & temporis, cap. poſtquā, cap. decimas* 16. *qu.* 1. *Azor. ibidem, Barboſ. alleg.* 66. *n.* 12. *Burſat. conſ.* 185. *n.* 13. *lib.* 2. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 1. 2. 17. *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 2. *cap.* 52. *n.* 4.

228 Paupertas igitur, utriuſq; Eccleſiæ, tam uniendæ, quàm ejus, cui unitur concurrere debet: quoniam ex fructibus earum pro utriuſque ſuſtentatione haud ſufficiunt, tunc autem rectè conficitur unio: *Rebuff. n.* 39. *in regul. Cancell.*

21.

21. *de union.* aliàs futilem eſſe unionem edocent *Antonell. lib. 3. cap. 8.n.18.Barboſ.allegat.66.n.15.* per Epiſcopum tamen, faciendam eſſe, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatum: ut ex allato Trident. Concil. prædiximus,& erudit *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. cap. 16. num. 29.* coram quo cauſa unionis faciendæ,debet verificari, tam ſi ex officio, quàm ſi ex partis inſtantia procederetur: *Ciarlin contr. c. 213.n.5.6.lib.2:* & quòd ſit vera, & evidens, ac incontrovertibilis: *cap. expoſuiſti, cap. fin. de exception. cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Ciarlin. n.* 10. nimirùm ob neceſſitatem, vel utilitatem ipſius Eccleſiæ: *Sanch. oper. mor.par.2. lib. 7. cap. 29. nu.* 161. *Caſtr. Palau. par. 2. diſp. 6. pun.* 12.
229 *§. 2. n.* 19. paupertas verò beneficii uniendi ſola haud ſufficit, ut alteri Parochiali uniatur:etenim Epiſcopus tenetur ſuccurrere paupertati illius, exiguos ejus augendo redditus, per cæterorum beneficiorum contributionem: *Rot. Rom.Recenſ. coram Cavaler.deciſ.472. n. 1.& 2.Antonel.n.*10.& ſi hoc futile fuerit, cum primitiis, decimis, aut cum Symbolis,& aliorum Pa-
230 rochianorum Collectis, vel alio commodiori modo, decenter paupertati Parochiæ conſuletur: ut depromitur, ex eodem *Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 13. de reformat. verſ. in Parochial.* & edocet *Fagnan. in cap. extirpandæ, n. 13. de præben. in prim. par. 3. lib. decretal. Ugolin. n.* 3.
231 Ideò citandos eſſe Parochianos dixere *ex Rot. Rom.in Recenſ. deciſ. 239. nu. 5. par. 5. Garcia de benefic. par. 12. cap. 2. nu.*219. 220. ſicque deciſum affert. *Card. de Luca tract. de Paroch. diſcurſ. 35. num. 9.& in annot. ad Concil. Tridentinum diſcurſ. 8. nu.* 12. & ante eos *Rota Rom. poſt Farinac. deciſ.* 439.*n.* 1. 4. *par. 2. in poſthum.* & pro uniendis
232 beneficiis conſenſus requiritur inferioris Collatoris, ad quē beneficii uniēdi pertinet Collatio: *ex Clemēt. nè in agro, §.ad hęc de ſtat. Monach.*& Patroni, ſi de laicorum jure patronatus, beneficium ſit: *ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 15. cap. ſugeſtum, de jur. patron.*
233 imò omniū Patronorum conſenſus requiritur, ſi plures ſint: ut deciſū affert *Barboſ. n.* 19. quē adducit *Antonell. d.lib. 3.c.8.n.* 19. etiā ſi mixtum ſit beneficiū: *Ricc. prax. p. 1.reſ.* 207. *Antonell. ibid.* & hoc in gratiam Patroni laici, ni laici à dotatione, & fundatione beneficii avertantur: *Azor.in-*

ſtit.

ſtit. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 28. qu. 10. lit. E. aliàs laici, Patro-
ni placito non accedente, ſuti-
lem eſſe unionem agglutinat
Rocc. de jur. patron. in verb. honorificum: Lambert. eodem tract. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. &
patronus unione nõ refragan-
234 te, prȩſentat, ejuſque admit-
titur præſentatio: *Campanill. diverſ. jur. Canon rubr. 11. cap. 13. n. 477. Barboſ. d. allegat. 66. n. 19.* Imò conſtare debet
de patroni conſenſu, qui non
præſumitur, nec creditur Epi-
ſcopo de patroni conſenſu at-
teſtanti: ut ferè cõcludunt om-
nes.
235 Citandum itidem pro ſo-
lemnitate eſſe Cathedralis
Eccleſiæ Capitulum, *ex Clement. ſi uni, de reb. Eccleſ. non alien.* ac explicat *Anton. Faber in l. 1. Cod. tit. 2. defin. 48.*
imò cum ejuſdem Cathedra-
lis Eccleſiæ Capituli conſen-
ſu perficitur unio: inſtruunt
ex cap. paſtoralis, de donat. cap. cum nos, cap. paſtoralis, de his, qui fiunt à Prælat. & ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 14. Fuſc. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 26. n. 5. Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 6. cap. 28. qu. 12. Garcia n. 145. Barboſ. n. 25. & facit
Clement. ſi una de reb. Eccleſ. non alienand. Abb. in cap. ſicut unire de exceſſ. Prælat. nu. 2.
236 at ſi talis non acceſſerit Ca-
pituli Cathedralis aſſẽſus, ina-
nem, ac ipſo jure nullam eſſe
unionem ſubdunt *Bald. conſ. 322. vol. 1. Soccin. conſ. 15. n. 15. vol. 1. Ricc. prax. benef. reſol. 378. n. 1. 4. lim. 2. Barboſ. allegat. 66. n. 26. par. 3. & in Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 5. nu. 9.* & poſt eos *Card. de Luca de Paroch. diſcurſ. 13.*
237 *n. 9.* neque oppoſitum con-
ſuetudo introducere quit:
cenſet *Gloſſ. in allata Clement. ſi una verſ. conſentire, & ſequitur Barboſ. nu. 23.* etiam
ſi Epiſcopus uti Sedis Apo-
ſtolicæ Delegatus ad enun-
ciatam unionem perficiendã
procederet: ut ſubdunt *Garcia de Benefic. d. par. 12. cap. 2. nu. 158. Barboſ. nu. 29. Antonell. nu. 21.* Quoniam de
238 forma, talis requiritur con-
ſenſus, ſicque declaravit Sacr.
Congregatio, & adducunt
Bellarm. ſuper. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 5. verſ. 1. de reform. Tuſc. concluſ. 232. n. 2.
239 *lit. V.* licèt ſufficiat ut talis
cõſenſus unioni ſubſequatur:
Sanch. Rebuff. Garcia, Gratian. & alii relati per Barb. d. alleg. 66. nu. 26. & de jure utriuſque Eccleſ. cap. 16. §. 2. nu. 40. lib. 3. Santēger. de benefic. cap. 37. nu. 5. Non ta-
men poſt tentatam unionis
nullitatem, putat *Ciarlin. contr. 23. nu. 27. tom. 2.*

Eam-

Digitized by Google

240 Eamque nullitatem, quilibet adducere poteſt, ſi intereſse habuerit. *Rot. Rom. diverſ. part.* 1. *deciſ.* 247. *nu.*7. *Ricc. prax. uni. reſ.*378. *à nu.* 1. *& ſeqq.* neque diſcrepat *Ciarl. contr.* 213. *nu.* 26. *tom.* 2. *Barboſ. alleg.* 66. *nu.* 25. *par.* 3.

Cenſet tamen *Navar. conſ.* 10. *de offic. Deleg.* in enunciata unione Epiſcopum tanquã Sedis Apoſtolicæ Delegatum procedere, meritò recenſitum Capituli conſenſum neceſsarium haud eſſe: & refert *Barboſ. nu.* 29. attamen contra eum acriter inſurgunt *Add. ad eum, & ex Sacr. Congreg.* innuit *Garc. p.*11. *d.c.*2. *n.* 157. 158. *Ricc. d. reſol.* 278. *ſub n.* 4. *Barboſ. ad Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *nu.*9. ex temporis verò diuturnitate Capituli conſenſum præſumi putant *ex Boër. deciſ.* 345. *Fuſcus. deciſ. & Regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 6. ſi poſſeſſio rei unitæ, & obſervãtia acceſſerint: inſtruit *ex Garc. de re benef. par.* 11. *cap.* 2. *n.* 178. 179. *Monet. de comm. ult. volunt. cap.* 11. *nu.* 488. *Ciarl.*
241 *d.cap.*213. *nu.*29. 30. Annectuntq; nonnulli non tantum Capituli conſenſum eſſe præciſum, pro allata unione facienda de ſolemnitate, ac pro forma: & ſunt *Burſat. cõſ.* 185. *nu.* 14. *lib.* 2. *Garcia n.* 164. *par.* 12. *cap.* 2. ubi *ſub nu.* 165. *&* 166. *bis deciſum affert.* Verùm, & Apoſtolicũ aſſenſum eſſe neceſſarium, futilemque recenſent Capituli conſenſum, Pontifice inconſulto: ut ex *Extrava. ambitioſè, de reb. Eccleſ. non alien. Card. Bellarm. in Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *d. cap.* 5. *in obſervat. doctrinæ, verb. juxtà formam juris, Rot. Roman. diverſ. deciſ.* 758. *n.* 799. *par.* 1.

Verùm ſi in unione facienda non fuerint citati, intereſse habentes, & qui jure acciri debebãt unio erit ipſo jure irrita, & inanis: *ex Clemẽt. ſi una, de reb. Eccleſię nõ alienãd. Azor. d. lib.* 6. *c.* 28. *quæſit.* 14. *par.* 2. ubi idẽ firmat ſi cauſæ in unione nõ fuerint expreſſatæ. Valere
242 tamen Epiſcopũ, Capitulũ, alioſque injuſtè contradicentes repellere: imò ſuppoſitã juſtâ causâ, ex notorietate neceſſitatis, ipſis itidem invitis, Epiſcopus unit: *Antonell. de regim. Eccleſ. d. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 22. *Azor. ubi ſupra d. quæſit.* 12. *cap.* 28. & magis diſertè in eodem *cap.* 28. *quæſit.* 14. *in fine*: particularem verò cujuslibet ex Plebe neceſſariã haud eſſe citationẽ pro allata unione faciẽda: edocẽt *Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 40. & ſufficere per edictum

Card.

Card. de Luca, de Paroch. diſcurſ. 35. *nu.* 9. licèt ſi ſe opponere vellet quit, & audienda eſt Plebs: *Barboſ.* §. 2. *nu.* 40.

243 Bona attamen cuncta, ac beneficii uniti emolumenta, in Eccleſiā, cui facta eſt unio, transferuntur, ad eamq; pertinent: *Rot.Rom.deciſ.*330. *par.* 9. *Recenſ.* & ab alia alienantur, quam quidem alienationem abſq; opportunis requiſitis, vel abſque Apoſtolico aſſenſu nullam eſſe inferunt DD.per *Rot. ibid.* parūq; relevare: *Levæ doctrinam in annot. ejuſdem Concil.Trid. diſcurſ.*8. *n.* 12. autumant: etenim oppoſitum abſque auctoritate, ac perfunctoriè inſtruit, verū ad Levæ favorem de recenti facit *Card. de Luca in annot. ad Concil. Trid. diſcurſ.* 8. *n.* 11. edocens unionem hanc non eſſe alienationem, ſed vide eūdē de *Luca de Paroch. diſc.* 10.*n.* 5. & *diſc.* 35.*n.* 5. *et* 6. Expreſſandus inſuper neceſſariò eſt realis effectivus utriuſque Eccleſiæ valor, aliàs futilem eſſe unionē, *ex regul. Cancell.*22.ait *Rebuff. ad Gloſſ.* 9. *Mandoſ. quæſt.* 6. *cum ſeq. Fuſc. de viſitat. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 12.

244 Onera pariter, quæ unita retinebat Eccleſia, ni iſthæc detrimentum patiatur, Eccleſiæ transferuntur, cui fit unio: *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 2. *cap.* 52. *n.* 2. extinguitur namque unita, per unionem, prædiumque illius efficitur, cui facta fuit unio: *Rot. Rom. diverſ. par.* 1. *deciſ.* 758. *n.* 6. & *par.* 2. *deciſ.* 43. *n.* 16. *Nicol. Garcia d. cap.* 2. *par.* 12. *Flamin. de reſign. lib.* 2. *qu.* 9. *n.* 3. & *lib.* 3. *qu.* 9. *n.* 12. & *lib.* 12. *qu.* 3. *n.* 47. *Valaſc. conſult.* 14. *n.* 1. *Flor. de Mena ad Gamm. deciſ. ultim. Barboſ. d. alleg.* 66. *n.* 38.

245 ejuſque qualitatem, ac principalis beneficii naturam aſſumit, prorſus annexi naturâ extinctâ: *Gloſſ. in verb. unico, Clement. per literas de præbend.* ubi *Abb. Card. Imol. & cæteri Scripturienſes*, quos adducit *Barboſ. n.* 37. & *ſeqq. Anton. Fab. de Epiſc. & Cleric. diffin.* 60. *Ricc. deciſ.* 720. *Collect.* Cunctaque in ea transferuntur, cui fit unio: *Seraph. deciſ.* 1009. *n.* 4. *Barboſ. nu.* 38. ut

246 de re feudali, cui fortè uniretur res allodialis, & queādmodum dicimus de unitis per alluvionem fundo, & ratiocinātur *Gul. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo hortum, circa finem prim. par. de teſtamentis, Cavaler. deciſ.* 330. *n.* 5. *Bich. deciſ.* 421. *nu.* 5. 6. *Luca ad Ventrigl. in annot.* 8. §. 1. *n.* 3. *p.* 2.

Si tamen unio per extinctionem, ſeù per acceſſionem facta fuerit: *Luc. ibidem nu.* 3. *Bich. num.* 7. & ſic una ad aliam; at ſi æquè principa-
247 liter ambæ uniantur, tunc Rector unius Eccleſiæ, Rector alterius Eccleſiæ erit, & quælibet Eccleſia ſuũ haud amittit ſtatũ, honorẽ, privilegia, ac redditus: *cap. & temporis*, 16. *quæſt.* 1. *d. cap.* 1. *de Sede vacante*, *Barboſ. d. alleg.* 66. *n.* 46. *Felin. in cap. in noſtra, n.* 3. *de reſcript. Fuſc. de viſitat. & regim. Eccleſ. cap.* 26. *lib.* 2. *nu.* 9. Ita quoque erit ſi unio ad tempus, & ad vitam peracta ſit: *Garcia d. cap.* 2. *n.* 37. 38. *& nu.* 84. *Azor. inſtit. moral. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 7. *par.* 2. quam interdictum pariter eſt Epiſcopis conficere: *Sanch. præcept. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 152. *& alii.* Et
248 an Epiſcopus queat unire beneficia effecta, & Sum. Pontifice reſervata: vide *Azor. inſtitut. mor. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *qu.* 17. *& lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 16. *Barboſ. allegat.* 66. *nu.* 15. *Ciarlin. contr. cap.* 214. *n.* 7. 8. *lib.* 2.

Deniq; perpetua haud temporalis, & ad vitã permittitur unio ut prædiximus, niſi fuerit cõfecta per Sum. Pontificẽ: *Azor. inſtitut. mor. lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 17. *Garcia de benefic. cap.* 2. *n.* 84. *par.* 12.
249 Seminario tamen uniuntur beneficia ſimplicia: ex *Cõcil. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 28. *Ugolin. n.* 6. non autem pro Seminario conſtruendo; ſed jam conſtructo: *Rot. apud Farinac. deciſ.* 835. *Ricc. d. deciſ.* 710. *verſ. primo*, *Cavalcan. deciſ.* 472. *n.* 1. 2, cum conſilio tamen quatuor Deputatorum: ut ex *Concil. ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *Antonell. n.* 7.
250 Cæterùm inferiores Epiſcopi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuis Eccleſiis retinentes, ex privilegio, vel quadragenaria præſcriptione, & titulo, allatas perficiunt uniones: *d. cap. ſicut unire, & d. Clement.* 1. *§. ad hæc*, ubi *Gloſſ. verb. Ordinarios*, *Riec. Rebuff. Garcia*, & alii per *Barboſ. n.* 14. ſi jus non reſiſterit: *Fuſc. d. cap.* 26. *nu.* 7. *lib.* 2. Quamvis regulariter hoſce inferiores Epiſcopos talẽ uniendi beneficia poteſtatem haud retinere, non obſtante quòd Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas haberent, *ex Panorm. in dicto cap. ſicut unire* erudiunt *Garcia de benefic. dicta par.* 12. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 75. *tom.* 2. *Monet. de diſtrib. quotid. par.* 1. *nu.* 38. *cap.* 5. *Barboſ. ſupr cap.* 15. *Concil. Triden. ſeſſ.* 24. *n.* 5. *Fagnan. in cap. ſicut unire, de exceſſ. Prælat. n.* 18.

Digitized by Google

18. ubi contra eoſdem inferiores Prælatos deciſionem *Rot. Rom.* adducit *Burgen. juriſd. de Birbieſca* 11. *Febr. coram Mantica ab hoc impreſſam in deciſ.* 267.

251 Vicarius Generalis Epiſcopi, cum ſpeciali mandato, beneficia unire poteſt: *Gratian. diſcep. cap.* 278. *nu.* 35. & alii per *Barboſ. d. alleg.* 66. *n.* 10. conſtito tamen de mandato, nec ejus ſuffragatur aſſertio: *Maſcard. de probat. concluſ.* 140. *n.* 12. *Cappell. Toloſ. deciſ.* 463. etiam per teſtes: *Sbroz. de Vicar. lib.* 1. *qu.* 64. *n.* 29. *Ciarlin. n.* 32. 33. 34. *d. cap.* 213. *lib.* 2. nec ſufficit generalem habuiſſe facultatē conferendi beneficia: *Sanch. mor. lib.* 3. *cap.* 29. *nu.* 153. *Caſtr. Palau. par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *par.* 2. §. 2. *n.* 9. *Gratian. ibidem Ciarlin. lib.* 2. *d. contr.* 213. *n.* 31. Hæſitant ſanè nōnulli ſi facultas conferendi Vicario Generali fuerit, cum clauſulis generalibus indulta: nam putant ſub hac facultate non complecti poteſtatem uniēdi, & quamvis pro utraq; parte adſint gravi Autores, pro affirmativa reſidet: *Azor. d. cap.* 28. *quæſit.* 10. & hæc nobis non arridet ſententia: etenim primam ſectando ait *Caſtro Palau. par.* 2. *mor. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 2. *n.* 9. oppoſitum ſentientes, fine fundamento loqui, & annuère *Sanch. mor. lib.* 3. *cap.* 29. *nu.* 153. *Barboſ. de jur. Eccleſ. un. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 56. & ex aliis *Ventrigl. prax. annot.* 8. §. 1. *n.* 10. *par.* 2.

252 Capitulum Sede vacante unit, ſed non ſibi, *Ventrigl. n.* 8. ſi jura tamen Epiſcopalia non tangeret: *Ricciu. Rebuff. Stephan. Quarant. ſumm. Bull. verb. Capitulum Sede vacante, qu.* 9. *verſ. quæ concluſio, Barboſ. de jur. Eccleſ. uni. cap.* 32. *n.* 99. *lib.* 1. *Ventrigl. ibidem.*

253 Probaturque denique juſta uniendi cauſa ex legitimo conſtructo proceſſu *Ciarl. cap.* 213. *num.* 14. *tom.* 2. & cum ſit odioſa non præſumitur niſi probetur: *Barboſ. de jur. Eccleſiaſt. uni. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 60. per allegantem *Zerela prax. verb. unio*, §. 8. *Barboſ. ibidem, Ventrigl. n.* 35. vel per preſcriptionem immemorabilem *Putean. deciſ.* 238. *lib.* 1. *& deciſ.* 209. *lib.* 2. *Oſaſc. deciſ.* 116. *n.* 11. aut inſtrumētum, & literas ipſius unionis *Maſcard. concluſ.* 587. *n.* 1. *Ricc. prax. Eccleſ. par.* 1. *verb. unio* §. 8. *Barboſ. d. allegat.* 66. *nu.* 51. vel per enunciationem in aliis antiquioribus inſtrumentis, in quibus beneficiorum unio evolvitur. *Maſcard. d. concluſ.* 1418. *n.* 12.

12. *& alii per Barboſ. nu.* 51. itidem ex partis adverſæ confeſſione, concurrentibus tamẽ aliis adminiculis, & circumſtãtiis; idem *Barboſ. ibidem*, nec Epiſcopo de unione atteſtanti creditur, niſi cauſæ cognitionem docuerit: *Ventrigl.* §. 2. *annot.* 8. *n.* 26. *par.* 2. unione autem diſsolutâ beneficium vacat: *Verall. deciſ.* 345. *par.* 3. *Caſſad. conſ.* 2. *de Judic.* & quod remanet Eccleſia unita in ſuo ſtatu prout antea, erat data unionis diſſolutione, ut erudiũt *Garc. de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 301. *ad* 308. 309. *Barboſ. d. cap.* 16. *nu.* 67. *in fin.* verùm beneficium unitum cadit ſub regula de triennali poſseſſore: *Ricc. Colle. par.* 3. *reſ.* 720. *in fine.*

Validam tamen eſſe unionem, ſi ex falſa cauſa provenerit, licèt revocandam dixere *Boër. deciſ.* 345. *Rot. in Noviſ. de exceſſ. Prælat. deciſ.* 1. nullam eſse ipſo jure tenet *contr. Azor. Mar. Socc. & Rebuff. Barboſ. allegat.* 66. *par.* 3. *nu.* 16. ſi ab Ordinario facta fuerit, ſecùs à Sum. Pontifice *Caſſad. deciſ.* 1. *eodem tit. Rebuff. in regul. Cancellar.* 9. *Paul. Fuſc. d. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 17. *Azor. d. cap.* 28. *qu.* 14. *in medio, par.* 2. *lib.* 6.

Et ſi ambæ Eccleſiæ effectæ fuerint divites, petère poſſunt Superiores, ut diſſolvantur, tanquam ex juſta cauſa: edocet idem *Fuſcus ubi nuper n.* 27. *in fin.* Ita etſi Eccleſia, quæ egeſtate laborabat, in eâdem neceſſitate nõ reperiatur, tunc ex eo quia cauſa unionis ceſſare videtur; unionem revocari poſſe erudiunt *Rebuff. in prax. benefic. par.* 1. *tit. de unionis revoc. nu.* 1. 2. *Azor. mor. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *qu.* 4. *Caſtr. Palau. par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 4. *n.* 4. *Ciarlin. d. contr.* 213. *n.* 8. *tom.* 2.

254 Cæterum licèt Summus Pontifex ſolus diſpenſat ſuper irregularitate ſcatente ex corporis deformitate: nimirùm ob naſi amputationem, unius oculi privationem, vel ob inſignem oculi maculam notabilem, horrorem producentẽ: *cap.* 2. *de Cler. ægro, cap.* 1. *et tot. tit. de corpor. vit. Tolet. de inſtruc. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 8. *Suarez. tom.* 5. *in* 3. *par. de cenſ. diſp.* 7. *qu.* 2. *punct.* 2. *nu.* 28. *in fin.* etiam quo ad primam tonſuram ex eis probat: *Sanlenger. quæſt. benefic. cap.* 94. *n.* 4. 5. *lib.* 1. de quibus defectibus irregularitatẽ producẽtibus fusè tractat *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *à n.* 50. *& ſeqq. P. Ludovic. Molin. de Juſt. & jur. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 70. *n.* 19.

Sayr.

Digitized by Google

Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 8. n. 16. Martin. Bonac. eod. tract. diſp. 7. qu. 2. punct. 2. nu. 36. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 42. n. 57. par. 2.* Atta-
255 men ſi vitium corporis ſcãdalũ haud promeret: quoniã nõ adeò fœdũ, aut turpe eſſet; in eo tunc diſpenſat Epiſcopus, & Prælatus Regularis, in ſuos juriſdictionem Epiſcopalem habens: *Miranda manual. Prælat. qu. 8. art. 3. concluſ. 3. P. Laur. Peyrin. tom. 1. privileg. Ordin. Min. in annot. ad Conſtit. 2. Pii II. n. 118.*

256 Verùm enim verò ad Epiſcopum, qui Ordines confert, ſpectat decernere an vitiũ ſit, vel non fœdum, turpe, ac notabile, itidem circa Religioſos, & exemptos, niſi ſpecialẽ retinent tales Prælati Religioſorum Superiores delegationem: *Sylv. ſumm. verb. corpore vitiato, qu. 2. Navar. man. n. 200. Roder. qu. Regul. qu. 24. art. 4. tom. 1. Campanil. diverſ. jur. Canon. rub. 11. cap. 17. n. 204. Barboſ. d. alleg. 42.* etiã quod allatã diſpẽſandi facultatem recenſitis Prælatis juriſdictionem Epiſcopalem habentibus tribuère: *Mirand. man. tom. 2. qu. 8. art. 3. concluſ. 2. de Vechis prax. pro Novit. in Relig. recip. diſp. 9. dub.*
257 *21. n. 3.* Attamen in libera Epiſcopi Ordines conferentis facultate reſidet hoſce Religioſos, & Regulares exẽptos ob corporis deformitatem ab Ordinibus arcere, eoſque admittere, ſi libuerit: concludũt *Barboſ. n. fin. Suarez de cenſur. tom. 5. diſp. 51. ſect. 3. n. 16. Mirand. d. concluſ. 2, & alii.*

Urget tamen contra *Barboſ. & Bonac. Pellizzar. loco indicato tract. 8. cap. 2. ſect. 3. qu. 17. ſub. n. 190.* inſerens ex Bulla Pauli III. Prælatis Soc. Jeſus indulta, valere iſtos ſuis ſubditis diſpenſare ſuper quacumq; irregularitate, non verò in homicidio voluntario, & in auxilio, & favore præſtito eidem homicidio, ac ſuper Bigamia: ita pariter poſſe cæteros Regulares Prçlatos ſuper quacumque irregularitate, ſecluſis interdictis in dicta Bulla, diſpenſare ratione communicationis concludit *Pellizzar ibidem*: ſubdit tamen *Bordon. cap. 4. de profeſſ. qu. 56. §. infirmum Religioſum*, valere propriũ Prælatũ diſpenſare irregularibus morbo caduco, laborantibus, aut amẽtia obnoxis, vel obſeſſis, quo ad uſũ Ordinũ ſuſceptorum; etiam quo ad receptionem aliorum Ordinum: ut agglutinant *Morl. Empor. tom. tom. 4. diſp. 70. Avil. decenſ. par. 7. diſp. 3. diffic. 4.*

258 Poſſunt itidem Regulares

Su-

Superiores, ſuos Religioſos itidem illiteratos, Epiſcopis ut ordinentur præſentare, abſque peccati ſcrupulo: etenim Monachi, & Regulares ſat eſt ut benè legere, & cãtare ſciãt: ſufficientiam namque, & literaturã retinere debent Clerici ſeculares, de quibus loquuntur *cap. illiteratos diſtin.* 36. *& cap. in ſingulis, diſtin.* 77. Regulares verò, etiam ſi de Latino idiomate non benè inſtructi ſint, ad Ordines aſcendere poſſunt, eoſque admittere debẽt Epiſcopi: *Henriq. lib.* 10. *cap.* 16. *ex Gloſſ. in cap. legi,* 16. *quæſt.* 1. *verb. inſtructio*, erudiens Monachos ſufficere eſſe bonos, licèt ignaros, & ex *Sylv. in ſumm. verb. Clericus,* 2. *n.* 1. ſubdunt *Sot. in* 4. *diſtinct.* 25. *qu.* 1. *art.* 4. *Mirand. man. Prælat. tom.* 2. *qu.* 8. *art.* 7. *concluſ.* 1. Monachos cõtemplatione potiùs, quàm ſcientia indigere, cum quibus annuit *Aſcan. Tambor. de jur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 7. *qu.* 4. *n.* 4.

259 Ulterius hìc ſubnectere in caſſum haud erit, ad ſolum ſpectare Pontificem indulgẽtiam ſuper irregularitate ex homicidio voluntario publico, & notorio naſcente, eoſque irregulares habiles efficère, & idoneos non tantum ad ordines ſuſcipiendos, verùm etiã ad dignitates, Prælaturas, & ad beneficia Eccleſiaſtica: ut ſtatuit *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 7. dixitque *Navarr. Man. cap.* 27. *nu.* 240. ad eumdemq; Sum. Pontificem pertinet diſpenſare ſuper irregularitate, quæ promit ex homicidio voluntario injuſto, & omnino occulto, ut de cõmuni jure *ex cap.* 6. *de reform.* teſtantur *Navar. ibidem, Sayr. de cenſur. lib.* 7. *cap.* 7. *nu.* 19. *Suarez eodem tract. diſp.* 44. *ſect.* 4. *nu.* 35. 36. ſuper quibus recenſitis irregularitatibus, neque Epiſcopi loci Ordinarii, neque cæteri Regulares Prælati juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, ac Diœceſim

260 habẽtes diſpenſare queunt: *Zoëſ. lib.* 5. *decr. cap.* 12. *nu.* 84. niſi ex ſpeciali privilegio eis per Trid. Concilium *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 6. indulto, ex quo valent Epiſcopi in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto ſcatentibus ſubditis ſuis diſpenſare, ſecluſis volũtario homicidio, ac aliis in judicio porrectis, quos delinquentes ſibi ſubmiſſos abſolvunt, itidem per Vicarium, ad id ſpecialiter deputatũ; *DD. per Campanil. diverſ. rub.* 11. *cap.* p3. *nu.* 148. *Barboſ. alleg.* 39. *nu.* 10. *par.* 2. etiam extrà

trà Diœceſim exiſtentes, extrà judicialiter verò: *Suarez de cenſur. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. nu. 10. 22. Diana reſol. 96. par. 4. tract. 4. Barboſ. nu. 7.* ac itidem pro caſibus occultis Sum. Pontifici reſervatis: *Marchin. de Sacr. Ordin. tract. 1. par. 9. Barboſ. alleg. 39. nu. 7. par. 2.*

261 Benè verùm hanc facultatem diſpenſandi, Epiſcopis per Concil Trid. indultam, queunt Epiſcopi alteri delegare: *Suarez d. ſection. 2. nu. 8. Guitter. Canon. quæſt. lib. 3. de Matrim. cap. 49. nu. 21. Zoëſ. nu. 89.* Non autem Capitolũ, Sede vacante, allatam retinet facultatem diſpẽſandi ſuper allata irregularitate: etenim capitolũ ſuccedit in eis, quę jure Ordinario Epiſcopo cõpetũt; nõ autem in eis quę ex ſpeciali; & extraordinario jure debẽtur, ut eſt iſta facultas diſpenſandi ſuper allata irregularitate: *Bonac. de cenſur. diſp. 7. qu. 5. punt. 1. Alter. tom. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. cap. 3. Dalvin. de poteſt. Epiſcop. cap. 27. n. 1.* licèt ex conſuetudine Capitulo, Sede vacante, cõpetere eã putãt; ita *Suarez Garcia de benef. par. 5. cap. 7. nu. 41. & cap. 11. nu. 21. Zoëſ. num. 90.* abſolutè verò ſuſtinent alii erudientes valere Cap. Sede vacante diſpenſare, & abſolvere ſubditos ſuos à irrecẽſitis irregularitatibus, quibus ſuos valẽt Epiſcopi diſpẽſare, nã iſtis itidẽ Jure Ordinario hęc diſpẽſatio, & abſolutio cõpetit, *F. Emmã. quæſt. Reg. tom. 1. qu. 61. art. 9. Durd. in Bull. Cœn. lib. 3. §. 1. qu. 11. num. 16. 17. Vulpell. prax. cap. 44. nu. 9.* cum quibus annuit *Barboſ. d. alleg. 39. num. 16.* eaque tamen facultate utuntur in ſuos Religioſos ſubditos Prælati; & Superiores Religionũ exemptarum, ex Pii V. conſtit. Dominicanis indulta de qua meminit *Pellizzar. man. tom. 2. tract. 7. cap. 5. nu. 29. Mol. de Juſt. & Jur. tract. 3. diſp. 61. nu. 4. 5. & diſp. 70. in fin. Boſſ. de tripl. Jubil. prin. ſect. 1. caſ. 10. nu. 10. nu. 210. & ſeqq.* imo alteri delegare queunt *Marchin. de Sacr. Ord. tract. 1. part. 9. diff. 1. nu. 9.* & alii *per Barboſ. num. 18.* dicitur planè publicum, ac notorium homicidium, ſi per accuſationem, aut denunciationem ad forum contentioſum fuerit deductum, licèt non plenè probatum: ut erudiunt *Sanch. de Matrim. diſp. 34. nu. 58. lib. 8. & in Decalog. cap. 11. nu. 21. Graff. tom. 2. lib. 5. conſ. 2. nu. 26. de homic. Henriq. in ſum. lib. 24. de irreg. cap 7. n. 5. Suarez*

de

de cenſur. diſp. 41. *ſect.* 2.*n.*6. *Avila tract. par.* 2. *c.*7.*diſp.* 1. *dub.*11.*concl.*3.*&* *par.* 7.*diſp.* 10. *dub.* 6. *Et* quod parti fuerit intimatum ſubdit *Sayr. de cenſur. d. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 22.*Sãch. in locis nuper indica-*
262 *tis.* Verùm ſi in foro externo delinquens fuerit abſolutus, Epiſcopus ſuper hac irregularitate diſpenſat: *P. Lud. Molin. de Juſt. & Jur. diſp.* 79. *nu.* 8. *verſ.* 2. *&* 3. *tract.* 3. *Mart. Bonac. de cenſ. diſp.* 1. *qu.* 3. *punt.* 2. *nu.* 2. *& diſput.* 7. *qu.* 5. *punt.* 1. *num.* 4. & alii *per Aug.Barboſ.de poteſt. Epiſc. alleg.* 39. *nu.*32. *par.* 2. etiam ſi per falſos teſtes, aut quocumq;depravato modo ſe defenderit,cum ſemper remanet occultum: *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *diſp.*37. *nu.*12. *& diſp.* 34. *nu.*57. *Barboſ. n.*33. vel ſi definitè abſolutus ſit,ſivè ab inſtantia, ſivè ab obſervatione Iudicii: *Sanch. d. diſp.* 37. *& diſp.* 34. *num.* 57. *& d.cap.*11.*nu.* 25. *Barboſ. n.* 33. licèt aliàs probabile ſit delictum fuiſse patratũ: *Sanch. nu.* 58. *Barth. de Vecch. in prax. habenda pro Novit. recipi. diſp.* 9. *dub.* 16. *n.* 7. ſed vide *Suarez de cenſur.diſp.*41.
263 *ſect.* 2. *nu.* 5. vel ſi per annũ accuſatus tacuerit, & Judiciũ, ſententiâ,haud fuerit finitum; tunc diſpenſant ſuper tali irregularitate Epiſcopus: *Marchin. de Sacr. Ordin. tract.* 1. *part.* 9. *diffic.* 4. *nu.* 8.9. ac cæteri Prælati regulares, Epiſcopalem, vel quaſi juriſdictionem habentes; indicant quoad Epiſcopos *Campanil. diverſ. Jur. Canon. rub.* 11: *cap.* 23. *num.* 144. *Barboſ. nu.* 34. & quo ad alios Prælatos: *Aſcan.Tamb. de Jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 17. *qu.* 6. *nu.* 4. *verſ.quod ſi ubi*, affluenter edocet quando homicidium eſset Notorium, & quando occultum.

264 At ſi delictum ſoluto indicio,objurgatum remanſerit; notorium, ac publicum dicitur: etenim probata in judicio contentioſo publica appellantur, meritò neq; Epiſcopus, neque cæteri Prælati ſuper irregularitate ex eo ſcatente diſpẽsãt: *Bonac. de cenſur.diſp.* 1. *qu.* 3. *pun.* 2. *nu.*2. *& diſp.* 7. *qu.* 5. *punt.* 1. *nu.* 5. *Barboſ. d. alleg.* 39. *nu.* 35.*Tamb. d. nu.* 4.

Advertendum tamen eſt, ad hoc ut in irregularitatem incidatur, oportet ut mors ſit ſequta: nam non ſufficit conatus, licèt ad actum proximum devenerit: *Canon.fin.* 15. *qu.* 1. *cap. in pœnis, & cap. odia. de regul. Jur. in* 6. *Covarr. in Clement. furioſus par.* 2. *n.* 5. *in fin. Henr. Zoëſ. in lib.* 5. *decret.*

cret. tit. 12. *de homic. nu.* 3. & ſi lętaliter haud vulneraverit, ob Chirurgi, vel vulnerati incuria mors ſequatur, irregularis non eſt vulnerans, lætalis namque percuſſio infert irregularitatem: *cap. ſignificaſti* 18. *de homic. Covarr. ibidem* §. 2. *n.* 9. *p.* 2. *Zoëſ nu.* 8. nam de homicidio, tunc tenetur quis, quando lætale infligit vulnus: *Giurb. conſ.* 84. *nu.* 48. verùm ſi ab initio de vulneris qualitate non conſtaret, pro mortale habetur, niſi liquido conſtaret ex culpa vulnerati, aut incuria Chirurgi mors fuerit ſequuta: *Giurb. n.* 27. ubi ſic deciſum affert, & ſequitur *Calderon. deciſ.* 12. *&* 13. *tom.* 1. *Zoëſ. nu.* 9.

Abortum procurans in irregularitatem ruit, ſi fœtus ſivè embrio fuerit iam rationali anima informatus, *Pelliz. zar. man. to.* 2. *c.* 5. *n.* 156. *tr.* 7. nã homo tunc verè eſt: *Canon quod verò, Canon. Moyſes* 32. *qu.* 2. *cap. ſicut* 20. *de homic.* Infundi animam in maſculo die 40. & 80. in fœmina dixere *Covarr. d. par.* 2. §. 3. *n.* 1. *Navar. in ſum. cap.* 27. *n.* 219. *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 25. *n.* 4. & ſi de fœdus animatione hæſitetur, irregularitas nõ intratur fundat *del Bene de imm. Eccl. to.* 1. *c.* 2. *dub.* 4. *ſect.* 20. *n.* 22. ſed vide per nos tradita *in to.* 2. *in c.* 7. *Clerico veneſico*, ubi affluenter hęc vannatur infuſionis Animę materia.

Mandans aliquem interficere, irregularis eſt, ſi non revocaverit ſufficienter ante cædẽ mandatum: *Zoëſ. n.* 11. 12. & diximus in Cap. antecedenti ubi de excommunicatione egimus, *&* *in* 2. *Tom. in Cap.* 6. *de Clerico aſſaſſino*, ubi tractatur de mandato ad vulnerandum, ac cęde ſequuta, ſed non in perſonam inimici, ac de aliis hæſitationibus ad id conducentibus: vide *Zoëſ. ubi ſupra cum ſeqq.* ubi tota examinatur materia.

Homicidium ad propriam ſanè tuitionem neceſſarium dicitur: *l. ut vim, ff. de Juſt. & jur.* etſi in continenti patratũ ſit, & cum moderamine, irregularitatem haud infert, ni neceſſitas verſetur in culpam, & quod jure permiſſum eſt plectatur: *Repugnate l. Gracchus, C. ad l. Jul. de adult. & Clem. uni. de homic.* Exceſſus verò defenſionis irregularitatem influit, niſi levis, & inevitabilis ſit exceſſus: *Covarr. ad Clement:* 1. *nu.* 3. Unde inferunt aliqui interimentẽ agreſſorem fugientẽ, etiam ſi ante fugam vulnus intulerit, irregularem eſſe: quia fuga invaſoris ceſſare facit in vaſi periculum, nec receptum vulnus

excuſat: quoniam non tollit animum vindictæ: ita *Ponti. in cap. ſignificaſti* 18. *in fin. de hom. Suarez diſput.* 46. *ſect.* 1. *n.* 7. 8. 9. *& ex d. Clem. unica*, occiſorem tunc ab irregularitate excuſari, quando occiderit, vel invaſorem mutilaverit, ex eo mortem aliter evitare non potens: *Navarr. ſumm. cap.* 27. *num.* 207. *Covarr. ubi ſupra part.* 3. §. *unico*, *Zoëſ. lib.* 5. *decretal. tit.* 12. *de hom. num.* 27. 28. *& pluribus ſequentibus*, ubi plura aſtruit, de homicidio neceſſario, ac cauſuali, de quibus nos *in* 2. *tom. cap.* 6. *de Clerico aſſaſſino* fusè tractabimus, quos hìc repetere ſupervacaniũ eſſe putamus.

265 Rurſus ad rem inquimus, propriâ manu pugnantem, & bello juſto aſſiſtentem irregularem nequaquàm eſſe, ſi non interficerit, aut mẽbro aliquẽ mutilaverit: edocent *Did. Covarr. in Clement. ſi furioſus, de homici. par.* 2. §. 3. *n.* 2. *P. Ant. Dian. reſol. mor. part.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 34. Etiam ſi plures in
266 conflictu interfecti fuerint: ſubdit idem *Dian. reſol.* 38. *ibidem*, *Campanil. diverſ. jur. Canon. rub.* 11. *cap* 24. *n.* 10. *Bonacin. de irregul. diſput.* 7. *q.* 4. *punct.* 4. *n.* 10. *Rot. Roman. Recenſ. deciſ.* 3. *nu.* 5. *part.* 5. Nec beneficiatus tunc ſuo privatur beneficio: quamvis à mortali peccato vacuus haud ſit: oppoſitum tamen indicat *Card. de Luca par.* 5. *Miſcell. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *in diſcurſ.* 12. *nu.* 8. edocens ſolam deſcriptionem militiæ ſæculari, abſque homicidio, vel ſævis, nullam inducere irregularitatem, tamen amiſſionem beneficiorum cauſare, ratione incompatibilitatis ſtatus, ad quem tranſivit Clericus in minoribus beneficiatus, ſe aſcribendo, ad militiam ſæcularem, relicta ſpirituali, meritò exutus remanet beneficiis, & penſionibus, niſi Bellum eſſet pro tuẽdo Sum. Pontifice, aut Sed. Apoſt. aut Patria obſeſſa, vel contra infideles: idem *de Luca, de penſionib. diſcurſ.* 46. Alii verò putãt quòd ſi in eodem, licèt juſto bello aliquẽ occiderit, vel mutilaverit, propriâ tamen manu, beneficium tunc reſignare debet, vel diſpenſationem ſuper irregularitate contracta impetrare devincitur: *Mart. Bonac. de irregul. diſput.* 7. *qu.* 4. *punct.* 4. *n.* 10 *Sanlẽger. de ſol. benef. par.* 3. *cap.* 174. *n.* 5. 6. *& ſeqq.* Allata porrò militant, tã circa laicos in bello juſto aſſiſtentes, quàm occidentes, vel mutilantes, & deinde beneficium obtinere curantes: ut depromitur *ex cap. ſicut*, 6. §. *fin. & ibi Gloſſ. verb. concilium*,

lium, de homicid. ubi homicidium patrantem haud promovendum, ſed & perpetuò deponendũ eſſe oſtẽdit: quod itidẽ militat in Clerico in minoribus conſtituto, qui abſq; peccati ſcrupulo valet bello juſto aſſiſtere, ac pugnare, dũmodo non interficeat, aut nõ mutilet: ut commonſtrant ſuperiùs citati, *& Diana ibidem.*

Nos autem ex diſtinctione recenſita colligimus: nimirùm Clericum in bello juſto, & defenſivo aſſiſtente, itidem cæde ſequutâ in irregularitatem non incidere: etenim pro juſta tuitione, Clerici tempore neceſſitatis tenentur ad portarum, murorumq; cuſtodiam: *tex. in c p. 2. de finem Eccleſ. Covarr. in Clement. unic. de hom. par. 2. §. 3. nu. 2. in fin. Suarez diſputa. 47. ſect. 6. n. 1.* ſui Superioris juſſu: *del Bene, de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 5. dub. 21. nu. 5. 6.* At ſecùs firmandum eſt in bello licèt juſto, ſed aggreſſivo: nam circa hoc ruit in irregularitatem ratione lenitatis: *Filliuc. tract. 19. cap. 10. qu. 5. Pellizzar. man. tom. 2. tract. 7. cap. 5. q. 33. n. 119.* ut magiſtraliter de more *ex Canon. ſi quis, & Canon. aliquantos diſtin. 51.* edocet *Henr. Zoëſ. decret. lib. 5. tit. 12. de hom. 62.* Cæde e-
267 tiam ſubſequuta: imò etiam in Sacris Ordinibus conſtitutus, in bello juſto aſſiſtens, propriâ pugnans manu, ſi non interimerit, aut nõ mutilaverit irregularis non efficitur, licèt in bello aliqui ab aliis jugulati remanſerint: ut elatè erudiere, *ex Div. Anton. Epiſcop. Florent. de irregularit. cap. 2. num. 37. Covarr. in d. Clement. ſi furioſus, par. 2. §. 3. n. 2. de homic. Add. ad Bern. Diaz prax. crim. Canon. cap: 101. D. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 28. nu. 15.* ubi contrarium firmat ſi injuſtum fuerit bellum, & homicidia, aut mutilationes occurrerint: *Pellizzar. man. tom. 2. tract. 7. cap. 5. n. 200. 201.*

268 Confert igitur, hac opportuna occaſione, & abſ re haud erit aliquid circa bellum quando juſtum, vel injuſtum erit, attexere: omni porrò ævo bella, potiſſimùm noſtra tempeſtate ob ambitionem, vel iracundiam, aut libidinem proficiſcũtur: Alexander enim Magnus tot Civitatum profligatione minimè contentus, ambitione excitatus, maximam gloriam in maximo Imperio expiſcare navavit: undè Scythæ ſuam exprobrantes ambitionem dixere: *Si Dii, habitum corporis tui, aviditati animi parem eſſe voluiſſent, Orbis te non caperet, alterâ manu*

Zzz 2 Orien-

Orientem, alterâ Occidentem attingeres. Quint. Curt. lib. 7.

Bellum planè de gentium jure introductum eſſe erudit *Caius in l. omnes populi, ff. de Juſt. & jur.* Oriuntur tot hominum Clades, tot Urbium incendia, tot agrorum depopulationes, totq; bonorum omnium miſeranda direptio, adeò quòd nihil tam cruentũ, tam ferox, tam immane, tam impium, quàm bellum:

Nulla eſt ardenti miſerans Clementia Bello:
Impetuoſa pium dextera neſcit opus.

Attamen ubi bella parantur ad vim reprimendam, ac de propria tuẽda bona, rectè, ac jure parantur, & juſtum dicitur bellum, quod autem jure, judiciaque Civili aſſequi nõ poſſumus, cogimur manu, viribuſque agere, & tunc fas eſt bellũ indicere: ea ſanè pacata dicũtur bella, quę nõ cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur: ait *Div. Auguſt. & in Canon. apud veros* 23. *qu.* 1. Et quæ geruntur pro rebus repetendis: *Canon. Dominus* 23. *qu.* 28. aut pro pulſandorum hoſtium cauſa, ſubdit acticè, ac eruditè de more *Foreſtus Foreſti in ſuo opere ad l.* 5. *de Juſt. & jur. enarr.* 20. *n.* 9. *ad finem.* Bel-
269 lum inquàm non levi, ſed ex juſta cauſa indicendum eſt, & pro cõſervatione Fidei, ac proprii ſtatus belli portas aperire debet: Imperator ait *in tex.* indicatis, & facit *tex. in cap. juſtam, cap. Dominus,* 23. *qu.* 2. *Gaill. obſer.* 57. *n.* 3. *lib.* 2. *& de pac. public. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 47. *& ſeqq. Lipſ.* 5. *polit. cap.* 4. *Arniſæ de jur. Majeſt. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 12. Ad
270 Supremum equidem Majeſtatis Culmen ſpectat bellum indicere: *Bodin. lib.* 1. *de repub. cap.* 10. *n.* 156. *Conu. polit. p.* 4. *Beſold.* 1. *polit.* 424. *Boër. de jur. bell.* 13. *Sixtin. de regal. cap.* 2. *n.* 10. *Lipſ. Gaill. & alii*
271 *nuper*, ad eamdem Supremã Principis poteſtatem pertinet inimicorum commercium ſuis Vaſſallis interdicere: *tex. in d. l. hoſtes, de verb. ſignif. l. lex, §. eadem, ff. ad l. Jul. Majeſt. l.* 1. *Cod. de armor. uſu lib.* 11. *Donell. lib.* 4. *comm. cap.* 41. *Hyal. de jur. bell. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 7. *Petr. de Gregor. de Reipub. lib.* 11. *cap.* 1. *Joan. Valtrin. de re milit. cap.* 10. *lib.* 1. *Greg. Schomb. polit. lib.* 5. *cap.* 12. *Mart. Magner. de avocat. armor. cap.* 11. *num.* 245. *Arnald. Clapmar. de arcan. rer. public. lib.* 1. *cap.* 20. *Bartholi Philipp. tract. del Conſejo, y Conſeger. diſcurſ.* 14. *Fragoſ.*
272 *de regim. Reip. par.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 5. *§.* 1. *n.* 1. *Maxim. Fauſt. conſ.*

conſ. pro ærar. Fiſcal. clauſ. 6.
n. 11. noſtroque porrò ſenſui
haud parùm conferunt addu-
cta per *Tit. Liv. lib.* 3. ibi:
*Vellent, juberent Philippo Regi,
Macedonibuſque, qui ſub Regno
ejus eſſent, ob injurias, armaque
illata ſociis Populi Romani bel-
lum indici*, & refert *Valtrin. ubi
nuper lib.* 2. *cap.* 16. *Lipſ. polit.
lib.* 5. *cap.* 3. *& de re milit.
Rom. lib.* 2. *cap.* 2. *Schomb. po-
lit. lib.* 5. *nu.* 1. Odium planè
273 non eſt juſta belli cauſa, ſed
tantùm Juſtitiæ zelus: ut ex
cap. 23. *q.* 2. dixere *D. Thom.*
2. 2. *qu.* 4. *art.* 1. *de Juſt. &
jur. lib.* 5. *qu.* 3. *art.* 5. Alio-
274 quin bellum indicens ad re-
ſtitutionẽ alterius jacturæ de-
vinceretur, & mortaliter pec-
caret: *D. Thom. qu.* 40. *art.* 1.
275 *dub.* 7. Imò & conſulentes
ad id tenentur: *Molin. diſput.*
113. *Sayr. Clav. R. lib.* 8. *cap.*
3. *n.* 20.
276 Inſuper Epiſcopus, an &
quãdo diſpenſat ſuper irregu-
laritate oriente ex delicto oc-
culto: vide *Card. de Luca in
annot. Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 7.
n. 11. *& in diſcurſ.* 12. *tom.*
14. *Pignatell. conſult. Can.* 20.
277 Et quando ſuper vera mẽ-
bri mutilatione: vide *Molin.
diſputat.* 68. *tract.* 3. *tom.* 4.
Giurb. conſ. 40. *n.* 16.
278 Et quãdo dicitur vera mu-
tilatio: vide *Molin. & Giurb.*
ibidem addito *Zoëſ. ſuper lib.* 5.
decret. tit. 12. *de hom.* & nos
plura teximus *in cap. ſeq. de
Immun. Eccleſ.*
279 Et an diſpenſet Epiſcopus
ſuper vera, aut præſumpta
bigamia? vide *Tambor. tom.* 2.
diſput. 17. *qu.* 3. *per totum*, ubi
quando dicatur vera, & quan-
do præſumpta, aut ſimilitudi-
naria bigamia, & aſtruit *Fil-
liuc. tract.* 19. *cap.* 4. fusè *Pel-
lizzar. man. tom.* 2. *tract.* 7.
cap. ſect. 2. *à nu.* 82. *& ſeqq.*
ubi edocet *ſub n.* 95. *ex Filliuc.
& Suar.* valere Epiſcopum
diſpenſare in bigamo Religio-
nem ingrediente, idque ne-
queunt perficere Prælati Re-
ligionum itidem quo ad Or-
dines, ſi tamen de vera, aut
interpretativa tractatur biga-
mia, at ſecùs de ſimilitudina-
ria, in qua ſicuti diſpenſant
Epiſcopi Diœceſani; ità &
Prælati Regulares: recenſita
verò procedere ſubdit *Pelliz-
zar.* jure communi inſpecto,
at attentis Regularium privi-
legiis, allati Regulares Præla-
ti diſpenſant, æque recenſet
privilegia *qu.* 19. *n.* 69. quod
repetit *in tract.* 9. *cap.* 3. *nu.*
113. *& ſeqq. & nu.* 135. an-
nuitq; *Bordon. cap.* 4. *de pro-
feſſ. qu.* 56. *§. bigamum*, quo ad
Ordines min. & majores:
280 Prælati Regulares an di-
ſpenſent ſuper publicam infa-
miam:

miam: vide *Sayr. de cenſur. lib.*
7. cap. 11. nu. 15. Bonac. eodem tract. diſp. 7. qu. 3. pun.
1. nu. 6. & alii *per Tamb. de*
Jur. Abb. diſp. 14. & 15. &
17.
281 Et quid ſuper infamiam
juris, & de jure: vide *Tāb. ibidē*
Mirand. man. tom. 2. qu. 8. art.
282 5. annuit verò *Peyr. tom. 2.*
privil. ſui Ord. cap. 2. nu. 1.
ſi delictum ſit occultum, &
reus nō ſit infamis declaratus
per ſententiam, nam in infamiam
juris tunc incurrere putant
nōnulli, quando lata iam
fuit ſententia: *Sanch. de Matrim.*
lib. 9. diſp. 30. & Peyrin.
283 *ibidem.* licèt cōtrarium ſentiant
Rodriq. tom. 1. qu. Regul.
24. art. 6. Portel. de dub. regul.
verb. diſpenſare nu. 6. nec diſſentit
Pellizzar. man. tom. 2.
tract. 9. cap. 3. ſect. 4. n. 134.
glutinātes, in irregularitatem
ruere, itidē ante ſententiam.
284 Et quid ſuper infamiam
facti, & quando quis dicatur
infamis infamia juris, & quā-
285 do facti: vide *Barboſ. alleg.*
43. par. 2. Tābor. d. diſp. 17. q.
7. Pellizzar ſupra nu. 134. in
286 *fine*, ubi firmāt hanc irregularitatem
orientem ex infamia
facti, evelli poſse per Epiſcopos,
& Regulares Prælatos.
287 Notandum quoq; eſt infamimā
facti tolli, & abole-
ri, ex juſta vitæ emendatione,
& pœnitentia, ob quam
homines honeſti, virique probi
bonam de emēdato, & re-
288 ſipiſcente opinionem effecēre,
ſicq; ſparsēre: undè uti
clavus clavū expellit, ità bonā
opinionē, malā diſsolvere: eōcludūt
ex c. 1. de Reg. Jur. cap.
teſtimonium, de teſt. Gloſſ. in
Can. primum 25. diſtin. 1. Bonac.
Suar. & alii vbi Barboſ.
d. alleg. 43. nu. 21. Navarr.
commen. 1. de Regul. nu. 60.
Pellizzar. man. tom. 2. tract.
7. cap. 5. ſect. 3. num. 145.
289 ubi adnectit Monachum,
qui in ſeculo infamis infamia
facti attinctus erat, poſt triennium
Religionis, omni humana
macula mundari: *Aut.*
de Monach. col. 1. §. Sancimus.
290 Epiſcopus ruit in exemptos
ratione mēbrorum ſivè
Cappellarum nō exemptarū:
Abb. in cap. ex ore nu. 1. 4. de
privileg. ubi Innocent. etenim
capitis exemptio non rectè
influitur, ad cætera membra,
niſi probetur: *argum. tex. in*
l. liberorum. ff. de adoptionibus:
undè ex Eccleſię exemptio-
291 ne, non infertur exemptio
Cappellæ dictæ Eccleſiæ ſubjectæ,
vel connexæ: *Gloſſ. in*
cap. rogamus 24. qu. 1. Gloſſ.
292 *in cap. cum, & plantaræ,*
& tex. in cap. cum cappella,
de

de privileg. & exempti ratione membrorum Epiſcopo ſubijciuntur: *Ubald. de Canon. port. cap.* 4. *qu.* 8. *&* 9. *nu.* 1. Imò tenentur ire ad Synodum: *Aba. ubi ſupra verſ.* 2. Et innuit *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reform. Abb. & alii per Tambor. de Jur. Abb. diſp.* 15. *qu.* 7. *nu.* 54. *tom.* 2.

293 Cæterum Exēpti ad jus reverentiale Epiſcopo debitū, minimè tenentur ſi exemptio Apoſtolica fuerit impertita, & plena. *Felin. in cap. cum inter nu.* 3. *&* 4. *de re judic. & in cap. conquerente de offic. ordin. Choker. de juriſd. Ordin. in exempt. part.* 4. *qu.* 34. *Pute. deciſ.* 115. *lib.* 3. *Rodriqu. qu. regul. qu.* 63. *tom.* 2. *art.* 9. *Fuſc. de viſit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 11. *Auguſt. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 105. *nu.* 75. *Rot. Rom. in Recenſ. deciſ.* 111. *n.* 16. *par.* 5. *Sanleg. reſol. benef. cap.* 60. *n. fin.*

294 Epiſcopus equidē nequit cōpeſcere delinquētes in Eccleſiis, & Monaſteriis Regularium ibi permanentes: etenim in alieno territorio patratum fuit delictum, & in eodē territorio exiſtunt ſontes, in quo quidem loco Epiſcopus nullam valet exercere juriſdictionem: quoniam extra ſuam dicuntur adeſſe Diœceſim: ita *ex Avila de cenſur. diſp.* 2. *cap.* 3. *n.* 7. *Bonacin. de cenſur. in cōm. diſp.* 1. *q.* 11. *p.* 11. *Alph. de Leone de cenſur. recollect.* 2. *n.* 323. fundat contra *Salas, & Suar. Pellizzar. man. Regul. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 26. *nu.* 100.

295 Neq; eos objurgare quit Epiſcopus ſi extra exemptum locū ſontes occurrerint, ſi tamen Prelatus illius loci exēpti plenariā quaſi Epiſcopalem retinuerit juriſdictionem: fundat magiſtraliter *Joan. Bapt. Ciarlin. contr. cap.* 61. *adm.* 1. *n.* 23. 25. 26. quem aſſequutus fuit *Ceſped. de exempt. d. n.* 226. quidquid involuit *Pellizzar. ubi ſupra propè finem*: & in hoc Siculo Regno de delictis patratis in Eccleſiis, & Monaſteriis Regulariū Trib. Monarchiæ cognoſcit, ſicque Meſſanæ notavimus, in delicto attentati homicidii per nonnullos nautas in perſonam N. Capitanei in Cœnobio RR. Carmelitarum Diſcalceatorū, ut dicitur de lo Pilerello, de quo delicto Miniſtri ejuſdem Tribunalis informationes ceperunt, expulſis priùs aliis Archiepiſcopi Miniſtris, qui ad eumdem navabant finem.

296 Verùm enim verò ex adductis ſæculari Imperio ablata minimè eſt poteſtas inquirendi, & puniendi reos in Eccle-

cleſia delinquentes: eſt namq; hoc mixti fori delictum, meritò præventioni locus eſt: ut ex *cap. cum ſit generale*, & ibi cõcordi voto *Scribentes de foro compet. Aut. item nulla Communitas, C. de Epiſcop. & Cleric. Decian. tract. Crim. lib.* 4. *cap.* 26. *nu.* 1. *Farinac. prax. qu.* 18. *n.* 132. *& qu.* 28. *nu.* 62. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 645. *Mart. de juriſd. par.* 2. *cap.* 11. *à nu.* 20. *Giurb. conſ.* 70. *n.* 10. *& ſeqq. Belleſt. diſq. Cler. tit. de favor. Cler. real.* ꝰ. 4. *n.* 9. *Leo theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 23. *Ciarlin. contr. cap.* 15. *n.* 12. 13. *tom.* 1. de qua quidem prǫventione nos plura egèmus *in* 2. *tom. de Cleric. quandoque amittend. in Cap. de Clerico aſſaſſino*, & de hiſce delictis mixti fori ultra ibi recẽſita, vide tradita in ſequenti *Cap.* 7. *de Immun. Eccleſ.*

297 Inſuper Epiſcopus loci Ordinarius procedit contra Regulares, & exemptos degentes extra Monaſterium *ex Cõcil. Trident. ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 3. ratione delicti, ut prædiximus, aut contractũ extra loca exempta factorum, vel ratione rei ſitæ: imò in caufis Civilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum, Regulares extra Cœnobii ſepta, & in æde privata domicilium retinentes, ibiq; commorantes, ſi certum à Sede Apoſtolica Judicem non habuerint, corã allato Epiſcopo Ordinario tanquam ejuſdem Sedis Apoſtolicǫ Delegato, ad debitum perſolvendum devinci poſſunt: ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 13. *Panimoll. deciſ.* 84. *nu.* 8. at Regulares intra clauſtra Cœnobii degẽtes, ullo pacto coram Ordinario conveniri poſſunt: ita ex Sacræ Congregationis declaratione innuit *Lezan. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 10. *Peyrin. tom.* 1. *privileg. Conſtit.* 2. *Sixti IV. à nu.* 28. *Barboſ. alleg.* 105. *nu.* 21. *& ſeqq.* ſubditque benè verùm *Ceſped. de exempt. dup.* 267. *n.* 13. De his Regularibus re-

298 cipiendum eſt, qui ſine Superiorum venia extra Monaſterium habitant, aut in loco valdè diſtanti vivunt, nè poſſint à ſuis Superioribus viſitari, & emendari: & ſequitur *Pellizzar. man. regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 1. *qu.* 20. *n.* 46.

299 Planè Epiſcopus animadvertit in exemptos mandata ejus ſpernentes: nimirùm ut excõmunicati, & uſurarii è ſepulturæ beneficio arceãtur, in loco exẽpto, & ut ſepulti eximãtur ab humo, ſi locus exẽptus in ſua Diœceſi ſitus ſit: *Abb. in cap. in Sacris n.* 7. *de ſepul-*

ſepult. cap. ad hæc de privileg. Francus in cap. Epiſcoporum, n. 3. de privileg. in 6. Clement. 1. & 2. de ſepult. Felin. in cap. ult. n. 7. de ſepult. quos affert *Aſcan. Tambor. de jur. Abbat. diſp. 15. qu. 7. ſub n. fin. verſ. 4. Ordinarius poteſt.*

300 Inſuper cognoſcit de criminibus per exemptos patratis, actualem, ſeù ſolemnem degradationẽ requirentibus: quoniam degradare Epiſcopi eſt non alterius inferioris muneris: *Abb. in cap. cum contingat. de for. compet. cap. degradatio, de pœn. in 6. Joan. de Lagnan. in cap. nè in agro, de ſtat. Monachor.*

301 Ordinarius mulctat exemptos exercentes illicitas negotiationes extra locum exemptum: ut edocet *Gloſſ.* 2. *in Clement.* 1. *de vit. & honeſtat. Cleric.* & ibi *Cardinal. qu.* 2.

302 Exemptus ſi beneficium ad Epiſcopi collationem ſpectantem illicitis oneribus gravaret, plectitur ab Epiſcopo, ſua exemptione nõ refragante: *Clement. unica, §. eadem quoque de ſuppl. neglig. Prælat. Innoc. & Oſtienſ. in cap. in Lateranen. de præbend. cap. Paſtoralis de privileg.*

303 Regulares præſumentes in publicis concionibus, lectionibus, & concluſionibus ſuſtinere Beatiſs. Virginem Mariam cũ originali peccato Conceptam fuiſſe, coërcet Epiſcopus loci Ordinarius, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitores: ſicque ſtatuit Sacr. Congregatio Sanct. Rom. univerſalis Inquiſitionis ann. 1617. quã affert *Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub. 12. cap. 13. n.* 140. parilemque aliam deciſionem adducit *Aſcan. Tamb. de jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. qu. 7. n. 31.*

304 Cæterũ circà ea per nos in præſentis capitis principio adducta ſub n. 7. nimirùm Epiſcopum in ſua Diœceſi fundatam retinere intentionem, quo ad omnes in ea exiſtentes, donec per exemptos ſuum oſtendatur privilegium: notandum neceſſariò eſt ad arcendum Ordinarii exercitium ſolam privilegii exibitionem haud ſufficere, ſed neceſſariam itidem eſſe quaſi exemptionis poſſeſſionem: ut ad ornatum *Capituli cum perſonæ de privileg. in 6.* firmavere mox citandi, & ſi *Gloſſ.* in eodem capitulo oppoſitum aſſerere conatur, *in verb. turbentur:* attamen eam extrà juris regulas deviaſſe autumant *Lap. ibi n. 4. Ancher. nu. 6. Gemini, & Franc. ibidem*, innuentes ex ſola privilegii exibitione non impediri exercitium Ordinarii, ad

cujus favorem ſtatuit hujuſce *Capituli cum perſonæ*, diſpoſitio: ut cum eis magiſtraliter inſinuat *Aſcan. Tambor. de jur. Abb. tom. 1. diſp. qu. 8. por totum*, aliàs ex allata ſola privile-
305 gii exibitione denudaretur Ordinarius ſua quaſi poſſeſſione, quam itidem in tota Diœceſi retinet, ex ſolo exercitio ſuæ juriſdictionis in una parte ipſius: ut ex multis Rot. Rom. deciſionibus fundat *Tābor. n. 5.* Oportet igitur ad hoc ut exēptus exēptionē obtineat, ut cū privilegio, de quaſi poſſeſſione doceat: ſicque deciſum affert *Tambor. n. 8.* Imò & quòd caſus exercitii evenit, ac Ordinarius ſuam voluit exercere juriſdictionē, & expulſus non exercuit, vel ſe habuit pro ſpoliato: *Tambor. n. 6.* Etenim ſi caſus non evenerit, & actualiter Ordinarius in ſuo nō extitit exercitio; exemptus non liberatur, niſi exibibito authentico privilegio, vel ob legitimam cōſuetudinem: ut advertit *Epiſcopus Frances de compet. quæſt. 88. num. 15.* Sicque per Rot. Rom. deciſū affert.

306 Planè ex hac Epiſcopi ſententia depromitur, aut privilegii exibitionem, aut legitimā conſuetudinem eſſe neceſſariam: quoniam ditione alternativa, *vel*, uſus fuit: *Tamborinus* verò utrumque requiſitum deſiderat, per copulativam, &, alloquendo, & ita in terminis *Capituli cum perſonæ* deciſum adducit, quam *Tamborini* ſententiam veriorem eſſe putamus, nobiſque multùm arridere: etenim in his, qui ſine privilegio, vel conceſſione poſſideri, & retineri non poſſunt, ſolam haud ſufficere poſſeſſionem: *tex. in l. 1. §. permittitur, de aqua quoti. & æſtiv.* niſi cum ea titulus exibeatur: ut ex Oraculo *Cyn. Petr. de Caſtri*, & cæterorum Scribentium *in l. ſi ſolemnib. C. de fid. inſtrum.* ait magiſtraliter *And. Iſern. in cap. Imperialem, §. illud, de prob. alien. feud. per Fideric. in uſib. feud.* cum quo concinuere *Bellām. deciſ. 17. & deciſ. 433. Capyc. deciſ. 77. nu. 7. Afflict. deciſ. 324. nu. 3. Beor. qu. 4. nu. 5. Gabriel. tit. de reſtit. ſpoliat. 1. concluſ. 1. n. 133.*

307 Regalia autem, feudalia, & juriſdictionalia abſque privilegio, & conceſſione detineri, & poſſideri, interdictum expreſsè evolvitur: *in cap. unico*, ubi *Bald. & alii, quæ ſint regal. in uſib. feud. Put. deciſ. 284. nu. 2. lib. 2. Natt. conſ. 389. num. 12. Roland. lib. 3. conſ. 4. n. 48. Ægid. Boſſ. de Regal. n. 7. 27. & de Princip. nu. 233. 384. Thom. Gramm.*

deciſ.

deciſ. 49. Meritò cum quaſi
308 poſſeſſione, tituli exibitionem neceſſariam eſse fatendum eſt, niſi immemorabilis adfuerit præſcriptio: etenim ſecluſis Pōtificum privilegiis, exemptio ab Ordinarii Imperio,& juriſdictione,itidē quaſi Epiſcopali, preſcribi poſſit:ut ad intellectū *cap.cū perſonæ,de privil. in* 6. edocet *Balbus de præſcrip.p.*5.*q.*11.*n.*4 & refert deciſū *Rot.Rom.diverſ.p.*2.*deciſ.* 145. *nu.* 5. ubi concluſū fuit Regulares valere exemptionem ab Epiſcopali juriſdictione acquirere, præſcriptione immemorabili;nec diſcrepat *Sanlēger. de re benefic. par.* 1. *cap.* 60. *nu.* 8. & 9. ubi itidem in terminis Cōcilii Triden. *in ſeſſ.* 24. *cap.* 20.§. *ad hæc*, hoc idē dixere *Poſt. de manuten.in deciſ.*306. *n.*3. &
309 *Tambor. deciſ* 29. & *deciſ.* 43. *n.* 5. & *deciſ.* 44. *nu.* 6. immemorabilis equidē preſcriptio vim conceſſionis, & privilegii obtinet, & per ſe undequaq; legitimus titulus eſt, ideò ab onere titulum probandi relevat: *tex. in l.* 1: §. *fin. ff. de aqu. quotid. æſti. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. *Cranet. de antiq. temp. par.* 4. §. *abſolutis differentiis. n.* 3. *Garcia de expenſ. & melior. cap.* 9. *nu.* 16. & *ſeqq. Theſaur. deciſ.* 16. *nu.* 4. *Choker. deciſ.* 29. *nu.* 7. & *deciſ.* 30. *num.* 15. *Menoch. præſumpt.* 31. *n.* 44. *lib.* 3. Pro cujus probatione in hoc recenſito caſu, ſolā obſervantiam probandam eſſe ſubdit *Rot. apud Poſti. deciſ.* 71. *nu.* 1. abſque tamen requiſitorum opportunorum, probatione ad fundandam immemorabilē præſcriptionē:
310 quippe ex multiplicitate, actorū, & ob tēporis diuturnitatem, Epiſcopi loci Ordinarii ſcientia depromitur: *Rot. Rom. in Recenſ. deciſ.* 685. *n.* 4. *par.* 5. & *apud Poſt. deciſ.* 139. *nu.* 7. *Seraph. deciſ.* 306. *nu.* 57. *Sanlenger. nu.* 13. & 14. ubi concludit ex ea juriſdictionem acquiri privativè, non autem cumulativè, ex Oraculo tamen: *Felin. in cap. Paſtoralis nu.* 5. *lim.* 8. *de off. Ordin:* & *Joa: Bapt: Ferret. conſ.* 142. *nu.* 13. *Menoch. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *nu.* 24.
311 Obſervandum itidem eſt, quòd ſi Epiſcopus loci Ordinarius contrà exemptos præſcripſiſſet, exempti opponere valent de Jure Sedis Apoſtolicæ, & eā ratione Epiſcopi preſcriptionem eludere, ut edocent *ex Abbat. in cap. ad audientiam ſub nu.* 12. *de præſcript. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 24. *nu.* 244. 245. *Salenger. nu.* 16. ubi ſubdit nequire exemptos per aliquos

actus præjudicare Juribus Sedis Apoſtolicæ ſpectantibus: *Gloſſ. in cap. Dilectus in verb. generaliter de Capell. Monach. Seraph. deciſ.* 1025. *nu.* 23.

312 Valet planè Epiſcopus omnem exercere juriſdictionẽ in aliena Diœceſi, in Civitate nimirùm, vel loco inſigni ſuę Eccleſiæ viciniori, ubi ſecurè poteſt commorare, ſi in ſuam Diœceſim neq; ingredi, neq; ſecurè reſidere queat, ob impiorum verſutiam, petitâ tamen priùs ab illius loci Diœceſano veniâ, ubi ſedere voluerit, etiã ſi iſte talem renuerit indulgere veniam: ut ex *Clement.* 1. *de for. compet.* inſtruit *Gonzal. ad regul. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 43. *nu.* 200. illi-
313 que contrà expulſores omnes fautoreſq; procedere poteſt, hujuſce Ordinarij veniâ haud petitâ; etenim ea, ei per enarratam Clementinam tribuitur: *Innoc. in cap. novit. de offic. Delegat.* dummodo quod ſontes, qui non fuerint de allata expulſione: ultrà duas
314 nõ extrahantur dietas: *Sanleger. de prævent. Juridic. par.* 2. *cap.* 48. *Scacc. de Judic. Gloſſ.* 7. *qu.* 3. *lim.* 58. *& qu.* 4. *ſpe.* 2. *nu.* 152. ubi de cunctis aliis Magiſtratibus à ſuis itidem expulſis Regionibus ratiocinatur: & affert *Creſp. de Valdaur. obſer. deciſ.* 15. *nu.* 40. *tom.* 1.

LAUS DEO, BEATÆQUE VIRGINI MARIÆ.

DE

Digitized by Google

DE IMMUNITATE ECCLESIASTICA

CAPUT VII.

SECTIO PRIMA.

SUMMARIUM.

Ne ſcribam vanum, duc Pia Virgo manum.

1 IMmunitas Sacræ Baſilicæ de Jure Divino in Decalogo contēto conceſſa haud evolvitur, ſed mavis ex veteri Teſtamento.

2 Gentiles, Aſſyrii, Græci, ac Romani immunitatem impertiri conſuevere eis, qui ad Statuas, Templum, ac Aſyla confugère.

3 Confugium ad Aſyla, itidem ad Principis Statuas inolevit.

4 Imperatores Sacris Baſilicis immunitatē tribuerē, inter quos Honorius, & Theodoſius primi fuère.

Pelagius Pontifex mandavit, ut Milites, & Curiales non admitterentur ad Præsbyteratum, Diaconatum, & Subdiaconatum abſque Imperatoris venia. Ibidem.

Theodoſius Imperator Templorum privilegia ampliavit, & ab Altari uſque ad fores ultimas immunitatem eis tribuit, læſæq; Majeſtas pœnā aſſignavit violenter extrahentes confugam ab Eccleſiā.

5 Juſtinianus Imperator ab immunitate Eccleſiaſtica arcuit homicidiarios, adulteros, Virginumque raptores.

6 Concilia, aliàque Canonica Jura, quæ aliquibus confugientibus ad Eccleſiam immunitatē tribuere recenſentur.

7 Gregorii XIV. Conſtitutio ad id acceſſit.

8 Eccleſiæ immunitas an loco tàntùm indulta fuerit?

9 Sacris itidem locis talis immunitas conceſſa fuit, & quando?

10 Pius V. multos actus irreverentiam Eccleſiæ redolentes, in

Digitized by Google

in ipſa Eccleſia, fieri interdixit, & qui ſint recenſentur.

11 *Cōtractus in Eccleſia an fieri poſſint, et confecti an valeāt?*

12 *Citatio in Eccleſia an confici poſſit?*

13 *Omnes fideles ad Eccleſiæ præſidium confugientes, pro delictis non exceptis, eadem potiuntur Immunitate.*

14 *An & quando Saracenus, ſeù Judæus?*

15 *An excommunicatus?*

16 *An Apoſtata Fidei?*

17 *An Apoſtata Religionis?*

18 *An Hæreticus?*

19 *An Clerici, & Regulares?*

20 *Partes omnes integrales Eccleſiæ, Sacræ ſunt, eademq; fruuntur immunitate.*

21 *Immunitas Eccleſiæ à tecto uſque ad Cœlum, & à ſolo uſque ad Inferos elargitur.*

Recens M. C. V. affertur deciſio ibidem.

22 *Eccleſię tectū immune eſt: eiuſq; appellatione venit in favorabilibus, at ſecus in odioſis. ibidem.*

23 *Cęmeterium eamdem retinet immunitatem, ſolemniq; benedictione benedicitur.*

Non tamen polluto Cœmiterio, dicitur polluta Eccleſia, parìmq; intereſt, ſi ab ipſa diſtet Eccleſia.

24 *Cæmiterium non præſumitur, niſi probetur.*

25 *Immunitatem hanc Summ. Pontifices ad nonnullos paſſus ipſius Eccleſiæ porrexere; nimirùm majoribus Eccleſiis, 40. Cappellis, aliiſque Minorib. 30.*

26 *Ut pro Cęmiterio inſerviant, nō ut vacui extēt: ſentiūt aliqui.*

27 *Aut pro Clericorum habitatione, putant alteri.*

28 *Ex Gregorii XIV. Conſtitutione hoſce paſſus fuiſſe ſublatos ſubdunt cæteri.*

29 *Ex conſuetudine ferè per Orbem diù introducta, hoſce paſſus receſſiſſe ab aula probant quamplurimi.*

30 *Noſtra Regni conſuetudo aſſertur.*

31 *Dian. Itala, Farinac. ac Panimoll. refelluntur.*

32 *Recens adducitur Regni deciſio.*

33 *Eccleſia Epiſcopi auctoritate conſtructa, licèt non dum conſecrata, eâdem potitur immunitate, ſi Divina celebrentur Officia.*

34 *Et ſufficit quod ab Epiſcopo fuerit benedicta, licet non dum conſtructa:*

35 *Eccleſia quando dicatur Epiſcopi auctoritate conſtructa?*

36 *Eccleſia diruta immunitatē non amittit, niſi de Epiſcopi venia fuerit diruta: quia eam prophanare intendit, aut ſpes ręedificationis haud ſupereſt.*

37 *Eccleſia interdicta immunitatis decore non privatur.*

38 *In*

38 *In gradibus Eccleſiæ an eadē viget immunitas?*

Et an gradus exteriores penſiles ad ipſius Eccleſiæ muros, per quos ad ipſam aſcenditur Eccleſiā eadem gaudeāt immunitate?

39 *Gradus Cœmiterii, Atrii, Portici, Clauſtri, vel alterius loci Sacri, an eamdem habeant immunitatem?*

40 *Sacriſtia eadem potitur immunitate, & quando?*

41 *Campanile quando dicatur immune?*

42 *Atrium quando immunitatis clypeo piatur?*

43 *Porticus Eccleſiæ, & Cœmiterii quādo dicatur immunis?*

44 *Clauſtrum Eccleſiæ quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica?*

45 *Portæ, Oſtia, ac Januæ, & ipſius Eccleſiæ fores itidem clauſæ immunitate potiuntur.*

46 *Idem & Annulæ ipſius Eccleſiæ portarum.*

47 *Limen januarum Eccleſiæ, Cœmiterii, ac alterius loci Sacri, quando immunitate potiantur?*

48 *Confuga ad limen Eccleſiæ, Cœmiterii, vel alterius loci Sacri attingens, aut manu annulū portæ Eccleſiæ tangens, immunitatis clypeo gaudet, et ſi per pallium fuerit extractus cum pallio eſt reſtituendus.*

49 *Et quid ſi totum corpus extra locum Sacrarum haberet, & ſola manu anolum, aut capite, vel humeris Eccleſiam tangeret?*

50 *Intellige ſi liber confuga ad haſce Eccleſiæ partes attingerit, at ſecùs ſi devictus, & à Satellitibus apprehenſus.*

51 *Et ſi funibus ligatus à Satellitum manibus proſilens ad Eccleſiam, confugiens an dicatur liber, ut immunitate fruatur?*

52 *Et quid ſi eū reſtim, vel funem retinerent Satellites?*

Aut colluctando cuncti Eccleſiam peterent?

53 *Auctor negativam ſuſtinet ſententiam, ſed in dubiis pro* Eccleſia *pronunciandum eſſe ſubdit.*

54 *Captus in loco prophano ſi funibus devictus cum Satellitibus per locum immunem tranſiret, ab Eccleſia non tuetur, quia confugiens non eſt, licèt ad carceres, Triremes, aut patibulum ducatur.*

Textus in l. ſi quis poſt hanc C. de ædific. priv. expenditur.

55 *Si ex neceſſitate tranſitus perficiatur per locum immunem.*

56 *Secùs ſi è manibus Satellitū fugam arripuerit.*

57 Evulſus *è manibus Curiæ, violenterque exemptus, ſi ad* Eccleſiam *occurrerit, ejus gaudet immunitate.*

58 *Oppoſitiones ſolvuntur, contrariūq; tenentes refelluntur.*

59 *Condemnatus ad Triremes, & in libro condemnatorum deſcri-*

ſcriptus, ſi è Triremibus aufugerit, & ad Eccleſiam occurrerit, an ejus potiatur immunitate? Binæ oppoſitæ afferuntur ſententiæ. Terſia ſi pro delicto excepto fuerit condemnatus, immunitate nõ gaudet: adducitur Regni conſuetudo, ac deciſiones expenduntur.

60 *Aufugientes è carcere fracto carcere, & relaſſati ſub fidejuſſione de redeundo, ſi ad* Ec*cleſiam occurrerint, ejus gaudet immunitate.*

61 *Volens* Eccleſiam *ingredi, ſi prępeditus fuerit ex Satellitibus, vallatam detinentibus* Eccle*ſiam, ejus gaudet immunitate.*

Intellige. Ibidem.

62 *Septa, & ambitus* Eccleſiæ *quando immunitatis commodum retineant?*

63 E*t quando domus ipſius* Ec*cleſiæ intra ſepta, et ambitus ſiſtẽtes, eadẽ gaudeãt immunitate?*

64 E*xiſtens in foramine muri domus immediatè cum* Eccle*ſia annexæ, gaudet immunitate ſi medietatem corporis in* Eccle*ſia detinuerit.*

65 Epiſcoporum *domus quando fruantur immunitate?*

E*t quid de domo* Epiſcopi *Titularis, vel aliorum Prælatorũ plenariam habentium juriſdictionem?*

66 *Domus, &* Cardinalium Pa*latia quando gaudeãt immunitate?*

E*t quid de Palatiis ruralibus?*

67 *Dormitorium* Eccleſiæ, *vel Monaſterii quando dicatur immune?*

68 *Seminarium quando dicatur locus pius, et religioſus, et* Ec*cleſiaſtica decoretur immunitate?*

69 *Xenodochyum, ſive Hoſpitale quomodo immunitatis privilegio fruatur?*

70 *Oratoria publica an gaudeãt immunitate, & quãdo privata?*

E*t quando Confraternitates laicorum?*

71 *Furnus, & furni domus ipſius* Eccleſiæ *quando potiantur* Ec*clesiaſtica immunitate?*

72 *Hortus* Ecclesiæ, *vel alterius loci Sacri quando immunis dicatur?*

73 *Delinquens in Sacreſtia, Oſtio, Atrio, Monaſterio, Orto, Campanile, vel alio loco immuni* Ec*clesiæ, immunitatis clypeo defenditur.*

E*tiam ſi ſedulò, & appenſatè deliquerit; potiſſima adducitur ratio.*

74 *Ratio, quam afferunt nonnulli: nimirùm quod ſub ſpe, immunitate* Eccleſiaſtica *fruendi cenſetur talis delinquens delinquiſſe reiicitur.*

75 *Confugiẽs ad Sacerdotẽ aſportantẽ Diviniſs. Viaticũ, an, & quãdo immunitate gaudeat* Ec*cleſiaſtica?*

Et

Et quid de eo, qui obviamvenit Cardinalium dum ad ſupplicium ducatur?

56 *Obviamveniens Sacerdotem aſportantem Euchariſtiæ ineffabile Sacramentum, an ex hoc ſolo viſionis actu, gaudere debeat Eccleſiaſtica protectione?*

1 Iure equidem Divino inſpecto in Decalogo contento, immunitas Eccleſiis expreſsè indulta nequaquàm evolvitur: etenim ex jure Divino Naturali non ſcatet: quoniam non eſt intrinſecè malũ impios, & ſontes per vim è Templo extrahere, nec contra Eccleſiaſticæ Baſilicæ reverentiam tendit (ſeclusâ prohibitione) nec jure Divino poſſitivo oritur: nam neque ſcriptum, neque ab Apoſtolis traditum evolvitur tale jus. Humano igitur more firmandum eſt hanc introductam fuiſſe Eccleſiæ immunitatem: ut ait *Innoc. in cap. 6. de immun. Eccleſ.* licèt *Dian. reſol.* 44. *verſ. his autem, tract.* 1. *tom.* 4. conetur defendere de jure Divino inſtitutam fuiſſe; attamen oppoſitum ſuſtinent *Caſtro Pala tract.* 1 1. *diſp. un. par.* 5. *nu.* 5. *Pellizzar. man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *n.* 2. autumantes jure poſitivo Eccleſiaſtico fuiſſe introductam: in veteri namq; Teſtamenti jure à Moyſe in legalibus, ac cæremonialibus præceptis impertita, reperitur, tam Civitatibus, texte *Joſuè in cap.* 20. *Exod. cap.* 2. *Deuter. ccp.* 19. Quàm Altari 21. *Exod. Templo, ut in Macab. cap.* 10. *Reg. cap.* 1. ac Tabernaculo, *Pſalm.* 57. *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus, ex Num. cap.* 7. 35.

2 Queis in locis tuti erant confugientes, quod itidem Gentiles obſervavère F. Hieron. Rom. D. Auguſtini Ordinis *in lib. de Republ. de Mund. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. Etenim Aſſyrii criminoſos à pœnis arripiebant, qui ad Beli ſtatuam confugiſſent: Græci pro communi omnium Nationum immunitate, Miſericordiæ aperuere templum: *Stat. Theb. lib.* 2. *Covarr. lib.* 2. *var. cap.* 20. *nu.* 2. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. quod ſub Tiberii Imperio fuit clauſum, ex quo ob hâc amplam immunitatem, templa, ſervis peſſimis replebantur, & eodem præſidio oberati, adverſus creditores, ac capitalium criminum ſuſpecti receptabantur: *Corn. Tacit. tom.* 3. *annal. propè finem* &

Bbbb

& Lipſius; attamen Legatis eorum plenè auditis ex conſulari Decreto, licèt privilegia iterùm expedita fuere, ſub moderamine verò, nè Religio in ambitionem dilaberetur: *Tac. lib.* 3. *ann*; immò omnem aſylorum vim abſtuliſſe teſtatur *Suet. Tranquill. in vit. Tiber. cap. de quibuſdam per eum bene geſtis, tàm Romæ, quà extrà Tac. ibidem.*

Cadmus quoque, dum Thebas conderet, ſervis aſylum conſtituit, ad cujus exẽplum Romulus, qui ad reorum confugium in Palatio, & Remus in Aventino, locum refugii devoverunt libertatis Numini. *P. Victor deſcript. Urb. Regiæ* XII. ut habitantibus repleretur: *Tit. Liv. lib.* 1. *Strab. Diodor. in* 2. *Ovid. faſt.* 3. amãtiſs. avunculus meus P. D. Andreas Cirino C. R. *in ſuo eruditiſſimo Codice de urbe Roma cap.* 30. *erud.* 382.

3 Quorum mos inolevit; itidẽ, & ad Principis ſtatuam aufugium: *ex Senat. conſ. mandato l. Capitalium.* §. *ad Statuas ff. de pœnis*: licèt nonnulli Immunitatem tribuant Principum Palatiis: *Taſſon. pragm. de antephat. ober.* 3. *verſ.* 3. *n.* 367. *& S. R. C.* palatio ex conſuetudine *R. de Marin. lib.* 6. *cap.* 29. *nu.* 12. *tom.* 2. & militaribus inſignis, ſi ad eã confugerit miles: *Decian. lib.* 6. *tom.* 2. *cap.* 29. *nu.* 12.

4 Sanè poſt tot, tantaque Aſylorum, ac cæterorum locorum introducta aufugia, Imperatores, Eccleſiis varia, ampliſsimaque privilegia tribuerunt, quorũ primi Honorius, ac Theodoſius ſecundus fuêre, haud Valentinus, ſivè Valentianus: ut aſſerit *Mar. Ital. de immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. quoniam iſte tantùm pallii uſum Ravennæ Epiſcopis impertivit, conſtituitque, nè Clerici cauſas adjudicarẽt, nec forum declinarent politicum, niſi quis ſpontè ad Eccleſiaſticum Magiſtratũ provocare: nec itidem Curiales fieri Monachos juſſit: undè Pelagius Pontifex, Epiſcopo Cancellenſi mãdavit, ut milites, illoſque Curiales ad Preſbyteratum, Diaconatum, & ſubdiaconatum promoveret: qui Imperialem obtinuiſſent veniam: *cap. principali* 63. *Epiſtol.* ſub Theodoſiano autem dum ſervi fugitivi, ob ſui hæri crudelitatem, ad Conſtantinopolitanum confugerant Templum, & à Clericis moniti, ut ab Altari ſecederent, nè Sacras cærimonias impedirent: duos trucidant Clericos, ac ſemetipſos inſimul, adeò ut prophanatum

5 remanſit templũ: quapropter Theo-

Theodoſius templorum privilegia ampliando ſtatuit in toto eorum ambitu, ab altari, uſque ad fores ultimas, nè arma inferentur, reumque Majeſtatis læſæ pronunciavit eũ, qui Eccleſiæ fugitivum violenter expelleret: *tex. in l. fideli 2. cap. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Juſtinianus verò ſummoperè piiſſimus Imperator, ut Joan. II. Pontifex, *in epiſtola inter claras*, fatetur, quã affert *Cardin. Baron. to. 7. annot.* innuit *Joan. lit. C. ann.* 534. & inſerta evolvitur *in l. 1. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.* priſcas aliorum Imperatorum leges indiſtinctè dictantes explanare curavit, expreſsèque ab immunitate Eccleſiaſtica excluſit homicidiarios, adulteros, Virginumque raptores, admiſitque tantùm in templorum aufugio, læſos, aut injuriam timentes, haud ſedulò delinquentes, nè refugii ſpe audaciores fiant, in humani generis perniciem: *Auth. ex libris antiquis coll. 3. neque autem 7. C. de mandat. Princip.*

6 Emanatis igitur enarratis Imperialibus ſanctionibus, acceſſerunt poſtmodùm varia Canonica Jura, diſcriminatim quoque inter ſe dictantia, & inter cætera *cap. ſicut*, 17. q. 4. ubi circà paſſus immunitatem fuit conſultum: Innocentius III. anno 1198. *per cap. inter alia de immunit. Eccleſiaſt. & cap. immunitatem eodem*, juſſit ut fugientes ad Eccleſiam nõ extrahantur, exceptis publicis latronibus, nocturniſq; agrorum depopulatoribus: qui quidem Innocentius Scotię Regi hoc expoſcenti, nimirùm: in quo caſu, & quis hac frui debeat immunitate? *Juxtà Sacrorum Statuta Canonum, & traditiones legum Civilium, ita duximus diſtinguẽdũ*, reſcripſit: & in *d. cap. inter alia in principio, cap. 1. quæſt. 36. de rapt.* mandavit, ut Virginum raptores hac fruerentur immunitate: *Gregor. X. in cap. fin. & cap. immunitatem, de immunit. Eccleſ.* ſancivit, fretos per defenſionem Eccleſiæ, ſuorum exceſſuum impunitatẽ; obtinere cupientes, homicidas, ac membrorum in ipſa Eccleſia mutilantes, vel in Cœmeterio; ejus immunitate haud gaudere: *Canon. 23. q. 8.* Statuit Eccleſiarum, Sacrorũ locorum, ac domorum incendiarios, dicta immunitate haud frui, quoque, qui pecuniã mediante, proximum occiderint: *per cap. 1. pro humani de homic. in 6.* Tandem per *Canon. definivit*, & per *Canon. frater, Canon. id ſtatuimus, Canon. rerum, Canon. miror. 17.*

Digitized by Google

quæſt. 4. generaliter ſancitur, quod nemo profugus ab Eccleſia extrahatur.

7 Denique ultima Gregorii XIV. in forma Bullæ fluxit Conſtitutio, ob quam ſtatutum fuit, quod publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas obſidēt ſtratas, aut viatores inſidiis adoriuntur, aut depopulatores agrorū, & qui homicidia, mutilationesq; membrorū in ipſis Sacris Baſilicis, earumq; Cœmiteriis committere non verentur, neq; pro illis, qui proditoriè proximū ſuum occiderint, neque pro Aſſaſſinis, & Hæreticis, aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis Reis immunitas allata ſuffragetur, anno 1591.

8 Nos herclè haud latet in præſenti Immunitatis Eccleſiaſticæ hypotheſi, multorum ferè Sapientum ſcitiſſima, ac ſolertiſſima ingenia calamum elatè arripuiſſe, affluenterque cuncta opportuna defundaſſe, attamen, ut magìs eniteſcant, excretam ex hoc vanno oriri materiā curavimus ſuiſq; ex antlatis laboribus adnectendo; inquimus Eccleſiarū immunitatem ad majorem earum neceſſariam, ac omninò debitam reverentiam fuiſſe indultam, cunctos patet, ac nemo equidem, ex fidelibus juſtè exitet ſi in manifeſtā hæreſis labem ruere nequit; undè ex majori ferè omnium placito fluit allatę immunitatis Clypeum loco, non perſonæ fuiſſe impertitum: ut *ex cap.* 1. *cap. Eccleſiæ de immun. Eccleſ. Canon. ſicut antiquitus* 17. *qu.* 4. edocuère *Suarez de relig. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. *Lezan. qu. Regul. tom.* 3. *verb. immunitas Eccleſiarum. Mart. Bonac. tom.* 3. *diſp.* 2. *qu.* 3. *pun.* 16. *§.* 4. *nu.* 6. *Ambroſ. de Immun. Eccleſ. cap.* 10. *nu.* 8. *Peregrin. eodem cap.* 4. *nu.* 26. *Dian. reſol. mor.* 71. *tract.* 1. *par.* 3. ſed *Giurb. conſ.* 10. *nu.* 1. *Sperell. deciſ.* 49. *nu.* 8. *Ciarlin. contr. cap.* 198. *nu.* 9. *par.* 2. mixtum eſſe firmant.

9 Imò itidem locis ſacris, ac religioſis ob reverentiam, & honorem eadem fuit conceſſa immunitas: *tex. in l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ibi *ut bonor Eccleſiarum conſervetur: & ex Suarez* paulò antè *lib.* 3. *cap.* 1. *del Bene de Immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *ſect.* 6. *nu.* 4. *Ricc. in prax. reſol.* 42. *nu. ſin. & reſol.* 276. *nu.* 2. *Sanfelic. deciſ.* 19. *nu.* 3. *& deciſ.* 136. *nu.* 5. quatenus tamen locus Sacer ſeparatus ſit ab omni uſu prophano: *Suarez d. lib.* 3.

cap.

cap. 8. *nu.* 8. *verſ. prætereà*,& Epiſcopi auctoritate erectus, ac per Crucis elevationem, ad publicum Sacrificii, & Sacramentorum uſum deſignatus: *cap. Eccleſiæ de immunit. Eccleſ.* etiam ſi neque benedictus, neque cõſecratus fuerit: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *nu.* 1. 2. ut melius infrà.

10 Planè ex Pii V. cõſtitutione *cum primum, anno.* 1566. *edita* pro decore domus Dei conſervando, nõnulli interdicti fuêre actus, ex quibus ejuſdẽ Eccleſię redoleret irreverẽtia, recedere equidẽ debẽt ab Eccleſia tumultus, clamores, vana, fœdæ, alloquutiones prophanę, riſus immoderati, Iudiciorum ſtrepitus, deambulationes per Eccleſiam, dum Miſſæ conficitur ſacrificium, & alia, ob quę divina, turbantur officia: quod itidem depromitur *ex cap. cum decorem, de vita, & honeſt. Clericor. & in* 44. *diſtin. cap. decet de immun. Eccleſ. cap. relinqui de cuſtod. Euchar. & in Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſs.* ꝗ. *ab Eccleſia*: quæ omnia nuper recenſita comptè explicantur *per Barboſ. de jure Eccl. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *ferè per totũ par.* 2. *& per Ventrigl. prax. annot.* 22. ꝗ. *un. per tot. par.* 2.

11 Hinc eſt cuncta ſæculariũ negotia, omneſq; contractus in Eccleſia confici interdicitur: *d. cap.* 1. *& cum Eccleſia de immun. Eccleſiaſtica l. nemo la* 1. *C. de Sacr. Eccleſ. Azor. Inſt. mor. par.* 2. *cap.* 9. *qu.* 7. *lib.* 8. *Paul. Fuſc. deciſ. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 3. *Barboſ. nu.* 5. attamen ſi tales contractus, & extrajudiciales actus in Eccleſia contrahẽtes conficerent defacto; nullitatis labe non patiantur, licèt in peccati mortalis multam ruant contrahentes: *Abb. de immunit. Eccleſ. Barboſ. nu.* 13. *Ventrigl. nu.* 7. autumantes per jura recenſita contractus judiciales, non extrà judiciales fuiſſe prohibitos: huic autem opinioni adverſantur tradita *per Fuſc. ibi. nu.* 4. *& per Enriq. Zoëſ. ſup. decr. lib.* 3. *tit.* 49. *de Immun. Eccl.* ſubſtinẽtes *per cap.* 1. *&* 2. *de Imm. Eccl. cap.* 2. *eodem in* 6. fuiſſe interdictos, ac nullos eſſe tam contractus, quàm judicia in Eccleſia facta: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 40. *ſect.* 2. *nu.* 11. potiſſimum ea, quæ ſanguinem attingerent: Abbatis verò ſententiam ſectantur *Bonac. tom.* 2. *circà prim. præcept. diſp.* 3. *qu.* 6. *pun. unic. nu.* 15. *&* alii *per Ventrigl. ibidem.* niſi Eccleſiaſtica eſſent judicia:

Ca-

Digitized by Google

Canon. præceptum 11. *qu.* 2. *Sperell. deciſ.* 51. *nu.* 29. *Zoëſ. ubi nuper.* quoq; nullos eſſe hoſce actus judiciales per Eccleſiaſticum Judicem in Eccleſia confectos, putant nonnulli: attamen factos valere, ſubdit, *ex Barboſ. n.* 12. *Ventrigl. n.* 19:

12 Fluitque pariter ex adductis citationē in Eccleſia fieri non poſſe, quia judicialis eſt actus: *cap. quoniam de probat. Novar. in ſum. Bullar. de immun. Eccleſ. nu.* 3. *Donat. Anton. de Marin. reſol. cap.* 43. *n.* 3. *Correa de immun. Eccleſ. par.* 2. *n.* 2. *Barboſ. nu.* 7. *&* *cap.* 2. *n.* 6. *& de offic. Paroch. cap.* 15. *n.* 15. quā extra ſuum territorium conficere nequit Judex: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 12. *dub.* 5. *n.* 3: 4. eam tamen ſententiam recipiūt infra laudandi, ſi realis fuerit citatio: nimirùm per arreſtum, ſeù capturam in Eccleſia executam, putantes hanc eſſe judicialem actum: ut ex Oraculo *Bart. DD. in l. præſenti, C. de his, q. ad Eccleſ. confug. Barboſ. in dicta l. præſenti, num.* 13. *& in cap. cum parati n.* 3. *de appellat. Fermoſ. cap.* 1. *qu.* 2. *num.* 10. *de cau. poſſe. & propr. Valaſc. conſult.* 81. *n.* 1. *Rovit. in pragm.* 1. *n.* 17. *de juriſdict. invic. non turb. & prag.* 2. *ſub nu.* 11. *de cit. Marant. de ordin. Jud. part.* 6. *delit. nu.* 129. *Sanfelic. deciſ.* 141. *n.* 1. *&* 4. Non verò citationē in ſcriptis in Eccleſia per Nuncium traditam, neque per relationem per eumdem: nam allati actus facti executionē ſapiunt, non autem judiciales ſunt: *Baron. de citat. q.* 42. *nu.* 29. *ad* 30. & cordatè advertunt *Valaſc. n.* 6. *Sperell. deciſ.* 51. *nu.* 26. *tom.* 1. referens reſpuiſſe inſtantiam ſibi expoſitam pro relaſſatione monitorii contra citantem in quodam Monachorum Cœnobio: quoniam id fieri poſſe impunè autumavit: nec diſcrepat *Sanfelic. deciſ.* 141. *n.* 2. *Barboſ. n.* 7. Cuncti tamen congruunt commiſſionem de citando aliquem in Eccleſia, judicialem eſſe actum, in Eccleſia fieri interdictum.

13 Omnes equidem Fideles baptizatos, cujuſcumque conditionis Eccleſiaſtica potiri immunitate firmant *Pellizzar. man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu.* 5. *nu.* 8. *Novar. de mand. Princ.* 17. 2. *neque autem,* ſivè ſit liber, ſivè ſervus: *cap. inter alia, de imm. Eccleſ. Canon. ſi quis contumax* 17. *qu.* 4. ubi generaliter loquitur, & apud Deum non eſſe perſonarum exceptionē glomerat *Henriq. Zoëſ. ſuper decret. lib.* 3. *tit.* 49. *hoc tit. n.* 12.

12. autumantes mixtam eſſe Eccleſiæ immunitatem, primariò ipſi Eccleſię indultam, ſecundariò Reo: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 39. *nu.*4. *& dub.* 10.*ſect.* 6. *n.* 8.9.

14 Undè Saracenum, ſivè Judæum poſt delictum non exceptum ad Sacram Baſilicæ Aram convolantem ab allata minimè arcendum eſſe immunitate, ut ſecluſis aliorum diſcriminatis opinionibus, de veriori, ac germana ſuſtinent *ex Gloſſ. in d. cap. inter alia verb. extrahendas:* quam ſectatur præter priſcos *Suarez de Relig. lib.*3. *cap.* 10. *nu.*9. *Lezan. quæſt. Regul. par.*3. *verb. Immunitas Eccleſiar. num.* 5. *Pillizzar. ubi nuper qu.* 14. *nu.* 26. *Fagund. in præcept. Eccl. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.*49. *Gavant. in Enchirid. Epiſc. verb. Immunitas Eccleſiaſtica nu.* 9. *Franceſ. in Paſt. regul. p.* 3. *not.* 8. *nu.* 72. *& ſeqq. Dian. reſ.* 50. *par.* 4. *tract.* 1. *& in ſum. verb. Immun. Eccleſ. num.* 12. *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 23. *& par.* 7. *tract.* 7. *reſol.* 59. *Barboſ. de jure Eccleſ. un. d. cap.* 3. *nu.* 44. *& in d. l.* 1. *in præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ubi per Sacr. Cõgreg. ſic ſtatutum fuiſſe recenſent: *del Bene de immun.* Eccleſ. *tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 4. *n.* 7. *et ſeqq. ad n.* 31. *Correa eod. tit. par.* 3. *cap.* 3. *Itala eodem lib.* 1. *cap.* 3. *ʒ.* 3. *Ventrigl. prax. annot.* 23. *ʒ.* 1. *nu.* 27. *par.* 2. putantes Sum. Pontificem in d. *cap. inter alia*, generaliter loquutum fuiſſe, & privilegium hoc immunitatis loco fuiſſe indultum, & uti favorabilem extendendum eſſe: etiam ſi Saracenus noluerit Catholicam amplectere Fidẽ: *Pellizzar. Azor.* & alii ſupra cum *Dian. d. reſol.* 21. receſſitam verò ſententiam admittunt nonnulli: ſi tamen Saracenus, vel Judæus poſt delictum, Baptiſmum expoſcerit, & Maurorum cœtum expellendo, ad Fidelium gremium trãſire petierit: aliàs extrahendum eſſe invitum ab Eccleſia adnectunt *Remig. de Gonnis de immun.* Eccleſ. *fallent.* 18. *n.* 4. *Novar. man. cap.* 15. *nu.* 20. *Layman. Theol. mor. lib.*4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 12. *Bonac. de legib. diſput.* 3. *qu.*7. *pun.*3. *de imm.* Eccleſ. *n.* 5. *verſ. de Judæis, Sanch. conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *n.* 3.4. 5. *Barboſ. in d. l.* 1. *n.* 4. *Caſtr. Palau. oper. mor. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. un. pun.* 7. *n.* 5. 6. *et* 7. Si tamen verè, & non fictè Baptiſmum expoſceret, quod præſũptionibus, & conjecturis clarificãdũ eſſe, judicantis tamẽ arbitrio, adnectũt *Gamba-*

bacurt. de immun. Eccleſ.*lib.*4. *cap.* 7. *nu.* 9. *Bonac. nu.* 5. *del Bene n.* 40. 41. *Dian. in locis indicatis*, vel ſi ante delictum ad Fidem Catholicam nanciſcendam navaverit: nimirùm ſi Cathecumenus fuerit: ut ex *Lezan. et del Bene* decisũ Sardiniæ affert *Cortiad. deciſ.* 67. *n.* 13. quæ quidem ſententia omnibus aliis exploſis arridet.

15 Excommunicatus ſiquidem ad Eccleſię tutamen occurrens, pro delictis non exceptis defenditur: etenim ea potitur, nec invitus evelli poteſt: ut ex rationibus ſupra allatis concludunt *Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 34. *del Bene de immun.* Eccleſ.*tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 3. *per totum, Bonac. circa prim. decalog. præcept. tom.* 2. *qu.* 7. *pun.* 5. *n.* 2. *Mar. Ital. de immunit.* Eccleſ. *lib.* 1. *cap.* 2. *ꝺ. unic. Ambroſ. de eodem tract. cap.* 20. *n. fin. Peregrin. eodem cap.* 12. *nu.* 2. *Zoëſ. d. lib.* 3. *cap.* 49. *n.* 15. Etiam ſi interdictus fuerit Eccleſiã ingredi: nam hoc nõ facit eũ ingreſſu Eccleſię materiali, ſed formali privari, nè in ea Divina audeat Officia: ut comptè inſtruit ex *Fagund. præcept.* 2. *Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 50. *Dian. reſ. mor.* 26. *q.* 2. *tract.* 1. *par.* 6. *Pellizzar. manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu. nu.* 26. *Ventrigl. à nu.* 23. *ꝺ.* 1. *n.* 26. *par.* 2.

16 Apoſtata ulterius Fidei, hoc eſt ille, qui diabolico ſpiritu ductus proſternatâ Dei, & Chriſti Redẽptoris noſtri fide, ad Maurorum, & Infidelium gremio ſe glomerat, vulgoq; dicitur Renegatus, eſtque iſte pluſquam Hæreticus: *Remig. de Gonnis de immunit. Eccleſ. fall.* 18. *n.* 3. *Gambacur. eodẽ lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 6. *del Bene eodem tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 4. *n.* 6. *Barboſ. in d. l.* 1. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug. n.* 5. *et de jur. Eccl. uni. lib.* 2. *c.* 3: *n.* 45. *et in c. inter alia, n.* 51. *de imm. Eccl. Dian. reſ.* 24. *tr.* 1. *p.* 6. meritò ab Eccleſiæ tutamine reſpuendũ eſſe concludunt ferè omnes nuper allati.

17 Apoſtata verò Religionis, ex quo in Gregor. XIV. Conſtitutione annexus haud evolvitur, gaudet immunitate Eccleſiaſtica: audacter firmat ex multis *Dian. reſol. mor.* 23. *p.* 1. *tract.* 1. *Pellizzar. d. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu.* 17. *n.* 32. *tom.* 2. ubi ſic deciſum affert: annuit autem *Bordon. reſol.* 1. *n.* 18. in Eccleſia proprii Ordinis, ſed non in proprio Cœnobio, alioquin hoc delictum ſemper ineſpiatum remaneret, dum Regularis Apoſtata ſemper in Monaſterio permanet: hiſce tamen oppoſitionibus reſpondet *Dian. ibidem, et reſ.* 26. *q.* 10. ſed vide infra.

Hæ-

Digitized by Google

18 Hæreticus demum pro hęreſis crimine ab Eccleſiaſtica protectione arcetur:ut depromitur in enunciata Gregorii cõſtitutione, *& in cap. fin. de imm. Eccleſ. Pellizzar. qu.* 11. *n.* 22. *Gãbac. de immunit. Eccl. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 6. 7. *Ambroſ. eodem cap.* 8. *nu.* 2. *Cortiad. deciſ.* 67. *nu.* 14. ubi hoc idẽ pro aliis delictis non exceptis firmat; imò contrà hæretici fautores itidem cõcludit *Pellizzar.* de quibus, & aliis quæſtionibus nos affluenter agemus *in tom.* 2. *de Cleric. quandoq; amittend. in cap.* 6. *de Clerico hæreſiarca, hæretico, & de hæreſi.*

19 Clerici autem, ac cæteri Regulares Religioſi pro Criminibus non exceptis, ad Sacram occurrentes Aram, ejus potiuntur immunitate:ut poſt alios *Abbatis* oppoſitam refellendo opinionem, firmat *Fagnan. in cap. inter alia, n.* 70. *ad* 96. *de immunit. Eccleſiaſt.* & ita declaratum per Sacram Congregat. in una Tropienſi anno 1617. affert *Gavant. man. Prælat. verb. immunitas, nu.* 10. *Nicol. lucubrat. lib.* 1. *tit.* 8. *de immun. Eccleſ. n.* 35. *Bonden. Collect. legal.* 40. *nu.* 10. 11. *Pilaia deciſ. Pontific. lib.* 1. *deciſ.* 4. *n.* 54. & ante eos ex Oraculo *Roman. conſ.* 226. *&* 234. *Farinac. de immun. Eccleſ. n.* 36. *& in prax. qu.* 28. *nu.* 7. *Cened. qu. Can.* 42. *Fernand. Caſtr. Palau. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unic. pun.* 7. *n.* 26. 17. *Lezan. quæſt. Regul. tom.* 3. *verb. immunitas Eccleſiaſt. Dian. reſol. mor.* 24. *par.* 1. *tract.* 1. *et par.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 35. *& in ſumm. verb. Immunitas Eccleſiaſt. n.* 13. ſicq; pluries deciſum affert, ac declaraſse Sacr. Card. ſuper immunit. Congr. *Epiſcop. Ventrigl. prax. annot.* 23. *§.* 1. *de immun. Eccleſ. par.* 2. *nu.* 28. 31. & ante eum firmavêre *Gambacur. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 10. At ſecùs pro criminibus degradatione dignis, & in Bulla Gregor. XIV. exceptis: *del Bene de immun. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 12. Et ſtatuit eadem Sacr. Congreg. anno 1618. & adducit *Dian. reſol.* 25. *&* 26. *§.* 4. *n.* 10. *par.* 6. *tr.* 1. ubi Apoſtatam immunitate haud potiri Eccleſiaſtica in Sacris Baſilicis ejuſdem Religionis inſinuat, at ſecus in aliis, & annuere *Barboſ. de jure Eccleſ. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 45. *Trullench. decalog. tom.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2. 3. *Mar. Ital. de Immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 1. *nu.* 17. *Alex. Ambroſ. de Immunit. Eccleſ. cap.* 12. *nu.* 3. *Glurb. conſ.* 40. *nu.* 1. 4. *Bellect. diſquiſ. Cler.*

par. 1. *tit. de favor. Cler. perſon.* ⸿. 15. *in fin. Sperell. deciſ.* 59. *nu.* 35. *verſ. contrarium tamen*, & poſt eos *Cæſar. Panimoll. deciſ.* 84. *nu.* 39. verùm ſi Regularis Præpoſitus, vel Epiſcopus ad ultrices coërctiones minimè devenire intenderit, ſed tantùm in foro paterno, & ad correctionē pro ſalutari pænitentia augēda, eos extrahi, ac eos cōpeſcere queunt Superiores: ut indicat *Sperell. ubi nuper*, & faciūt *Petr. Gambacurt. d. cap.* 11. *n.* 10. *lib.* 4. & *Cened. q. Can.* 42. oppoſitum tamen alii ſentiūt, autumantes hoſce Religioſos: in eorum Eccleſia, vel Monaſterio delinquētes Sacræ Baſilicæ clypeo haud gaudere, alioquin eorum crimina inexpiata remanerent, quoniam à ſuis Prælatis objurgari minimè poſſunt, nec in carceribus detrudi, ex eo quia in Eccleſia, vel Cœnobio immunitatem retinente ſemper exiſtiunt, ut ratiocinatur *Ricc. deciſ.* 173. *nu.* 6. *par.* 3. *Sylveſtr. ſumm. verb. Immunitas* ⸿. 3. *nu.* 2. *Suarez de Religioſ. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. *Fagund. in præcep. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 52. *Peregrin. de Immun. Eccl. cap.* 12. *nu.* 3. *dub.* 3. *opin.* 3. *argum.* 3. *Bellect. ubi adducit*, ſicque crebrò ex annoſa conſuetudine annuente Sum. Pōtifice ſervatum vidiſſe in Curia Romana teſtatur *Dian. d. reſol.* 25. *verſ. ſed contrarium, par.* 1. *tract.* 1. nec diſcrepant *Thom. del Bene d. cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 15. *nu.* 8. *tom.* 2. *de Immun. Eccleſ. Mar. Itala ubi nuper*, qui quidem *del Bene* abſolutè firmat hoſce Religioſos pro delictis non exceptis immunitate haud potiri Eccleſiaſtica, tàm in Eccleſiis, & Monaſteriis ſui Ordinis, quàm in cæteris, ut *in d. ſect.* 15. *num. fin.* quo ad correctionem tantùm inclinavêre aliqui: etenim hoc judicium eſt magìs medicinale, quàm vendicativū, & potiùs ſpirituale, quàm temporale: *Covarr. var. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 16. *Navarr. man. cap.* 20. *nu.* 22. *Henr. Zoëſ. comm. decret. lib.* 3. *tit.* 49. *de Immun. Eccleſ. nu.* 17. ſicque deciſum affert *Pignatell. conſult. Canon.* 435. *Homob. de exam. Eccleſ. tract.* 11. *cap.* 12. *ſuppoſit.* 3. *verſ. omnes fideles par.* 2. & poſt eos deciſū indicat *Panimoll. nu.* 45. 47. & ſi de gravi agitur crimine, conſulto Sum. Pontifice, adnectit, & deciſum refert in una Syracuſana, per Sacr. Congreg. idem *Panimoll.* quo ad extractionem faciendam è loco immuni, & quo ad cōpilationem proceſſus pro clari-

ri-

rificando crimine patrato, ut ſtatuit Sum. Pontifex & Sacr. Congregatio in eadem Syracuſana deciſione.

Bordon. autē de veriori, & magis amplexa ſententia *in reſol.* 1. *nu.* 18. erudit ex nuper allata ratione, Religioſos gaudere immunitate Eccleſiaſtica, non tamen in propriis Monaſteriis, ſed in ſuis Eccleſiis, & intrà Monaſteria aliorum Ordinum: quem citat, & ſequitur *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *nu.* 29. 30. 31. ſi delictum illius qualitatis eſt, quod Eccleſia defendere debet, nimirùm de non exceptis, at ſi de exceptis eſt, idque Eccleſia haud defendit, & tūc Eccleſiaſticū clypeū haud eis ſuffragari ſubdunt, præter allatos in principio, *Covarr. ibidem num.* 16. *Navarr. d. cap.* 20. *num.* 22. *Zoëſ. ibidem num.* 17. *in fine, Bordon. contr.* 35. *nu.* 34. *del Bene*, & cęteri omnes ſuperiùs adducti.

Verùm enim verò priſca, ac recens nos docet praxis, hoſce Religioſos pro delictis in eorum Cœnobiis patratis, paſſim à ſuis compeſci Prælatis Superioribus, itidē judicialiter conſtructo proceſſu, & per ſententiam, ſicque ſua tempeſtate teſtatur *del Bene d. ſect.* 15. propè fine, & alii deſuper adducti.

20 Cæterùm ut membratim, nec limitatè, ſed ſingulatim cūcta ad noſtram hypotheſim opportuna offerantur, nitidè enucleantur: pro localis Eccleſiæ immunitate inquimus, omnem Eccleſiæ integralem, partem, in ea interjacentem, Sacram appellari, eodemque potiri immunitatis præſidio; imò plauſibilibus rationibus eā ad omne id quod inter ejus ambitum continetur, propagare conantur, tanquam favorabilis materia: *ex cap. frater* 11. *qu.* 4. *& l. patet, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Gambacart. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 4. *Gloſſ. in cap.* 1. *de privileg. in* 6. *verb. exempto, & alii infrà.*

21 Hujuſce ſanè doctrinę cauſâ, non equidem vulgaris ſuboritur illatio, nimirùm Eccleſiæ immunitatem à ſolo uſq; ad inferos, & à tecto, uſque ad Cœlū propagari, erudiere *Barboſ. vot.* 117. *n.* 44. *Carpan. ad Statut. Mediol. tom.* 2. *cap.* 64. *nu.* 43: addentes *ad Reg. Sanfelic. deciſ.* 300. *verb. confugiens*: eſt namque ſolum, ut cum dialecticis ait *Accurſius in l. eum, ff. de uſucap.* quidā argillaceus, & ſecundū *Amalthe. Onomaſt.* domuncula ſubterranea, ad ſuſtinenda domus fundamina neceſſaria,

Digitized by Google

ſuper quibus parietes extolluntur, meritò & in eis ipſa immunitas pariter extēditur: ut præter citatos indicat *P. Dian. reſ. mor. part.* 10. *tract.* 15. *reſ.* 18. *Card. de Ugo lib.* 3. *dub.* 16. ex quibus M. C. V. me votante, anno 1677. in cauſa Baronis Philippi Ciampelli capti ſub ſpelunca, ſeù ſepultura exiſtente ſub ſolo, ſivè pavimento Eccleſiæ Divi Pauli Labareti Civitatis Aquilæ, ad quam pervenit Baro per ſubterraneos aditus, & dū ejecto lapide, manu ſe ad ſolum detinebat, â Satellitibus in Eccleſia exiſtentibus in foveam projectus, in ea captus fuit, undè extricato negotio, Tribunal decrevit (reponendum eſse ad Eccleſiam) referente integerrimo D. Dominico Emmanuele Cioffi Alcantaræ Equite, & Oliveti Marchione, cujus Animam ſumma Dei Omnipotētis pietas cum Cœlitibus collocet, acta ſunt penès Taurum Scribam Fiſcalem.

22 Eccleſiæ verò tectum, tanquàm principalis pars ipſius Eccleſiæ eamdem retinet immunitatem: *Caſtr. Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *pun.* 6. *nu.* 9. *Novar. in ſumm. Bull. tit. de immun. Eccleſ. n.* 9. *&* 39. *Sperell. deciſ.* 63. *n.* 9. *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *&.* 9. *nu.* 24. *del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *n.* 9. 10. *P. Dian. reſol. mor. par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 37. *& part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 88. *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol* 3. *& part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 38. *Mart. Bonac. tom.* 2. *diſput.* 2. *qu.* 3. *punct.* 16. *Ciarlin. contr. cap.* 197. *n.* 23. *par.* 2. ſicque deciſum refert Reg. *Sanfelic. deciſ.* 16. Eccleſia enim nontantùm ex ſolo, verùm & ex tecto conſtat: *tex. in d. l. eum, qui ædes*, & ibi *Gloſſ. ff. de uſucap. P. Dian. in locis indicatis, Xamar diſſin.* 18. *n.* 1. *p.* 1. *Sperell. d. deciſ.* 63. *n.* 8. eique realiter adhæret: undè Monialis pedibus tectum tangēs, in clauſura dicitur adeſſe: *Thō. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 19. *dub.* 4. *n.* 4. *P. Dian. reſ. mor.* 88. *p.* 5. *tr.* 13. *Pignatell. conſ.* 27. *n.* 10. *to.* 4. & diximus in Cap. anteced. ubi de Monialiū clauſura ratiocinatur.

Attamē tecto Eccleſiæ per ſanguinis, vel ſeminis effuſionem polluto, ipſa haud polluta dicitur Eccleſia: probant *Sanch. de Matr. lib.* 9. *diſput.* 15. *nu.* 26. *Piaſec. ubi deſuper lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 9. *nu.* 86. *del Bene d. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 2. *n.* 4. *P. Dian. d. reſol.* 3. *tract.* 1. *par.* 6. *Barboſ. de Epiſcop. poteſt. par.* 2. *allegat.* 28. *n.* 45. *& in cap. unic. n.* 10. *de* con-

conſecrat. Eccleſ. in 6. et in vot. 117. *n.* 12. *lib.* 3. *del Bene ibidẽ*: quoniam in odioſis, appellatione Eccleſię nõ venit tectũ, ut diximus de ſcalis, & oſtio, & faciunt præter laudatos, *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.* 6. *nu.* 33. *Sanfelic. deciſ.* 16. & 19. *Merlin. contr. cap.* 55. *nu.* 27. *Caſtill. deciſ.* 156. *nu.* 24. *lib.* 2. quod pariter procedit in tecto Monaſterii, Hoſpitalis, alteriuſq; loci Sacri, quod eâdem fulcitur immunitate: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 9. *Sperell. deciſ.* 63. *nu.* 9. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. § 9. *n.* 24. *Dian. d. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 3.

23 Cœmeterium quoque, tanquàm Eccleſiæ acceſſorium, cuncta immunitatis conſervat privilegia: *cap. unico de conſecrat. Eccleſ. Maſtrill. deciſ.* 22. *n.* 5. *par.* 1. *Gambacur. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 3. *del Bene eodem tract. tom.* 1. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 9. *n.* 8. *Dian. reſol. mor.* 6. *tract.* 1. *part.* 6. *verſ. nota etiam, & in ſum. de imm. Eccleſ.* immò cum ipſa æquiparatur Eccleſia, quo ad conſecrationem, ſacrilegium, interdictum, & pollutionem: *Epiſcop. Paul. Fuſcus de viſit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. *Piaſec. in prax. Epiſcop par.* 1. *cap.* 5. *n.* 6. *Ciarlin. contr. c.* 12. *n.* 4. *Dian. reſol.* 6. *d. tract.* 1. *par.* 6. *Trullench. in decalog. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 4. *Thor. compend. deciſ. par. ſect.* 1. *verb. extractus à Cœmeterio*, ſicq; deciſum indicat *Cortiad. deciſ.* 58. eâdemque ſolemni benedicitur benedictione, velut ipſa Eccleſia: *Gambac. ubi nuper, Ital. d. lib.* 1. *cap.* 4. § 7. *n.* 39. pollutumque itidem dicitur, ſi polluta ſit Eccleſia: ſubdit idem *Ital. & in lib.* 1. *cap.* 5. § 3. *n.* 19. licèt polluto Cœmeterio, polluta haud dicatur Eccleſia: *cap.* 1. *de conſecr. Eccleſ. vel Altaris in* 6. nec intereſt, ſi ab ipſa diſtaret Eccleſia; cùm non ſit corpus naturale, requirens membrorum conjunctionem, ſed corpus artificiale, cui minimè repugnat membra habere remota: ut mirè explicat *P. Gambacur. de immun. Eccleſ. d. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 2. *et* 3. *Remig. de Gonn. de imm. Eccleſ. ampl.* 4. *Navar. in man. cap.* 25. *n.* 7. *Farinac. de immun. Eccleſ. n.* 263. *et in qu.* 28. *nu.* 14. *p.* 1. *Sanch. conſ. mor. conſ.* 1. *nu.* 2. *lib.* 6. *tom.* 2. *Eva Valaños Cur. Philipp. par.* 3. § 1. 2. *n.* 3. *del Bene de immun. Eccl. d. ſect.* 9. *dub.* 9. *cap.* 16. *n.* 2. 3. *Thor. compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 1. *verb. immunitas Eccleſ. Conſil. Giurb. conſ.* 20. *n.* 12.

24 Probaturque Cœmeterium, ſi

Digitized by Google

ſi ad id per Epiſcopum deputatum fuit,& ab eo benedictũ: *cap. nemo, de conſecrat. diſtin.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.* 289.*n.*1.*Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 72. *num.* 15. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. *n.* 30. *Barboſ. vot.* 103. & *de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 63. *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 10. *n.* 5. *Gambac. d. lib.* 4.*cap.* 3. *n.* 3. *Valaſc. conſ.* 81. *nu.* 1. Verùm in dubio Cœmeteriũ eſſe non præſumitur, niſi probetur: etenim benedictio, ac deputatio: quid facti ſunt, quod non præſumitur niſi probetur: *Menoch. de præſumpt. ubi deſuper, Itala d. nu.* 31. *verſic. diſtingue*: licèt pro Cœmeterio habeatur locus ille, qui talis sẽper habitus,ac reputatus fuit: *Ital. Maſcard.* & *Barboſ. ubi nuper*: potiſſimùm, ſi ibi Chriſtiani cum Eccleſiaſticis Officiis ſepelliũtur: *Peregrin. d. vot.* 103. *nu.* 103. *n.* 54. *lib.* 3. *del Bene d. ſect.* 9. *n.* 3. & 5. *Dian. reſ.* 6. *tract.* 1. *part.* 6. & alii, quos laudat *Gãbac. loc. indic.* Epiſcopi tamen benedictione præcedente, autumant nonnulli, cùm non ſufficiat, oſſa, & cadavera fuiſſe reperta: *cap. ad hæc, de Religioſ. domib. Maſcar. d. concluſ.* 289. *n.* 1. *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *diſput.* 15. *nu.* 43. *Barboſ. in Clement.* 1. *n.* 4. *de ſepult. Gratian. diſcept. for. cap.* 110. *n.* 2. & *deciſ.* 26. *n.* 4. ſed à nobis deſuper expreſſatis non eſt recedendum juſta notata per *del Bene dicto num.* 5. erantque inſuper Cœmeteria, loca, in quibus Martyrum corpora, ibique celebrabantur divina, ac orationes recitabantur in Martyrum laudem: comprobat *Panvinius in tract. de Cœmeteriis.*

25 Recenſitã porrò indultam Eccleſiæ Immunitatem propagavêre Sum. Pontifices, ad aliquorum paſſuũ circuitum, nimirùm Majori Eccleſiæ 40. Cappellis verò, vel minoribus Eccleſiis 30. obſignaverunt paſſus: ita ſancivit Nicolaus I. *in c. ſicut antiquitùs* 17. *q.* 4. & Joannes VIII. ſtatuit ſacrilegium committere eum, qui infrigerit Eccleſiam, vel triginta paſſus, qui in circuitu Eccleſiæ fuerint: ac in *Canon. quiſquis qu.* 4. & in Concilio Toletano XII. *ex Canon. definivit, quæſt.* 4. ut licitum ſit his, qui Eccleſias petunt per omnia triginta paſſus ab Eccleſiæ januis progredi, decretum fuit; ex quibus abſolutè inferunt nonnulli, omnibus Eccleſiis hãc paſſuum immunitatem competere: ut innuũt relati per *Bellett. diſquiſ. Cler. tit. de favor. Cler. real.* §. 4. 28.

Fa-

Fagnan. in cap. Eccleſ. n. 16. *& ſeqq. de immun. D. Jacob. Pignatell. conſult. Canon.* 74. *à n.* 1. *tom.*9. eamque immunitatem Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis competere ex Sacr. Congreg. declaratione ſubdit *Fagnan. ubi nuper n.* 20. Eccleſiiſque ruralibus extra mœnia ſitis competere ſuſtinent *Joan. Bapt. Mucc. ad Reg. Sanfelic. deciſ.* 16. *à n.*2. *& ſeq. Nicol. lucubrat. utriuſ. Jur. lib.* 2. *ſect.* 2. *n.* 760. ſicque declaraſſe Sacr. Congreg. 1687. afferunt *Capon. diſcep.* 231. *n.* 28. *tom.* 3. *Pignatell. conſult.* 19. *n.* 3. *tom.* 9.

26 Alii tuere conantur ex dict. *Canon. antiquitùs* 17. *quæſt.*4. fuiſſe immunitatem hiſce paſſibus indultam, ut in eis Cœmeterium conficiatur, non ut vacuũ eorum ſpatium remaneat: ut ex Oraculo *Archidiac. in cap. ſi quis contumax* 17. *q.* 4. edocet *Paul. Fuſcus de viſit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *à nu.* 1. *Lavor. lucubr. tit.*2. *cap.* 5. *nu.* 103. & alii, quos affert *Frances de Urrugoyt. de Eccleſ. Cathedral. c.*26. *n.*25. *& à n.* 115. *ad* 243. licèt huic opinioni opponũtur tradita per *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *c.*4. *§.* 6. *nu.* 2. ubi valdè increpat Archidiaconum hanc erudientẽ ſententiam: annuitque tamen hoſce paſſus pro ipſius Sacræ Baſilieæ Clauſtro ſumi, ubi Religioſorum tantùm domus ſitas eſſe debere cõcludit *n.* 4. *Dian. tract.* 1. *reſol.* 7. *§.*6. *10.* 9. *in Coordin. Fagnan. in d. cap. Eccleſ. n.* 18. *tit. de immun.*

27 Nonnulli verò autumavêre allatum paſſuum ſpatium à memoratis ſacris Conſtitutionibus fuiſſe obſignatum pro Clericorũ habitatione, ùti illo de recenti naſcentis Eccleſiæ ævo cohabitare aſſolebãt Clerici, ut magis expediti ad ejuſdem Eccleſiæ ſervitium eſsẽt: quod edocent de veriori ſententia *Itala ubi ſupra lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 6. *Durant. de ritib. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. *Frances paulò antè cap.* 14. *n.* 21. & alii per eos.

In eodem itaque ſenſu flexit *Pax Jordan. elucubrat. lib.* 11. *tit.* 3. *ampl.* 7. *n.* 289. *tom.* 2. putans immunitatem recenſitam fuiſſe hiſce paſſibus indultam pro Fidelium ſepultura, ac pro Clericorum habitatione, & non aliter; & tunc eos eſſe ſacros ſubdit, at ſecùs ſi vacui fuerint, aut publicis ædificiis occupati: nã tunc nec ſacros eſſe, nec immunitate potiri annectit: cui opinioni adhæsêre *Brancat. Epitom. Canon. verb. Eccleſia circa confugientes ad eam, Petr. Murg. oper. Canon. tom.* 2. *tit.* 2. *q.* 5. *n.* 5. *& n.* 44. *Gonzal. Telles ſuper decret. lib.* 3. *tit.* 49. *de im-*

Immun. Eccleſ. cap. 9. *Cutell. eodem tract. lib.* 1. *qu.* 27. *nu.* 4. *Sanfelic. deciſ.* 136. *nu.* 2. *D. Mar. Giurb. conſ.* 10. *num.* 11. *& conſ.* 20. *nu.* 22. *Ciarlin. contr. cap.* 12. *nu.* 44. *tom.* 1. niſi fuerint allati paſſus, certis finibus limitati: connumerantur namque tunc inter coadherentia ipſius Eccleſiæ: *Pirbing. ſup. decret. tit.* 49. *ſect.* 1. §. 1. *aſſer.* 3. *lib.* 3.

28 Neque deſunt erudientes hoſce paſſus per Greg. XIV. fuiſſe ſublatos: etenim ibi de Eccleſiæ ambitu haud ratiocinatur, ſed Eccleſię tantùm ejuſque Cœmeterio recenſitā conceſſam fuiſſe immunitatē evolvitur, & innuunt *Maravigl. Leg. Prudent. Epiſc. Leg.* 287. *Gonzal. Telles paulò antè cap.* 9.

29 Et quod ex conſuetudine diù per totum ferè Orbem introducta, hanc paſſuum Immunitatem receſſiſſe teſtantur ab aula *Caſtr. Pal. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. un. pun.* 6. *nu.* 15. *Suarez de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *Ægid. Trullench. pract. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 5. *Martin. Bonac. tom.* 3. *diſp.* 25. *nu.* 18. *tom.* 1. *del Bene de Immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 6. *n.* 25. *Gambac. eodem tract. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 16. *ex igneo in l.* 1. *ff. ad Sen. conſult. Syllan. nu.* 58. contrà quam malè invehit *Ital. d. cap.* 4. §. 6. *nu.* 6. Ignei tamen ſententiam aſſequuti fuêre præter laudatos, *Donat. tract.* 13. *qu.* 81. *nu.* 7. *par.* 2. *Biſſus Decas ad Moral. ſciēt. trac.* 4. §. 5. *n.* 122. & alii quamplurimi, quos affluenter affert *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 47. *n.* 4. 5. *deciſ.* 63. *n.* 16. 17. & meritiſsimus Cōſiliar. *Rodoër. ad Marin. reſol.* 179. *num.* 14. *lib.* 9. & poſt eos *Card. de Luca Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 12. *nu.* 17. *par.* 14. *& in ſum. nu.* 7.

30 Et de veterrima noſtri Regni inconcuſſa conſuetudine acticè uno ore teſtantur *Gābac. de Immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 16. *Itala eodem trac. lib.* 1. *cap.* 4. §. 6. *nu.* 18. 19. *Mut. ſup. cap. Reg. Alph.* 71. *nu.* 12. *Caſtill. deciſ.* 156. *nu.* 27. *tom.* 2. *Pilaja Concivis noſter inſtit. Canon. deciſ.* 4. *nu.* 26. *lib.* 2. *tom.* 1. concordi voto firmantes in Regno hanc paſſuum immunitatem, per deſuetudinē tranſiiſſe; itidem, quo ad Eccleſias rurales firmant *Paeichell. d. membr.* 2. *nu.* 17. *Biſſ. ubi nuper num.* 122. ſicq; declaravit Sacr. Cōgreg. tàm reſpectu Eccleſiarū Urbanarum, quàm ruralium, decernens quo ad paſſuum immunitatem locali conſuetudini eſſe deferendum referunt

Digitized by Google

runt *Barboſ. de Jur. Eccleſ. un. lib. 2. cap. 9. num. 5. & anno 1663. Pignatell. conſult. Canon. 25. nu. 13. tom. 6.*

31 Quidquid dicant *Dian. Itala, Farinac.* & alii quos affert, & ſequitur *Cæſar Panimoll. deciſ.* 88. *nu.* 9. 10. *tom.* 2.

32 Et tandem ita fuit in Regno menſibus retrolapſis, per Magn. Curiam Archiepiſcopalem Urbis Felicißimæ Panormi deciſum in cauſa Joſephi Græco confugientis in Eccleſiam Sancti Franciſci ſitam extrà Civitatis Cephaludi mœnia, qui extrà eam ſexdecim attingens paſsus, fuit à Satellitibus ſæcularis Imperii devictus, pro qua carceratione magnum fuit excitatũ urgium inter utramque poteſtatem; tandem Spect. F. P. vires nervosè ſuſtinendo in hac ſpeciali cauſa, ex particulari E. S. Decreto. D. Franciſcus Gaſtone, digniſſimus Ill. Præſidis D. Ignatii felicis recordationis filius, de recenſita paſſuum Immunite affluenter, comptè, eruditè, ac legaliter calamum arripiendo ſcripſit, cuncta ad rem opportuna exaravit, omneſque objectiones explanavit, adeò ut per Spect. D. Vincentium de Ugo in R. Supremo Patrimoniali Cõcilio meritiſſimũ M.R. ac Illuſ. Regni Deputationis unum ex Moderatoribus, & Illuſtr. Archiepiſcopi Urbis ejuſdem Oculeũ, digniſſimumq; Aſſeſſorẽ inter primæ liniæ, I. C. nemini ſecundum, virtute, juſtitia, ac ſumma integritate prędituṁ, ac omni ævo admirandum; decretum fuit die 14. Martii 1699. Jeſus: Iſte Joſeph Gręco non gaudeat Immunitate Eccleſiaſtiea.

33 Eccleſia autem Epiſcopi auctoritate conſtructa, licèt non dum conſecrata, ſi Divina celebrantur officia, Eccleſiaſticâ fruitur immunitate: *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 29. tom. 2.* verùm cæteri indiſtinctè firmant allata immunitate gaudere Eccleſiam, etiam ſi divina non celebrentur officia: *Ambr. de Immunit. Eccleſiaſt. cap. 10. num. 2. Jul. Clar. §. fin. quæſt. 30. nu. 4.* & faciunt *Correa in relect. de Immun. Eccleſ. p. 2. nu. 8. Sanch. tom. 2. conſ. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 7. nu. 2. Filliuc. tr. 15. c. 6. q. 5. nu. 150. Bonac. de prim. decalog. præcep. diſp. 3. qu. 7. §. 2. Gambac. de Immun. Eccleſ. lib. 4. cap. 4. nu. 6. del* Bene *eodem tract. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 1. per totum.* imò ſubdũt *Farinac. in append. de Immun. Eccleſ. cap. 17. num. 265. R. Sanfelic. deciſ.* 18. etiamſi

Digitized by Google

non dum perfectè conſtructa ſit: de Epiſcopi tamẽ auctoritate ſi inchoata fuerit: *Pac. Jord.tom. 2. tit.de imm.Eccleſ. n. 185. Reg. de Marin. lib. 1. reſol.179.n.6.Luc.ad Ventrigl. obſer.ad annot. 23. §. 1. nu. 1. part. 2.* vel ſi Euchariſtiæ Sacramentum non adfuerit: ut contra *Tiber. Decian. & Covarr.* benè innuunt *Mar. Ital. de immun. Eccleſ.§.3.cap. 4.n. 15.& ſeq.Proſp. Farinac. loco indicato, cap. 17. n. 254. del Bene ibidem, ſect. 2. nu. 1.* ſi tamen continuò, & ſucceſſivè conſtruatur, at ſecùs ſi deſiſterit conſtrui: *Ital. n. 15. et ſeqq.* quam opinionem non approbat *del Bene n. 2.* oppoſitum tamen firmat *Pac. Jord.* ubi proximè, vel ſi conſecrata
34 nõ fuerit, ſed benedicta,& in ea adhùc nõ celebrata fuerint Officia; quippè ſufficit, ut illa poſſint celebrari, & ſic ſolam aptitudinẽ ſufficere erudiunt contra *Decian.* in loco relato, *Gabriel.commun.contrà cõmun. lib. 1. de præſumption. concluſ. 12.n. 18.Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 10. n. 2.Jul. Clar. d. quæſt. 30. n. 4. Giurb. conſ. 10. n. 2. & conſ. 20. nu. 19.* alioſque laxè cumulat *Ciarlin. contr. cap. 116.n.17.Ventrigl. prax. annot. 23. §. 1.n.3. par. 2. D. Mich. Cortiad. deciſ.40. n. 5.* cuncti uno congruentes oraculo Eccleſiam gaudere immunitate Eccleſiaſtica, itidem ſi nondum conſtructa fuerit, auctoritate tamen Epiſcopi ſi conſtrui cæperit:& ſequuntur *Gabriel.d.concluſ.12. nu. 17. Reg. Sanfelic. d. deciſ. 18.* & alii per *D. Mich. Cortiad. deciſ. 40. n. 7. Ventrigl. ubi ſupra n. 3. Henr.Zoëſ.d.lib. 3. decret. tit. 49. de immunit. Eccleſ. n. 8.*

35 Dicitur planè de Epiſcopi auctoritate fuiſſe conſtructam Eccleſiam,per Crucis erectionem, vel ſi primum Epiſcopus ejecerit lapidẽ: ut erudiũt *ex cap.nemo cuncta*,& ibi *Gloſ. de ſacr. lib. 6. Reg. Sanfelic. d. deciſ. 18. DD. omnes ſupra recenſiti.* Imò ſi de recenſita Crucis erectione, ac de ipſa primi lapidis ejectione haud conſtaret; ſemper præſumitur de Epiſcopi auctoritate fuiſſe conſtructam:*D.Mich.Cortiad. in allata deciſ. 40. n. 12.& in deciſ. 64.n. 23.* & ante eum dixere *Proſper. Farinac. in append. de immunit.Eccleſ.d. cap. 17.n. 255. & ſeq. Mar. Ital. de immun.Eccleſ. §. 3. cap.4.n. 5. 6. et ſeqq.Ambroſ. d.cap.10. Sebaſtian. Guaz. in def. 1.cap. 37. Virmigl. Conſil.Crim. conſ. 96. per totum*, & alii per nos affluenter relatos.

36 Diruta inſuper Eccleſia, undè tectum ſolùm cecidit, pa-

parietibus verò remanétibus, ſalutaris Aræ privilegia adhùc retinet, & Eccleſiaſtica fruitur immunitate, ad eam Reus cõfugiens: *Tib. Decian. tr. crim. lib. 6. cap. 25. n. 22.* quoniam non deſinit eſſe ſacra, ſaltem reſpectu loci, in quo erat ædificata: *tex. in l. ædeſacra, ff. de contrahenda empt. l. in tantùm 5. ſacra, ff. de rer. diviſ. Gloſſ. in cap. quæ ſemel, 19. quæſt. 3. Giurb. conſ. 20. n. 19. Gambac. de immun. Eccleſ. lib. 4. cap. 2. n. 8. 9.* ſi non in totum, aut in magna parte diruta ſit: *cap. ligneis 6. de conſecrat. Eccleſ.* & ibi *Baſboſ. n. 3. Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. quæſt. 12.* idem *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 2. n. 48. & 62.* quod ſi in magna parte, & de Epiſcopi placito diruta fuerit, ex eoquia eã prophanare intẽderit; cuncta tũc amittit privilegia: ut inſinuant idem *Gambac. ubi nuper nu. 10. Bonac. de immunit. Eccleſ. diſput. 3. qu. 7. §. 2. nu. 4. Dian. reſol. mor. 1. tract. 1. par. 6. del Bene de immun. d. to. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 5. Ventrigl. d. annot. 23. §. 1. num. 4. Sanch. de Matrim. lib. 9. diſp. 15. n. 37.* aut ſi nulla ſpes reædificationis ſubſit: nam tunc nec ſub Eccleſiæ nomine cõprehẽditur, nec patratur ſacrilegiũ, ob sãguinis, aut ſeminis effuſionẽ, aut per furtum in ea commiſſum, nec hujus loci circumſtantia attendenda eſt: *tex. in cap. Abbate, ad finem, de verb. ſignif. & ex cap. 2. de nov. oper. nunc.* probat *Fagundez in quinq. Eccleſ. Præcept. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 37. Dian. par. 6. tract. 1. reſol. 1. Evia Valaños Cur. Philip. par. 3. §. 12. nu. 1. Giurb. conſ. 20. n. 19. Cortiad. deciſ. 41. n. 9. 10. Caſtr. Palau. in oper. moral. tom. 2. tract. 11. diſput. unic. qu. 6. n. 7. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 5. n. 3.* at ſi reædificationis ſupereſt ſpes, ex eo quod aliam de novo conſtruere intendit Epiſcopus; tunc nullum perdit immunitatis privilegium: ut ſuſtinet *Sanch. ubi ſupra n. 37. Borell. in ſumm. deciſ. d. par. 1. tit. 3. n. 39. Gambac. d. lib. 4. cap. 2. 11.* ubi plures affert conjecturas, ex quibus depromitur animus reædificandi, inter quas, ſi talis Eccleſia diruta, alicujus loci Pii, vel Monaſterii eſſet, ſi oſtia, lignis, aut lapidibus clauſa conſervaret, adeò ut, animalia in ea ingredi nequeant: ſicque conſuluit *P. Dian. reſol. moral. part. 6. tr. 1. reſol. 1.* ita quamvis ab hoſtibus, vel ab alio, abſque Epiſcopi auctoritate, deſtructa, ſoloque æquata fuerit;

tunc, nec ſua amitteret privilegia, ſi ſpes probabilis reædificationis ſupereſſet: aliàs ſecùs, inſinuant *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 3. *n.* 10. *Mart. Bonac. diſp.* 3. *qu.* 7. *de imm. Eccleſ.* §. 2. *n.* 4. *& alii ſupra.*

37 Eccleſia item interdicta nec immunitatis decòre privatur: *argum. tex. in cap.* 1. *de Cler. ægrot.* & ex *Canon. cùm percuſſio* 7. *qu.* 1. ubi Clericus interdictus, fori, ac Canonis retinet privilegia, & probant *Martin. Bonac. diſput.* 3. *qu.* 3. *punct.* 4. *n.* 3. *Trullench. in decalac. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 9. *n.* 31. *Mar. Ital. de immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 7. *Gambacur. eodem tract. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 12. *Dian. ubi ſupra, Barboſ. de jur. Eccl. univerſ. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 60. *del* Bene *ubi ſupra ſect.* 4. *Ventrigl. nu.* 5. *Henr. Zoëſ. d. lib.* 3. *decret. tit.* 49. *de immun. Eccleſ. n.* 8. *verſ. quid ſi interdict.*

Pariter & Eccleſia polluta: etenim per pollutionem, loci ſanctitas non amittitur: edocent *Remig. de Gonn. de imm. Eccleſ. ampl.* 4. *Fagund. in præcept. decalog.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 62. *Suarez de Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 6. *P. Lezan. qu. Reg. tom.* 3. *verb. immunitas Eccleſ. n.* 2. *Giurb. conſ.* 20. *num.* 19. *Itala ubi deſuper*: planè ob pollutionem diminuta haud eſt ſanctitas, & tantùm operatur pollutio, quo ad divina Officia, & fidelium funera, in terrorem eorumdem ut majorem concipiant circa loca ſacra venerationem, & reverentiam: *Zoëſ. n.* 9. *del Bene dict. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 3: *Barboſ. n.* 61. *Dian. d. reſol.* 1. *par.* 6. *tract.* 1. *& in ſum. verb. immunitas Eccleſ. n.* 3.

38 In gradibus inſuper, per quos ad ipſam deſcenditur Eccleſiam, eàdem Eccleſiaſtica viget immunitas, neque profugũ ad eos occurrentem, invitũ extrahi poſſe, abſq; ejuſdẽ immunitatis violatione: cõſulẽdo, ait *Vulpell. reſp.* 130. *lib.* 1. *Barbaz. for.* 1. *nu.* 33. *de his qui ad Eccleſ. confug. Merlin. controv. cap.* 56. *nu.* 24. *cent.* 2. *Thor. compend. deciſ. par.* 2. *ſect.* 1. *verb. Immunitas Eccleſ. Sperell. deciſ.* 60. *nu.* 14. *Dian. reſol.* 1. *tract.* 1. *part.* 6. *del Bene de Immun. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 11. *Ventrigl. d. annot.* 23. §. 1. *ſub nu.* 6. *Danza pugn. DD. tom.* 1. *tit. de immm. Eccleſ. cap.* 1. *n.* 23. ubi ſic deciſum affert, allatamque immunitatem porrexêre nonnulli exterioribus gradibus in publica exiſtẽtibus via, ad ejuſdem Eccleſiæ muros penſilibus, per quos ad eamdem aſcenditur, tanquã partes conjunctæ cum ipſa Ec-

Digitized by Google

Eccleſia, cum qua unum cõſtruitur corpus, ſine quibus eam non ingreditur, imò tanquam ad ipſam pertinent Eccleſiam, eique adhærentes ſacri ſunt, ejuſdemque Sacræ Baſilicæ potiuntur immunitatis clypeo: ut edocent *ex Angel. de Malef. verb. quod fama publica nu.* 54. *Remig. de Gonn. de immun. Eccl. ampl.* 9. *Navarr. in man. cap.* 25. *nu.* 11. *Peregrin. de immun. Eccl. cap.* 4. *nu.* 19. *Novar. ſumm. Bullar. tit. de immun. Eccleſ. num.* 5. *Danz. pugn. DD. eodem tit. cap.* 1. *nu.* 24. *ubi ita per Suprem. Collateral. Conſil.* deciſum affert ad Rei favorem exiſtentis in primo Eccleſiæ gradu: & faciunt *Farinac. in prax. par.* 1. *qu.* 28. *num.* 14. *& de immun. Eccleſ. nu.* 280. ubi per ſic Sacr. Card. Cõgregationem deciſum pariter adducit, referente *Card. Caetano Sanch. conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *nu.* 2. *tom.* 2. licèt *Mar. Ital. de immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 6. *nu.* 21. autumant prima ſcalarũ limina ipſius Eccleſiæ allata gaudere immunitate: *P. Anton. Dian. reſ. mor. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. ſed his non obſtantibus, idem in ſumm. part.* 1. *verb. immunitas Eccl. ſub nu.* 11. *Caſt. Palaus in Oper. mor. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unica pun.* 6. *n.* 9. *verſ. tertiò, del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 11. *Sperell. deciſ.* 60. *n.* 14. *preſsè de more Giurb. conſ.* 10. *ſub num.* 22. quamvis oppoſitum ſentiant *Vulpell. dict. conſ.* 130. *lib.* 1. *Correa in relect. de immun. Eccleſ. part.* 2. *num.* 14. *Merlin. contr. cap.* 56. *n.* 24. *centur.* 2. *del Bene ibidem in fine*, aſſerẽtes, eos tantùm gradus intrà oſtium exiſtentes immunes eſſe: non autem exteriores, niſi Eccleſia haberet immunitatem ex paſſibus deſignatis: tunc fortiùs eamdem immunitatem retinere debent adductæ adjacentes ſcalæ: *Gambac. de immun. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 10. attamen prima opinio communis, ac verior eſt, ubique amplexa, juxtà quam in utroque Siciliæ Regno deciſum crebrò notavimus, ſicq; in Cathalonia aſſerit *Cortiad. deciſ.* 49. *n.* 5. 6. 7.

39 Maxima verò difficultas urget in gradibus Cœmeterii, Atrii, Portici, Clauſtri, vel alterius loci Sacri: nam firmavere infrà laudandi DD. eos minimè potiri dicta immunitate, nè dupplicentur ſpecialia ad eumdem effectũ, quod abhorret lex, etſi immunes eſſent, immunitas daretur immunitati, & acceſſorium, acceſſorio: ſic autumant *Merlin.*

contr.

contr. d. cap. 56. *n.* 22. *cent.* 2. *Petr. Surd. deciſ.* 225. *nu.* 3. *Epiſcop Sperell. deciſ.* 63. *n.* 2. 3. *&* *decis.* 330. *tom.* 3. & ita deciſum refert per M. C. V. *Joan. Bapt. Thor. compend. decis. part.* 3. *sect.* 1. *verb. immunitas Eccleſiaſt. vers. ſic cernimus in Cœmeterio*, aliaſque deciſiones affert *Cortiad. decis.* 49. *n.* 12. cæteri verò piè agẽtes, affirmativam ſequuntur ſententiam, dictiſque Cœmeterii, Atrii, Portici, Clauſtri, ac alterius loci Sacri gradibus immunitatem tribuũt Eccleſiaſticam, eoſque venire ſub Eccleſiæ denominatione affirmant, quoties de favorabilibus, & non odioſis agitur: ut inſinuant *Cavalc. de brach. Reg. par.* 4. *n.* 8. *&* 88. *Auguſ. Barbos. vot.* 117. *à n.* 30. *lib.* 3. *Episcop. Sperell. decis.* 60. *n.* 35. *Xamar. deſin.* 18. *nu.* 37. *par.* 1. gradus enim aditum ad domum habentes, eamdem retinent qualitatem, quàm domus: *ex Bald. in l. fin. ff. de damn. infect.* deciſum adducit *Thor. ubi supra*, & notant *Remig Gonn. de immunitate Eccles. ampl.* 9. ſicque decisũ refert tam pro gradibus Atrii, Portici, & alterius loci Sacri: potiſſimùm quo ad gradus Cœmeterii, *Cortiad. n.* 12. *& ſeqq. Farinac. in prax. qu.* 28. *n.* 14. *part.* 1. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 10. ubi ratione paſſuum hanc firmat ſententiam: nos autem inter haſce diſpares ſententias pectoris ab imo huic ſecundę annimus, licèt in ſenſu veritatis gradus illos, nec intrà Eccleſiæ ſepta eſſe, nec ei adhærentes inſinuet, & deciſum afferat per M.C. Vicariæ, & S. C. *Reg. Merlin. in d. contr.* 56. *n.* 21. *cent.* 2.

Parietes autem Eccleſię exteriores: non autem Monaſterii, aliorumque locorum: *Pilaja inſtit. Canon. deciſ.* 4. *n.* 29. *lib.* 2. *tom.* 1. eodem privilegio fruuntur, adeò ut Reus hoſce ſalutaris Aræ parietes amplectens, eoſque tangens, tutus erit, & cenſuris tueri poterit: ut probant contra *Archidiac. in cap. unico, de reliq. veter. ſanct. Novar. in ſum. Bull. de immun. Eccleſ. nu.* 16. Ricc. *in prax. tom.* 3. *reſ.* 560 *n.* 8. *Mart. Bonac. de legib. tom.* 2. *diſput.* 3. *quęſ.* 7. *pun.* 4. *nu.* 5. *&* 20. *Manſ. conſult.* 248. *nu.* 17. *tom.* 2. *Bard. comm. in regulas, utriuſque Jur. in* 6. *reg.* 42. *n.* 8. *Biſſus in Decad. ad moral. ſcient. tract.* 4. *ʒ.* 5. *n.* 123. Undè inferunt Reum allatum amplectentem parietem, aut humeris eum tangẽtem, immunitate potiri Eccleſiaſtica: *Bonac. paulò ante, n.* 20. *Faria. ad Covarr. lib.* 2.

cap.

cap. 20. *n.* 209. Eccleſiæ nāq; immunitas itidem rebus eidē adhærentibus conceditur, ut explanatum eſt, immò & ejus tecto, ut ſupra egimus, potiſſimùm & parieti, licèt ex parte exteriori tanquam cæteris proximiori, impertienda eſt: ut ſentiunt *Bonac. in Bull. Cæn. tom.* 3. *diſput.* 3. *punct.* 16. *n.* 19. 70. *P. Dian. reſ. mor.* 73. *tom.* 3. *tract.* 2. *et par.* 6. *trac.* 1. *reſol.* 3. *&* *part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 38. & per ſtillicidium totius Eccleſiæ fabricæ, ejuſq; portici publicam occupantē viam: fundant ex multis *Panimoll. deciſ.* 87. *nu.* 8. *Trullench. in decalag. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 4. *Ciarlin. contr. cap.* 197. *n.* 20. *Caſtrus Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unica*, *punct.* 6. *nu.* 8. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *n.* 1. *&* *ſect.* 8. *nu.* 15. 16. 17. cunctis unanimiter firmātibus, Urbis appellatione, parietes exteriores in odioſis tantùm non venire, ſicque intelligendum eſſe Archidiaconū, ejuſq; aſſeclas innuunt *Dian. reſol. mor.* 123. *verſ. confirmātur tertiò*, *tract.* 1. *part.* 4. *Xamar. Ciarlin.* & alii ſuprà citati, & ſtatuit Sacr. Congr. ſuper Epiſcopis, per hæc verba: *Qui elapſus è manibus Satellitum confugit ad Eccleſiam, vel apprehendit parietem, aut ſeras januæ gaudet immunitate die* 31. *Martii* 1604. *&* 18. 1614. *&* 20. *Decemb.* 1616. *& in Amerina* 18. *Febr.* 1632. *& in Camarienſ.* 13. *Julii* 1638. quas affert *Pignatell. conſuliat.* 27. *num.* 2. 3. *tom.* 6.

Et pariter fluit habentem per foramen parietis in Eccleſia majorem corporis partem, alterā verò in domo prophana, Eccleſiæ contigua; immunitate gaudere deciſum affeſunt *Addentes ad Sanfelic. deciſ.* 330. *Cortiad. deciſ.* 57. *n.* 3. difficultas herclè admodum haud levis urget circà parietes exteriores Cœnobii, Cœmeterii, horti, ac aliarum Monaſterii officinarum, an eadē fulciantur immunitate, quā ipſius Eccleſiæ exteriores parietes potiuntur, pro cujus heſitationis ſolutione inquimus, omnes congruere DD. Canoniſtas, Civiliſtas, & Morales, allatorum locorum interiores partes immunitate gaudere Eccleſiaſtica, ut ex quamplùribus auctoritatibus fundant *Bellett. diſq. Cler. tit. de fav. Cler. real.* §. 4. *nu.* 37. *Pignatell. conſult.* 453. *Panimoll. deciſ.* 88. *num.* 25. *tom.* 2. & poſt eos noſter Concivis *Pilaja deciſ. Pontif. par.* 1. *lib.* 2. *deciſ.* 4. *nu.* 29. ubi exterioribus

bus Eccleſiæ partibus hanc fuiſſe indultã immunitatem, non autem exterioribus Monaſterii partibus fundat: ratio autem hujus ſententiæ potiſſima affertur *per Panimoll. ubi nuper nu.* 23. quoniam partes Eccleſiæ exteriores in conſecrationis actu benedici aſſolent, non autem partes Monaſterii, Horti, Cemœterii, aliorumque officinarum, quę quidem *Pilajæ, & Panimolli* ſententia nobis multum arridet, nec diverſimodè deciſum in Regno notavimus.

Sacriſtiæ Sacræ itidem Baſilicæ adhærentes, eiq; contiguę, ac extrà eam, vel Cœ-
40 meterium non diſcontinuę, eâdem potiũtur immunitate: *Sperell. deciſ.* 61. *&* 62. *num.* 19. quoad immunitatis namque effectum locus eſt Sacer, non verò quoad effuſionem ſanguinis, vel ſeminis potiſſimùm ſi oſtium ad ipſam haberent Baſilicam: inſinuant *Sanch. de Matrim. lib.* 6. *diſp.* 15. *nu.* 31. *Lezan. quæſt. Regul. tom.* 3. *reſ.* 20. *par.* 1. *tract.* 7. *& par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 166. *& in ſum. par.* 1. *verb. circumſtantia, del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 1. *Sperell. d. deciſ.* 61. *n.* 1. *& deciſ.* 62. *n.* 19. vel Altare ad celebrandũ retinerent: *Fagund. præcept.* 2. *lib.* 4. *nu.* 34. 39. *D. Mar. Giurb. conſ.* 20. *nu.* 19. *Mich. Angel. Donat. de Aſyl. reſol.* 39. *n.* 8. *Ventrigl. d. ann.* 23. *n.* 12. *par.* 2.

41 Eccleſiæ campanile, Eccleſiaſticâ frui immunitate, ſalvumq; ad eum confugientem eſſe dixêre *Suarez in ſumm. Bullar. tit. de immun. Eccl. nu.* 28. *Dian. reſol. par.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 108. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *& in ſum. in verb. immun. Eccleſ. del Bene eodem tract. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *n.* 1. 12. *Barb. de jur. Eccl. un. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 66. *& vot.* 102. *nu.* 40. *&* 42. *lib.* 3. *& vot.* 117. *nu.* 30. 31. *lib.* 1. *Caſtr. Palau. oper. mor. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. un. pun.* 6. *nu.* 8. *Ciarlin. contr. for. cap.* 197. *nu.* 20. ſicque deciſum affert *Sanfelic. deciſ.* 16. *Thor. compend. deciſ. verb. immunitas Eccleſiæ*: ſi campanile eſſet Eccleſiæ aggregatum, at ſecùs ſi disjunctum, ſubſtinet *Dian. part.* 4. *reſol. mor.* 108. *tract.* 1. *& in ſumm. par.* 1. *verb. immunitas Eccleſ. Thom. del Bene, Caſtro Palaus, Ciarlin. Mexia*, & alii ubi ſuprà; vel extrà ambitum per triginta paſſus ab Eccleſia diſtaret: *Dian. & del Bene dict. tom.* 1. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 18. ſicq; Sacr. Cardinalium Congregationem decer-

cer-

cerniſſe anno 1631. refert. Intellige quo ad immunitatem Eccleſiaſticam, non autem, quo ad pollutionem, ob ſanguinis, vel ſeminis effuſionẽ, quia tunc ſub Eccleſiæ appellatione non veniunt: nec per ſanguinis, aut ſeminis effuſionem in eo, Eccleſia dicitur polluta: etenim in favorabilibus, campanile comprehenditur appellatione Eccleſiæ: ſecùs in odioſis: *Auguſt. Barboſ. d. vot.* 117. *nu.* 12. *lib.* 3. *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 30. *Sperell. deciſ.* 62. *n.* 18. *del Bene tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 8. *Cortiad. deciſ.* 47. *tom.* 2. Quod idem procedit in Atrio, Portico, Clauſtro, Oſtio, Scalis, Cellulis, Dormitorio, ac Hortulis, quę cuncta in favorabilibus veniunt appellatione Eccleſiæ, ejuſque gaudet immunitate Eccleſiaſtica, quemadmodũ de Atriis dixêre *ex Can. ſi quis in atrio, Canon. ſi quis contumax, Can. conſtituimus* 17. *quæſt.* 4. *Suar. de Relig. quæſt. lib.* 3. *cap.* 9. *nu.* 7. 9. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *d. cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *n.* 1. *& ſect.* 7. *n.* 1. *Peregrin. de imm. Eccleſ. cap.* 4. *nu.* 21. *Caſtrus Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unica, punct.* 6. *n.* 10. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 19. *n.* 7. idem *deciſ.* 136. *n.* 2. *Ciarlin. contr. for. c.* 197. *n.* 24. *p.* 2. *Merlin. contr. c.* 55. *n.* 1. *cent.* 2. *R. de Marin. alleg.* 79. *n.* 3. *lib.* 2. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſal. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 64. *& in Canon. ſi quis contumax nu.* 17. *qu.* 4. Si Atrium parietibus circumdatũ ſit, aliàs ſecùs: ut inſiuant *Paz. in prax. Canon. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *n.* 32. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 7. & Eccleſiæ adhæreat, ac annexum ſit: *Lezan. reg. quæſt. tom.* 3. *verb. imm. Eccleſ. n.* 2. *Caſtr. Palau. ubi nuper n.* 10. *Barboſ. n.* 63. namq; Eccleſię atriũ nil aliud eſt niſi area, ſivè platea, ante Eccleſiam exiſtens, extremis foribus clauſa, per quam areà patet aditus ad Eccleſiam: *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 11. *Sanfelic. deciſ.* 19. *n.* 2.

42 Et de Eccleſiæ, & Cœmeterii portico, ex dict. *Canon. ſi quis contumax* 17. *quæſt.* 4. & ex *l. patet, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* affirmant *Abb. Anchar. Jaſon.* & alii, quos laudat *Bardaxi for.* 1. *nu.* 33. *de his, qui ad Eccleſ. confug.* fusè *Gãbac. ubi ſupra, Giurb. conſ.* 20. *n.* 22. *del* Bene in loco relato, *dub.* 9. *ſect.* 6. *n.* 1. *ſect.* 7. *nu.* 1. *Sanch. conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 2. *Sperell. deciſ.* 60. *n.* 4. *P. Dian. reſ. mor. part.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 1. *& ſum.*

verb. immunitas Eccl.Barboſ. de jur.un. lib.2.cap.3.n.64. Merlin. contr. cent. 2. cap. 55.n.1.

Si Eccleſiæ adhæret, fixus connexus, ac ipſius Eccleſiæ, Cœmeterio cōjunctus ſit, alioquin Porticus nullâ immunitate potitur Eccleſiaſticâ: depromitur ex eodemmet *Can. ſi quis contumax* ibi: *vel de porticibus qualibet modo Eccleſiæ inhærentibus*, & notat *Navarr. man. cap. 25. num. 17. Sanch. d. conſ. mor. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. n. 2. del Bene de immun. Eccleſ. dict. tom. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 7. num. 1. Cortiad. deciſ. 50. n. 5.* exiſtimat, ſi parietibus circumdatus ſit, aliàs ſecùs, quod itidem militat in Portico Cœmeterii, qui, uti ipſa Eccleſia, privilegio gaudet immunitatis: *Correa de immun. Eccleſ. part. 2. nu. 16. Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. num. 55. 56. P. Dian. reſ. mor. par. 6. tr. 1. reſ. 6. Thom. del Bene ubi nuper n. 4.* eſtque Porticus, locus coopertus, deſuper verò patulus: *Bart. in l. quod conclave, n. 2. ff. de damn. infect. D. Jacob. Pignatell. conſ. Canon. 169. tom. 3.*

43 Clauſtrum verò Eccleſiæ, tanquam Eccleſię fabrica, eiq; annexum immunitate pariter fruitur Eccleſiaſtica: ut inſinuant *Farinac. de imm. Eccleſ. n. 268.* idem *in prax. part. 1. qu. 28. n. 14. Caſtr. Palaus d. punct. 6. n. 10. del Bene d. ſect. 7. n. 1. Sperell. deciſ. 63. n. 4. Conſil. Giurb. conſ. 10. nu. 9. Barboſ. d. cap. 3. n. 66. P. Dian. reſol. mor. part. 6. d. reſol. 1. tract. 1. & in ſumm. verb. Immun. Eccleſiaſt. ſub nu. 11.* quod quidē Clauſtrum, in favorabilibus, appellatione Eccleſię continetur, at ſecùs in odioſis, ut explanatum ſuprà eſt, addito *Merlin. contr. 55. à num. 22. cent. 2.*

44 Portæ ſimiliter, Janua, Oſtia, & ipſius Eccleſiæ fores, & ſi clauſę ſint, eadem potiuntur immunitate, immuniſque eſt confuga, ſi manu illas tetigerit, etiā quod totū ejus corpus ſit extrà locum ſacrum, & ita ſervari teſtatur *Correa in relect. de immun. par. 2. n. 16. Franc. Leo in theſ. part. 1. cap. 13. n. 11. Dian. par. 6. tract. 1. reſol. 3. del Bene de immun. cap. 16. dub. 9. ſect. 6. ſub num. 9. tom. 2.* & alii, quos affert *Pignatell. conſul. Canon. 27. n. 5. & 6. tom. 6.* ac ſi in Eccleſia exiſteret, nec invitus ab ea extrahi poteſt: ut probant ex *tex. in d. l. pateant, C. de his, qui Eccleſ. confug.* ibi: *ſed uſq; ad extremas fores Eccleſiæ, Bobadill. polit. lib. 2. cap. 14. nu. 82. Mart. Bonac. diſput. 3. de prim. præcept. decalog. quæſt. 7.* Pa-

de immun. §. 2. 2. *nu.* 5. *Caſtr. Palaus oper. mor. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 1. *pun.* 6. *nu.* 9. *Gābac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.* 4. *nu.* 18. *Barboſ. in locis citatis. D. Mar. Giurb. conſ.* 20. *num.* 21. 22. *Maſtrill. deciſ.* 22. *nu.* 1. *Ant. de Ball. tract. var. tract.* 13. *lib.* 5. *de pragm. Regn. tit.* 42. *pragm. unic. de inſult. in Eccleſ. num.* 14. *P. Dian. ubi ſuprà: Pignatell. conſult.* 27. *nu.* 6. *t.* 6. etiā ſi portæ, oſtii, januæ, ipſius Cœmeterii fores eſſent, quia illud Eccleſiæ æquiparatur, ibiq; confugam tutum, prout in ipſa Eccleſia eſſe edocent *Remig. de Gonn. de immun. Eccleſ. ampliat.* 7. *Jul. Chart. deciſ.* 7. *nu.* 1. 11.

45 Idemque procedit in annulis, anſis, valvis, & vectibus portarū ejuſdem Eccleſiæ, aut Cæmeterii, alteriuſque loci Sacri, quæ omnia eamdem retinent immunitatem, & ſi manu eas teneret confuga, immunis eſſet, nec valet ſęcularis poteſtas eum invitum extrahere: ut ſubdūt *Igne. in l.* 1. *ff. ad S. C. Syllan. nu.* 57. *conſ. Giurb. conſ.* 20. *nu.* 20. *Farinac. in prax. tom.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 14. *Paz. in prax. Can. tom.* 1. *par.* 5. §. 3. *num.* 46. quod pluries ſic deciſum referunt; quam ſententiam abſque ulla hęſitatione expendunt *Barboſ. de jure Eccleſiaſt. univerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 65. *& in add. ad Canon. ſi quis contumax* 17. *quæſt.* 4. *& in vot.* 117. *nu.* 21. *lib.* 3. *Xamar. d. diſſin.* 18. *nu.* 20. *part.* 2. *Virmigl. conſ.* 92. *num.* 1. *Dian. reſ. mor. part.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 3. ubi plura aſtruit de oſtio clauſo *del Bene d. tract. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *num.* 6. 7. *Gambacurt. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 21. ubi *contrà Joann. de Viſchis de immun. Eccleſ. nu.* 12. & 13. oppoſitū ſuſtinentē, mordicus ſe invehit, & facit *Virigl. d. ann.* 23. §. 1. *num.* 6. *par.* 2. *Reg. Sanfel. deciſ.* 300. *nu.* 20. *part.* 3. *Thor. compend. deciſ. verb. immun. tom.* 1. & ſæpiùs ſic deciſum fuiſse aſſerit.

46 Limen itidem januarum Eccleſiæ, ac Cœmeterii, alteriuſq; loci Sacri, pariter eumdē immunitatis retinet privilegiū, uti dixêre, præter expoſitos, *Gambac. del Bene Thor. in compend. ubi nuper P. Dian. d. par.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 6. *Virmigl. d. conſ.* 92. *nu.* 3. *Cortiad. deciſ.* 48. *nu.* 4. & 5. meritò nequeunt Curię ſecularis Miniſtri, aut alii, confugam, in limine Oſtii ipſius Eccleſię, Cœmeterii, vel alterius loci Sacri exiſtentem, vel annulū

manu tangentem extrahere,
47 & ſi per pallium, aut aliter extraxerint, unà cum pallio confuga, eidem reſtituendus erit Eccleſię:ut inſtruũt *Andr. in cap. fin. de immun. Eccleſ. Ign. in d. l. 1. ff. ad S.C. Syllan. Giurb. conſ.* 20. *nu.* 18. *Peregrin. de immun. Eccleſiaſt. d. cap.* 4. *num.* 18. *Farinac. d. quæſt.* 28. *num.* 14. *part.* 1. *in prax. Dian. reſ. mor. par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 6. *& in ſumm. part.* 1. *verb. imm. Eccleſ. ſub nu.* 6. *&* 11. *del* Bene *d. dub.* 9. *cap.* 16. *ſect.* 6. *nu.* 10. *tom.* 2. *& dub.* 29. *nu.* 8. & ſi totũ
48 corpus extrà locum ſacrum ſit: verùm ſi manu annulum, vel vectes tangeret, eadem potiretur immunitate, ſicque obſervaſſe, ac obſervari vidiſſe teſtatur *Tiber. Decian. trac. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *nu.* 17. 21. annuitque *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 6. *nu.* 6. *nu.* 22. 23. & annuere *Gambac. de immun. Eccleſ. cap.* 21. *lib.* 4. *Mart. Bonac. tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 7. *pun.* 4. *n.* 19. *Pignatell. conſul.* 27. *nu.* 6. *tom.* 6. ſubdens neque per brachium, vel pedem extrà Eccleſiam, vel Cœmeterium exiſtentem extrahi poſſe, ſi reliqua corporis principalis pars intrà exiſteret locum ſacrum, quod antè eum, affirmavêre *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.* 4. *n.* 16. *Suar. de relig. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 4. *Dian. reſ. mor. part.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 6. *del* Bene *dict. ſect.* 6. *nu.* 10. *Barboſ. vot.* 117. *nu.* 17. *&* 41. *lib.* 3. communiter aſſerentes, ſufficere manum, aut pedem intùs Eccleſiam, Cœmeterium, vel locum ſacrum habere, ad hoc ut eadẽ fruatur immunitate: *Decian. ubi nuper n.* 17. *et* 22. *Guazin. defenſ. reor.* 1. *cap.* 37. *n.* 48. *Giurb.* 20. *nu.* 2. eſtque ipſa immunitas tanquàm anima, tota in toto, ac tota in qualibet parte totius: *arg. tex. in l. via, §. fin. ff. de ſervit. ruſ. præd. et in l. ſi cui, ff. de ſerv.* & probat ex Philoſophis *Bart. in l. ſtipulationes, n.* 3. *ff. de verb. ſignf. Barboſ. ubi deſuper, Trullench. in decalog. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 12. *Thor. in compend. ubi ſupra, et in ſupplement. verb. immunitate Eccleſiaſtic. an gaud.* affluenter, *Gãmac. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 21. immò licèt capite, humeris, vel alia ſui corporis parte, tangeret Eccleſiam, vel locum ſacrum; & ſi pedes extrà eam haberet, itidem fruitur privilegio, ut dixêre ex *Thor. ubi nuper, Trullench. n.* 12. *del Bene d. dub.* 19. *cap.* 16. *n.* 10. *to.* 2. *Cortiad. d. deciſ.* 48. *n.* 15. oppoſità verò ſentẽtiã nervosè ſuſtinet *Bonac. ubi deſuper,* in

in d.diſput. 3. *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 19. *&* 20. *tom.* 2.*Barboſ.vot.* 117. autumantes, in eo loco aliquem dici adeſſe, ubi pedes habet, meritò dixêre non potiri Eccleſiaſtica protectione ambos habentem pedes in via publicâ, etiam ſi humeris Eccleſiæ parietes tangeret, quorum ſentẽtiam amplexus fuit *del Bene d. tom.* 2. *dub.* 27. *n.* 10. *cap.* 16. nec diſcrepat *Sãfelic. deciſ.* 16. *tom.* 1. attamẽ quempiam Eccleſiæ exteriorem parietem delineantem, captum à Satellitibus, eumdem parietem amplectendo, gaudere immunitate Eccleſiaſtica, fuiſſe pronunciatũm indicant *Ricc. reſ.* 160. *n.* 4. *cum ſeqq. tom.* 3. *Dian. in ſumm.verb. immunitas n.* 11. *Leo in theſaur. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 11. *Bald. Thomaſ. de immun. Eccleſiaſt. nu.* 181. ſufficere Sacræ Baſilicæ limen aliquem attingere, vel partes ejus manu tangere, ut Sacræ Aræ clypeo gaudeat, præter ſupra recenſitos, magiſtraliter de more, ſuſtinet *Gãbac. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 2.*n.*4. *&* 5.6.

49 Quas quidem firmatas ſententias, recipiendas eſſe putamus, ſi confuga liber, annulum, ac vectes portarum, & oſtii Eccleſiæ, vel alterius loci Sacri apprehendat, at ſecùs, ſi in Satellitum poteſtate jam captus, aut devictus ſit, tũc enim nulla fulcitur immunitate: ut edocẽt *Jul.Char. deciſ.* 7.*n.*11.& alii ab eo: quoniam ſi è Satellitum manibus reſiliens, ad Eccleſiam, vel ad locum confugerit ſacrum, tutus, nec invitus extrahi poſſit à ſæculari poteſtate: ut dictant *Remig.de Gonn. de immunit. Eccleſiaſt. fallent.* 31. *Navar. in man. cap.* 25. *n.* 19. *Didac. Covarr. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 13. *verſic.* 17. *Villagut. de extent. leg. tit. de extent. immun. Eccleſ. n.* 42. *Ambroſ. de immun. Eccleſ.cap.* 10. *nu.* 13. *de Franch. deciſ.* 709. *num.* 3. *Mar. Ital. eodem tract. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *n.* 70. *Gambacur. eodem tract. lib.* 4. *cap.* 18. *nu.* 7. dummodò quòd confugiẽdo in ipsâ Sacrâ Baſilicâ, delictum contra Curiæ ſæcularis Satellites non cõmittat; nimirùm eos in allata Eccleſia occidendo, vel mutilando, aut graviter vulnerando: ſentit ex *cap. fin. de immun. Eccleſ. Gãbac.ibidem*, ratione hujus gravi delicti in Eccleſia patrati, ſed pace tanti viri, ejus non relevare ſententiam, minùſque ſuam adductam rationem putumus: quippè hoc de novo confectum crimen in ipſa Eccleſia accidentalem eſſe videtur, quod ab ipſa non expellitur

litur immunitate: ut infra *in* 2. *ſect: nu.* . fuſè explanabimus; meritò ſupra allatam ſententiam abſolutè tenent, præter adductos, *Conſil. Giurb. conſ.* 30. *n.* 12. *Ciarlin. contr.* 19. *n.* 11. *part.* 2. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16: *dub.* 10. *ſect.* 7. *nu.* 1. 4. *&* *dub.* 33. *n.* 22. 23. *& ſect.* 8. *n.* 1. *&* 2. *Reg. de Marin. reſol. lib.* 2. *alleg.* 77. *n.* 7. *in fin. Dian. reſ. mor. par.* 6. *reſol.* 27. *verſ. confirmantur*, ſicque decisum in Cathalonia affert *Cortiad. deciſ.* 81. *n.* 12. *& deciſ.* 84. *n.* 4. 5. *& deciſ.* 82. *nu.* 4. & in Aragonia *Dom. Didac. Frances de Urrutigoyt. in paſt. reg. part.* 3. *vot.* 2. *nu.* 4. *& vot.* 8. *nu.* 38. 45. partileque adducit exemplum *Tit. Liv. lib.* 3. *decad.* 3. de Decio quodam Magio Campano, qui, ob ſeditionem, Carthaginem miſſus, dum navis, qua vehebatur, vi ventorum Cyrenas delatus fuiſſet, & ad Ptolomæi Statuam confugiſſet; tutus evaſit.

50 Quod idem dicendum eſt ſi ligatus funibus, & catenis, è Curiæ manibus evadit, ſicque ingreditur Eccleſiam, tutus pariter eſt, ejuſq; gaudet immunitate: ut annectunt *Ciarlin. d. contr.* 197. *n.* 11. 14. 18. *part.* 2. *Chart. d. deciſ.* 7. *n.* 5. *Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *qu.* 30. *nu.* 8. 9. *& alii ſupra citati*: liber namque, & in ſua poteſtate poſitus tūc dicitur, licèt alligatus reperiatur: ut autumāt *Giurb. d. conſ.* 30. *n.* 17. *Merlin. Cutell.* & alii pluries laudati, ſaltem eo tempore de libertate, ac ſervitute participat: *tex. in l. qui neque, aliàs ſolutum* 48. *ff. de verb. ſignific.* ibi: *ſolutū non intelligimus, qui licèt vinculis, alleviatus ſit, manibus tamen tenetur*, & facit *tex. in l. in laqueum, ff. de acquirend. rer. dom.* ibi: *præterea utrum in eo ità hæſit aper, ut expedire ſe non poſſit ipſe, an diutius luctando expediturus ſe fuerit*, in quo textu ſubdit enodatè *Aretin. ſub num.* 2. quod tunc quis dicitur occupare, quando poteſt conſervare, & poſſidere, aliàs non dicitur occupare, ex quibus rectè infert *Mar. Itala*, mox citandus, quod licèt devinctus, luctando tamē benè potuit è Satellitum viribus reſilire, proùt licèt ligatus rèſiluit; meritò Curia eū haud in ſua poteſtate retinebat: *Ital. de imm. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *à nu.* 70. 71. 74. graphicèque erudit *D. Didac. Frances Urritigoyt. in locis indicatis, & in quæſt.* 92. *nu.* 2. *ac in quæſ.* 79. *num.* 26. & demùm inter haſce binas fibrias, fortior eſſe debet favor Eccleſiaſticæ li-

libertatis, quã ſervitutis odiũ, ut optimè ex *Merlin. d. cap.* 56. *nu.* 11. *cent.* 2. ratiocinatur *Cortiad. d. deciſ.* 84. *n.* 8. qui cuncti juridicè innuũt cõtra oppoſitam *Gammæ deciſionem* 141. tanquam contra cõmunem latam, eamque, ob immanis facinoris atrocitatẽ, ſalvare prætendit *Flor. Diaz de Men. ad eumdem Gamm. in laudata deciſ.* 141. imò ſubdit

51 *Merlin. ſub n.* 15. & etiã quod reſtim, ac funẽ ipſam retineant Satellites, dũ reus ſic Eccleſiam ingredit, ejus gaudet immunitate: quod dixere antè eum *Suarez in addit. in tract. de Relig. lib.* 3. *cap.* 11. *Guitter. pract. q. lib.* 3. *quæſt.* 6. *cum ſeqq.* annuitque ſolertiſſimus *Conſil. Dom. Carol. Petr. ſuper Rit. M.C.V.* 43. *n.* 12.

Attamẽ ſecùs dicendum, ſi reus ligatus funibus, aut catenis, colluctãs cum Satellitibus, unà cũ illis de loco prophano, ad ſacrum pervenerit, ſemper in eorum manibus devinctus: etenim tunc, quia libertatem (explanatis attentis) numquã lucratus fuit; ideò tutus haud erit, nec Eccleſiaſtica gaudebit immunitate: ut ſentiũt *Novar. ſum. Bull. tit. de immun. Eccleſ. n.* 14. *Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 30. *nu.* 9. *in fin. Conſil. Giurb. conſ.* 100. *nu.* 26. *in fin.* ſicque deciſam refert per Sacram Congregationẽ immunitatis ann. 1634. *Cæſar Panimoll. deciſ.* 95. *annot.* 1. *par.* 2. *n.* 29. quoniam per fibriam veſtis à Satellitibus fuit detenta quædam mulier, idem *Panimoll.* refert deciſum, & quamvis ex juribus ſuperiùs adductis oppoſitum in hocmet caſu conetur defendere *Mar. Ital. ubi ſupra*; attamen eum acriter increpat *Merlin. d. cap.* 56. *à n.* 16. *cũ ſeqq.* ubi contra eumdem *Ital.* bis refert deciſum per M. C. V. & per S. C. idemque firmant *Jul. Chart. deciſ.* 7. *Reg. de Marin. poſt lib.* 2. *reſol. allegat.* 77. *nu.* 7. & antè eos ſic quoque deciſum affirmant *Aloyſ. Ricc. deciſ.* 262. *par.* 4. *Thor. in ſup. deciſ. verb. imm. Eccleſ.* & in Senatu Aragoniæ *Urrutigoyt. in Paſt. regul. par.* 3. *vot.* 2. *&* *vot.* B. *n.* 46. Cataluniæ *Peguer. deciſ.* 51. *tom.* 2. *Deſpuzol. ad Ferrer. part.* 3. *obſer. cap.* 251. *Xamar. diffin.* 129. *n.* 21. *part.* 2. & poſt eos *Cortiad. deciſ.* 83. *n.* 16.

52 Quæ quidem negativa horum Doctorum ſententia nobis ſemper arriſit, ſi funibus ligatus è Satellitum manibus nunquã aufugerit, & unà cum illis ad Eccleſiã convolaverit: etenim hoc in caſu Eccleſiaſtica haud potitur immunitate: ut apprimè edocẽt *Urrutigoyt.*

Digitized by Google

goyt. ubi ſupra, *Cortiad. n.* 16. *& per totum*, quidquid in oppoſitum, & contrà *Novarium in ſum. Bull. tit. de immun.Eccleſ. num.* 14. *Sanch. in ſelect. diſp.* 44. *n.* 52. *Paſqualig. deciſ.* 486.dicant ex *Caſtr.Pala. oper. mor. tom.*2. *de immun.Eccleſ. diſput. unic. punct.* 7. *nu.* 11. *Dian. reſ. mor. part.* 4.*reſ.* 106. *& part.* 6. *reſol.* 5. *ſub verſ.nec valet dicere*, *Mar.Ital. d. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *à nu.* 70. *del Bene de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 7.*nu.* 2. 3. *& ſect.* 8. *n.* 2. *dub.* 33. *à n.* 22. *Ciarlin. contr. for.cap.* 197. *nu.* 11. 16. *part.* 2. nec diſcrepat *Conſil. Petr. d. cap. Rit. M.C.V.* 43. *n.* 12. & poſt omnes *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. putantes Eccleſiã pro ſua immunitate largienda, tantùm intueri debere ad jus adeptum per reum ad eam confugientem: non autem ſi iſte ſit in plena ſua libertate,vel ſæcularis Imperii dominio; circa quam hæſitationem ſicuti diſcriminatæ fuêre DD. ſententiæ;ita diſcriminatas notavimus deciſiones,inter quas ſolidiſſima eſt, quæ in dubiis pro Eccleſiaſtica immunitate prodit.

53 Porrò captus in loco prophano, ſi ad Carceres, Triremes, aliũq; ſuppliciũ dum trahitur, vinctus funibus, in manibus,& Satellitum fortiis exiſtens, per Eccleſiam, vel locũ ſacrum cum aliis tranſiret, tutus haud erit, nec Eccleſiaſticà fruêtur libertate, Eccleſia namque tantummodò confugientem ad eam tuetur:*tex.in l.* 1. 2. 3.4. *ac tot.tit. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. cap. inter alia, de immun. Eccleſ. cap. frater, cap. ſi quis contumax*, 17. *qu.* 4. & liberum recipit hominem, non autem devinctũ, & in Curiæ manibus exiſtentem: quoniam iſte verè liber minimè eſt, meritò hoc privilegio gaudere nequit: indicãt ex juribus allatis *Archidiac. in d. Can. ſicut antiquitùs* 17. *qu.* 4. quem ſequitur *Ign. in d. l.* 1. *ad Syllan. Covarr lib.* 2. *var. c.* 20. *nu.* 13. *Reg. Tapp. lib.* 1. *jur. Reg. rub. de his, qui ad Eccleſ. confug. n.* 44. 45. *Decian. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 30. 28. *tom.* 2. *Bonac. diſp.* 3. *qu.* 7. *punct.* 4. *n.* 21. & ferè omnes *tex. in l. ſi quis poſt hanc, C. de ædific. privat.* expendentes, ubi marmora, & columnæ, quæ de Civitate ad Villam transferri vetantur, vehi permittuntur, ſi per mediam Civitatem traiici opus ſit; tranſitus enim iſte non eſt in conſideratione, cum id quod tolli non poteſt, nec extrahi de aliquo certo loco; poteſt ex neceſſitate per tranſitum transferri, licèt

licèt per interdictum tranſeat locum: ut benè innuunt *ex Gloſſ. Jac. Aret. Cyn. Abb. Bald. & Angel.* ac comuniter DD. *Archidiac. in d. cap. ſicut antiquitus 17. qu. 4. Hipolyt. de Marſ. in l. unica C. de rapt. virg.* Reus ulterius per locum immunem tranſiens ligatus, & in Curiæ ſæcularis viribus exiſtens, in ſua plena libertate non eſt, immò uti occupatus, & oppreſſus, meritò ab hac immunitate arcẽdus eſt: ut inſinuant magiſtraliter *Anton. Gomez var. lib. 3. cap. 10. ſub nu. 2. Boër. deciſ. 178. num. 11. D. Laurent. Matth. de re crim. contr. 7. n. 9. Decian. tract. crim. tom. 2. cap. 28. nu.* 30. ubi apud Romanos oppoſitum ſervari redolet. Etenim ſi quis vinctus ædes Flaminis, Dialis introiſſet, ſolvi neceſſũm erat, & vincula per impluvium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam dimitti, ex Aulo *Gel. noct. Atti. lib. 10. cap. 15.* noſtram attamen negativam comprobant ſententiam, præter allatos, *Aloyſ. Ricc. deciſ. 263. nu. 1. part. 4. Reg. Tapp. in lib. 1. Jur. Regn. rub. de his qui ad Eccleſ. confug. nu. 44. 45. Add. ad Gamm. deciſ. 141. Oldrad. conſ. 95. nu. 4. Matth. de juriſd. p. 2. cap. 51. poſt n. 18.* ubi confugientem ad Eccleſiã tutum eſſe à pœna infligenda corporali, non autem à pœna jã impoſita aſtruit *Reg. Sãfel. deciſ. 271. n. 5.* abſolutè verò hâc negativam ſectantur *Ambroſ. de imm. Eccl. cap. 10. nu. 1. Mart. Bonac. diſp. 3. q. 7. n. 10. Lezan. quæſt. regul. to. 3. verb. imm. Eccl. n. 19. D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. quæſt. 8. nu. 13. lib. 1. Caſtr. Palaus. oper. mor. tom. 2. tract. 11. diſput. 1 quæſt. 7. num. 10. conſil. Giurb. conſ. 30. n. 14. Dian. reſ. mor. par. 1. tract. 1. del Bene de immun. Eccl. tom. 2. cap. 16. dub. 10. ſect. 7. nu. 4. & ſect. 8. nu. 1. Sanfelic. deciſ. 271. nu. 5. Merlin. contr. cap. 56. à nu. 1. ad 9. cent. 2. D. Laur. Matth. de re crim. contr. 7. n.*
54 9. cuncti congruentes, ſi ex neceſſitate tranſitus iſte per locum ſacrum perficitur, hanc militare ſententiam, potiſſimum ſi reus ſic devinctus è viribus Curiæ ſæcularis nunquã evaſit: ut ſubdunt Barboſ. *de jure* Eccleſ. *univ. lib. 2. cap. 3. nu. 58. in fin. Laynes ad Gomez lib. 3. cap. 10. num. 3. verſ. quod ſi qui. Proſper. Farinac. in append. de immun. Eccleſ. nu. 203. Merlin. contr. for. cap. 56. num. 9. ad 15. centur. 2.* ſicque pluries deciſum refert *Cortiad. d. deciſ. 84. ſub nu. 4.* quod ex alio medio ſuſtinet *Covarr.*

var. lib. 2. *cap.* 20. *nu.* 13. nimirùm, ſi in Eccleſiam intraverit, non tanquam refugii locum, ſed per tranſitum tanquam per aliam viam, libertatem ſuam non attingens, quam ſententiam aſſequutus fuit *Henr. Zoëſ. lib.* 3. *decret. tit.* 49. *de immun. Eccleſ. n.* 36. verùm nobis magis arridet ratio ſupra adducta, quam affert *Barboſ. ubi ſu-*
55 *prà*, & alii; at ſi è manibus ſatellitum proſiliens, liber tamen ab eis, licet vinctus, ac ligatus locum immunem attingerit, tunc potitur immunitate illius loci, ubi ſic vinctus aufugerit: ut indicāt nuper laudati DD. & deciſū affert idem *Cortiad. d. deciſ.* 86. *n.* 8. *&* *deciſ.* 84. *n.* 4. & ātè *Xamar. diff.* 129. *n.* 3. *p.* 2. quā ſententiam veriorem prædicant *Peguer. d. deciſ.* 61. *n.* 4. *to.* 1: *Giurb. cōſ.* 30. *n.* 12. 17. *Reg. de Marin. alleg.* 77. *n.* 7. *lib.* 2. *Merlin. contr. cap.* 54. *cent.* 2. *Farinac. de immun. Eccleſ. cap.* 14. *n.* 203. *Azeved. l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *n.* 11. *recop.* ſicque deciſum per Sacr. Congr. immun. anno 1638. *Panimoll. d. deciſ.* 95. *annotat.* 1. *num.* 33. *tom.* 2. In hoc autem Siculo Regno obſervatur, remiges, poſtquā in Regio adnotantur Codice, nūquam immunitate gaudere, etiā ſi è manibus Juſtitię evaſerint, & ad Eccleſiā occurrerint: quoniam ſervi effecti ſunt pœnæ. Quā quidem conſiderationem infrà meliùs explanabimus.

56 Allata cæterùm ſimiliter procedunt, in eo, qui dum ad triremes, carceres, vel ad ſupplicium vinctus ducitur, è viribus ſæcularis Curiæ evulſus, violēterq; ab aliis exēptus fuerit, & ad Eccleſiam ab eximentibus tranſmigratus: etenim ut confuga tutus eſt, ac immunitate prædicta fruitur: ut firmant *Guttier. p.* 1. *qu.* 4. *n.* 10. *lib.* 3. *Xamar. d deff.* 129. *n.* 8. *par.* 2. *Ferr.* & ibi *Deſpuzol. par.* 3. *obſer. cap.* 125. *Mex. à Cabrer. in form. immūnit. Eccleſ. lib.* 1. & alii, quos laudat *Baron. de citat. in annot. ad qu.* 44. *n.* 10. *tom.* 3. laxè *Dian. reſol. mor. part.* 6. *tract.* 1. *de immun. Eccleſ. reſ.* 27. *verſ. verùm pro coronide*, ubi acriter urget cōtra *Novar. ſumm. Bull. tit. de imm. Eccleſ. & in tract.* 8. *reſol.* 5. *part.* 6. enodatè reſpondet adductis per *Paſqualig. in deciſ.* 486. ac *in par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 45. *verſ. ex his, & in ſumm. par.* 1. *de immun. Eccleſ.* idem nervosè defendit, nec diſſentiunt *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 7. *n.* 2. & affluenter *dub.* 33. *nu.* 22. *cum ſeqq. D. Didac. Frances de Ur-*

Digitized by Google

Urrutigoyti in Paſt. reg. par. 3. *vot.* 3. *à num.* 43. 49. 60. 68. ubi ſic deciſum affert, & conſonat *Caſ. Panimoll. deciſ.* 95. *dnot.* 1. *par.* 2. *nu.* 34. Et ſi
57 nonnulli graviſſimi Patres in oppoſitam inclinaverint ſententiam, putantes, ſeù ipſam Eccleſiam ob violentam extractionem ſpoliatam, reintegrandam, ac reinveſtiendam eſſe, & ſæcularem poteſtatem pro injuria Eccleſię illata per ſuos ſatellites, vel per privatas perſonas, ob violentam extractionem, ad reſtitutionẽ teneri, etiã ſi de violentia non cogitaverit, ut ſecũdùm aliorũ ſentẽtiã ſuprà firmavimus; ità pari ſchemate ipſa Eccleſia ad reſtitutionem tenetur, dum Reum violenter furatum, ac exemptum è laicis viribus recepit. Contrà quam, interdictũ de libero homine reſtituendo, ſæculari poteſtati ſpoliatę cõpetit: *Novar. in ſum. Bull. tit. de imm. Eccl. n.* 14. *Paſqual. d deciſ.* Can. *cent.* 1. *q.* 18. *Præſ. Frãch. decis.* 709. *n.* 3. *Boër. dec.* 117. *n.* 19. *Papon. lib.* 24. *arreſt. tit.* 24. *de pœn. cadav. c.* 1. attamẽ rationes adductę *per Novar.* ejuſq; aſſeclã nõ relevant, minuſq; ſuadent, nõ ſolùm ex maxima diſparitate, quę inter Eccleſiam, & ſæcularem poteſtatem conſideratur, ut benè ponderant *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 33. *ſect.* 9. *à nu.* 35. *Diã. reſ.* 27. *p.* 6. *tr.* 1; verum etiã quia caſus violentæ extractionis confugæ, ex ipſamet Eccleſiã, non parùm diſtat ab hac violenta exemptione, è manibus Curiæ. In primo nãque caſu, Eccleſia ſpoliatur ab officialibus laicis per ipſam extractionem: in iſta verò exemptione, Eccleſia, Curiã, ejuſque laicos miniſtros minimè ſpoliavit, ſed tantùm hominem recêpit liberũ charitatis gratia, ideoque ad reſtitutionem non tenetur, ut mirè afferunt *Dian. del Bene ubi nuper*, potiſsimùm quia propter violentam extractionem ab Eccleſia, ipſamet læditur principaliter: quæ cum domus Omnipotentis Dei ſit, eadem quoque læditur Divina Majeſtas, quæ ut Domina Dominantiũ, Regina Regum, nemini comparanda eſt, undè argumentum non militat, cum maxima ſit diſparitas: meritò paſſim in utroque Sicilię Regno notavimus, hoſce violenter è manibus ſæcularis Curiæ exemptos ad Eccleſiam cõfugientes, unquam ſæcularẽ poteſtatẽ eorũ reſtitutionem expoſciſse.

58 Dubitavere tamen nonnulli, in eo, qui poſt multationem ad triremes ab eis au-

fugiens Eccleſiam petit, nam putavêre hunc remigem immunitate non frui; ita *Marth. de juriſdict. part.* 2. *cap.* 51. *à nu.* 17. *Villadieg. polit. cap.* 3. *nu.* 115. *Gamm. deciſ.* 362. *Cutell. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *qu.* 5. *nu.* 7. 8. *& qu.* 40: *Sanfelic. deciſ.* 271. *n.* 5. *Thor. compend. deciſ. verb. condemnatus ad triremes. D. Lud. ab exen. in alleg. de cadaver. puni. verſ. eodem argumento. Magala part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 2. *qu.* 1. *n.* 33. quoniam poſt condemnationem, ſervus efficitur pœnæ, & ceù ſervus proſiliens è Domino ad Eccleſiã, ad eum ratione ſubiectionis reſtituendus eſt, *cap. inter alia de immun. Eccleſ. & ex tex. in l. præſenti C. de his qui ad Eccleſ. confug.* ità pariter, & iſte remex confuga: ut innuũt *Lezan quæſt. regul. tom.* 4. *conſul.* 50. *nu.* 51. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 74. & poſt omnes *Sarpus cap.* 5. *de jur. Aſylor.*

Affirmativam planè ſententiam ſolidiſſimis rationibus alii graphicè tuéntur, erudientes, nec ſacros dictare Canones, nec Gregor: XIV. cõſtitutionem, hoſce remiges, & ſi ad tempus, vel perpetuò damnatos è triremibus ad Eccleſiam confugientes, immunitate privari. Undè negativã amplecti ſententiam, nefas eſſe, dum lex eis non aſſiſtit, innuunt *Novar. in ſum. Bull. tit. de immun. Eccleſ. n.* 27. *Correa de immun. Eccleſ. part.* 2. *qu.* 4. *n.* 9. *Trullench. in decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *nu.* 25. *Conſil. Giurb. d. conſ.* 30. *n.* 18. 24. *Reg. de Marin. reſ. quotid. cap.* 177. *n.* 2. 3. *Dian. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 22. & alii ab eo relati, congruentes omnes non benè inferri de ſervo, ad condemnatum: quoniam ſervus, ad Eccleſiam confugiens, dominio reſtituitur, & ab Eccleſia nõ tuetur, quoniã Reus nõ eſt alicujus criminis, ſed domeſtici defectus: ut habetur in *c. inter alia, de imm. Eccl. & in d. l. præſenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* condẽnatus autẽ poſt ſententiam, ratione inflictæ pœnæ, haud deſinit eſſe Reus, ideòque immunitate gaudere inquit, contrariis, reſpondendo *Dian. d. reſol.* 22. *verſ. ſecundum argumentum, part.* 6. *tract.* 1. & antè eum *Gamm. deciſ.* 362. *n.* 1. & contra *Cutell.* innuit *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 9. *nu.* 9. 10. 11. *Xamar. diffin.* 129. *n.* 11. 12. Ulteriùs, Reus ex cõ-
59 demnatione, jure antiquo inſpecto, ſervus efficiebatur pœnæ, cum teſtamenti factionis amiſſione, ceù ad metalli opus dam-

damnatus; cui oblitæ pœnæ remigationis ſucceſſit altera, ſecundùm communem noſtrorum Doctorum placitū. De jure autem authēticorum novo, nemo ingenuus ob Triremium condemnationem, vel ad metalli, aut alicujus publici operis deſignationem, ſervus efficitur pœnæ, itidem ſi perpetuò damnatus ſit, retinet ea, quæ juris ſunt gentium, cum teſtamenti factione: *tex. in Aut. ſed hodie, C. de donat. inter vir. & uxor.* & inſinuant *Didac. Covar. rub. de teſtam. par.* 3. *nu.* 27. *Surd. conſ.* 90. *nu.* 37. *Caſtill. deciſ.* 37. *n.* 15. *p.* 1. *Caſtill. de uſufruct. cap.* 66. *nu.* 21. *Gamm. deciſ.* 362. *n.* 3. 4. *Dian. reſ. mor.* 47. *tract.* 1. *par.* 4. & *p.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 22. *Correa in relection. de immun. Eccleſ. par.* 2. *n.* 9. *del Bene, Xamar. in locis indicatis.*

60 Rursùs ad ſupremum mortis ſupplicium condemnatus, quamvis poſt ſententiam ſervus efficiatur pœnæ, ex *tex. in l. Imperatores, ff. de jur. Fiſc.* cum libertatis, ac Civitatis amiſſione, & teſtamenti factionis privatione, etiam ad adquirendum, *l. qui ultimò, ff. de pœn.* & *l. ſi quis filio, §. irritū, ff. de injuſt. rupt. irritoq; teſtam. leg. ejus qui, §.* 1. *ff. de teſtam.* niſi de Principis placito, ut experientia nos paſſim docet, & firmant *Maſtrill. deciſ.* 167. *n.* 17. *part.* 2. *Caſtill. d. deciſ.* 17. *num.* 19. *lib.* 1; tamen ad

61 Eccleſiæ confugium occurrens, gaudet immunitate: ut probant *Dian. locis indicatis, Remig. de Gonn. de immun. fallent.* 30. *Ambroſ. de imm. Eccleſ. cap.* 10. *n.* 13. *Tiber. Decian. lib.* 6. *tract. crim. cap.* 28. *nu.* 92. *Card. Tuſc. lit. E. concluſ.* 10. *n.* 22. 31. *Sebaſt. Guazin. defenſ. reor.* 1. *cap.* 37. *n.* 40. *Correa ubi deſuper, del Bene de immun. Eccleſiaſt. d. cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 9. *num.* 7. *tom.* 2. *Conſ. Mar. Giurb. conſ.* 30. *nu.* 10. ubi de quaſi temeritatis nota, oppoſitum ſectantes redarguit *Mar. Ital. de immu. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *nu.* 70. *Conſ. Petr. ad Rit. M. C. V.* 43. *nu.* 13. *Jo: Bapt. Moccia quæſt.* 10. *Reg. de Marin.* doctrinâ prorsùs exploſâ *in cap.*

62 177. *lib.* 1. ubi diſcrimen, inter damnatum ad tempus, & perpetuò ad Regias triremes, adducit, cum hæc, & alia diſtinctio de exiſtente loco depoſiti, ac reviſione pendente, deſtituta legalibus eſt principiis: ità & alia de magiſtro, & diſcipulo, de patre, & filio, de uxore, & marito, de ſervo, & domino: quoniā diſcipulus, filius, uxor, & ſervus pro aliquo crimine attincti, & ad

Ec-

Eccleſiæ confugium occurrẽtes, ejus gaudent immunitate, nec eos vendicat Pater, Magiſter, Vir, aut Dominus, vt mirè edocent nuper laudati. Verùm ſi Reus ad tempus, vel perpetuò pro crimine ex-
63 cepto, ad remigandum damnatus fuerit, è triremibus aufugiens, & ad Eccleſiæ confugium occurrens, ejus immunitatẽ incaſſum invocat: ut congruunt omnes ſuperiùs adducti: *Farinac. de imm. Eccleſ. nu.* 204. *& quæſt.*28. *nu.* 46. *Ciarlin. contr. for. cap.* 197. *nu.* 31. *par.* 2. *Giurb. d. conſ.* 30. *ſub nu.* 22. *del Bene nu.* 2. *& ſect.* 8. *nu.* 1. *Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 29. *nu.* 6. *& quæſt.* 40. *num.* 10.

Ex recẽſita demùm ſolidã remanet noſtra ſentẽtia, nimirùm hoſce remiges omnes è triremibus aufugientes, & ad ſacram Baſilicam occurrentes, ejus potiri immunitatis clypeo; niſi contraria uigeret cõſuetudo, ut in Regnis Caſtellæ, *ex l.* 9. *§. penul. tit.* 24. *l.* 8. *recopil.* indicat *Hevia Valaños Cur. Philip. lib.* 3. *§.*12. *nu.* 46. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 74. Cordub. *in l. ſi quis à liberis §. ſed utrum num.* 26. *ff. de liber. agnoſc. Villadieg. polit. cap.* 3. *&* 215. *Noſter Giurb. d. conſ.* 30. quę ſi viget, ſemper eſt pręferenda: ut dixit *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 18. *in fine* ut in Gallia textatur *Caſſan. conſuet. Burg. rub.* 1. *§.* 5. *nu.* 16. & ex noſtra ſæpè in Regno notamus, quam reticuit *Giurba, ubi nuper*, cum poſt peractã in Regiis Codicibus reſignationem, per condemnati ad remigandũ nominis, & cognominis adnotationem, prorsùs ab Eccleſiæ refugio deſtitutus remanet, ex conſuetudine, & ex tacita conventione, habita cum Eccleſiaſticis. Hoc autẽ cũ Joſeph Tumaſelli remige obſervavimus, qui è triremibus aufugiẽs, & in Eccleſiã occurrẽs, fuit indè extractus, & ad triremes redactus, ibique pro fuga ad alios annos 7. ad remigãdũ cõdẽnatus. Quod pariter militat in remige voluntario, operã ſuam ad remigandũ locante, qui licèt de jure, explanatis attẽtis, gaudeat, & gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica, ut magiſtraliter ſuſtinet *Giurb. d. conſ.* 30. *à n.*24. 27. 29. & in fine ſic deciſum in Regno teſtatur, & faciunt *Villadieg. polit. d. cap.* 3. *à n.* 216. *Guitter. qu.* 1. *n.* 18. *Aloyſ. Riccius de pub. judic. quæſt.* 47. *n.*8. *verſ. ſic ſervus, del Bene d. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.*9. *n.*15. *Dian. in locis indicatis*; attamen

men hodie oppoſitum obſervamus: immò hoſce remiges tam damnatos, quàm voluntarios, qui (Bonavoglia) appellatur, liberè deambulantes per Civitatem, intrà, & foris Eccleſiam paſſim vidimus, & teſtatur *Cutell. d. quæſt.* 30. *n.* 17. *part.* 1. aſtruitque *D. Ludovic. ab Exea d. alleg. de puniend. cadaver. verſ. pari ratione.* Verùm enim verò allata recipienda ſunt quoad remigem voluntariũ, qui operã ſuam ad remigandum conduxit, finito tempore conductionis: nam iſte Eccleſiaſtica gaudet immunitate, nec ut ad remigandum redeat cogi poteſt, nec ab Eccleſia arceri. At ſecùs ſi pendente locationis tempore, ad Eccleſiam cõfugerit, nam extrahi poteſt: quoniam ſervo æquiparatur: ratiocinatur *ex Cutell. del Bene d. dub.* 10. *ſect.* 9. *nu.* 15. licèt ab hac ſententia diſcedat *Giurb. ubi ſupra conſ.* 30.

64 Aufugiens verò ex carcere effracto ad Eccleſiam, ejus potitur clypeo: etenim fugæ delictum excuſabilem eſſe, propter naturalem inclinationem, ad evitandam pœnam, firmant, alios refellendo, *Caſſan. ad conſuet. Burgund. Rub.* 1. §. 4. *verſ.* 5. *il n'agrace, nu.* 116. *Covarr. var. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 13. *verſ.* 18. *Zoëſ. d. tit.* 49. *de immun. Eccleſ. n.* 35. ubi *ſub n.* 37. hoc idem firmat in eo, qui ſub juramento de redeundo fuit è Carcere dimiſſus, nam non obſtante quod perjurus ſit, ad Eccleſiaſticæ Baſilicę tutamen occurrens, ejus gaudet immunitate: etenim Eccleſia jus ſuum non omittit ob perjurum; licèt ex *Abb. in cap. inter,* 6. *de immun. Eccleſ. in fine*, putant *Covar. ubi nuper, et Zoëſ. ibidem* reſtituendum eſſe ſæculari Judici, ſub cautione impunitatis pœnæ.

Eccleſia denique, ejuſque loca vicina, ſi à Satellitibus, aliiſque Curiæ ſæcularis armatis Miniſtris vallata ſint, adeò ut Reus confuga Eccleſiam ingredi præpeditus, ab eis capiatur, immunitate gauderet Eccleſiaſtica, ob injuriã loco ſacro illatam, ex ipſo callido, ac fallaci impedimento, quod dolo, malo, ac fraude paratum eſt: ut mirè probant *Poſt. de manuten. poſſeſſ. obſer.* 21. *n.* 17. 18. *Steph. Gratian. diſcep. for. cap.* 939. *num.* 10. *Xamar. diſſin.* 129. *n.* 24. *par.* 2. & ſic pluries deciſum refert *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 65. *ſub n.* 7. niſi Birroarii eum caperet in loco diſtanti ab Eccleſia per decem paſſus, & ita pariter deciſum affert *Cortiad. ibidem n.* 10.

Se-

65 Septa,& ambitus ipſius Sacræ Baſilicæ, vel alterius loci ſacri, eique adhærentes, clauſi, vel parietibus circumdati ſi ſint, idem in favorabilibus retinent immunitatis commodum, aliàs ſecùs, *ex Canon. frater, Canon. mutuentes*, 17. *qu.* 4. & ex *l. pateat, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* inſinuant *Navar. in manual. cap.* 25. *n.* 17. 18. *Caſtrus Pala. oper. mor. tract.* 11. *diſput. unica punct.* 6. *n.* 8. 10. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *&* 7. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 19. *nu.* 3. *& deciſ.* 136. *nu.* 5. *Ciarlin. contr. for. cap.* 197. *n.* 2. *part.* 2. *Dian. reſol. mor.* 1. *verſ. (ſed his non obſtantibus) tract.* 1. *par.* 6. *et in ſumm. part.* 1. *verb. immun. Eccleſ. Gambacur. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. *Giurb. conſ.* 22. *nu.* 22. *Sperell. dict. deciſ.* 60. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 74. 75. ſunt autem ſepta, omnia loca, quæ ſæpè aliquo muro, aut tabulis vallata ſunt: *Clement.* 1. *§. prætereà de ſtat. Monachor. Canon. frater, & Canon. metuentes* 17. *quæſt.* 4. *cap.* 1. *in fin. de cenſib.* & in *l.* 1. *§. ſepta, ff. de rivis, Giurb. d. conſ.* 20. *n.* 22. *Guazin. n.* 19. *Decian. d. cap.* 25. *n.* 13. undè omne id, quod intùs Eccleſię ſepta, vel loci ſacri exiſtit, eadem gaudet immunitate, & ad ea confugiens, tutus eſt: probant ex d. *cap. metuentes* 17. *qu.* 4. *Correa in repet. cap. inter alia, de immun. Eccleſ. part.* 2. *n.* 2. *Gambac. d. dub.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. *Marant. reſp.* 36. *n.* 2. *tom.* 2. *Paz. ubi deſuper n.* 32. *Auguſ. Barboſ. loco indicato nu.* 72. & alii, quos cumulat *Mich. Angel. Donat. de Aſyl. reſol.* 52.

66 Domus ipſius Sacræ Baſilicæ, pro commodo, & habitatione Parochorum, Canonicorum, ac Clericorum deſignatæ, ſi intùs ejuſdem Baſilicæ, vel Cœmeterii ambitum, aut ſeptũ ſitæ ſint, adeò ut tam in meatu, quàm remeatu, per Baſilicam, Cœmeterium, aut alterius loci ſacri præſidium tranſire neceſſariò oporteat; eodem Eccleſiaſtico fruuntur privilegio: *Guazin. defer.* 1. *d. cap.* 37. *n.* 24. *Farinac. de immun. Eccleſ. in append. nu.* 289. *Sperell. d. deciſ.* 63. *num.* 1. ſi infra quadraginta paſſus exiſterent, *cap. ſi quis il primo, & il quarto, incipiens ſi quis contumax* 17. *quæſt.* 4. *Oldrad. conſ.* 55. *Mãtuan. conſ.* 60. *nu.* 11. & conducit *tex. in l. præſenti §.* 1. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ubi privilegium tribuitur locis ſacris, & eorum finibus: *Decian. d. cap.* 25. *lib.* 6. *nu.* 15. *tom.* 2. ſi ipſi Clerico, in eiſdẽ

do-

domibus cohabitaverint, at ſecùs ſi laici cōductionis gratia, nam tunc, ut prophanæ allata non fruuntur immunitate, ut præter adductos affert *Cardin. de Luca miſcellan. Eccleſ. part. 4. diſcurſ. 12. nu. 12. 13. 14. 15. tom. 14. de Regular.* pari itidem ſchemate erit, ſi extrà ſepta, ejuſque ambitum conſtructę, ac ſitę ſint, licet pro ſervitio Parochi, Clericorum, & Canonicorum inſerviant; tunc enim Eccleſiaſtica carent immunitate, Reuſque ad eas occurrens, immunis haud eſt: probat, & refert deciſum *Cortiad. deciſ. 60. nu. 12. 13.*

Ità pariter dicendum eſt, ſi domus infrà ſeptum, ac ambitum Baſilicę, quę circà 30. aut 40. paſſus ſitę, ipſius Baſilicę non ſint, ſed alterius perſonę privatę, nam iſtę domus, quamvis pro habitatione Parochi, Canonicorum, vel Clericorum dictę Baſilicę ſervientium eligerentur, adhuc immunes nō ſunt: edocent *Jul. Chart. deciſ. 46. nu. 20.* ubi ſic judicatum Mediolani teſtatur, nec diſcrepat *Jul. Clar. §. fin. quæſt. 30. nu. 2. Caſtrus Palaus in oper. mor. tr. 11. diſput. unica pun. 6. nu. 12. tom. 2. Reg. Donat. Anton. de Marin. lib. 1. reſ. cap. 18. nu. 4. Peregrin. de immun. Eccleſ. cap. 4. nu. 26. Trullench. in decalog. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 5. Panimoll. deciſ. 88. nu. 16. cum ſeqq.* niſi domus prædictæ non ipſius Eccleſię, ſed particularium, infrà tamen ſeptum exiſtentes, eidem Eccleſiæ contiguæ ſint, & portam habeant ad Eccleſiam; tūc enim immunitate gloriātur: judicatum ſicque indicant *Barboſ. vot. 117. lib. 3. Cortiad. deciſ. 62. nu. 18. Ricc. de publ. judic. quæſt. 37. nu. 4. Barboſ.* ſibi contrarius de more, *in d. add. ad Canon. ſicut antiquitùs nu. 16. & in d. vot. 117. nu. 19. Dian. reſolut. mor. part. 6. tract. 1. reſ. 2. & in ſumm. part. 1. verb. immunitas Eccleſ. nu. 9.* putantes domus pro ſervitio Parochi, Clericorum, aut Canonicorum intrà ſepta Eccleſiæ eſiſtentes eâdem gaudere immunitate, etiam ſi propriæ ipſius Eccleſiæ non eſſent, ſed locatæ. Nos autem primam ſententiam veriorem, & ferè in omnibus ſubſelliis amplexam eſſe notavimus, quamvis tales domus, nō Eccleſiæ, ſed particularium, licèt Clericorum, Temploque contiguę eſſent, immunitate haud potiuntur: probat *ex cap. definivit 17. qu. 4. Mar. Ital. de immun. Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 2. & §. 5. nu. 8. Peregrin. de immun. Eccleſ.*

cap. 4. nu. 26. *Farinac. de immunit. Eccleſ. in append. num.* 291. *De Marin. d. cap.* 18. *num.* 4. *Borrell. in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 3. *nu.*49. *Guazin. defenſ. reor.* 1. *d. cap.* 37. *nu.* 25. nec de hoc puncto ampliùs diſceptatur, aſſerit *Cortiad. d. deciſ.* 62. *nu.* 17. immunitas enim, tunc loco conceditur, quandò religioſus eſt, ob ſui reverentiam, & honorem: depromitur *ex d. l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug. del Bene de immun. Eccl. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.*24. *ſect.* 6. *nu.* 4. *Sanfelic. deciſ.* 19. *nu.* 5. *&* *deciſ.* 136. *nu.* 5. quæ laicorum domibus nullo pacto, tanquam prophanis debetur: edocent idem *Sanfelic. Ital. & alii, ubi nuper*; imò etiam ſi domus prædictę fuerint ipſius Eccleſię, vel Parochorum, aliarumque Eccleſiaſticarum perſonarum, & infrà allatos fines ſitę, immunitate non potiuntur, ut priſca ſecluſa conſuetudine, quando Eccleſię nondum in tanta quantitate erant: de recenti firmant *Sarp. de jur. Aſylor. lib.* 4. *Villalob. ſumm. lib.* 2. *tract.* 39. *difficul.* 5. *nu.* 3. *Navarr. man. cap.*25. *num.* 18. *Fagund. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 61. Quidquid in oppoſitum dicat *Dian. reſol.* 71. *par.* 3. *tract.* 1. ejuſque aſſecla. Nã pro prima noſtra nuper firmata ſententia ultrà conſuetudinem, ſtat magis cõmunis, & amplexa quam ſectantur pręter adductos, *del Bene tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 8. *num.* 10. *&* 11. *Azor. Inſtit. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *qu.* 5. *& alii*, quos affert *Panimoll. deciſ.* 88. *nu.* 17. *tom.* 2. & deciſum affert *Pignatell. conſult. Canon.* 459. ubi de domo laici egreſſum in Choro Eccleſię retinente tractatur, & facit *Antonell. de regimin. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 23. *in fine.* ſicque itidem deciſum affert idem *Panimoll. nu.* 18. de unitis apothecis Epiſcopi palatio cum Eccleſia adjuncto, & *Pignatell. conſult.* 458. *& conſult.* 176. *nu.* 2.

Recenſita potiſſimum locum ſibi vendicant, ſi domus prędictę Eccleſię, vel Canonicorũ ſint laicis ad emphyteoſim conceſſę: *Pignatell. cõſult.* 474. vel locatę *Card. de Luca Miſcell. diſcurſ.* 12. *par.* 4. *tom.* 14. *de Regul. & Mon.* licèt aliorum oppoſitam ſententiam referendo *Panimoll. ibidem nu.* 21. cum *del Bene* attamen eam non omninò improbabilem eſſe autumat.

67 Epiſcoporum domus, ubi ordinariè commorãtur, Eccleſiaſtica decorantur immunitate, *ex Cann. id conſtituimus* 17.

17. *qu.* 4. ſuſtinent *Navarr. in man. d. cap.* 25. *n.* 18. *Ciarlin. contr.* 198. *nu.* 22. 35. *par.* 2. *& in cap.* 116. *nu.* 14. *par.* 1. *Sperell. deciſ.* 49. *nu.* 9. *Mar. Itala de imm. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. *ꝙ. n.* 1. *Bonac. t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *pun.* 6. *ꝙ.* 4. *n.* 16. *Dian. reſ. mor. p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 4. *& in ſumm. p.* 1. *de immun. Eccleſ. nu.* 10. ex communi tamen uſu, quia ſic conſuetum eſt: *Covarr. d. cap.* 20. *nu.* 5. *Clar. d. qu. eſt.* 30. *n.* 4. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 85. *Giurb. conſ.* 10. *n.* 3. ſi tamẽ infrà triginta, vel quadraginta paſſus Eccleſiæ Cathedralis ſita ſit: at ſi extrà eos conſtructa ſit immunitatem non retinet: ut innuunt *Innocent. & Hoſtienſ. in cap. inter alia de immun. Eccleſ. Panorm. in cap. Eccleſiæ nu.* 9. *eodem Covarr. ubi proximè Villalob. in ſumm. part.* 2. *tract.* 39. *diff.* 5. *n.* 9. *del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 14. *nu.* 5. 6. 13. *Caſtrus Palaus tract.* 11. *diſput. unica punct.* 6. *nu.* 20. *Giurb. conſ.* 10. *nu.* 3. *Farinac. in prax. part.* 1. *qu.* 28. *nu.* 38. *Bajard. ad Clar. quæſt.* 10. *nu.* 10. pluraque de hac conſuetudine annectit *Gambac. de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *ſub nu.* 7. Quidquid, & ſine fundamento ſentiat *Dian. reſol. mor.* 40. *tract.* 1. *part.* 4. ubi cum aliis ab eo laudatis conatur defendere, etiam ſi extrà dictos paſſus, vel Diœceſim, ac ſinè cappella ſita eſſet, immunitatis retinere privilegium, ſuamque probat opinionem ex Concilio Aurelianenſe *in cap. id cõſtituimus* 17. *quæſt.* 4. ubi indiſtinctè de Epiſcoporum domibus loquitur, attamen in eodemmet Concilio *cap.* 33. quod eſt *in Canon.* 4. *Epiſcop. de conſecrat. diſtinct.* 3. ſupponitur Epiſcopum, domũ Eccleſiæ adhærentem habere, aut intrà paſſus, quod pariter in generali Carthaginẽſi Cõcilio 4. relatum *in Canon.* 8. *Epiſcopus diſtint.* 4. ſtatutum fuit. Ulteriùs hoc immunitatis privilegium non Epiſcoporum, aut Clericorum perſonis impertitum eſt, ſed ipſi Eccleſiæ, ob loci conſecrati reverentiam, ut prædiximus, & facit *Archaran. conſ.* 329. cujus cultui, ac decori cõvenit, ut adhærentes ei domus ſuo ſervitio deſtinatæ, tali pariter potiantur immunitate: ut *in Canon. ſicut antiquitus* 6. *& Canon.* 33. *diffinivit* 17. *quæſt.* 4. & faciunt *Oldrad. conſ.* 55. *Torrecrem. in dicto cap. ſtatuimus nu.* 1. 17. *quæſt.* 4. *Covarr. dict. cap.* 20. *num.* 5. *Innocent. in dict. cap. inter alia, num.* 1. *Butr. n.* 9. *Anan. n.* 10. *de immun.*

Eccleſ. Decian. ubi ſupra, ex quibus depromitur, de immemorabili conſuetudine totius Orbis haſce Epiſcoporum domus, Eccleſiæ adhærentes, aut infrà 30. vel 40. paſſus exiſtentes, immunitate gaudere Eccleſiaſtica: *Bonac. de leg. diſput.* 3. *quæſt.* 7. *§.* 2. *n.* 8. *Piaſec. in prax. part.* 2. *cap.* 4. *art.* 8. *n.* 2. *Ambroſ. d. cap.* 10. *n.* 7. *Daniel. de Nob. contr. diſp.* 23. *nu.* 17. *Villag. de extenſ. leg. tit. de immun. Eccleſ. n.* 37. *Zerol. in prax. par.* 1. *§. immunitas Eccleſiaſt. n.* 1. 15. ab hac tamē ſententia pariter diſcedit *Gambac. de imm. Eccl. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. edocens per *Canon. id conſtituimus* 17. *q.* 4. in Concil. Aureliarenſ. ſub Hormiſda Pontifice, domibus Epiſcoporum abſolutè abſque ulla reſtrictione paſſuū fuiſſe indultā; meritò ſub *nu.* 7. ratione dignitatis Epiſcopalis fuiſſe tributam cōcludit, quia ſuā repræſentat ſponsā: *Panimoll. deciſ.* 88. *adnot.* 2. *n.* 5. cui objectioni reſpōsū ſupra fuit. Hinc hęſitatio fluit an absēte, vel mortuo Epiſcopo ejus domus eamdē retineat immunitē? annuêre: *Ital. lib.* 1. *c.* 4. *§.* 9. *n.* 4. *Farinac. in append. de immun. Eccleſ. cap.* 17. *n* 270. & alii per *del Bene eodem tract. cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 14. *nu.* 2. niſi eſſet conductitia, & ad laicorum habitatione deſtinata: *Itala nu.* 8. 9. 10. ubi ſe involuit quo ad tempus, quo Epiſcopus habitavit, pluraque ſcitu digna adducit quo ad indecorem Epiſcopi, & mulierum familiarium, & conjunctarum cohabitatione, admirabilem S. Auguſtini inſtructionem referendo: ſed pro recenſitæ hęſitationis ſolutione, vide *Card. de Luc. de juriſd. diſcurſ.* 70. *nu.* 6. ubi negativam tenet ſententiam, etiam pro domibus in viſitatione per Epiſcopos habitatis, niſi ipſo præſente.

68 Titularis denique, & ſi eſſet Epiſcopus, ſi in ſitu immuni poſita nō ſit domus ſuæ habitationis, immunitate nequaquam fruetur Eccleſiaſtica: inſinuant *del Bene ubi ſupra d. cap.* 16. *dub.* 9: *ſect.* 14. *n.* 22. *tom.* 2. *Jo. Bapt. Ciarlin. contr. cap.* 10. *nu.* 10. *part.* 1. & *cap.* 198. *part.* 2. oppoſitum tamen edocet *Dian. reſ. mor. par.* 6. *tract.* 1. *de immun. Eccleſ. reſ.* 5. ubi ſic ad favorem familiæ Titularis Epiſcopi refert deciſum per Sacram Congr. Immun. quam ſententiam non improbabilem eſſe putat: *del Bene tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 14. *nu.* 22. & ſequitur *Panimoll. deciſ.* 88. *adnot.* 2. *n.* 9. 10.

Prolata inſuper de Epiſcopo-

po-

Digitized by Google

porum domibus, itidem militant quo ad domus cæterorum Prelatorū, jura Epiſcopalia, ac diſtinctū retinentiū territorium, ſi ille domus Eccleſie ſint, eiq; adherereant, & pro Clericorum habitatione inſerviant: *Ciarlin. contr. d. c.* 198. *n.* 31. *par.* 2. ſimiles Epiſcopis hi ſunt Prælati, quaſi Epiſcopalem in Parochos habentes jurſdictionem: etenim ſub nomine Ordinarii veniunt: *del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 4. *dub.* 19. *n.* 10. *Ciarlin. contr. ubi proximè, & cap.* 20. *nu.* 29. *part.* 1. *Fermoſ. in cap.* 1. *par.* 3. *nu.* 3. & 4. *de for. compet. Barboſ. in Clement.* 1. *n.* 9. *de reb. Eccleſ.*

69 Domus autem, ſivè Cardinalium Palatia, haud ſub una congruunt regula: etenim domus Cardinalium, titulari Eccleſiæ ſui Cardinalatus, & habitationi annexæ, quo ad immunitatem regulāde ſunt, ſicut Epiſcoporum domus: ut mirè defendit *D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *quæſt.* 37. *ſub n.* 3. quàm ſententiā, eo non citato, protulit *Card. de Luc. de juriſd. & for. comp. tom.* 3. *diſcurſ.* 70. *ſub n.* 2. & conferunt adducta per eumdem *in diſcurſ.* 34. nec diſſentiunt *Gambac. de immun. Eccl. lib.* 4. *cap.* 5. *ſub num.* 5. *Dom. Larr. de immun. Eccleſ. par.* 2. *nu.* 19. ſi Oratorium ubi celebrantur divina Officia habuerint: inſinuat *Barboſ. de jur. Eccleſ. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 71. domus verò propriæ, vel conductitiæ, ubi modo in Urbe, vel extra, jure commorantur privato, nullam conſervant immunitatem: *Cutell. ubi nuper n.* 4. *Caſtr. Palaus tom.* 2. *diſput. unica, de immun. Eccl. punct.* 6. *nu.* 23. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *ſect.* 15. *Zechi. de Repub. Chriſtian. tit.* 3. *de Cardin. privileg.* 9. *n.* 9. *Bajard. ad Clar. in qu.* 30. *nu.* 33. *in fine*, uno congruentes ore ex Sixti V. & Gregor. XIII. hæc Cardinalium privilegia abrogata fuiſſe: licèt *Dian. in par.* 5. *reſolut. mor.* 34. *tract.* 2. tantùm in Urbe fuiſſe revocatam ſententiat, immò, & dein ab aliis iterùm indulta, & ante eum *Farinac. qu.* 28. *n.* 48. hoc idem aſſerit.

Veritas tamen eſt, iſtis Cardinalium Palatiis, non ex juris fonte, ſed ex quadam introducta conſuetudine hanc cōpetère immunitatem: ex *Jul. Clar. in* ʒ. *fin. q.* 30. *n.* 26. teſtantur *Tiber. Decin. d. c.* 25. *n.* 15. *in fin. Farinac. ubi nuper. & in append. de imm. Eccleſ. n.* 274. *del Bene d. to.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 15. & alii, quos pro utraq; ſententia remiſſivè cumulat

D.

D. Mich. Cortiad. deciſ. 59.*n.* 19. & poſt eos *Card. de Luca, ubi proximè ſub n.* 3. *Panimoll. deciſ.* 88. *annot.* 1. *n.* 38. 39. 40. ſubdens *ſub nu.* 42. & alii allati per *Pignatell. conſult.* 122. *tom.* 4. idem dicendum eſt de Legatorum domibus, apud Imperatores, & Reges à Sacra Sede Apoſtolica miſſorum: *Gambac. d. lib.* 4. *cap.* 5: quem ſequitur *Cutell. ubi deſuper n.* 5. ex quibus deſumitur hanc Cardinaliũ domibus impertitã immunitatem, non ex Canonum ſcatere jure, ſed ex ſola Doctorum altercata opinione, & vi ſolius introductæ conſuetudinis, eamque cenſuris tueri nequeunt Eminentiſſ. Cardinales: ut dictant *Suarez de cenſur. diſput.* 4. *ſect.* 7. *Ledeſm. in* 2. *qu.* 3. *art.* 4. *Caietan.* 2. 2. *qu.* 7. *art.* 4. *Guttier. Canon. qu. lib.* 1. *cap.* 4. *ex n:* 30. enodatè *Card. de Luca de juriſd. d. diſcurſ.* 70.

70 Palatia denique Cardinalium ruralia, extra habitationem, recreationis cauſa retenta, abſque ulla hæſitatione affirmandum eſt, nullam retinere immunitatem: quoniã hæc introducta conſuetudo, ex Cardinalium ordinaria habitatione initium ſumpſit, quę ceſſat in dictis domibus, in quibus accidentaliter aliquãdò commorantur, potiſſimùm ipſis abſentibus: ut inſinuat, & ſuſtinet idem *Card. de Luca in d. diſcurſ.* 70. *nu.* 4. *Pignatell. d. conſult.* 122. *n.* 3. quid autem dicendum de Palatio, ubi habitant Ill. & Reverẽdiſs. Sanctæ Fidei Cenſores, vide *Mich. Angel. Donat. reſ.* 56.

71 Dormitorium pariter Eccleſiæ, vel Monaſterii, aut alterius loci Sacri, ubi Regulares, & ſæculares dormiunt, eadem potitur immunitate, Reuſque in eo confugiens tutus eſt: demonſtrant ex *cap. pro cauſa, de ſenten. excommun.* & conſuluit *Decian. conſ.* 80. *nu.* 38. *lib.* 3. & *in tract. crim. d. cap.* 25. *nu.* 28. *Giurb. conſ.* 10. *ſub n.* 9. & deciſum refert *Cortiad. deciſ.* 53. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 7. *n.* 1. & in favorabilibus ſub Eccleſiæ denominatione venit: *Sperell. deciſ.* 62. *n.* 22. & alii apud *del Bene tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 16.

72 Seminarium, non Epiſcopi auctoritate erectum, pius dicitur locus, ac religioſus, meritòque immunitate decoratur Eccleſiaſticâ, & Reus ad illud occurrens, ceù ad Sacrã Baſilicam, tutus eſt: ajunt *Epiſcop. Genuenſ. in prax. cap.* 17. *n.* 10. *Jul. Chart. deciſ.* 46. *Ricc. deciſ.* 171: *part.* 1. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2.

cap.

cap. 16. *dub.* 9. *ſect.* 13. *nu.* 1. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 10. & alii relati per *Barboſ. de jur. Eccleſiaſt. univerſal. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 71. *verſ. domus Seminarii*, perfunctoriè *Dian. reſolution. moral. par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *in fine*, *& in ſumm. par.* 1. *verb. immunitas Eccleſ. n.* 6. *& part.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 38. *in principio*, ità *Marcus Anton. Genuenſ. in prax. Curiæ Neapol.* 17. *n.* 10. & cum eo *Bonac. de cenſur. to.* 3. *n.* 10. & idem de domibus Orphanorũ, Virginũ reparatarum, & Mulierũ malè nuptarum: hoc idẽ dixêre *Gambac. n.* 14. *Barboſ. nu.* 77. *Donat. Anton. de Marin. reſol.* 179. *Thor. comp. deciſ. par.* 3. *ſect.* 1. *verb. immunitas Eccleſiaſtica*, *del Bene dicta ſect.* 13. *num.* 1. *Daniel. de Nobil. controverſ. diſp.* 13. *n.* 6. *& in addit. n.* 5. idem dicito de domibus Clericorum in communi viventium, ut RR. Patres Oratorii Divi Philippi Nerei: *Dian. in locis indicatis*, *Gambacur. ibidẽ*, *Thor. ubi deſuper*, *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 5. *n.* 7. *Daniel. & Barboſ. ubi deſuper.*

At ſi domus Seminarii, & alterius loci prænarrati, abſq; Epiſcopi auctoritate conſtructæ, & erectæ ſint, hoc minimè potiuntur privilegio: congruunt *Dian. in locis indicatis*, *del Bene d. ſect.* 13. *n.* 1. *Gambac. n.* 15. *Barboſ. n.* 101. *& de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 75. *n.* 21. *Farinac. de immun. in append. n.* 252. *Suelves conſ.* 32. *lib.* 1. *Reg. Sanfelic deciſ.* 219.

73 Xenodochyum inſuper, ſivè Hoſpitale, cunctis condecoratur privilegiis, quibus & ipſamet Eccleſia, Imperiali inſpecto oraculo: *in l. omnia*, *C. de Epiſcop. & Cleric.* ut pręter *Bald. in l. ſi quis, ad declinandum*, 1. *eodem*, *Archidiac. in cap. definivit* 17. *quæſt.* 14. & aliis per *Farinac.* congeſtis *in quæſt.* 28. *nu.* 36. *in prax. Merlin. contr.* 65. *n.* 1. *cent.* 1. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 16. *Reg. D. Raffael Viloſ. de fer. fugit. c.* 19. *§.* 6. *n.* 10. Si Publicum, Sacrum, Religioſum, ac Eccleſiaſticum ſit: inſinuant *Rot. Rom. deciſ.* 714. *n.* 16. *p.* 1. *Caſtr. Palaus oper. mor. tom.* 1. *tract.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 1. *qu.* 7. *nu.* 2. *Franc. Anton. Coſt. noſter Concivis in conſ.* 4. *à n.* 4. *Fontanell. deciſ.* 331. *nu.* 6. *part.* 1. hoc eſt ſi de Epiſcopi auctoritate erectum, ac fundatum ſit: *cap. inter dilectos, de donat. & cap. ad hæc de Relig. domib.* & facit *Gloſſ. in Canon. quidam* 18. *q.* 2. *Merlin. contr.* 65. *n.* 3. *centur.* 1. enim tunc univerſis po-

potitur Eccleſiaſticis privilegiis: *Caſtrus Palaus ubi nuper, & tom 2. tract. 11. diſp. unica, punct. 6. n. 17. Ciarlin: contr. for. d. cap. 116. nu. 7. part. 1. Sperell. deciſ. 51. nu. 19. Reg. Donat. Anton. de Marin. reſol. cap. 79. n. 2. Giurb. conſ. 10. n. 4. Dian. reſol. mor. part. 6. tract. 1. reſ. 6. & in ſum. par. 1. verb. immun. Eccleſ. n. 5. del Bene de immun. Eccleſ. tom: 2. d. cap. 16. dub. 9. ſect. 10. à n. 1. Panimoll. deciſ.* 89.

At ſi prophanum, privatū, ac laicale Xenodochyum, ſivè Hoſpitale eſſet, nempè abſq; Epiſcopi fundatione, erectione, inſtitutione, approbatione, & auctoritate erectum, tunc nulla fruitur immunitate: ut inſiuant *Menoch. conſ.* 1020. *Mar. Ita. de immun. Eccleſ. lib. 1. c. 4. q. 8. n. 8. Valaſc. conſult. 105. n. 43. Conſt. noſter. dict. conſ. 4. n. 5. 12. Merlin. contr. d. cap. 65. cent. 1. Thor. comp. deciſ. par. 3. ſect. 1. Verb. Hoſpitalis.*

Sola planè Epiſcopi auctoritas in fundatione præſtita, haud ſuffficit, ad hoc ut Hoſpitale ſacrū, ac religioſum erigatur eo pacto, eiſq; mediis, quibus ex ſacroſanctis legibus, & Canonibus loca prophana, & laica, ſacra efficiūtur, ac religioſa *juxtà tex. in d. cap. ad hæc de religioſ. domib.* & aſſerit *gloſſ. ibidem in verb. authoritate Pontificis*; & diſertè edocent *Felin. in d. cap. de quarta de præſcript. nu.* 11. *Cardin. Zabarell. in cap. fin. de cenſ.* quem ad literam ſequutus fuit *Merlin. d. cap.* 65. *nu.* 4. *& Cortiad. deciſ.* 43. *nu.* 17. & nos plura aſtruimus in pręcedēti capitulo. Verùm, ſi ex magno temporis curſu, de hiſce non conſtaret requiſitis, ad ſigna opportuna recurrendum eſt, ut exponunt *Menoch. de præſumpt.* 132. *nu.* 51. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 75. *num.* 5. ut ſi locus formam retineret Eccleſiæ, & in eo fixum eſſet altare, ſivè Oratorium conſecratum, cum campanile, & nolis ex quibus vicini quotidiè, & publicè ad ſacrum, vel ad Divina audienda Officia vocantur: aſtruunt mirè *Archidiacon in cap. nemo de conſecrat. diſtint. 1. Innoc. in cap. inter dilectos de donat. Merlin. d. cap.* 65. *n.* 6. 9. *Barboſ. num.* 5: *Conſta d. conſ:* 4. *nu.* 25. *Tamb. de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 23. *qu.* 4. *Giurb. conſ.* 10. *nu.* 15. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 219. *nu.* 5. *Jo: Batt. Ciarlin. contr. for: cap.* 197. *nu.* 6. *par.* 2. aut ſi dotem congruam haberet conſtitutam: *Felin. ubi ſuprà num.* 11. *Fideric. de ſenſ.* 130. *Cavalc. deciſ.* 17. *nu.* 65. *part.* 2.

Mer-

Digitized by Google

Merlin. nu. 18. nam tenetur Epiſcopus in fundatione, hanc ab ædificāte dotē congruā, & expenſas neceſſarias expetere: *ex Canon. nemo il primo de conſecr. diſtint.* 1. *& ex cap. cum ſint de conſecrat. Eccleſ. & ex gloſſ. in Canon. ſecundum Canonicam* 23. *quæſt.* 8. *Azor. inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 7. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 64. *num.* 3. *& de jur. Eccl. univerſ. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 20. aliàs de proprio tenetur Epiſcopus, talem haud expetens dotem, *ex cap. ſicut, & ibi gloſſ. de conſacr. Eccleſ. vel altar. Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis autem collat.* 9. quæ quidem dos manſus appellatur, *cap.* 1. *de cenſur.* ideſt tanta ſaltem pars fertilis agri, quanta pars bovū colere poteſt: inſinuat *D. Anton. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 2. *§.* 2. *Chaſſan. in conſtit. Burgund. rub.* 9. *§.* 4. *nu.* 1. *Otalor. de Nobilit.* 2. *part.* 3. *num.* 3. *Azor. ubi ſuprà*; de aliis verò requiſitis, ex quibus depromitur Hoſpitale fuiſſe factū, ac religioſum: facit *Cortiad. deciſ.* 64. *nu.* 24. *cum ſeqq.*

74 Oratoria ulterius privata, quæ in aliqua privatæ domus parte conſtruuntur in quibus nec Campana retineri poteſt; *an cap. patentibus de privi.* nec Miſsę Sacrificium celebrati abſque Sedis Apoſtolicę venia, ut inſinuant *ex Novarr. ſumm. Bullar. tit. de celeb. Miſ. probibit. num.* 1. 2. *Paſqualig. deciſ. mor. de celeb. Miſſar. decis.* 165. *nu.* 2. 3. *Cesped. de exempt. regul. quoad celebr. Miſſar. cap.* 5. *dub.* 91. *nu.* 7. 8. nulla Eccleſiaſtica exornātur, immunitate, ideoque ad eam Reum proſilientem cenſuris tueri nequit Epiſcopus; ut probat *Innocēt. in cap. inter dilectos n.* 1. *de donat. Abb. in cap. fin. de cenſur. nu.* 4. *& in cap. patentibus nu.* 3. *de privil. Ciarlin. contr. for. cap.* 10. *nu.* 6. *part.* 1. *Caſtr. Palaus tom.* 2. *quæſt.* 11. *diſput. unica, punct.* 6. *n.* 19. *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 4. *n.* 1. *Dian. reſ. moral.* 108. *part.* 4. *tract.* 1. *& part.* 9. *tract.* 1. *reſ.* 18. *& in ſumm. part.* 1. *verb. immun. Eccleſ. n.* 3. *Giurb. conſ.* 10. *nu.* 5. 15. *del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 7. *n.* 16. *& tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *nu.* 17. *& ſect.* 12. & poſt eos *Pac. Jordan. elucubr. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 10. *& lib.* 11. *tit.* 2. *nu.* 198. *Pellizzar. man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu.* 4. *n.* 5. *Ventrigl. prax. annot.* 23. *§.* 1. *n.* 13. *par.* 2. *Pilaia deciſ. Pontif. deciſ.* 4. *n.* 25. *lib.* 2. *Antonell. de regim. Eccl. lib.* 1. *cap.* 9. *§.* 1. *nu.* 31. ete-

nim nec ſacra, nec ſub Eccleſiæ denominatione comprehenduntur: *Pariſ. conſ.* 34. *à n:* 10. *lib.* 4. *Sanches de Matrim. d. lib.* 9: *diſp.* 15. *nu.* 39. *del Bene d. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 7. *nu.* 15. 16. *Caſtrus Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unica, punct.* 6. *nu.* 19. *Giurb. d. conſ.* 10. *nu.* 15. & ad prophanos uſus pro libito redire queunt, *Abbas in cap. fin. n.*4. *de cenſib. Paz. in prax. tom* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *n.* 30. *Villagut. de extent. leg. tit. de extent. immun. Eccleſ. n.* 25. *del Bene n.* 16. nec ſi Divina in eiſdem Oratoriis celebrentur Officia: *Abb. in d. c. fin. de cenſib. Remig. de Gonn. de immun. Eccleſ. ampliat.* 2. *n.* 10. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 8. *de Orat. & Capp. nu.* 16. *Giurb. d. conſ.* 10. *num.* 5. *Caſtrus Palaus tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unica, punct.* 6. *nu.* 10. *Ciarlin. contr. for. cap.* 198. *n.* 28. *part.* 2. *del Bene, & Dian. in locis indicatis, Gambac. de immun. Eccles. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. qui Regiã Divi Petri Cappellam, in ſacro Regio Palatio Felicíſs. Urbis Panormi, immunem eſſe, ac Eccleſiaſtica proindè frui immunitate inquit.

75 Confraternitatum laicorum, Oratoria, ſi fixa ſint alicui Eccleſiæ, vel Monaſterio ejuſdẽ Sacræ Baſilicæ, immunitatem retinent, aliàs ſecùs *Dian. par.* 6. *reſ. mor.* 1. *tract.* 1. *& in ſumm. part.* 1. *verb. immunitas Eccleſ.*

Oratoria ſanè publica, Epiſcopi auctocitate fundata, perpetuoque cultui dicata Divino, cum campanili, aut campana in loco publico, quæ publicè pulſatur ad Populorum convocationem, ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, ac Divina audienda Officia, oſtiumque patens in via publica habentia, immunia cenſentur, & Reus confugiens ad ea cenſuris tuetur: ut edocent *Butr. in cap. patentibus, de privileg.* & ibi *Decius num.* 5. 6: *Maſcard. de probationib. concluſ.* 869. *n.* 4. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. cap.* 8. *n.* 11. *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 39. *& in conſ. mor. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 2. *Jo. Bapt. Ciarlin. controv. for. cap.* 197. *n.* 27. *& cap.* 198. *n.* 28. *part.* 2. *Virmigl. conſ.* 96. *n.* 2. lato calamo *Mar. Ital. de imm. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. *n.* 1. ubi affluenter indicat, quandò Oratoria iſta dicantur publica, quandò verò privata, & ex eo *Cortiad. deciſ.* 64. accedentibus inſuper enunciatis ſignis, ſacra, ac religioſa, cum Epiſcopi auctoritate fundata præſumuntur Oratoria,

ria, innuit *Trullench. ad Bull. Cruciat. lib.* 1. §. 3. *dub.* 4. *nu.* 6. *Virmigl. conſ.* 96. *n.* 2. *Coſt. d. conſ.* 4. *n.* 25. *Dian. reſ. mor.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 18. *& in ſum. part.* 1. *verb. immunit. Eccleſ. n.* 3. *& par.* 3. *verb. Oratoriũ, Sanfelic. deciſ.* 219. *nu.* 2. *del Bene d. tom.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect.* 7. *nu.* 38. *Ciarlin. ubi nuper, & in cap.* 212. *num.* 37. *part.* 2. *Caſtrus Palaus tom.* 2. *diſput. unica, tract.* 11. *punct.* 6: *nu* 19. potiſſimùm ſi ſepulturam, vel Cœmeterium haberent *Gloſ. in Clement.* 2. *verb. altare de Relig. dom. Coſta dict. conſ.* 4. *n.* 26. *Fontanell. deciſ.* 331. *n.* 9. *par.* 2. & alii ſuperiùs laudati, ex quibus alia ſigna, Oratorium eſſe ſacrum, religioſum, ac Epiſcopi auctoritate erectum indicantia, recenſentur.

Se involuunt tandem DD. in abſolutione alterius dubii, ſcilicèt quid dicendum de Oratoriis ſitis in Clauſtris, ſeù Gangiis Religioſorum, an iſta eadem gaudeant immunitate? affirmant *Bordon. var. reſ.* 90. *n.* 6. *tom.* 2. *Rodoriq. quæſt. Regul. tit.* 2. *quæſt.* 75. *art.* 2. ſaltim ex privilegio Ordini Ciſtertienſi indulto, ratione communicationis: *Villalobos ſum. tom.* 2. *tract.* 39. *diffin.* 5. *n.* 6. *Peregrin. de immun. cap.* 4. *n.* 5. *Dian. reſol.* 6. *tract.* 1. *part.* 6. ſi Gangia, & Villa ab eorum Eccleſiis non ſint ſeparatæ: ſubdunt *Dian Bordon. ibidem*, vide *Card. del Lugo reſponſ. mor. lib.* 3. *dub.* 15. *à n.* 2. *& per totum.*

76 Furnus autem, aut furni domus, vel Apothecæ, quæ Eccleſię, Monaſterio, aut Hoſpitali, vel alio ſacro loco adhærent, ac inſerviunt, eadem pariter gaudent immunitate: ut deciſum refert pro Seminarii furno, *Epiſcop. Genuenſ. in prax. cap.* 17. *num.* 10. & dixère *Jul. Clar. dict. quæſt.* 30. *Dian. reſol. moral. par.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 38. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 6. *ſect.* 14. *n.* 19. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 219. *n.* 5. nec diſcrepat *Giurb. conſ.* 10. *n.* 4. 12. 14. ſi aditum in Seminario, Eccleſia, aut alio loco ſacro magis frequentatum habeat: licèt alterum in via publica, & minùs frequentatum retineat, at ſi aditus in via publica magis eſſet frequentatus, prophana eſſet domus, ita & furnus, nullamque retinerent immunitatem: *Reg. de Pont. d. deciſ.* 35. *Sanfelic. deciſ.* 240. *& deciſ.* 136. *nu.* 7. *Ricc. collect. deciſ.* 513. 669. 1097. *& in deciſ.* 171. *n.* 8. *part.* 1. ſicque deciſum refert *Thor. comp. deciſ. par.* 1. *verb. immunitas Eccleſ. & part.* 3.

Hhhh 2 *ſect.*

Digitized by Google

ſect. 1. *verb. immunitas Eccl. & in ſupplement. deciſ. verb. Apotheca, Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.* 4. *n.* 27. Attamen ſi unum tantùm in interiori ipſius Eccleſiæ, Seminarii, Hoſpitalis, Monaſterii, aut loci ſacri parte aditum habet, per quem omnes ibi confluentes perveniunt; & ſi laicis furnus, domus, aut Apotheca locata eſſet, adhùc immunitate gaudet Eccleſiaſtica: ut conveniunt omnes, & referunt deciſũ *Sanfelic. in deciſ.* 136. *Thor. in locis indic. Giurb. in deciſ.* 10. *n.* 14. *Novar. in sũ. Bull. tit. de immun. Eccl. n.* 21.

77 Hortus Eccleſiæ, Monaſterii, vel Hoſpitalis, ſi annexus, ac contiguus Eccleſiæ, Monaſterio, Hoſpitali, ac loco ſacro eſt, aditumque ad eum habet, itidem Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio potitur, ex *Cæſarea leg. pateat, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* edocent *Guazin. deſ.* 1. *d. cap.* 37. *n.* 14. *F. Emmanuel. quæſt. reg. tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 1. *Bonac. de clauſ. q.* 4. *pun.* 1. *n.* 1. *Gambacurt. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 13. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 7. *n.* 3. ſi intus ipſius Eccleſię fines exiſtat: *Peregrin. de imm. Eccle. cap.* 4. *n.* 50. *Thor.* & alii ubi nuper: *Merlin. contr. cap.* 55. *n.* 1. *cent.* 1.

Denique delinquens in Sacreſtia, Oſtio, Atrio, Porticu, Tecto, Scalis, Horto, Cãpanile, vel alio loco, Eccleſiæ, vel Cœmeterio adhærente, immunitate potitur Eccleſiaſtica: inſinuant *Farinac. cons.* 76. *n.* 14. *Suar. de Relig. lib.* 3. *cap* 11. *Mar. Ital. de immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. *ʒ.* 7. *nu.* 11. 12. 19. 20. *& cap.* 5. *ʒ.* 3. *n.* 4. *Cerlin. contr. cap.* 154. *n.* 14. 15. 16. *par.* 2. *Magal. par.* 3. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 17. *Gambac. de immunit. Eccles. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 12. *del Bene de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 6. *n.* 1. *Cutell. de imm. Eccl. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 3. *Sperell. decis.* 60. *Merlin. d. contr.* 55. *cent.* 2. *R. de Marin. reſ.* 170. *n.* 12. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 19. *n.* 7. *Diã. reſ. mor. p.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 25. *et* 29. *et p.* 6. *reſ.* 7. *tr.* 1. *& in ſum. verb. imm. Eccleſ. nu.* 17. *par.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 22. *Caſtill. deciſ.* 156. *n.* 24. *lib.* 2.

78 Valdè herclè diſtat homicidium in Sacra Baſilica patratum, ab eo in loco immuni: illud enim, Canone ſic expreſsè jubente, ab immunitate excluditur: ut *in c. fin. de imm. Eccl.* & in allata Greg. XIV. Bul. patulè evolvitur, ex quibus habetur quod homicidiũ, ac mẽbri mutulatio in ipſamet Eccleſia perpatrata ab immunitate arcetur; meritò cum odioſæ,

ac

ac pœnales tales ſint ſanctiones immunitatis Eccleſiaſticę favorem arctantes, ac jura corrigentes communia, extẽdendæ ad necem in hiſce exterioribus ipſius Eccleſiæ partibus patratam, minime ſunt: ut ferè omnes uno congruunt ore deſuper allati. Eſtque planè in enunciatis ſanctionibus locus Eccleſię interior tantùm conſideratus, exterior verò excluſus remanſit: quippè confectum in ripa, confectum haud dicitur in flumine: ut mirè ex *Bart. in l. 1. §. in publico flumine, ff. de flum.* ad rem explicat noſtram *Bero. conſ. 173. per totum, de Franc. decis. 402. n. 8. Merlin. d. cap. 55. n. 27. centur. 2. Caſtill. decis. 156. n. 26. tom. 2.* meritò, hiſce attentis ſanctionibus, ipſius Sacræ Baſilicæ exteriores partes appellatione Eccleſię haud veniunt, ſed tantùm ipſa Eccleſia ex murorũ ambitu circumdata: taliter quod, ad hoc ut quis Eccleſiaſtica privetur immunitate, delictum in allatis exterioribus Eccleſiæ partibus patratum, in ipſa Eccleſia commiſſum minimè dicitur: quamvis in his, quæ Eccleſiæ favorem concernunt, & ad Eccleſiaſticam fruendam immunitatem tendunt, partes iſtæ exteriores immunitatem retinent. Queis igitur ſedulò perpenſis, concludendũ eſt haſce neces in relatis exterioribus ipſius Sacræ Baſilicæ partibus patratas, Eccleſiaſtica potiri immunitate: ut edocent proximè citati, additis *Hoſtiẽs. in d. cap. fin. sub nu. 3. de imm. Eccles. Germon. de Sacror. imm. lib. 3. cap. 16. n. 81. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. ſub nu. 5. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. nu. 9.* annuitque *Præſ. de Franch. d. deciſ. 402. Sperell. deciſ. 60. n. 14. Merlin. d. cap. 55. nu. tom. 2. ubi ſub n. 31.* ſic pluries deciſum per Supr. Coll. Concilium affert: pariles quoque ſunt deciſiones allatæ per *Viſcont. ad eumdem de Franch. loco indicato,* & per *Reg. Sanfelic. in deciſ. 19. tom. 1. Ciarlin. contr. for. cap. 154. n. 14. 15. Farinac. conſ. 76. nu. 14. Borboſ. de jur. Eccleſ. univer. lib. 2. cap. 3. n. 117. 119.*

79 Nec relevat accidentalitatis, vel appoſtati conſideratio, quam nonnulli ponderant. Talis namq; conſideratio tantùm confert ad necem in ipſa Eccleſia patratã, ad finem includendi, vel excludendi ex qualitate animi, ab ipſa immunitate, quæ haud congruit ad necẽ, in hiſce exterioribus Eccleſiæ partibus cõmiſſam. Iſta namque talis eſt, pro ut quælibet alia in quocumque loco

loco commiſſa, quæ ſi cum ea aliqua non concurreret aſſaſſinii, vel proditorii qualitas, Eccleſiaſtica potitur immunitate, tanquam in enunciatis ſanctionibus non devicta: ut accidit in caſu quem, affert *Xamar. diſſin.* 6o. *tom.* 2.

80 Bulla porrò Gregorii XIV. nõ tantùm loquitur de homicidio patrato in ipſamet Eccleſia, vel Cœmeterio, imò extenſionem ſub cenſurarum coërctione apertè interdixit: ut ex *Put. deciſ.* 50. *n.* 5. *Deci. conſ.* 61. *nn.* 2. *lib.* 1. *Cravet. conſ.* 201. *Farinac. d. conſ.* 76. *n.* 14. in caſu illius de Gregorio, & Buglio, *Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap.* 5. *verſ. nec ſubſiſtunt, Lezan. quæſt. regul. tom.* 3. *verb. immun. Eccleſiar. n.* 11. *Peregrin. de imm. Eccleſ. cap.* 6. *n.* 33. *Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 25. *& reſ.* 39. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 7. *& reſ.* 10. *& in ſumm. par.* 1. *verb. immun. Eccleſ. n.* 17. *Caſtill. d. deciſ.* 156. *n.* 30. *tom.* 2. nec deciſiones, quas afferunt *R. Sanfelic. & Merlin. ac Sperell.* fundantur in qualitate rixæ, ſed in: diſpoſitione *cap. fin. de immun. Eccleſ. & in Bull. Gregor. XIV.*

81 Parvi quoque momenti eſt altera ponderatio, quam aliqui depromere intendunt ex ſpe Eccleſiaſtica immunitate fruendi, quam ſupponunt in delinquente in hiſce exterioribus Sacræ Baſilicæ partibus propè Baſilicam exiſtentibus: etenim *cap. fin.* illam præ oculis habuit ſpem, quam fidenter habere potuit delinquens in ipſamet Baſilica, quæ haud accomodatur in delinquente extra, licèt propè eam, quippè iſte antequam in decretum ſe perduceret præſidium, maximo diſcrimini ſe exponeret, eique plura evenire poſſent prava: ut mirè ratiocinantur conſulendo *Bellamera conſ.* 13. quem allegat *Tib. Decian. lib.* 6. *tom.* 2. *cap.* 28. *ſub n.* 5. & ſequuntur *Azaved. lib.* 1. *tit.* 2. *l.* 3. *n.* 28. *Caſtill. d. deciſ.* 156. *n.* 13. 14. & antè eos *Abb. in cap. inter alia, nu.* 18. *de immun. Eccleſ. Joan. de la Cruz de direct. conſcien. par.* 1. *præcept.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 2. *dub.* 1. *Suarez tom.* 2. *de Relig. dom. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 9. *Bonac. de leg. diſp.* 3. *qu.* 7. *p.* 2. *n.* 13. *Caſtr. Palau. tract.* 11. *diſp. uni. par.* 9. *n.* 9. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *n.* 15. opinantes diſparem eſſe rationem ſpei, delinquentis in ipſa Baſilica, & delinquentis extra, licèt propè eam; immò in hoc ceſſare rationes per Summum omnium Eccleſiarum Antiſtitem in allato *cap. fin.* adductas:

ctas: nã illa quòd ibi quis puniri debeat, ubi deliquit, non militat: quoniam non in loco interdicto, quod eſt ipſa Sacra Baſilica deliquit, ſed extra eam, nec altera, fruſtrà legis auxilium implorat, qui ſub privilegii clypeo deliquit: nã iſte immunitatis leges haud lędit; ergo, &c. meritò magiſtraliter concludũt hoſce ſontes homicidium extra Eccleſiam, licèt propè eam patrantes immunitate non privari, ſi ad ipsã viciniorẽ Eccleſia cõfugerint: ut pręter allatos, inſtruunt *Suarez de Relig. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 9. *Novar. in ſum. Bull. tit. de immun. n.* 5. *Martin. Bonac. tom.* 2. *diſp.* 3. *qu.* 7. *pun.* 6. §. 4. *n.* 13. *Trullẽch. in decalog. tom.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *n.* 13. & *ad Bull. Cruc. lib.* 1. §. 5. *dub.* 9. *n.* 8. *Caſtr. Palau. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unica*, *pun.* 9. *n.* 20, 21. *Duard. in Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 15. *qu.* 16. *n.* 20. *Dian. reſ. mor. par.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 3. *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 10. & *in ſumm. verb. immuni. Eccleſ. n.* 17. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 6. *Maſtrill. deciſ.* 22. *lib.* 1. *Caſtill. d. deciſ.* 156. *n.* 13. 18. *Farinac. d. conſ.* 76. *n.* 14. *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 5 *n.* 4. elatè *Ituala de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. *n.* 18. *Ciarlin. contr.* 154. *n.* 13. *par.* 2. *Gratian. diſcept. cap.* 619. *n.* 33. ſicque pluries deciſum in Principatu Cathaloniæ affert *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 116. *nu.* 12. 13.

Confugientem denique ad Sacerdotem deferentem ad infirmos Viaticum Diuiniſsimum, Eccleſiaſtica immunitate gaudere ſentit *Suar. cap.* 9. *nu.* 10. *ad fin.* qui etiã exiſtimat idem privilegium extendi poſſe ad locum, ubi reperitur Sacramentum, licèt per trãſitum, ità cum multis defendit *Fagund. de præcep. Eccleſ. præc.* 2. *l.* 4. *cap.* 4. *n.* 54. *qui teſtatur de com.* de quo latè *Cenedo q.* 42. & *Villalob.* 2. *part. tract.* 39. *diff.* 5. *nu.* 5. quam etiam ſententiam dicit tenendã *Sanchez in conſiliis part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *nu.* 3. eamq; amplectitur *Barboſ. de jure univerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 69. quamvis oppoſitũ afferat *Covarr. lib.* 2. *variar. cap.* 2. *ex Bonac. cum aliis to.* 2. *et* 3. *de cenſ. diſp.* 2. *q.* 3 *pun.* 16. §. 4. *n.* 27. innuẽtes, quod de rigore juris, & ſecluſa conſuetudine nullibi dictum Immunitatis privilegium videtur cõceſsũ. Veriùs tamen erit, & magìs Catholicę Religioni conſentaneum erit, nullo modo poſſe Reum capi, ob reverentiam jure divino debitam Corpori Chriſti: ſi verò capiatur, non vio-

violatur in rigore immunitas
82 Eccleſiaſtica, nec Reus ſic captus videtur reſtituendus, niſi aliter conſuetudo inſtruat, quæ multum ſpectanda eſt, & potuit meritò introduci, quæ pietati favet, & reverentiam, fidem, ac devotionem huic ſanctiſs. & diviniſs. Sacramẽto fovet: & ſanè Immuninitas ipſa Eccleſiaſtica ab hoc Sacramento principaliter initiũ ſumpſit: *CaſtroPalao tom. 2. tr. 11. diſp. un. punct. 6. n. 24.* ſi enim ut refert *Bonac.* alicubi uſu receptum eſt, ut amplectens Sacerdotem, quicũque ille ſit immunis exiſtit, nec in carcerem conijci poteſt, multo magìs qui ſe ad hoc ineffabile Sacramẽtum receperit. Si verò Euchariſtia duceretur ad aliquẽ vinctũ; tũc nec victus, nec alius ex victis, ad illã cõfugiẽs gaudet immunitate: ut exiſtimat *Suar.* rationẽq; adducit *Sylv. V. immunitas 3. nu. 1.* quia tunc liberi ad eam nõ confugiunt; *Villalob. loc. ſup. cit. & ex cap. ſanè de celebr. miſſæ faciunt Farinac. prax: q. 28. n. 11. Decian. tom. 2. c. 29. n. 8.* erudientes hãc immunitatem indultam recenſitis ad Sacr. Æuchariſtiam confugiẽtibus de jure non oriri. Attamen pro reverentia tanti Sacramenti, religioſum, pium, ac neceſſarium eſſe putamus allatam impertiri immunitatem: quam ſententiã ſequendam eſſe uſque ad ſanguinis effuſionem dixêre *Viu. comm. opinion. verb. condemnatus lib. 1. opinion. 45. Covarr. ibid. nu. 6. Bajard. qu. 30. num. 20. Ambroſin. de immun. Eccleſiaſt. cap. 10. num. 9. Cevall. com. contr. com. qu. 116.* nec diſcrepant *Pegn. decis. 61. nu. 4. p. 1. Ciarlin. contr. cap. 197. nu. 31. par. 2. Giurb. conſ. 30. n. 10. Mar. Ial. de Immun. Eccleſiaſt. cap. 4. §. 10. D. Mich. Cortiad. deciſ. 82. num. 15.* niſi aliter conſuetudo docuerit, *del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 9. ſect. 16. num. 6.*

83 Difficultas herclè haud parum levis urget in eo, qui ſimpliciter dum ad patibulũ ducitur, recenſitum ineffabile Sacramẽtũ obiam veniens, non ſe, cum fidelium aſſecla recipit, neque Sacerdotis veſtimentorum fibrias tetigit, neque baldachini aſtam accipit (ut de allatorum DD. mẽte neceſſarium eſſe depromitur) ſed tantùm cauſaliter, ſic ſua arridente fortuna, ſolam tanti Sacramenti viſionem adipiſcitur, an ab Eccleſia protegi debeat? Pro cujus hæſitationis ſolutione nos affirmativam pectoris ab imo tuemus, non tamen, quoniam ſic

ſic de Quiritum, ac Canonico jure decretum evolvitur, ſed ex ſola opportuna, neceſſaria, ac omninò debita reverentia, quam fideles omnes tanto ineffabili Sacramento præſtare debent:pro cujus noſtræ ſententiæ ſolida tuitione, â majoritate rationis arguendo, noſtramque orationem à Quiritum evo ſumendo, inquimus, Flamines, Diales,& Veſtales Virgines apud Quirites in tanta æſtimatione, & veneratione fuiſſe,ac earum tàm magnam fuiſſe auctoritatem, quòd ſi ad capitale ſuppliciũ quis ducebatur, & aliqua caſu Veſtalis tranſibat Virgo; vitæ indulgentiam obtinebat, nec ad verberandũ obſignati, Flamines ſupplices occurrentes, vapulabâtur: teſte *Alex. ab Alexand. lib. 5. genial. dier. cap. 12. Hieron. Plattus lib. 2. de bon. ſtat. relig. cap. 37. Gellio lib. 10. cap. 15.* Ulterius apud Indos prava vigebat mos: nimirùm mulieres ſuis viris orbatæ, poſt eorum obitum, & infrà octavam, in publico ſpectaculo, occurrẽtibus parentibus, amicis, ac populo ovãte, in contabulationibus ad id obſignatis conſedentibus;ipſę gẽmatæ, ac pretioſiſſimis ſuis gazis prędicæ, ultimis confecti, amplexibus,ac mortui viri recordationibus,in ardentes odoroſaſq; prunas ſe proijciebant, ut cõcremarentur, aliàs in infamiæ indelebilẽ labem ruebant: eximebantur tamen à recẽſito dedecore, eæ, quæ falſorum ſuorum Numinum Sacerdotes(quos Bonzos appellabant) obviãtes,eis in cubinas ſeipſas tradebant: ita cõcordi oraculo refetũt omnes miſſionarii, qui indos petiêre. Momettani inſuper multis, variiſque exemptionibus ditantur eos, qui Meccam ad ſuum pſeudo Prophetam videndum accedunt, teſte teatro Tur. & tandem, ſecluſis cunctis aliis obſequiis reverẽtiam falſorum Numinum redolentibus, quæ Gentiles ex ſolo ſui falſi Dei, ejuſque Miniſtri aſpectu comptè obſervabant; noſtra tempeſtate eãdem reverẽtiam in homines altioris liniæ paſſim notamus: etenim ſi Regem, ac Cardinalem caſu, ductus ad mortẽ nanciſcitur, ob tantorum virorum opportunũ obſequiũ, non ne liberum evadere debet? annuit *ex Bald. jul. addictos* C. *de appellationem* ſaltim *quo ad naturalem vitam Jul. Clar. prax. crim. ꝭ. fin. qu.98. nu. 5.* & crimen non fit de atrocioribus, nec diſcrepat *Decian tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 37. nu. 27.* ſi tamen

Iiii Ger-

caſu Cardinalis occurſio fuerit, non vero data opera ex *Germon. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 52. *Lancellott. in Templ. Jud. lib.* 2. *de Cardin.* §. 3. *nu.* 30. cui ſecluſo jurisjurando creditur, *Zechius de Reipubl. Chriſtian. de Cardin. tit.* 3. *privil.* 7. *nu.* 9. *Alban. de Cardin. qu.* 47. & alii, quos affert *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 15. *nu.* 4. 5. qui *ſub nu.* 8. inconſentaneum eſſe credit, Cardinales minorem apud nos habere eſtimationem, quam Veſtales, Diales, ac Flamines.

Nos autem, eodem themate retento, glomeramus magìs monſtruoſum, ac impiū eſſe eamdem reverentiam, & obſequium, quod Gentiles, Idolatræ, & alii Infideles ſuis falſis præſtabant Numinibus, & Sacerdotibus, & noſmetipſi Regibus, & Cardinalibus dignè præſtamus; majorem, ac ex toto magìs exactam Omnipotenti, vero, ac vivo Deo ſub Sacramentalibus ſpeciebus non præſtare: meritò audacter firmamus, ductum ad ſupplicium, Sanctiſsimum Chriſti Corpus caſu obviantem, ſecluſa aliorum ſententia, protegendum eſſe ab Eccleſia.

LAUS DEO BEATÆQUE MARIÆ VIRGINI.

SE-

Digitized by Google

SECTIO SECUNDA

SVMMARIVM.

1 INferēs vulnus in Eccleſia, ſi paulòpoſt mors in loco prophano ſequitur, ab immunitate Eccleſiaſtica reſpuitur.

2 Exiſtens in Eccleſia ſi telo, aliove inſtrumento, ſtantē extra Eccleſiam interfecerit, tutamine Eccleſiæ indignus eſt.

Oppoſita affertur ſententia.

Auctoris diſtinctio adducitur

3 Exiſtens in loco prophano ſi ſiſtentem in Eccleſia occiderit, an potiatur Ecclaſiæ clypeo?

4 Extrahens aliquem ab Eccleſia, eumquè extra eam interficiens, an immunitate fruatur?

5 Mandans ab aliquo interimi aliquem in Eccleſia, arcēdus eſt ab ejus immunitate?

6 Et an mandans ſtans, in Eccleſia interfici exiſtentem foris Eccleſiā ſit privandus ab allata immunitate?

7 Auctoris opinio affertur.

8 Patrans alia graviora crimina in Eccleſia, & in Gregorii XIV. Conſtitutione minimè expreſſata, an gaudet immunitate Eccleſiaſtica?

Affirmativa refertur ſententia.

9 Eaque crimina loci ratione ab Epiſcopo Ordinario, conſulto Sum. Pontifice plectuntur, ſenſiunt nonnulli.

10 Chryſoſtomi Homilia, ad id affertur.

11 Negativa adducitur ſententia. n. 12.

13 In Bulla Gregorii non evolvitur jus commune fuiſſe correctum. n. 14.

15 Correctio non præſumitur, niſi expreſsè fuerit poſita dictio (tantū,) non obſtante. n. 16. 17.

18 Nec municipales conſuetudines fuère ſublatæ.

19 Cap. fin. de immun. Eccleſ. duos tantùm excipit caſus, nimirùm homicidium, & membri mutilatio, in ipſa Eccleſia, attamen ex rationibus in eodem Capitulo adductis, ad alia graviora crimina porrigitur.

20 Cap. fin. haud reſpexit delicti qualitatem, ſed ſanctitatē loci.

21 Omne grave delictum in Eccleſia, vel Cœmeterio patratum de jure immunitate haud fruitur. n. 22.

Digitized by Google

23 *Intellige ſi ſedulò, ac deliberatè fuerit patratum.*

24 *Sententia eorum, qui autumãt hoc itidem procedere in delictis accidentalibus, refellitur. num.* 25.

26 *Praxis totius Italiæ adducitur.*

27 *In delictis accidentalibus nõ præſumitur animus violandi debitum Eccleſiæ obſequium.* 28.

29 *Delinquens in Eccleſia conſultò, & præmediatè arcendus eſt ab immunitate iſtius Eccleſiæ, ac aliarum Eccleſiarum, ubi aufugit.*

30 *Ratio affertur. n.* 31. 32.

33 *Etiam pro aliis delictis ante, vel poſt patratis.*

34 *Intellige, ſi delictum in Eccleſia ſedulò patratum, non fuerit congrua coërctione ſolutum.*

35 *Et delictum in Eccleſia commiſſum fuerit grave, at ſecùs ſi leve.*

36 *Delictũ quando dicatur grave, & quando leve exprimitur.*

37 *Falſam cudens monetam, grave conficit delictum. n.* 38.

39 *Pii V. Conſtitutio contra falſos monitarios adducitur.*

40 *Sacra Card. Congregatio, poſt Gregorii XIV. Conſtitutionem declaravit pluries, alia graviora crimina in Eccleſia, vel Cœmeterio confecta Eccleſiaſtica haud gaudere immunitate.*

41 *Noſtra tempeſtate enormia, ſordidaq; facinora. Paſſim magis ſecurè in Eccleſia patrantur. n.* 42. *& n.* 45.

43 *Noſtris Eccleſiis major debetur reverentia, quam Hæbreorum Templis.*

44 *Chryſoſtomi Homilia affertur.*

46 *Verus Eccleſiæ decus, & honor conſiſtit, ut à Jordibus ſontium criminibus expiata ſit. num.* 47

48 *Pii V. Sanctitas Gubernatori Civitatis Mariæ mandavit, ut criminoſos in Eccleſia ſiſtentes extraheret, etſi hoc impoſſibile fuerit, eos in eadem Eccleſia combureret.*

49 *Hæc ſententia variis comprobatur rationibus.*

50 *Hæc ſententia potiſſimùm locum habet, ubi Gregor. Conſtitutio haud fuit recepta.*

51 *Et an opus ſit ut Cõſtitutiones Pontificiæ præſententur, & acceptentur?*

52 *Et quid ſi contraria conſuetudo vigeat?*

53 *Pro Coſtitutionis validitate, præter ea, quæ ad fidem, & jus Divinum, & naturale concernunt Populi acceptatio requiritur.*

54 *Gregorii XIV. Conſtitutio in multis Regionibus non fuit recepta, ibique Eccleſiaſticæ immunitatis quæſtiones ſecundùm jus commune abſolvuntur.*

55 *In noſtro Siculo Regno in his, quę ad jus commune Canonicũ cõveniũt recepta fuit.* Ex

56 *Ex priſca, ac recenti Regni praxi oppoſitum depromitur, & Gregorii Conſtitutio ad unguem in omnibus ſervatur.*

57 *Membra mutilantes in ipſa Sacra Baſilica, vel Cœmeterio ab ejus immunitate arcentur.*

Et quid ſi per accidens, vel ob propriã ſuæ vitæ tuitionem mutilaverint? Oppoſitæ afferuntur ſententiæ.

Verior, ac magis amplexa adducitur.

58 *Membrum propriè quid ſit, explicatur.*

59 *Mammillæ an membra ſint?*

60 *Digitus an membrum ſit?*

61 *Mutilare membra eſt membrum abſcindere: debilitare autem eſt membri officium implicare.*

62 *Caietanus in 2.2.quæſt.68. art. 5. & Sot. de Juſt. & jur. lib. 5.qu. 2.ſuſtinentes digitum eſſe membrum refelluntur.*

63 *Mandans mutilari aliquem exiſtentem in Eccleſia ab ejus non reſpuitur immunitate. Oppoſita adducitur ſententia.*

Et quid de mandato commiſſo ad mutilandum ab eo, qui in Eccleſia exiſtens, ut exequatur contra exiſtentem extra Eccleſiam ordinavit.

64 *Auctor circa explanationem cæterorum criminum per Greg. XIV. Conſtitutionem exceptorum ſe remittit ad 2. ſuum Codicem de Clericat. quandoq; amittend. ubi ſigillatim cuncta extricantur, ni labores non levis ponderis dupplicentur.*

65 *Judex laicus an poſſit arma, ac falſam monetam, & falſa inſtrumenta ab Eccleſia extrahere?*

66 *Affirmativa refertur ſententia.*

Negativa adducitur, variiſq; rationibus comprobatur.

67 *Confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate Eccleſiaſtica, itidem, & cuncta bona ſua in ea exiſtentia.*

Canon ſicut antiquitùs 17. quæſt. 4. explicatur.

68 *Arma, inſtrumenta, ac moneta falſa ab Eccleſia extrahuntur cum Eccleſiaſtici Judicis brachio.*

Et an ut Reo confugienti præjudicium inferatur?

69 *Catelli opinio reiicitur.*

70 *Talis extractio, ac Cadaveris exhumatio modo enarrato licitè conficitur pro delicto in genere clarificando.*

71 *Et ſi abſque veniâ Judicis Eccleſiaſtici conficitur illegitima eſt, & cenſurarum gladio punibilis, quia juriſdictionalis actus eſt.*

72 *Eccleſia licèt in Principis ſæcularis territorio ſit, non tamen de ſuo territorio eſt, niſi quo ad protectionem.*

73 *Præventio ut locum habeat, opus eſt ut inter Judices parem ba-*

Digitized by Google

habentes juriſdictionem controverſia oriatur.

74 *Cognitio nullitatis extractionis ad Judicem ſæcularem non ſpectat, ſed ad Eccleſiaſticum.*

75 *D. Chryſtophorus Vargas Machuca aſſerens hanc extractionẽ ex conſuetudine ſolos ſæculares Judices factitari, refellitur, ejuſq; atteſtationẽ haud veram eſſe demonſtratur, tam in utroque Siciliæ Regno, quàm in piiſſimis Hiſpaniarum Regionibus.*

76 *Contra delinquentes in Eccleſia, pro delictis non exceptis utrumque ruit Imperium Eccleſiaſticum, & Temporale, quia mixti fori eſt.*

77 *Et præventioni locus eſt, ſi reus ab Eccleſia exiverit: at ſecùs ſi in ea perduraverit, nam tunc Eccleſiaſticus Judex cõtra eum urget.*

70 *Pro delictis in Eccleſia patratis, ex quibus ſanguinis pœna infligitur, præventio non militat, quoniam Eccleſiaſtica poteſtas conquieſcit: at ſecùs quo ad pœnam temporalem.*

79 *In delicto mixti fori punitus ab uno Judice, quando inquietari poſſit ab alio?*

80 *Et quid ſi pœnæ in jure Canonico, & Quiritum ſint pariles, aut diſpares?*

1 PRædiximus equidem in præcedẽti ſectione *ſub nu.* 7. eliminandos eſſe ab Eccleſiaſtica immunitate patrãtes homicidium, vel membri mutilationem in ipſamet Eccleſia: nunc congruit exaratis attexere lethale vulnus inferentẽ in Eccleſia; nã ſi paulò poſt mors ſequuta ſit in loco prophano, ab hac immunitate arcendũ eſſe firmant *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 2. *num.* 11. *Cortiad. deciſ.* 112. *n.* 5. *in fin:* quia grave delictum in Eccleſia patravit: ut ſubdit *Gambac. de immun. Eccleſ. cap.* 24. *n.* 6. *lib.* 5. innuens quòd illi, qui hanc non ſectantur ſententiã, nimirùm, patrãtem aliud grave delictum, præter homicidium, aut membri mutilationem, reſpuendum eſſe ab immunitate Eccleſiaſtica; expectari debeant vulneris eventum, & ſi mors ſequatur, immunitate non gaudere infligentem lethale vulnus in Eccleſia, licèt mors extra eam ſequatur, aliàs ſecùs. Exiſtens
2 pariter in Eccleſia, ſi telo, aliove inſtrumento ſtantem extrà Eccleſiam interfecerit, ab Eccleſiaſtica reſpuendus eſt immunitate: ut ajunt *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 5. *num.* 7. *Gua-*

Digitized by Google

Guazin. defen. 1. reor. cap. 38. *nu.* 20. *Ciarlin. contr. for. cap.* 12. *n.* 48. *Reg. de Marin. reſ. cap.* 170. *tom.* 1. *nu.* 78. *Hier. Baſilic. deciſ.* 5. *à nu.* 31. 32. 33. ubi deciſionem Regni Siciliæ affert *Matth. de regim. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *nu.* 163. *Ferrer. par.* 3. *obſer. cap.* 246. ubi ſic deciſum affert *Caſtr. Palau. tract.* 11. *diſput. unic. par.* 9. *nu.* 15. etenim verè, & propriè dicitur in Eccleſia interficere is, qui in Eccleſia apponit cauſam neceſſariam excidii: *Zoëſ. infra nu.* 23. licèt oppoſitam tuentur ſententiam, *Donat. reſol.* 136. *P. Dian. reſ. mor.* 9. *tom.* 1. *Bonac. diſp.* 3. §. 2. *pun.* 6. *quæſt.* 7. *nu.* 3. *tom.* 2. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *n.* 13. *Fagund. præcept.* 2. *cap.* 4. *n.* 17. *lib.* 4. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 5. *n.* 2. 3. imò ſubdit *Bonac. de cenſ. diſput.* 1. *qu.* 1. *pun.* 11. *n.* 11. allatum delinquentem non ruere in cenſuram indictam contra occidẽtem in Eccleſia. Veritas tamen hujus ſententiæ eſt, primam recenſitam negantium opinionem militare in delinquente intùs Eccleſiam ad locum prophanũ, conſulto, & deliberato modo, at ſecùs in rixa, ut graphicè explicat *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 114. *nu.* 4. 5. 6. *& deciſ.* 117. *n.* 3. *tom.* 2. vel ſi fuerit provocatus *Ventrigl. prax. annotat.* 23. §. 2. *n.* 15. *in fin. par.* 2. quod non itidem dicendũ
3 eſt de exiſtente in loco prophano, qui interimit exiſtentem intus Eccleſiam: *Guazin. n.* 21. *Baſilic. num.* 33. *Thor. comp. verb. reponi, par.* 1. *Gambacurt. del Bene*, & alii per *Cortiad. deciſ.* 115. *n.* 3. 4. 5. *Suarez tom.* 2. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 7. *Pellizzar. n.* 14. delictum namque in Eccleſia executionem habuit cum ejus injuria: *Covar. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 15. *verſ.* 27. *Suarez n.* 7. 8. *Henr. Zoëſ. lib.* 3. *decret. tit.* 49. *de immun. Eccleſ. nu.* 23. meritò ab Eccleſia expellendũ eſſe firmant, & cum eis *Ventrigl. ubi nuper.*

4 Extrahens inſuper quoquomodò aliquem ab Eccleſia, eumq; dein necans, ab Eccleſiæ clypeo expellitur: *Peregr. de immun. Eccleſ. cap.* 6. *nu.* 18. *Donat. reſol.* 136. *Farinac. in append. de immun. Eccleſiaſ. cap.* 16. *n.* 232. *Auguſt. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *de imm. Eccleſ. n.* 115. & facit *Cortiad. deciſ.* 118. *per totum, & n.* 5. ſic deciſum affert.

5 Mandans denique interimi aliquem in Eccleſia exiſtentem, immunitate haud poti-

tur

tur Eccleſiaſtica: *Tiber. Deciā. tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 7. Reg. de Marin. reſol. cap. 170. n. 7. Farinac. ubi ſupra n. 230. Peregrin. d. cap. 6. nu. 36. D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 10. nu. 1. & ferè per totum* ratione executionis mandati: *Suarez diſp. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 2. cap. 15. qu. 16. n. 24.* quidquid in oppoſitum innuunt poſt Bullam Gregor. XIV. *Avendañ. de cenſ. part. 2. cap. 5. diſput. 3. dub. 2. P. Dian. de immun. par. 1. reſol. mor. 10. Bonac. de Legib. diſp. 3. qu. 7. §. 4. n. 11. Magal. par. 3. lib. 4. cap. 1. q. 1. n. 13. Graſett. anato. nec. prodit. §. 20. nu. 5.* nam contra eos faciunt *Gambac. lib. 5. cap. 24. n. 25.* & alii infrà, putan-
6 tes ibi factum cenſeri delictū, ubi fuit doloſum mandatum impertitū; imò ſubdunt mandantem intùs Eccleſiam exiſtentem, ſi interſici mandavit aliquem exiſtentem foris Eccleſiam; itidem Eccleſiaſtica haud potiri immunitate: quoniam ex turpi illo mandato Eccleſiam fœdaſſe videtur: cui opinioni annuere *Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. n. 3. Joa. Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 9. q. 14. verſ. quartò, qui in Eccleſia, Ægyd. Trullench. in decal. lib. 1. cap. 11. dub. 3. 11. Portel. de dub. regul. verb. Eccleſ. immunitas, n. 15. Itala de immun. lib. 1. cap. 5. §. 3. nu. 49. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 5. n. 8.* licèt oppoſitum ſuſtinet *Bonac. deleg. diſp. 3. qu. 7. §. 4. n. 8.* etenim mandans ex hoc mandato reverentiā pręſtavit Eccleſię, ni in ea homicidium ſequatur: *del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. dub. 19. ſect. 8. n. 4. Harpret. inſtit. tom. 1. §. in poteſtate, num. 43.* rejectis autumantibus cædem retrò trahi ad mandatum impertitū in Eccleſia, & ſunt *Bajard. ad Clar. qu. 30. n. 19. Farinac. in append. de immunit. Eccleſ. cap. 16. nu. 221. Guazin def. 1. cap. 28. nu. 22. Hev. Valaños Cur. Philip. par. 3. §. 12. n. 23. Cortiad. deciſ. 114. n. 12.*

7 Nobis autem tantorum virorum pace, *Dianæ*, ac aliorū opinio arridet, eamque veriorem eſſe cenſemus, quam ſequuntur *Caſtr. Palau. tom. 2. tract. 11. diſp. unic. punct. 9. n. 17. par. 5. Pellizzar. paulò antè n. 16. tom. 2. tract. 8. c. 5. tract. 1.* etenim Greg. XIV. Conſtitutio ab immunitate arcuit Eccleſiaſtica eos, qui in Eccleſia, vel Cœmeterio homicidia, & membrorum mutilationes committere nō verentur, meritò rectè aſſerendum eſſe putamus, Conſtitu-

tio-

tionem in perſonam, & contrà occiſorem potiùs loqui, quàm in rem,& ſic contra patrantes innuit, non contrà delictum: uſus namque fuit Pōtifex verbis perſonalitatē denotantibus ibi, quive, quod verbum, qui, explicitam perſonalitatem denotat: ut edocent ex *l.* 1. *C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath. Felin. in cap.fin. de offic. delegat. Jo. del Caſtill. reſol. quotid. lib.*3.*cap.*15. *n.*4. *&* 5. in partili ſtatuto dixêre: *Graſett.ubi ſupra, Merlin. controverſ.*47.*ferè per totum, tom.* 1. undè odioſa cum ſit conſtitutio recenſita, eam de una perſona ad aliam extendere nefas eſt: noſtramque denique opinionem cōcomitantur *Tib. Decian. tract. lib.* 6. *cap.* 28. *n.*7. *Bonac. d.* §. 2. *pun.*6. *quæſt.* 7. *diſp.* 3. *n.* 3. *tom.* 3. *Farinac. d.cap.* 16. *num.* 231. *Dian. d. reſol.* 10. *noſter Concivis Hierō.Baſil.deciſ.*5.*n.*34. & alii per eos adducti, cum quibus concludendū eſt,mandantem in allatis caſibus,gaudere Eccleſiaſtica immunitate.

8 Movent porrò DD. aliam hæſitationem, non modici ponderis: nimirùm alia graviora patrantes crimina in ipſamet ſacra Baſilica, an arcendi ſint ab immunitatis ejuſdem Baſilicæ clypeo? Qui negativam tuentur ſententiā, ſtrenuè dimicando, ſuſtinent reſpuendos minimè eſſe ab allata immunitate hoſce ſontes, erudientes, eâ tamen freti ratione,enarratā Gregorii XIV. conſtitutionem, haud eſſe ad alia patrata itidem in Eccleſia crimina quamvis graviora extendendam; etenim præter duo ſcilicet homicidium, ac membri mutilationem, per clauſulam taxativam, & per modum formæ, jus Canonicum, commune corrigendo, cunctos alios reſpuit caſus, quod itidem priùs ſtatuit *cap. fin. de immun. Eccleſ.* dixêre *Caet. diſcurſ. reſol.* 2. *del Bene de immun. Eccleſ. dub.* 19. *cap.* 16. *ſect.* 1. *per totum tom.* 2. *Diam. reſol. moral. par.* 1. *trac.* 1. *reſol.* 2. *&* 39. *Bonac. diſp.* 3. *qu.* 7. *de immun.Eccleſ.* §. 5. *nu.* 12. *Cortiad. deciſ.* 112. *nu.* 4. adde *Baſilic. deciſ.* 5. *num.* 36. *Giurb. conſ.* 100. *nu.* 18. 20. *Sperell. deciſ.* 60. *nu.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 61. *num.* 4. *&* 6. *& alii per eos, & poſt eos Ventrigl. prax. annot.* 23. §. 1.
9 *nu.* 31. *par.* 2. quæ quidem graviora in Eccleſia patrata facinora, ratione loci à Judice Eccleſiaſtico animadvertēda eſſe inſinuant *Dian. d. par.* 1. *reſol.* 2. *& alii*, ubi nuper, aut Judici ſæculari delinquētem tradendum eſſe, niſi con-

 ſul-

ſultò priùs Romano Pontifice, dicunt *Dian. d.reſol. 2. del Bene tom. 2. cap. 16. dub. 19. ſect. 1. nu. 10.* de qua re meliùs infrà: variis inſuper piiſq;
10 rationibus hanc ſuã muniũt ſententiã, ſcilicèt quod ſupremus noſtræ ſalvationis Opifex illicitas negotiationes, ac delicta in Eccleſia committi interdixit, ſed peccatori delinquenti, ejus haud clauſit portas, immò eas potiùs aperuit, ut faciliùs convertatur, ac vivat, quod proprium Eccleſiæ eſt: ad quam ſententiam fundandã, oris Chryſoſtomi aurei authoritatem agglutinant *in homil. 19. tom. 2.* qui mellifluè de more oravit, nè ab Eccleſia, ubi confugerat extraheretur Eutropius, ſæviſſimus in Chriſtianos tyrannus, ac depredator, omniumq; ſcæleſtorum Princeps, ab Honorio, & Arcadio ad ultimum ſupplicium damnatus.

Cæteri autem oppoſitum mordicùs tuentes, eodem Eccleſiæ freti obſequio, non minùs piis, quàm ſolertiſſimis fundamentis, ſuam ſuſtinent ſententiam, quam divini cultus reverentiæ magis cõgruã, ac rationi conſonam eſſe demonſtrare conantur.

11 Hoc priùs jacto fundamẽto, quod in tantùm quoque alia crimina graviora in Eccleſia patrata, per Gregorium Sum. Pontificem expreſsè excluſa ab ejuſdem Eccleſiæ immunitate non fuère; in quantum Summus Pontifex legem univerſalem per totum Eccleſiæ gremium condere haud intellexit, ſed tantùm per nõnullas ejuſdem Eccleſiæ partes, ubi Pontificia, ac Apoſtolica indulta, & facultates circà extractionem Reorum ab Eccleſia ſiniſtrè interpretrabantur; nec eiſdem gravioribus criminibus immunitatem prædictam impertiri voluit, nè Eccleſiæ, poſtribula ſceleratorum hominum fierent; neque ubi peccatorum eſſet venia, ibi peccandi detur occaſio, aut peccata committantur, juxtà *cap. decet. de immunit. Eccleſiaſt. in 6.*

12 Undè lucidè depromunt, quod tantùm in unã formã reducere per modũ regulę intellexit Sum. Pontifex indulta, ac facultates extrahẽdi ab Eccleſia, per ipsũ, ſuoſq; prædeceſſores, Sedẽ Apoſtol. ac Legatos cõceſſas, quæ per PrincipũMniſtros ſiniſtrè, ac ignarè præter cõcedẽtis intẽtionẽ, maximo cum Eccleſiæ detrimẽto torquebãtur: ut fundãnt mirificè *Guiter. pract. quæſt. lib. 83. qu. 1. qu. 1. num. 36.*

Cu-

Cutell.mox citandus Caraſc.*ad*
*leg.recop.cap.*3.§.1.*n.* 20. 36.
*Creſp.de Vald. obſerv. deciſ.*63.
*n.*3.*p.*2.*Vener. Montis Regalis*
Archiepiſcopus in exam. Epiſc.
*lib.*9.*c.*37.*n.*32. lato calamo
*Gambac.de imm.Eccl. lib.*5.*c.*7.
*n.*9.*ad* 12. & alii *per Cortiad.*
13 *deciſ.*119.*n.* 3. quibbus adde
*Nald. in ſum.verb.Eccleſia n.*5.
*Caſtro Pal. to.*2.*tr.*11.*diſp.un.*
*pun.*9.*n.* 5.*fusè Hip. Graſſ. a-*
nat.nec.prod. §.8.*n.*104. at ubi
tales facultates, & indulta im-
pertita haud fuêre, conſtitutio
minimè loquitur, & per con-
ſequens ibi jus cõmune Ca-
nonicum, ac locales conſue-
tudines correctæ nequaquam
ſunt,ſed in ſuo remanẽt robo-
re:ut fusè probat *D. Mar. Cu-*
tell.de priſc. ac recẽt.imm. Eccl.
*lib.*1.*q.*1. & ãte eũ magiſtrali-
ter *Guttier. pract. quæſt. lib.* 3.
quæſt. 1. *num.* 36. *in fin.* po-
tiſſimum quia in vẽtre ipſius
conſtitutionis talis haud evol-
vitur correctio, quæ de jure
veluti exoſa non præſumitur:
Honor. III. in cap. Eccleſia ve-
ſtra 57.*diſtinct.* ubi eiſdẽ ſuf-
fultus fuit verbis, quibus Im-
perator uſus fuit *in l. ſi quãdo*
15.*C.de in offic.teſtam.dictione,*
(*tantũ*)nõ obſtãte edocet *Vil-*
ladeg. de extenſion. leg correct.
*& pœn. q.unic.n.*32. *& cõtrà*
*Farinac.*innuit *Gambac.de im-*
*mun.Eccl.lib.*5.*cap.* 8. *num.* 5.
aliosque affert *Caſtill. contr.*
p. 5.*c.* 93. §. 8. *n.* 38.*&* 56.
14 At ſi *cap.fin. de immunit.*
Eccleſiaſt. duos quoque tan-
tum excipit caſus, quos Gre-
gorii Conſtitutio exprimit:
nempè membrorum mutila-
tionem, ac homicidium in
ipſa Eccleſia, vel Cœmeterio
patratum; attamen ex rationi-
bus in eodemmet Capitulo
contentis, *ut in eo, in quo quis*
delinquit, puniri quis debet; *ac*
fruſtrà legis auxilium invocat,
qui committit in legem; cuncti
cummuniter Canoniſtæ, ac
15 noſtrates conveniunt, caſus
in dicto *cap. fin.* expreſſatos
potiùs ad exemplum, quàm
ad aliorum excluſionem eſſe
enunciatos: *Novar. c.*25.*man.*
num. 20. *Covarr. var. d. lib.* 2.
cap. n. 15. *Remig. de immunit.*
Eccleſ. fallent. 3. *ampl.*2.*n.*6.
nec deciſio prædicti *tex. in*
cap. fin. reſpicit qualitatem
delictorum, ſed tãtùm locum
ſacrum, in quo delicta patran-
tur: ut contra *Roman. in conſ.*
234.mirè innuit *Tiber.Deciã.*
in lib. 6. *tom.* 2. *cap.* 28. *n.* 5.
fol. 70.*à terg.Tanner.*2.2.*diſp.*
5.*qu.*8. *dub.* 1.*nu.*16. quam
ſententiam communem, ac
inconcuſſam eſſe prędicant:
Guitier. d. qu. 1. *nu.* 17.*lib.* 3.
Villag. de extenſ. leg. in d. cap.
fin. n. 59. *Abb. in d. cap. n.* 9.
Ancher. n. 1. *Anan. n.* 2.*Suar.*

de Relig. lib. 3. *cap.* 11. *n.* 6. & alii, quos recenſet *Cutell. dict. qu.* 2. *nu.* 7. & poſt eos elatè edocet *Henric. Zoëſ. in lib.* 3. *decret. tit.* 49. *de immun. Eccleſ. nu.* 22. ubi *Gloſſam in Canon. frater, verb. ſacrilegium,* 17. *q.* 4. affert, ſubditque, in Eccleſia, ad quam quis confugit, furtũ ſi cõmiſerit, ob illud extrahi poteſt, & ita ſentit *Wameſ. conſ.* 514. *n.* 1. *de imm. Eccleſ.*
16 immò generaliter edocent, omne grave delictum in Eccleſia, ſeù Cœmeterio patratum, de jure, Eccleſiaſtica haud gaudere immunitate: ut ex *Panorm. Salyc. Oldrad. Cyn. Abbat. Villagut.* fundant *Boër. epo. de jur. imnun. Eccleſ. n.* 5. *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 5. *n.* 5. *Guid. Pap. deciſ.* 121. *Reg. de Pont. deciſ.* 14. *Farinac. de carcer. & carcer. q.* 28. *n.* 52. *Guiter. ubi nuper nu.* 9. *qu.* 1. *nu.* 17. *Germon. de ſacr. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 79. magiſtraliter de more *Decian. tract. crim. cap.* 28. *nu.* 5. *fol.* 70. *à tergo, colum.* 2. & ſequũtur *Valaños Cur. Philipp. par.* 3. §. 12. *n.* 20. *Villalob. in ſumm. tom.* 2. *tract.* 39. *diff.* 7. *nu.* 4. *Suarez de Relig. d. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 6. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *& cap.* 18. *per totum, & cap.* 22. *n.* 1. *Cutell. d. qu.* 2. *n.* 7. *& qu.* 21. *n.* 8. *Raphael à Torr. in* 2. 2. *tom.* 2. *qu.* 99. *art.* 3. *diſp.* 7. *D. Michael Cortiad. deciſ.* 112. *n.* 21. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *n.* 23. *Sanch. conſ. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *n.* 15. *Caſtill. noſter deciſ.* 155. 156. quoniam eam
17 contemnunt, ac ſpernũt *cap. de viro,* 12. *qu.* 2. *an ſit, de appell. cap. quia fruſtrà, de uſur.* & facit *cap. fin. prædictum.*

18 Nos autem, adductis per allatos addimus, ſi ſedulò, ac ſedato animo deliquerint cũ tunc ſpes gaudendi immunitate eliciatur. *Hoſtienſ. in cap. fin. n.* 2. *Abb. n.* 1. *Mar. Ital. d. cap.* 5. *n.* §. 4. *Azor. inſtit. mor. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *qu.* 9. *Gambac. d. lib.* 5. *cap.* 17. *nu.* 2. & alii *Cortiad. d. deciſ.* 112. *n.* 51. 52. 53. *Giurb. conſ.* 30. *nu.* 22. *et conſ.* 90. *n.* 2. 3. *Sperell. deciſ.* 59. *n.* 36. *Merlin. cõtr.* 55. *n.* 32. 33. *lib.* 2. *Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 11. quidquid
19 in oppoſitum putaverint *Aufer. Cappell. Toloſ. deciſ.* 422. *Bobadill. polit. cap.* 14. *nu.* 25. *Bonac. de legib. diſput.* 3. *qu.* 7. *nu.* 75. 4. *Covar. d. cap.* 20. *nu.* 15. *lib.* 2. *Farinac. d. qu.* 28. *n.* 4. 55. *Sanchez conſ. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *d. cap.* 1. *dub.* 8. *nu.* 17. 18. *Trullench. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *n.* 6. qui conſuetudini deferẽdum eſſe exiſtimat: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 4. *Molin. de ſacr.* ho-

*homicid. immun. amit. tit. immun. Eccleſ. quali homic.amit. num.*60.*ad* 68. *Xamar. deſin.* 60.*nu.* 11.*par.*1.*Graſſ. Anatom. nec. prodit.* ℥. 2. *nu.* 16. *Cutell. lib.* 1.*qu.* 11.*nu.* 7. *de immun. Eccleſ.*Opinantes, etiã ſi accidentaliter deliquerint, Eccleſiæ protectione non potiri.

20 Ea freti ratione, quoniam, etiam ſi cauſaliter ex improviſa, ac repentina rixa delictũ ſit perpetratum, ſemper Eccleſia immunda, ac deturpata remanet. *d. cap. de viro* 12. *qu.* 2. quam opinionem
21 improbabilẽ haud eſſe putamus, licèt cõtrariã, veriorem, ac communem,& ferè ab omnibus amplexam eſſe; & ſecundũ eam paſſim per cunčta Italiæ ſubſellia determinatũ fuiſſe, & in M.C. V.Neapolis teſtatur *Tor. compend part.* 1. *verb.reponi & par.* 3. *ſect.* 1. *verb. immunitas Eccleſiaſtica; & in ſupplem. deciſ. verb. immun. Eccleſ. an ſuffragetur ei, & poſt eum Sanfelic. deciſ.* 19. *nu.* 10. *Merlin. d. cap.* 55.*nu.* 32. 33. *lib.* 2. & ità nos incõcuſsè abſque ulla hæſitatione, ibi, & in hoc M.C. ſupremo Senatu hujus Siciliæ Regni practicavimus, judicavimus: ſic pariter Romæ & anno 1639. deciſum refert P. *Dian. d. reſol.* 11.*tract.*1.*par.* 4.*tract.*1. *reſol.* 107. facitque lato calamo *Virmigliol. conſ.*
22 103. clara equidem ratio deciſionis eſt, quoniam, ſub ſpe tuti aſyli, impunitatem eorũ criminum delinquentes ſperant, ideò rectè ab ejus immunitate removendi ſunt *d. cap. fin.de immunit.Eccleſ.*quę quidem ſpes ſecuritatis delinquendi in delictis,caſu,in Eccleſia patratis, vel ex improviſo,haud pręſumitur, neque animus debitum Eccleſiæ obſequium violandi, nec minùs eam aſpernendi, aut injuriandi: *Hoſti. in d. C. fin. nu.* 2. *in verb. quæ niſi Jov. And. nu.* 1. 2. *Abb. nu.* 1. 8. *Zabarell. nu.* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 10. *num.* 10. 11. *Gambac. de immun. lib.* 5. *cap.* 17.*nu.*2. 5. *Virmigl. conſ.* 103. *per totum Novarr. ſum. Bull. part.* 1. *de immun. Eccleſ. nu.* 58. *P. Dian. reſ. mor. part.* 4. *tract.* 1.*reſol.* 107. *Ricc.prax. par.* 2. *reſ.* 157.*Ventrigl.prax. ann.* 13. ℥. 2. *num.* 20. adde idem *Dian. par.*6. *tract.* 1.*reſ.* 7.*Farinac. in append. de Imm. Eccleſ. nu.* 238. 240. *Chart. deciſ.* 74. *nu.* 12. *Sperell.deciſ.* 59. *nu.* 36. ſicque pluries declaraſſe Sacr. Congreg. inſinuat purgatiſſima minerva *Card.de Luca in Miſcellan. Eccleſ. part.* 4. *diſcurſ.* 10. *num.* 4. & 5. *in tom.* 14. *de Regu-*

lar.

lar. & ſic Aragoniæ deciſum refert *Seſſe deciſ.* 141. *lib.* 2. *Matth. de regim.Valent. tom.*2. *cap.* 7. ₰. 1.*nu.* 168. 169. & Cataluniæ: *Cortiad. deciſ.* 112. *n.* 51. adeò quòd nec polluta
23 dicitur Eccleſia: *Merlin. dict. cap.* 55. *& cap.* 52.*n.* 24.*Xamar. defin.* 60. *n.* 11. *par.* 2.

24 Suppoſito igitur quod ſedato animo,conſultò, ac præmeditatè delictum homicidii, vel membri mutilationis in Eccleſia, vel grave aliquod fuit patratum, in Cœmeterio; tunc ob injuriam ſacro loco illatam,non ſolùm ab hujus Eccleſiæ immunitate reſpuendum eſſe delinquētem, verùm, & aliarum Eccleſiarū, ubi aufugit,animo, ac ſpe immunitate gaudendi, etiā ſi in ea haud deliquerit:ut firmant contra patrātes homicidium, vel membri mutilationem in eademmet Eccleſia, ex *Gloſſ. in verb. ab omnibus, in Canon: frater* 17. *quæſt.* 4. *Mar. Ital. d. lib.* 1. *cap.* 5.₰. 3.*nu.*20.21. *Giurb. conſ.* 90. *n.* 2. *Tuſc. in verb. Eccleſ. concluſ.* 11.*n.*11. *Farinac. d. quæſt.* 28. *num.* 59. *Bonac. de legib. diſp.* 3. *qu.* 7. *de immun.* ₰. 4. *nu.* 7. *Cutell.d. lib.* 1: *qu.* 2.*n.*14. *Caſtr. Pala. tom.* 2. *par.*9.*diſput.unica n.*9. *Gambac. d.lib.* 5.*cap.* 26. *nu.*3. *Ambroſ. d. cap.*5.*n.*3. *Jul.Clar.* ₰.*fin.qu.*30. *verſic. ſed quid ſi,* ubi alios ineptè contrarium tenentes refellit, & ſequitur *Matth. d. tom.*2.*cap.*7.₰. 1.*nu.* 154. & faciunt *cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælatis ſinè conſenſu Capitul.cap. loquitur* 24. *qu.* 1. *Abb. in cap. extirpandæ,* ₰. *qui verò n.* 28. *verſ. licèt:* quoniam injuria
25 uni Eccleſiarum, univerſaliter omnibus illata videtur: *Canoniſtæ in d. cap. loquitur, Abb. ubi nuper, Mar. Ital. d.nu.* 22. cum una ſit Eccleſia, unum Baptiſma, & uno regatur Divino Spiritu: *Extravag. unam Sanctam,de major. & obed.Remig. fallent.* 11. *n.* 1. *Covarr. d. cap.* 20.*n.* 15. *Suar. de pace,* ₰. 3. *n.* 76. licèt per plura diviſa membra, *cap.Novatianus* 7. *qu.* 1. *Frances de Urritigoit. de intruſis, qu.* 15. *nu.* 14. *& qu.* 45. *n.* 4.5. *D. Didac. Ant. Frances Epiſcop. Barbaſtenſ.de competent. qu.* 73.*n.* 23. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ.dict. lib.* 2. *cap.* 3.*nu.* 110. *Valaños in Cur. Philip. par.* 3.₰.12. *nu.* 10. *Matth. de re crim.contr.*7. *n.* 11. 12. ideò omnium Ec-
26 cleſiaſticarum ſanctimoniam contundere videtur, qui ſtudioſè unam deturpat, delinquendo in ea: *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.*16. *ſect.* 1. *dub.* 19. *n.* 15. *Filiuc. tract.* 15. *cap.* 6. *qu.* 8.*n.*152. cunctarum par eſt, ut immuni-

nitatis careat clypeo? *Canon. ad Epiſcopos cum ſequent.* 17. *qu.* 4. *Sanch. conſ. mor. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *nu.* 16. *Trullench. in decalac. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *n.* 15. *Cortiad. deciſ.* 113. *per totum, Matth.*

27 *ubi nuper*: etiam ſi ubi deliquerit conſecrata haud ſit; ea verò ubi aufugit ſit conſecrata: *Mar. Ital. d. cap.* 3. *nu.* 30. *Farinac. n.* 218. *del Bene ubi nuper, Cortiad. n.* 3. *& deciſ.* 111. *n.* 24.

28 Non ſolùm pro ipſo homicidio, vel membri mutilatione in Eccleſia patrata, verùm & pro aliis antè, & poſteà extrà eam commiſſis: dignus namque haud eſt Eccleſiarum ingreſſu, qui ejus vulneravit libertatem: *d. Canon. ad Epiſcopos* 17. *qu.* 4. *Ricc. collect.* 51. *ampliat.* 4. *Sanch. in ſelect. diſput.* 44. *n.* 52. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 48. *Barboſ. in d. cap. fin. nu.* 7. *del Bene d. to.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *ſect.* 1. *n.*

29 10. *in fine*; ſi tamē allatū delictum in Eccleſia ſtudioſè patratum, haud fuerit punitū, at ſi congrua coërctione abſolutum jam fuerit, pro aliis, ipſa fruitur immunitate: *Guitier. d. cap.* 1. *n.* 18. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 108. *Ambroſ. d. cap.* 5. *n.* 10. *Boër. deciſ.* 110. *nu.* 10. *Ægid. Trullench. ubi deſuper d. n.* 15. *Hieron. Baſil. deciſ. Sicil.* 5. *n.* 24. 25. ubi refert pro omnibus delictis patratis antè, & poſt extrà Eccleſiam, ac pro nefando in ipſa Eccleſia patrato, fuiſſe per Epiſcopum M. C. traditum Jacobum Mullicuni, & ab ea morti datum anno 1609. in contrario voto exiſtente Don Mario Caribdi integerrimo Meſſanenſi Judice, Sanguine, ac virtute præclaro, exiſtimante pro peſſimo illo crimine eſſe puniendum, quo abſoluto, ad Eccleſiam pro aliis eſſe reſtituendum, juxtà doctrinam *Gamm. deciſ.* 52. *per totum*, quam Caribdi ſententiam rationabilem eſſe credimus, ſi Judex ſecularis extrahens Reū ab Eccleſia pro delicto excepto, eum pro allato excepto crimine objurgare intendit, & tunc itidem pro aliis criminibus contra eum irruere quitat ſecùs ſi non pro delicto excepto, ſed pro aliis punire Reū prætendit, hoc planè fieri nequit: ut edocet de probabiliori ſententia *del Bene d. cap.* 16. *dub.* 24. *ſect.* 22. *per totum.*

30 Procedunt demùm modò expoſita, quoties grave in Eccleſia, vel Cœmeterio fuerit commiſſum delictum, at ſi leve, illius gaudebit immunitate, nec invitus ab ea extrahi poterit: *Sanch. in Opuſc. to.* 2. *lib.*

lib. 6. cap. 1. n. 15. dub. 8. Am-
broſ. de immun. Eccleſ. cap. 5.
nu. 5. Peregrin. de immun. Ec-
cleſ. cap. 6. n. 29. del Bene to.
2. cap. 16. dub. 19. ſect. 1. nu.
18. 19. Dian. reſol. mor. tom. 6.
tract. 1. reſol. 7. verſic. nec ob-
ſtat rationem, Mar. Ital. d. lib.
1. cap. 5. §. 3. nu. 18. Carth.
deciſ. 74. nu. 6. Cortiad. deciſ.
112. n. 59. Ciarlin. contr. cap.
191. n. 9. par. 2. Barboſ. in d.
cap. fin. n. 11. de immun. Eccleſ.
D. Didac. Anton. Frances de
Urrutigoyti, de competent. qu.
76. n. 32. Suar. de Relig. lib. 3.
31 *cap. 11. n.* 6. & quodnam de-
lictum dicatur grave, quodnã
verò leve ad effectum fruendi
immunitate Eccleſiaſtica, vi-
de *Gambac. de immunit. deciſ.*
cap. 18. lib. 5. n. 7. ubi id, quod
ſimile, aut par homicidio, vel
membri mutilationi eſt, an-
nexamque habet pœnam
capitalem, grave appellatur
delictum: *Farinac. d. qu. 28.*
n. 66. Caſtrus Palaus in oper.
moral. tom. 2. tract. 11. diſput.
unica, punct. 9. n. 10. Guazin.
defenſ. 1. cap. 38. n. 26. Matth.
de regim. Valent. tom. 2. cap. 7.
§. 1. num. 168. vide *Gratian.*
diſcep. cap. 198. ſed ad mate-
riam, vide tradita per *Cortiad.*
d. deciſ. 119. per totum, grave
eſſe delictum crimen falſæ
monetæ autumavit Paulus V.
undè precibus Dom. Prore-
gis Neapolitan. mandavit,
monitarios confugientes in
Eccleſiã S. Antonii extrà Ur-
bis mœnia, conſtito eos eſſe
monitarios, obſignari laico
Imperio: & ſic anno 1619.
fuiſſe executum teſtatur *Bar-*
boſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2.
tom. 2. cap. 3. n. 122.
32 Ex quibus rectè concludẽ-
dum eſt, graviora patrantes
crimina in ipſamet Eccleſia,
aut in Cœmeterio, arcendos
eſſe ab ejus immunitate, tam
exaratis attentis, quã ex ma-
joritatis ratione, nè abſurdum
videatur, minora ab ipſa im-
munitate excluſa, majora au-
tem, ac magis Reipublicę per-
niciosa crimina incluſa eſſe,
quod nefas eſt credere fuiſſe
de mente Sanctiſſimi Grego-
rii XIV. & ſic Sacrã Congre-
gationẽ, ſuoſq; Succeſſores cre-
didiſſe: quoniam præter ad-
ductos caſus, nonnullis aliis
caſibus, in ipſa Conſtitutione
haud expreſſatis, pro excluſio-
ne Eccleſiaſticæ immunitatis
cenſuere, quos refert *P. Dian.*
in calce lib. 5. reſol. moral. fol.
439. declarationes Sacræ Con-
gregationis, in quibus plures
caſus in materia immunitatis
deciduntur; exiſtimantes cõ-
gruere eam in majoritatis ra-
33 tione, & in vim comprehen-
ſionis extendere: potiſſimùm
noſtra tẽpeſtate, in qua enor-
mia,

mia, ſordidaq; ſontiũ facinora,
haud magis ſecurè patrantur,
34 quã in ipſis Eccleſiis, ac locis
ſacris, de quibus crebrò Chri-
ſtus Deus noſter in veteri, ac
novo Teſtamento conqueſtus
fuit, & in ſpecie cõtra Hebręos,
Tẽplũ ſuũ ſordidè tractantes:
Jerem. cap. 7. n. 1. Matth. 11.
Marc. 11. *Luc.* 15. & ex ore
Oſeæ explicavit propter malitiã
ad inventionum eorum de domo
mea ejiciam eos, quid ergo erit
de noſtris Eccleſiis, quæ cum
ſacræ ſint, major debetur
reverentia? attamen ò utinam
eis haud congruat quod *Ta-*
35 *cit. lib. 3. ann. de Græcis aſylis*
ſcripſit: *Creſcebat enim de Gręcas*
per Urbes licentia, atque
impunitas aſyla ſtatuendi, com-
plebantur Templa peſſimis ſer-
vitiorum eodem ſubſidio obærati
adversùs creditores, ſuſpectiq;
capitalium criminum recepta-
bantur. Nec ullum ſatis validũ
imperium erat coërcendis ſedi-
tionibus Populi, flagitia homi-
num ut Cœmeterium Deum pro-
36 *tegentis*, & ad rem confert
quoque dictum oris Chryſo-
ſtomi aurei *in Homil.* 36. *ad*
Corinth. 1. *cap.* 14. *Nunc au-*
tem Eccleſia nihil differt à foro,
et ſi non ſit dictu audaciùs, for-
te, nec à fornice, aut proſtibulo:
adeò iis, quæ illic ſcortantur la-
ſciviùs, & impudiciùs ornan-
tur, quæ hìc congregantur: quã-
obrem multos quoque impudicos
hìc attrahunt. Et ſi quis tentet,
aut velit corrumpere mulierem,
nullius ei videtur locus aptior,
quàm Eccleſia, & ſi quis ven-
dere, aut emere oporteat, Eccle-
ſia videtur eſſe aptior, quàm
forum: hìc enim de his plura
verba fiunt, quàm in ipſis offi-
cinis, & ſi quis velit maledice-
re, & maledicta audire, hoc
quoque hìc magis videbit con-
tingere, quàm in foro, & ſi vo-
lueris res audire Civiles, et quæ
in ædibus fiunt, & quæ in Ca-
ſtris nè eas ad Prætorium, ne-
que ſed eas in officina Medico-
rum: ſunt enim qui omnibus ex-
acticis hìc omnia hæc annun-
ciant, & omnia ſunt hìc magis,
37 *quàm Eccleſia.* Quẽ enim latet
in noſtris Eccleſiis, hodiè fur-
ta, hominũ compoſitiones, ac
excidia machinari, falſas fabri-
cari monetas, ſodomias, ac
adulteria crebrò cõmitti; undè
Abulenſis in cap. 20. *Joſuè qu.*
12. *Andream Manſio in cap.*
20. *Joſuè explicando ait: plura*
crimina ſub ſpecie immunitatis
peraguntur; aliqui enim ordinũ
immunitate gaudẽtes, alii verò
immunitate locorum horrenda
facinora peragunt: Quamobrẽ
verùm Eccleſiæ decus, ac ho-
38 nor conſiſtit, ut à ſordidis
horum ſontium criminibus
expiata remaneat Eccleſia;
& ſi nonnulli putaverint, ob

 loci

loci ſancti reverentiam, & interceſſionem, eos facinoroſos defendere oportere, & ſtatuit Concilium primum Arauſicanum, *& in Canon. eos, qui 87. diſtinct.* attamen varietate temporum attentâ, congruum eſt, hos haud extende-
39 re Canones, ipſamque immunitatem reſtringere, ut elatè materiam Eccleſiaſticę immunitatis funditùs deguſtantes affirmant *Nicol. Saracuſ. in Joſ. d. cap. 20. qu. 11. Toſtat. cap. 20. Joſuè q. 2. Covar. d. cap. 20. lib. 2. nu. 4. Pet. Gregor. Tholoſ. de Republica cap: 23. & Oleaſter in annot. num. 35.* imò in dubiis interpretationem faciendam non eſſe ad excluſionem punititionis rei, innuunt *Card. de Luc. Miſcellan. diſcurſ. 2. n. 9. to. 14. de Regular. Biſſus decis. ad Moral. ſcient. tract. 4. §. 5. num. 27. Maravigl. leg. 287. propè fin.* & hoc pro neceſſitate corrigendorum vitiorum, *Canon. poſteaquam §. his ità reſpondetur 25. qu. 2.* quòd mirificè percepit Pii V. Sanctitas, qui nonnullos criminoſos
40 profugos à Gubernatore cujuſdam Civitatis Marcæ Anconæ, extrahi ab Eccleſia jubſit ſub præcepto, quod ſi hoc impoſſibile eſſet, ut illi in eademmet Eccleſia comburantur, teſte *Joſeph Ludov. deciſ. Lucenſ. 16. num. 37.* qui hunc vidiſſe ordinem teſtatur.

41 Recenſita equidem atticè comprobantur à ſimilibus; ſtatuit planè Pius V. in una ex ſuis cōſtitutionibus āno 1569 edita poſse egredi de Monaſterio Moniales incēdii nimirū cauſa, & ob tres tātū cauſas infirmitatis lepræ, ac infirmitatis epidemiæ, cum expreſſa tamen dictione (tātùm,) & excommunicationis multā: attamen ad caſus ſimiles, ob partilem, vel majorem rationem, eam audacter extendunt *Navarr. commun. 4. de Regular. nu. 48. idem in cap. ſtatuimus 19. qū. 3. num. 49. F. Emman. Rodriq. tom. 1. q. 34. art. 3. & art. 5. Azor. inſtit. mor. par. 1. lib. 12. cap. 8. qu. 1. verſ. 3. Llam. in Method. Curat. in append. §. 10. Jo: de la Cruz de ſtat. Religion. lib. 1. cap. 5. dub. 4. verſ. an vero, quos affert Sanch. de Matrim. lib. 6. cap. 15. nu. 37.* & poſt eos *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 102. n. 19.* & nos in præcedēti cap. plura diximus.

42 Ex ſolis ulteriùs quinque cauſis donationes perfectè collatæ revocationi ſubiacēt, quæ enucleantur *in l. fin. C. de revocat. donat.* ſub clauſula itidem taxativa, nullatenus ex eiſdem juribus, aliæ ſimiles, aut majores non exclu-

clu-

cluditur, ut edocet *ex Gloſs. communiter recepta in d. l. fin. verbo voluerit*, *Rip. in d. l. fin. qu. 41. nu. 137. Jul. Clar. §. donatio quæſt. 21. Anton. Gomes var. tom. 2. cap. 4. nu. 14. Cevall. commun. contrà commun. qu. 352. Viv. communit. verb. donatio nu. 2. Molin. de prim. gen. Hiſp. lib. 1. cap. 9. nu. 32. Rebell. de obligat. juſt. par. 2. lib. 18. qu. 9. nu. 9. Leſs. de juſt. lib. 2. cap. 18. n. 104. Barboſ. nu. 18.*

43 Exhæredatur inſuper à parentibus filii ob quatuordecim cauſas contentas *in Auth. non licèt C. de liber præterit. & in Auth. ut cum de appellat. cognoſc. §. illud quoque capitulũ*, cũ clauſula pariter taxativa, (tantùm) attamen filius aliam patrans cauſam ſimilem, vel majorem, rectè jurèque à parentibus exhæredatur, ut magiſtraliter notat *Guill. de Cugno in d. Auth. nõ licèt, cujus* quã opinionẽ cõmunem eſſe teſtantur, eamque amplectũtur *Alex. ibidem num. 4. Jaſſ. nu. 6. Guill. de Bened. in repet. cap. Rainutius, verb. in eodem teſtamento nu. 19. Clar. §. teſtamẽt. q. 41. & alii per Menchac. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 17. nu. 101. Villalob. lib. comm. opin. lit. E. n. 143. Palat. Rub. in repet. rub. §. 16. nu. 10. & §. 20. nu. 15. Gomes. var. cap. 11. nu. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 130. n. 4. & caſ. 267. nu. 5. & conſil. 150. nu. 8. Emman. à Coſta §. & quid ſi tantum par. 3. à nu. 173. Did. Covarr. in cap. Raynutius de teſtam. nu. 17. P. Ludov. Molin. de juſt. & jur. tract. 2. diſput. 176. nu. 46. 47. tom. 1. Surd. de alim. tit. 1. qu. 19. & qu. 64. nu. 20. & tit. 7. qu. 1. nu. 4. Molin. de prim. gen. nu. 33. & alii per Barboſ. nu. 17.*

44 Repetuntur demum allatę exhæredationis cauſę *in l. 8. tit. 7. part. 6. Regni Caſtellæ* ſub verbis præciſis, & prægnantibus alias cauſas expreſsè expellentibus; concludunt tamen Caſtelli exploſis *Covarru. & Gregor. Lop.* valere parentes filios ex alia ſimili, vel gravi cauſa præter quatuordecim in ipſa lege contentas exhæredare, ut benè aliis reſpondendo edocent *Molin. d. diſput. 176. nu. 147. & ſequ. Molin. d. cap. 9. à n. 34. Barboſ. ibidem.*

45 Nec obſtare videtur, dictio, tantum, quæ licèt ex ſui natura alios reſpuit, tamen per eam caſus ſimiles non excluduntur, ut erudiunt *ex Gl. in l. obœſ. C. de præd. min. l. ſi mora, verb. dumtaxat, ff. ſol. Matr. lib. 7. diſp. 31. num. 6. Barboſ. de clauſ. & dict. dict.*

349. nu. 5. & de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 102. *num.* 19.

46 Explanata demùm potiſſimùm conferunt ubi receſſita Gregorii XIV. Conſtitutio recepta minimè fuit. Multis, namque variiſque in locis, hęc Gregorii XIV. Conſtitutio recepta minimè fuit, ibique Eccleſiaſticæ immunitatis quæſtiones, ſecundùm Canonum commune jus, abſolvũtur, pro ut notatur in Hiſpaniarum Regionibus, ubi Inviċtiſſimus Dominus Rex, tantũ poteſtatem eam recipiẽdi retinebat, Summ. Pontificẽ obſequiosè ſupplicavit: ut indicant *Creſp. de Valdaur. obſer.* 63. *nu.* 19. 20. 42. *par.* 2. *Martin. del Rio diſquiſ. magi. lib.* 5 *ſect.* 7. *verſ. capi fortiarios*, *Guitier. pract. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 36. *Cortiad. deciſ.* 3. *n.* 27. *par.* 1. *et par.* 2. *deciſ.* 119. *n.* 28. *Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *n.* 141. *Matth. de re crim. contr.* 7. *nu.* 14. Luſitanio Regno teſtantur *D. Ludovic. ab Exea Talajero alleg. de cadaver. pun. verſ. ſanè, Rodriq. qu. regul. tom.* 2. *qu.* 50. *artic.* 3. apud Indos teſtantur *Carraſc. ad leg. recop. cap.* 3. *n.* 10. *Mexia à Cabrer. in formular. immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 46. *et cap.* 5. *n.* 2. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *per totum.*

47 In Parthenopeo Regno, quo ad ſolemnitates, uſu non eſt recepta: quoniam ibi Supremus M. C. V. Senatus ſuper ſuo inſtructo proceſſu cognoſcit, an reponẽdus ſit Reus in Eccleſia: quo verò ad delictorum qualitates, ſecundùm Gregorii XIV. Conſtitutionẽ, quæſtiones immunitatis abſolvuntur, & ſic paſſim mea tempeſtate abſolutę inconcuſsè fuêre.

48 In noſtro autẽ Sieulo Regno in his, quę ad jus Canonicũ cõmune cõveniũt, tantũ recepta fuit: aſſerunt *Caſtill. deciſ.* 156. *D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *qu.* 2. *ſub nu.* 13. & ſic teſtantur quoque deciſum poſt omnes *D. Hieron. Baſilicò deciſ. crim.* 5. *n.* 22. ubi Sodomiticum ſcelus in Eccleſia patrantes, fuiſſe ab Epiſcopo, Curiæ ſeculari traditos, & ab iſta ad furcarum ſuſpendia damnatos. Nos autem, quamvis deſuper allata verè, ac rectè in jure fundata ſint, circa alia graviora crimina in Eccleſia, aut Cœmeterio patrata, nobiſque haud parùm arrident; attamen quotidiè con-

49 trarium notamus: etenim Gregorii Conſtitutio ſervatur ad unguem in Magn. C. Supremo Senatu, ac ferè in aliis Regni Tribunalibus, tam

quo

quo ad ſolemnitates, quàm quo ad delictorum qualitates.

50 Arceantur planè à Sacræ Baſilicæ protectione, mutilantes membra in ipſamet Eccleſia, vel Cœmeterio, ut diſertis inſinuat verbis noſtra recenſita Gregor. XIV. Conſtitutio, & faciunt communiter Scribentes, tam ſi ſedulò, ac ex propoſito, quàm ſi ex ſubita ira, ac accidentaliter, ſub ſpe, immunitate fruendi, vel ſecluſa ſpe, mutilatio promeret: ſubdunt *Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. n. 6. in fin. Sanch. conſ. moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. n. 18. Caſtr. Pala. oper. mor. tom. 2. diſp. un. de immun. Eccleſ. pun. 9. n. 12. Trullench. in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 11. dub. 3. n. 6. Cutell. de imm. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 5. §. 3. nu. 1. et 7. in fin. Dian. reſol. mor. 11. par. 1. tract. 1. et reſol. 7. par. 6. tract. 1.* ubi ſicque fuiſſe decretum per Rot. Rom. ann. 1639. affert, autumantes accidentalitatem, ac ſubitam iram in delictis tantùm relevare quo ad pœnam minorādam, vel augendam, non autem quo ad immunitatem Eccleſiaſticam; etenim ex hac mutilatione deturpari Eccleſiæ ſanctitas, ejuſq; reverentia violari videtur: imò nefas eſt diſtinctionem in præſenti theſi adducere, dum Summ. Pontifex indiſtinctè, diſertiſque verbis alloquutus fuit: & ratiocinatur *Gambac. de imm. Eccleſ. lib. 5. cap. 23. nu. 14.* niſi per verā ſui corporis tuitionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ mutilatio proceſſerit, ut diximus ſupra de homicidio in Eccleſia patrato, & agglutinant allati per *Thom. del Bene de immunitate Eccleſiaſtica, tom. 2. cap. 16. ſect. 4. dub. 19. ſect. 4. nu. 2.* contra quos ſtrenuè urgent *Novar. ſum. Bull. tit. de immun. Eccleſ. nu. 58. Guitter. pract. qu. lib. 3. qu. 1. n. 3. Seſſe, deciſ. 141. n. 8. Gambac. ſibi contrarius lib. 5. cap. 17. n. 2. Jo. Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 9. qu. 3. Correa in repet. cap. inter alia, par. 3. num. 31. Ricc. reſol. 157. n. 2. in prax. aur. Tabiet. ſumm. verb. immu-*

51 *nitas, ſub nu. 9.* etenim delinquens accidentaliter in rixa præter intenſionem, & ſpem fruēdi Eccleſiaſtica protectione, delinquere videtur, ac abſque animo Eccleſiæ injuriam inferendi, ut ratiocinantur cū adductis *Dian. reſol. mor. tom. 107. par. 4. tr. 1. Ventrigl. prax. annot. 23. §. 2. nu. 20. par. 2.* Nos autem abſolutè inquimus hanc ſecundam *Guitter. Novar.* ac aliorum ſententiam eſſe

eſſe ſectandam, per ea, quæ nuper adduximus, & prædiximus in principio hujus ſectionis circa homicidium in Eccleſia confectum, quæ iterùm hìc repetere ſupervacaneum eſſe putamus.

52 Notandum tamen ad rem erit membrum eſſe id, quod diſtinctum, ac ſeparatum ab aliis corporis partibus ſuum efficit officium, ac operationem: nimirùm oculus ad videndum, manus ad palpandum, pedes ad deambulandũ, aures ad audiendum, nares ad odorandum, lingua ad loquẽdum: ſicque ex *Ariſtot. in lib. 1. de partib. animalium cap. 5. & lib. 4. Meteor. cap. ultim.* & indicant *tex. in l. item officialis, ff. de ædel. edict. l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. hom. cap. ſinguli* 89. *diſtin. Abb. in cap. cum illorum* 32. *n.* 8. *de ſent. excom. Navar. man. cap.* 27. *nu.* 206. *Suar. de cenſur. diſp.* 44. *ſect.* 2. *nu.* 6. *Henr. Zoëſ. ad lib.* 5. *decret. tit.* 12. *de homic. num.* 77. *Mar. Ital. de immun. Eccleſiaſt. cap.* 5. *§.* 3. *nu.* 8. licèt *Cæpoll.* & alii relati per *Giurb. conſ.* 40: *n.* 6. tenent linguam non eſſe
53 membrum: cæteræ autem partes dicuntur corporis, ut ſunt dentes, auriculæ, barba, mammillæ, & ſimiles: verùm hęſitat aliquo modo de mammillis *Ital. ibidem à n.* 10. affirmant tamen *Ugol. de irregular. cap.* 4. *§.* 5. *Molin. de Juſt. & jur. par.* 4. *diſp.* 69. *n.* 5. *Sayr. lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 18. *Riginald. lib.* 30. *nu.* 91. putantes proprium retinere actum, & officium diſtinctum à cęteris mẽbris, licèt ab hac diſcedit opinione *Covarr. in Clement. ſi furioſus par.* 3. *relect. n.* 8. congruunt tamen auriculæ amputationem non eſſe membri mutilationem: etenim auriculam eſſe illam cartilaginem, quę circa aurem reperitur, vocaturque auricula potiùs ad auris ornatum, & membri tutelam, meritò non eſſe membrum concludit, ſicque pari ſchemate dicendum eſt de
54 digito, quem, membrũ haud eſſe firmant mox citandi, ſed membri partem eſſe, quippè ſuam haud retinet diſtinctam operationem, ſed inſimul cum manu, & pede operatur, ut inſinuant *Henriq. lib.* 14. *cap.* 8: *§.* 1. *Navar. conſ.* 1. *n.* 1. *tit. de corp. vit. Sayr. eodem tit. in florib. deciſ.* 2. *Barboſ. allegat.* 42. *n.* 19. *par.* 2. *Maſtrill. deciſ.* 168. *n.* 5. & 10. *Alter. de cenſur. lib.* 5. *cap.* 4. *diſp.* 10. *dub.* 5. *Covar. in Clement. ſi furioſus par.* 3. *relect. n.* 8. *de hom. Girub. conſ.* 40. *n.* 11. 12. *Ital. de immun. Eccleſ. d. cap.* 5. *§.* 3. *n.* 13. Niſi per digiti reſciſſionem manus debilitetur, glomerant

quo

Digitized by Google

quo ad irregularitatis incursũ: *Suarez ibidem, Giurb. Barboſ. Maſtrill. Ital. & alii ſupra*, at ſecùs quo ad expulſionem immunitatis Eccleſiaſticę, pro qua haud debilitatio, ſed mẽbri amputatio requiritur: ut ferè concludũt omnes, & *Ital. d. n. 8. in fine.*

55 Hinc eſt membra mutilare, membri abſciſſionem eſſe: debilitare autem membri officium implicare, ut ſunt digiti, ac pollices, dentes, & cæteri nuper expreſſati: & mirificè inſtruunt *Ventrigl. prax. annot. 23. §. 2. nu. 22. par. 2. Dian. reſ. mor. 20. par. 2. tract. 15. & par. 4. tract. 2. reſol. 26. & in ſumm. par. 3. verb. irregularitas à nu. 63. Covarr. in dict. Clement. ſi furioſus*, laxè *Ital. de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. à n. 14. ad 18. Molin. de Juſt. & jur. par. 4. diſp. 69. n. 2. Cortiad. deciſ. 101. nu. 29. & 30. Filiuc. tract. 19. cap. 9. nu. 235. del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 19. ſect. 1. nu. 5. & 6. & ſect. 2. n. 2.* quidquid autumant *Caetan. 2. 2. qu. 68. art. 5. Sot. de Juſt. & jur. lib. 5.*

56 *quæſt. 2.* ſuſtinentes digitum ſuum retinere officium disjũctum, vel cum aliis membris conjunctum, meritò membrum eſſe: nam contra eos cõmunis, ac verior ab omnibus ſectata obſtat ſententia, etiam quo ad pollicem, & indicem, ut graphicè concludunt nuper allati, & meliùs omnium *del Bene d. n. 6.*

57 Mãdantẽ ut aliquis mutiletur in Eccleſia, indignũ ab ejus protectione eſſe enodatè imperat Sum. Põtifex Greg. XIV. in recenſita Cõſtitutione. Verùm an accidẽtalitas prodeat Reo membra alicui mutilanti in Eccleſia, vide tradita per nos in principio hujus ſectionis ubi de homicidio in Eccleſia patrato loquuti ſumus.

58 Nos demùm haud later, pro totali noſtri de immunitate Eccleſiaſtica inſtituti complemento, neceſſarium omninò eſſe, ut cætera crimina per adductam Gregor. XIV. Bullam excepta ſigillatim in preſenti ſectione vannentur: attamen quia tantus non levis labor, exantlatus iam per nos exiſtit in 2. Codice *de Clericat. quandoq; amittend.* meritò nè geminentur labores, ibi nos remittimus.

59 Ad exarata nõ parũ convenit alterius hæſitationis abſolutio; ſcilicèt, an Judex laicus poſſit arma, inſtrumenta, falſamque monetam in Eccleſia exiſtentem extrahere, annuit abſolutè, ac deciſum refert *Ludovic. à Peguer. deciſ. 260.* quem ſequitur *Ripoll. de regal.*

60 *cap. 15. nu. 56. 57.* tamen per

mo-

61 modum facti, & juris defen-
ſionis naturalis, non per mo-
dum exercẽdæ juriſdictionis,
hãc permittunt extractionem
nonnulli, quos cumulat *Gui-
tier. pract. quæſt.* 12. *lib.* 1. *n.*
8. & ſequuntur *Gambac. de
immun. Eccleſiaſt. lib.* 4. *cap.*
26. *nu.* 12. *Villalob. in ſumm.
part.* 2. *tract.* 39. *diff.* 7. *num.*
11. *Sanch. conſ. mor. tom.* 2.
lib. 6. *cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 20.
verſic. at ſi Reus nu. 26. *& in
addit. ad diſput.* 63. *nu.* 2. *ver-
ſic. pœnam,* ubi lato calamo
hæſitationem extricat, nec di-
ſcrepant *del Bene de immunit.
Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 30.
à n. 2. *D. Mar. Cutell. de imm.
Eccleſ. lib.* 1. *qu.* 8. *à nu.* 6. 7.
licèt mordicùs oppoſitum au-
62 dacterque tuentur *ex Canon.
ſicut antiquitus*: ibi *aut perſo-
nam hominis, vel bona ejus in-
dè ſubtraxerit* 17. *q.* 4. *Sanct.
Antonius in ſumm. par.* 3. *tit.*
12. *cap.* 3. *verſ. itemque in
Eccleſia poſita ſunt. Caſtrus Pa-
laus oper. mor. tom.* 2. *tract.* 11.
diſput. unica punct. 11. *nu.* 8.
*Thom. del Bene de immun. Eccl.
tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 30. *nu.* 1.
& in annot. dub. 31. *nu.* 15.
Bonac. diſput. 3. *qu.* 7. *punct.*
5. *verſ. tertius effectus Lezan.
qu: reg. tom.* 3. *verb. immunit.
Eccleſiarum nu.* 18. 19. *Gam-
bacur. de immun. Eccleſ. lib.* 4.
cap. 12. *nu.* 9. facit *tex. in l.
præſenti C. de his qui ad Eccle-
ſiam confugiunt Barboſ. de jur.
Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 3.
nu. 55. uno ajentes ore, inter-
dictum expreſsè laicis pote-
ſtatibus eſſe, juriſdictionem
aliquam in Eccleſia exercere,
ex cap. 1. *&* 2. *de immunit.
Eccleſ.* quos laudant, & ſe-
quuntur *Barboſ. ubi nuper Spe-
rell. deciſ.* 51. *à nu.* 1. *Ciarlin.
contr. cap.* 154. *nu.* 52. *par.* 2.
63 Etenim Eccleſia, & ſi in Prin-
cipis ſæcularis territorio ſit,
nõ tamen de territorio ſuo, ſed
Eccleſiaſtici Judicis eſt: *Tuſc.
pract. concl. E. cõcl.* 5. *n.* 10. 11.
*Carol. de Graſſ. de effect. Cler.
effect.* 1. *nu.* 618. *Farinac. de
immunit. Eccleſ. nu.* 356. *&
conſ.* 214. *nu.* 3. *lib*: 3. *del Be-
ne de immunit. Eccleſ. tom.* 2.
cap. 16. *dub.* 40. *ſect.* 3. *nu.* 7.
& alii coacervati *per Ciarlin.
contr.* 10. *nu.* 5. *lib.* 1. niſi tã-
64 tum quo ad protectionem
explicat *Bald. in Auth. ſi quis
hoc genus C. de Epiſc. & Cler.
nu.* 2. & quod faciunt ad ſui
favorem *Tuſc. Farinac. & alii
per Cortiad. dec.* 2. *nu.* 29. 30.
65 ideò ab ipſa Sacr. Baſilica ex-
trahi nequeunt, tanquam exi-
ſtentia in loco extra territo-
rium: cum idem ſit eſſe locum
extra territorium, ac ſi eſſet in
loco exempto: *cap. cum Epi-
ſcopus,* & ibi *Barboſa n.* 8. *de
off. ordin.* idem *de poteſt. Epiſc.*

par.

Digitized by Google

par. 3. *alleg.* 80. *n.* 9. *de Graſſis effect.* 1. *num.* 618. *Surd. deciſ.* 129. *n.* 17. eaque fruun-
66 tur immunitate, itidem, & cuncta alia bona ipſius confugientis, ceû & ipſe confugiens: *Canon. ſicut antiquitùs*, 17. *qu.* 4. & ibi *Barboſ.* & alii, quos nuper enumeravimus, quibus adde *Layman. in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 13. *Mexia à Cabrera in form. Eccleſ. immun. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 6. *Farinac. de immun. Eccleſ. nu.* 56. *ampl.* 17. *n.* 300. & conſonat *Cortiad. deciſ.* 72. *n.* 13.
67 meritò pro harum ſententiarum conciliatione, conſentaneum eſſe putamus, ut talia inſtrumenta falſæ monetæ, ab ipſa Sacra Baſilica, cum aſſiſtentia Judicis Eccleſiaſtici extrahantur, nō autē ad aliquē actum peragendū cōtra reum: etenim laici in cauſis criminalibus, à foro Eccleſiaſtico non ſumunt indicia: inquit *Nicol. in floſc. verb. cadavera, to.* 3. *n.* 4. quem laudat *Calderò deciſ. crim.* 9. *n.* 40. *to.* 1. nec ad
68 aliquid damnū quamvis exiguum Reo inferendum, ſed magis ut reverentia ſacrorum augeatur, peccandi occaſio auferatur, ac Reipublicæ bonum conſervetur: ut in armorum extractione dixêre Doctores ſuperiùs indicati, quibus addde *Portul. de dub. regul. verb. Eccleſ. immun. n.* 15. *Dn. cian. lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 10. & *lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 30. *Ricc. de pub. Judic. cap.* 37. *n.* 20. *Thor. comp. par.* 3. *ſect.* 1. *verb. extractus, Cortiad. deciſ.* 24. *nu.* 131. 132. *deciſ.* 72. *n.* 6. nec diſcrepat *Catell. de imm. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 7. *Marant. contr. jur. par.* 2. *reſp.* 37. *n.* 1. *Sabell. in repert. mor. verb. Eccleſ. quo ad ejus imm.* annuitq; *Calderò d. deciſ.* 9. *n.* 65. *to.* 1. autumat tamen *Catell. ſub nu.*
69 18. quod ſi Eccleſiaſticus Præpoſitus renuerit bona furtiva, aut arma extrahere è Sacra Baſilica, valere tunc laicum Judicē ad periculū cōcurrere: quam concluſionem nequaquàm admittimus, niſi in delictis tantùm exceptis, ut fusè enucleabimus infra: etenim magna conſideratur diſtantia inter extractionem fontis criminis excepti, & rerum furatarum, inſtrumentorū ad crimen peragendū idoneorū, armorum, & ſimilium: nam pro prima aſſiſtit Gregoriana, cōtra ſecundam reſiſtunt rationes nuper allatæ, ac deciſiones Sacr. Congreg. immun. *ſub die* 4. *Maii* 1629. & 8. *Auguſt.* 1645. emanatæ, quas affert *Sperell. d. deciſ.* 51. & repetit *Calderò d. deciſ.* 9. *nu.* 40. *tom.* 1.
70 Explanata verùm, ex juri-

Mmmm dicis

dicis licèt fundamentis ſcateant: attamen oppoſitum crebrò praxis in utriuſque Siciliæ ſubſelliis diſpersè nos imbuit: talia enim inſtrumenta ad crimen peragendum idonea, cadavera violenta manu, aut veneficis potionibus perempta, in Eccleſia exiſtentia (præviâ Eccleſiaſtici Ordinarii Antiſtitis veniâ) cujus arbitrio extractio prædicta per Sac. Congr. immun. prudentiali tamẽ modo remiſſa eſt: ut *anno* 1667. *ſub die* 19 *Julii*, & referũt *Sperell. d. deciſ.* 51. *Pignatell. conſult. Can.* 122. *n.* 73. 74. *Calderò d. deciſ.* 9. *à n.* 40. *ad fin. to.* 1.) modeſtè abſque ſcandalo extrahuntur, exhumantur, ad hoc ut ex peritorum judicio benè perpendãtur, extrà verò Eccleſiam, dein ex eorum relationibus laicus Fiſcus ſuum in genere delicti corpus clarificat, ex quibus nulla infertur Sacræ Baſilicæ violatio, nec aliqua, quamvis exigua perturbatio; laicus namque Judex ad hunc devenit actum neceſſariò, ut primas perageret cauſæ probationes, ad hoc ut puniantur ſontes, & crimina non remaneant inexpiata, cum Eccleſiaſtici verò Judicis aſſiſtentia, ut prædiximus, & ammonent *Card. de Luca in diſcurſ.* 70. *de juriſdict. & for. compet. tom.* 3. ſed ſi contemptio Eccleſiaſtici Superioris, vel ſcandalum acceſſerit, nequire Judicem laicum talem exhumationem, vel recognitionẽ perficere, autumat *Panimoll. deciſ.* 95. *annot.* 1. At
71 ſi abſque allata Eccleſiaſtici Judicis venia, ſed marte, & voluntate, ac authoritate propria hoc peregerit Judex laicus, in Eccleſia, ac Epiſcopi contẽptum nulla, ac cenſurarum gladio punibilis erit talis extractio, ac deshumatio, & tunc conducerent allata per *Sperell. d. deciſ.* 51. eſt equi-
72 dem talis recognitio cadaverum juriſdictionalis actus, quẽ in Eccleſia nullo pacto exercere valet laicus Judex, ut depromitur patulè ex *cap. decet, de immun. Eccleſ. in* 6. *cap.* 1. *eodem*, *& ex Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de ſacriſ. Miſſ. cap. cum Ecclaſia extrà eodem* abſque Ordinarii Eccleſiaſtici venia, ut ante diximus additis *Barboſ. in collect. deciſ. apoſt. verb. cadaver, collect.* 76. *n.* 6. *Nicol. in floſc. tom.* 3. *verb. cadavera, n.* 3. *& in par.* 1. *lib.* 1. *tit.* 8. *de his, qui ſunt ſui, & de immun. Eccleſ. n.* 37. *col.* 2. *verſic. hinc eſt, quod, Don Chriſtoph. Vargas Machuca deciſ.* 1. *n.* 493. *Xamar. de off. Judic. par.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 295. *Theumud. in deciſ. Ulyſip. deciſ.* 132. *nu.* 7. & alii per *Cal-*

derò

derò n. 37. etenim Eccleſia li-
73 cèt in Principis ſæcularis ter-
ritorio ſit, non tamen de ſuo
territorio eſt, niſi quo ad pro-
tectionẽ, ut prædiximus: *Bald.
in Aut. ſi quis in hoc genus n.* 2.
1. *de Epiſc. & Cleric. Farinac.
de immun. Eccleſ. nu.* 356. *&
conſ.* 214. *n.* 3. *lib.* 3. *Ciarlin.
contr. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 5. ſed
de Eccleſiaſtici Judicis terri-
torio eſt: *Dian. reſol. mor. par.*
4. *tract.* 1. *reſol.* 92. *& par.* 6.
tract. 1. *reſ.* 21. *Sperell. deciſ.*
3. *n.* 11. 16. *Cortiad. deciſ.* 2.
n. 25. *par.* 1. *& deciſ.* 72. *nu.*
14. Undè conſentaneum haud
eſt aſſerere, Eccleſiam eſſe in
territorio laici Principis, qui
de delictis in Eccleſia cogno-
ſcit, ut firmant Doctores ad-
ducti per *Calderò nu.* 61. & ex
eo quia prevenit ad capturam
perſonę, ad hanc recognitionẽ
cadaveris etiã devenire quit:
etenim præventio ut locum
74 habeat, oportet ut contraver-
ſia ſit inter Judices, parem ha-
bentes juriſdictionem: *ex tex.
in l. ſi quis poſtea,* 7. *ff. de Judic.
cap. propoſuiſti, de for. compet.
Giurb. conſ.* 48. *n.* 41. *Carlev.
de Judic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1.
diſp. 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *n.* 872.
quę quidem juriſdictio ſi ra-
dicitus deficit in laico Judice
reſpectu Eccleſiæ, in qua nul-
lam prorsùs exercere valet ju-
riſdictionem, ut ex dicto *cap.
decet, de immun. Eccleſ. & ex
Sacr. Concil. Trident.* & faten-
ter communi conſortio, *Bar-
boſ. in cap. cum Eccleſia, de im-
mun. Eccleſ.* & alii per *Cortiad.
deciſ.* 72. *n.* 13. ergò etiã ceſſare
75 debet motivum præventio-
nis. Ex allatis deniquè itidem
depromitur malè pronuncia-
tum fuiſſe per Conſultores
Cõtentionum anno 1593. ni-
mirùm cognitionem nullitatis
extractionis cadaverum in
Eccleſia ſpectare ad laicos Ju-
dices R. A. ut afferunt *Regen.
Viñes, & Calderò deciſ.* 19. *n.*
49. *tom.* 1. & inſuper erroneã
eſſe autumamus teſtationem,
quam adducit *Urgas in d. deci.*
1. *n.* 225. quòd ex conſuetu-
dine laici Judices hanc facti-
tant recognitionem cadave-
rum: nam Piiſſimi Hiſpalſen-
ſes oppoſitum edocent, & in
Supremis ſubſelliis utriuſque
Siciliæ, nos Judices, prævia
Eccleſiaſtici Judicis venia,
76 ſemper peregimus, ſicque
Matriti ſervari edocet *Calde-
rò n.* 72. & Cathalani expreſ-
ſum retinent ordinem Invi-
ctiſſimi Caroli II. *quem Deus
ſemper incolumem conſervet*,
77 circa extractionem bonorum
Gallorum in Eccleſia exiſten-
tium, ut cum Eccleſiaſtici aſ-
ſiſtẽtia talis perficiatur extra-
ctio, teſte *Calderò n.* 69.
78 Tandem finem præſentis

Digitized by Google

ſecundæ ſectionis, imponendo, inquimus contrà hoſcè ſontes in Eccleſia delinquentes, præter recenſita crimina homicidii, vel membri mutilationem in ipſa Eccleſia, vel Cœmiterio perpatratā, in reliquis, nimirùm ob vulnus, furtum cum ſacrilegio, & alia, quia delicta mixti fori ſunt, utrumq; irruit Imperiū, tam Eccleſiaſticum, quàm ſæculare: quippè ratione delicti in Eccleſia patrati, delinquens efficitur de Eccleſiæ foro, & ob illatam Eccleſiæ injuriam ab ea objurgatur, *ut ex cap. cum ſit generale de for. comp. & cap. ſignificaſti, de adult.* innuunt *ſcribentes, & Abb. in cap. relatum nu.* 1. *de ſentent. excomm. Dian. lib.* 1. *tract.* 1. *de immun. Eccleſ. reſ.* 2. *verſ. licèt part.* 1. *Itala eodem tract. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 2. *n.* 2. *& cap.* 4. *§.* 7. *nu.* 13. 14. *& §.* 3. *nu.* 53. *Ciarlin. contr. cap.* 14. *à nu.* 24. *& ſeqq. par.* 1. *Bonac. eodem tract. diſp.* 3. *qu.* 7. *§.* 4. *nu.* 8. *Peregrin. eodem cap.* 6. *nu.* 28. *ubi ſub nu.* 29. agglutinant, tale delinquente reo, in Eccleſia manente, præventioni locum nō eſſe, imò valere Epiſcopum eum extrahere, & punire, ſi delictum ſit grave, & non leve, ut explicat *Diaz pract. crim. cap.* 87. *verſ. illud Ciarlin. contr. cap.* 14. *nu.* 24. *&* 25. *&* 15. *n.* 4. 5. 6. 7. *& ſeqq. p.* 1. ſecluſa verò rei exiſtentia in eadem Eccleſia, locum prævētioni eſſe ex communi, & vera opinione inſinuant *ex d. cap. cū ſit generale ſcribentes Covarr. var. cap.* 20. *nu.* 18. *verſ.* 35. *lib.* 1. *de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 645. *Bellect. diſqu. cleric. tit. de for. cleric. real. §.* 4. *num.* 9. *Mart. de juriſ. par.* 2. *cap.* 11. *à nu.* 20. *&* 23. *Giurb. conſ.* 70. *nu.* 10. *& ſeqq. Bonac. de leg. diſp.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. *§.* 1. *nu.* 32. *Leo. theſ. for. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 23. *ex quibus probat, & ſequitur* Ciarlin. *ubi ſupra nu.* 12. 13. *par.* 1. *& cap.* 14. *nu.* 25. de hac præventione nos plura adducimus *in tom.* 2. *de cleric. quandoque amittend. & in cap.* 7. *de aſſaſſin. à nu.* 83. *& ſeqq.* Hic tantum notandum eſt, in delictis in Eccleſia patratis, ubi ſanguinis pœna eſt infligēda, juriſdictionē Eccleſiaſtici Judicis conquieſci, & præventioni locum haud eſſe; etenim ſanguinis animadverſionem indicere nequit, meritò de hiſce delictis ſæculare cognoſcit Imperium, ut de aſſaſſino, quemadmodum dixēre ex oraculo *Abbat. in cap. ſi Clerici, de Judic. num.* 4. *Reg. Laganar. ad Reg. Rovit. in prag.*

pragm. 1. *de aſſaſſ. ſul num.* 8. *circà finem. Hoſtienſ in d. cap. cum ſit generale*, & *ibi Abb. de for. compet. Tuſc. litera S. concluſ.* 6. *nu.* 12. *Giurb. conſ.* 70. *nu.* 16. Quòd ſecùs eſt, quo ad pœnam temporalem, quam imponere quit Epiſcopus laico in Eccleſia delinquenti, ut ex communi omnium ſententia edocet *Sebaſt. Gazin. defenſ. reor.* 1. *c.* 11. *n.* 19. *verſ.* 7. *ſed*, & *n.* 20. *verſ. qui omnes. Et ex eo* Ciarlin. *d. c.* 15. *n.* 13.

79 Notandum itidem eſt in delictis mixti fori punitum à Judice ſeculari, inquietari poſſe à Judice Eccleſiaſtico: & è contrà ſi pœna eſt diverſa Canonica à Civili *cap. fin.* §. *per hoc de pœn. in* 6. *Abb. in cap. tuæ, nu.* 5. *de procurat. cap. cum ſic*, & *ibi Felin. nu.* 21. *de foro compet. Did.* Covar. *in cap. Rainut. n.* 19. *de teſtam. Mart. in ſpecul. par.* 6. *verſ.* 12. *Roland. à Vall. conſ.* 12. *nu.* 17. 18. *vol.* 2. *Rom. conſ.* 385. *Barbat. conſ.* 31. *nu.* 4. 8. *vol.* 4. Cacher. *deciſ. Pedem.* 103. *nu.* 8. *Proſp. Farinac. prax. Crim. tom.* 1. *part.* 1. *tit. de Inquiſit. quæſt.* 4. *nu.* 7. & *ſeqq. Bellet. diſquiſ. Cler. par.* 1. §. 5. *num.* 128. ubi ſubdit valere Eccleſiaſticum procedere contrà ſacrilegos ad excommunicationem, ac ad alias ſpirituales pœnas, ſententia Judicis laici minimè refragante, & antè eũ protulit *Cocher. d. deciſ.* 113.

80 Verùm ſi ſimiles, & non diſpares ſint pœnę, tunc nequit alter iterũ reum inquietare; niſi ſufficienter objurgatus haud fuerit: *Covarr. lib.* 2. *var. cap.* 10. *nu.* 6. *verſ.* 11. *Cacher. nu.* 8. *Cacch. de privileg. cleric. n.* 16. *Bellett. num.* 128. *in fin.* & nos affluenter hanc extricavimus materiam *in Cap. de Clerico aſſaſſineo in alio Codice de Clericatu quandoque amittendo.*

SE-

SECTIO TERTIA

SVMMARIVM.

1 AD Epiſcopum Diœceſanum pertinet reum ab Eccleſia pro delicto excepto extrahere, & in ejus defectu ad Vicarium ſuum Generalem.

2 In loco exempto, & nullius Diœceſis ad Epiſcopum viciniorem ſpectat, non ad Vicarium, Sede Vacante.

3 Ad eumdem Diœceſanum Epiſcopum ſpectat inquirere, an locus, ubi facta fuit extractio ſit Sacer, & immunis.

4 In loco nullius Diœceſis, ſi duo eſſent viciniores Epiſcopi, unus quo ad Diœceſim, ſed non quo ad habitationem, alter vicinus quo ad habitationem, non verò quo ad Diœceſim, ad iſtum ſpectat venia ſontes extrahendi è Sacra Baſilica, pro delictis exceptis.

5 Jus extrahendi reos è Sacra Regularium Baſilica, pro delictis exceptis, ad Epiſcopum loci Ordinarium ſpectat.

6 Vicarius Capitularis, Sede Vacante, nequit, ex Regulariũ Eccleſia reos extrahere.

7 Oppoſita refellitur ſententia.

8 Epiſcopus nequit, pro delictis non exceptis, reum à Sacra Ara extrahere, eumque Judici laico tradere, ſub cautione, de non puniendo.

Et ſi fecerit, & pœna ſanguinis fuerit indicta, in irregularitatem ruit.

9 Poteſtas ſæcularis, ſi ab Eccleſia reum, pro delicto non excepto, extrahere attentaverit, in excõmunicationis ferendæ pœnam incidit, & in alia adducta infra ſub n. 13. in fine, & nn. 14.

Et an ei Clerici reſiſtere valeant, & quomodò?

10 In criminibus exceptis valet Poteſtas ſæcularis reum ab Eccleſia extrahere, ſed eum in Epiſcopi carceribus obſignare debet.

Intellige ſine ſcandalo.

11 In delictis exceptis ſi Eccleſiaſtici renuerint portas Eccleſiæ pandere, quid facere debeat Imperium temporale?

12 In delictis exceptis, an valeat ſæculare Imperium, reum in Eccleſia funibus, & catenis alligare, etiam ſecluſa Epiſcopi ve-

Digitized by Google

venia? Neapolis aſſertur praxis.

13 *Inter diſcriminatas ſententias, verior adducitur.*

14 *De jure Canonico excommunicantur Miniſtri Curiæ ſæcularis, ſi in delictis non exceptis reum ab Eccleſia extrahere attentaverint. Intellige ſi Eccleſia non fuerit ſatisfacta.*

15 *Eccleſiaſticus Judex ſi in delictis exceptis renuerit veniã extrahendi concedere, an valeat ſæculare Imperium reum in Eccleſia interficere?*

16 *Epiſcopus in hiſce abſolvendis articulis immunitatis Eccleſiaſticæ, an teneatur Aſſeſſorem aſciſcere, & judiciariam telam aſſumere?*

17 *Epiſcopus an teneatur citare Fiſcum ſuæ Curiæ, Fiſcum Curiæ ſæcularis, & reum?*

18 *Dom. Prorex in electione Aſſeſſoris, an expoſcere queat ab Ordinario Epiſcopo, ut Reg. Conſiliarium eligat in Aſſeſſorem?*

19 *Princeps nequit Baronibus mandare, ut in aliqua cauſa nõ judicent, niſi cum conſilio talis perſonæ.*

20 *Deciſio Caſtill. 155. tom. 2. circa electionem Aſſeſſoris de voluntate Proregis explicatur.*

21 *Regni praxis ad id adducitur.*

22 *Qualitas delicti, ob quã reus ab immunitate Eccleſiaſtica expellitur, an per rigoroſas, & plenas probationes, an per ſemiplenam clarificanda ſit?*

Binæ recenſentur oppoſitæ ſententiæ.

23 *Verior adducitur, quæ per probationes ad torturam ſufficientes, hanc probationem faciendam eſſe autumat.*

24 *Deciſiones recenſiores M.C. Archiepiſcopalis Panormi afferuntur.*

25 *Eccleſiaſticus Judex, an ſtare debeat proceſſui à laico Imperio conſtructo, ſuper qualitate delicti excludentis ab Eccleſiaſticã immunitate?*

26 *Judicem ſæcularem ſi informationes conſtruxerit, poſtquã reus ad Eccleſiæ confugium occurrerit ſuſpectum eſſe, putant nonnulli.*

27 *Epiſcopus valet ſequi proceſſum à Judice laico inſtructum antequàm hæſitatum fuit de immunitate Eccleſiaſtica, ſi ei libuerit.*

28 *Epiſcopus ſat eſt, ut patratum crimen exceptum ſummariè, ſimpliciter, & extra judicialiter cognoſcat, quantum pro ſuæ conſcientiæ inſtructione ſibi viſum fuerit.*

Clementis VIII. reſcriptum Panormitano Antiſtiti directum adducitur.

29 *Clementis hoc reſcriptum extra Urbem Panormi locum non habet, eo non obſtante, contrarium pluries Sacr. Congrega-*

tio-

tionem ſtatuiſſe oſtenditur.

30 *Auctoris ſententia refertur.*

31 *Reus, contra quem Epiſcopus pronunciavit (non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica) ſi Curię ſæculari obſignatus, in termino extraordinario qualitatem eleſerit, pro ſolo delicto reſtituendus eſt ad Ecceleſiam.*

Epiſcopus qnit repetere reū ex errore ad Judicem laicum remiſſum, ita pariter tenetur reſtituere reum, ad cujus favorē pronunciavit gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ex errore.

32 *Ab interlocutoria, non gaudere immunitate, an Fiſcus Curiæ tēporalis valeat ſe appellare, etiam quo ad ſuſpenſivum?*

33 *Extractio ab Eccleſia confecta, nō ſervata Sacr. Canonū, ac Gregor. XIV. Conſtitutione nulla, ac illegitima eſt, & ideò Eccleſiæ ſpoliatæ ante omnia reus reſtituendus eſt.*

34 *Reus illegitimè ab Eccleſia extractus, in carceribus Judicis ſæcularis detinendus non eſt, neque pro delictis poſtea patratis, minùſque puniendus.*

35 *Illegitima extractio in caſſum juſtificatur ex actis deinde per Judicem ſæcularē congeſtis.*

36 *Reſtitutio ſemper ante omnia facienda eſt Eccleſiæ.*

37 *Legitimè extractus, et in carceribus Curiæ ſæcularis detētus, ſi in eis deliquerit, eādē potitur im munitate.*

38 *Recenſiores adducuntur caſus.*

39 *Reus in carceribus laicis loco Eccleſiæ devictus, ſi fugam arripuerit, & poſt tēporis curſū in loco prophano captus, an reſtituendus ſit ad Eccleſiam?*

40 *Immunitati Eccleſiaſticę, verbo, renunciare nemo poteſt, at ſecùs actu, ſeù facto. & nu. 61. & 62.*

41 *Talis reus fugiens imputatur ſi in ſua libertate redactus, ad Eccleſiā iterùm non occurrerit.*

42 *Extractio ſi illegitima fuerit, aufugiens reus à carceribus laicis, & in loco prophano captus, ſemper reſtituendus eſt Eccleſiæ.*

43 *Reſtitutio Eccleſiæ ſpoliatæ facienda eſt, vel Epiſcopo, aut ejus Generali Vicario.*

44 *Extractio dicitur illegitima non ſolùm ſi à Curiæ temporalis Miniſtris fuerit peracta, verū, & ſi à perſonis privatis.*

45 *Extractus violenter per privatas perſonas, inſcio tamen ſæculare Imperio, ſi caſualiter cum Miniſtris ejuſdem Imperii occurrerit, & ab eis devictus fuerit, an reſtituēdus ſit ad Eccleſiam?*

46 *Affirmativam ſententiā veriorem eſſe ſuſtinetur:*

Cutelli opinio tanquam cavilloſa reiicitur.

47 *Et quid ſi non violenter à privatis perſonis fuerit extractus,*

ſed

ſed blandis, ſubdoliſque amici ſuaſionibus, inſcia ſæculari poteſtate, an ab ea in loco prophano captus, ſit reſtituendus?

Laxè vannatur materia: negativam ſuſtinet Auctor, ſi laicus Judex de ſubdula extractione non cogitavit. n. 50.

48 *Verba blanda quando violentias ſimulentur? Et quando metum influant?*

49 *Judex laicus ſi de ſubdula, et blandis verbis extractione particeps fuerit, reum ſic extractũ reſtituere tenetur.*

51 *Promiſſio ſalviconducti, ac guidatici, pro Reipublicæ conſervatione, ex purgatiſſimis politicæ dogmatibus ſervanda eſt.*

Nonnullæ afferuntur eruditiones.

52 *Et ſi ab inferiore impertita fuit, à Superiore ſervanda eſt.*

53 *Per Judicem inferiorem ex cauſa conceditur.*

Et quid in Regno Siciliæ?

54 *Princeps eam concedit, & vocatur ex gratia. n. 55.*

Niſi oppoſita vigeret conſuetudo, aut alia particularis ſanctio obſtaret.

55 *Guidaticũ, ac ſalvuſconductus à Judice alicujus Supremi Tribunalis conceſſus, ſervandus eſt, ni ineptus reus bono credens viro decipiatur, & hoc guidaticum Juſtitiæ appellatur.*

56 *Rebellibus, & Hæreticis an conceditur ſalvuſconductus, & conceſſus an ſervandus ſit?*

Salvuſconductus conceditur per epiſtolam, & per ſimplicem Judicis vocationem.

Tempus, in ſalvoconducto obſignatus, de momento currit in momentum.

57 *Salvuſconductus, ſivè guidaticum à Judice confugienti in Eccleſia datũ, ſervãdus eſt, quoniam præjudicium itidem ipſius Eccleſiæ concurrit, ſi aliter fuerit attentatum.*

58 *Poteſtas ſæcularis impedire nequit, quin reus confuga ab Eccleſia exeat ad ſuum exonerandum corpus.*

Intellige ſi intra fines Eccleſia opportunus nõ extaret locus.

59 *Poteſtas ſæcularis interdicere nequit, ut confugæ tradantur alimenta, aliaque ad victum neceſſaria, etiam quod delictum ſit de exceptis.*

60 *Liberè, & gratis facienda eſt reſtitutio rei ad Eccleſiam, abſque ulla compoſitione, fidejuſſione, pacto, vel ligamine, alioquin ſi ſub pacto, fidejuſſione, vel ligamine fuerit reſtitutus, & iterùm ſi capiatur, ſemper reſtituendus eſt liberè ad Eccleſiam.*

61 *Proviſio Neapolis in viſitatione carceris facta à R.D. Stephano Carrillo in perſonam rei ab Eccleſia extracti affertur, ejuſque exitus recenſetur.*

62 *Immunitas Eccleſiaſtica verbo non poſſit renunciare, quia de alterius agitur præjudicio.*

63 *Renunciatio Eccleſiæ verbo confecta relevat, ſi Eccleſia, de cujus præjudicio agitur, sileret, caſus Neapolis occurſus refertur.*

64 *Immunitatis Eccleſiaſticæ exceptio in qualibet judicii parte opponi poſſit.*

65 *Deciſio M. C. V. Neapolis adducitur.*

66 *Judices poſt condemnationẽ functi ſunt officio ſuo nec executionem ſuæ ſententiæ differre queunt, Principe in conſulto.*

Inquiſiti mora Eccleſia officere nequit. Ibidem.

1 AD Epiſcopum Diœceſanum equidem ſpectat reum ad ſacram occurrentem Aram pro delictis exceptis ab ea extrahere; & pro inde nequit laicum Imperium in ea extractione ſe ingerere, abſque ejuſdem Epiſcopi, vel ſui Vicarii facultate: *Ambroſ. de imm. Eccleſ. cap.* 15. *nu.* 1. *Ciarlin. controverſ. for. cap.* 162. *num.* 2. *part.* 2. *& alii infrà*: etenim ad eos gradatim ſpectat ex ſpeciali indulto per Gregoriũ XIV. in recenſita conſtitutio-
2 ne impertito: & ſi locus exemptus ſit, vel nullius Diœceſis, ad viciniorem pertinet Epiſcopũ haud ad Vicarium, Sede vacante: *D. Mar. Giurb. conſ.* 20. *n.* 17. fusè *conſ.* 100. *nu.* 19. *Dian. reſ. mor. part.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 14. *& par.* 4. *trac.* 1. *reſ.* 42. *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 28. *& in ſumm. part.* 1. *verb. Immunitas Eccleſ. nu.* 20. *& part.* 2. *verbo Judex laicus n.* 31. *& alii relati per Cortiad. deciſ.* 2. *nu.* 35. *& deciſ.* 120. *nu.* 1.

3 Ad eumdemq; Epiſcopum ſpectat decernere an locus ubi fuit facta extractio ſit Sacer, & immunis: *cap. ex parte de verb. ſign. Giurb. conſ.* 100. *nu.* 35. *& conſ.* 10. *n.* 7. *Ciarl. cap.* 163. *nu.* 4. *par.* 2. *Dian. reſ.* 49. *par.* 4. *tract.* 1. *del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 6. *dub.* 41. *q.* 10.

4 Et ſi cõtigit duos eſſe Epiſcopos loci nullius Diœceſis viciniores, unus vicinior quo ad Diœceſim; nõ vero quo ad habitationem, alter verò vicinior quo ad habitationẽ, nõ autem quoad Diœceſim; tunc ab iſto expoſcendã eſſe veniam extrahendi fontem, in Eccleſiam nullius Diœceſis occurrentem, firmant ex eadem Gregor. XIV. conſtit. *Bonac. de cenſur. diſp.* 3. *qu.* 3. *punt.* 16.

ê.

Digitized by Google

§. 12. *nu.* 17. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *nu.* 41.

5 Ad Epiſcopum igitur loci Ordinarium ſpectat cognitio, an confuga ad Eccleſiā gaudeat, vel non immunitate Eccleſiaſtica: *Bonac. Pelliz. & alii infrà* ad eumq;pariter pertinet reum ad ſacram Eccleſiaſticam Aram confugientem, in delictis exceptis, ab ea extrahere, itidem è ſacris Regularium Baſilicis ex Bulla Gregorij XIV attenta, quæ licèt circa facultatē Epiſcopis tributā, de laicis loquatur, attamen demonſtrativè non verò taxativè, ut Cardinaliū Congregatio declaravit,& inſinuat *Nicol.in ſuis floſculis in verb. immunitas nu.* 1. quem laudat *Cæſar Panimoll. deciſ.* 84. *nu.* 1. undè valere Epiſcopum confugam ob crimina excepta è Regularium ſacris Baſilicis, & Monaſteriis extrahere, itidem armata manu, & cum oſtii fractura,quoties Regulares extractioni ſe opponerent, edocet, & deciſum per Sacr. Congreg.Card. *D.Jacob Pignatell. conſult. Canon.* 483. qui *in conſultat.* 466. ſubdit nequaquam valere Epiſcopum, tales Regulares renuentes portas, pro tali extractione facienda pandere,nec in vincula conijcere, ſed ſuo ſuperiori obſignare *Panimoll. deciſ.* 84. *nu.* 15. & 16.cerciorată Sacrā Congreg. Immunitatis, ſicque deciſum affert, ſubditque *Card. de Luca par.* 4. *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 13. *nu.* 16. *tom.* 14. *de Regul. & ibi in diſcurſ.* 2. *num.* 13. & 14. fabuloſam eſſe oppoſitam prætentionem, quam ex communi vitio retinēt Regulares, & exempti, præſertim Milites Hieroſolymitani, putantes ad eos allatam extractionem ſpectare: annuitque benè verum Cardinal. ad eos pertinere immunitatem ſuarum Eccleſiarum tueri;ſed non ſpretis Epiſcopi loci Ordinarii præceptis, poſſe extractionē,ab eodem Epiſcopo ordinatam impedire: contrà quos per Sacr. Congreg.affert deciſum,nec diſcrepat *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *ſub nu.* 44. *verſ. reſpondetur non poſſe in fine, & Bordon. reſ.* 7. *Rodriqu. qu.* 51. *art.* 4. §. *verum tom.* 2. ratiocinantur ante emiſſam Gregorii XIV. conſtitutionem.

Advertendum ſanè eſt, hanc per Gregorii conſtitutionem impertitā facultatem extrahendi reos è Sacra Baſilica, in delictis exceptis ſolis Epiſcopis eorumque Vicariis Generalibus indultam eſſe,ut ex hujuſmodi conſtitutionis

lectura patet. *ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel ejus officialis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopos inferiores, etiā ſi Ordinarii ſint &c.* quæ, jure extraordinario, indulta facul-
6 tas ad Vicarios capitulares minimè porrigitur, Capitulū namque, Sede Vacante, tantū in juriſdictione ordinaria Epiſcopo ſuccedit, non autem delegata: etenim in ea electa eſt perſonæ induſtria, quæ ad alios non extenditur: erudiūt *Socin in cap. qualiter, & quādo il 2. nu. 185. de accus. Genuens. in prax. cap. 85. nu. 1. & 29. Fideric. de Sen. conſ. 30. nu. 1: Suarez tom. 5. de cenſ. diſq. 4. ſect. 2. nu. 13. Dian. reſ. mor. par. 5. tract. 10. reſ. 30. verſ. Quæro primo.* ubi *cum Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 3. nu. 33.* autumat porrigi hanc facultatem Vicario capitulari, quoties delictum patratū fuerit in ſua Diœceſi, quoniam jure ordinario tunc ſe gerit talis Vicarius, ad quem, defuncto Epiſcopo, pertinet: at ſecus ſi in loco exempto, in quo jure delegato Epiſcopus extractione procedit: verum eis reſpondet *Sperell. deciſ. 31.*
7 *nu.* 8. 9. *tom.* 1. innuens Sum. Pontificem, circumſcripta juris communis diſpoſitione, novam tribuiſſe formam, facultatem hanc Epiſcopis de novo tribuendo, ſicque deciſum pluries per Sacr. Congr. Cardin. affert *Panimoll. deciſ. 84. nu. 22. cum ſeqq.*

8 Qui quidē Epiſcopus in delictis nō exceptis nequit confugam laico Imperio obſignare, itidem ſub cautionis prætextū, de non puniendo eum: innuunt *Martin. Bonac. tom. 2. diſput. 4. quæſt. 7. punct. 7. nu. 3. Caſtrus Palaus in oper. moral. d.tom. 2. tract. 11. diſp. unica punct. 11. nu. 5. Dian. reſ. part. 6. tract. 1. reſol. 32. del Bene d. tom. 2. cap. 16. dub. 39. à n. 1. Gambac. de immun. Eccleſ. lib. 8. cap. 11. & 12. n. 4.* quidquid dicant *Suarez de Relig. lib. 3. cap. 13. n. 3. Peregrin. de immun. cap. 12. n. 9. Villagut. de extenſ. leg. tit. de extenſ. immun. Eccleſ. nu. 8.* & alii, quibus apprimè reſpōdet *Bonac. locis indicatis*: alioquin ſi mors, vel membri mutilatio ſubſequatur, in irregularitatem incurrit, cum ſe cooperaſſe cenſetur: *Lezan. quæſt. Regul. tom. 3. verb. immunitas Eccleſiaſtica n. 22. del Bene d. tom. 2. cap. 16. dub. 39. n. 9. & 10. 13. & 14.* at ſecùs in delictis exceptis: quoniam tunc, ſic jubente Sum. Pontifice, operatur: explicat *Trullench. d. dub. 6. nu. 6.* Poteſtas
9 verò ſæcularis, ſi confugam ab

ab Eccleſia extrahere in delictis non exceptis attentat, abſque tamen Epiſcopi facultate; in communicationis ferendæ pœnam ruit: *cap. noverit, de ſenten. excommun. cap. ſicut antiquitùs, cap. frater, cap. minor 17. qu.* 4. *Bordon. var. reſ. ſeù Conſil. Regul. reſ.* 1. *n.* 13. *Pellizzar. man. to. n.* 2 *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *qu.* 26. *num.* 46. *Pilaia inſtit. deciſ. Pontific. lib.* 2. *deciſ.* 4. *n.* 79. *&* 82. *Fagnan. in cap. cum cauſa, nu.* 6. *&* 7. *de ſententt. excomm.* Imò hoc in caſu Clerici ei reſiſtere valēt *Remig: de Gonn. de immun Eccleſ. ampliat.* 18. *n.* 3. *Suarez. de Relig. ubi ſupra, n.* 4. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *n.* 44. *Dian. d. reſ.* 32. *tract.* 1. *part.* 6. *verſ. ſed ibi, Caſtr. Palau. d. tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unic. punct.* 11. *nu.* 15. *del Bene d. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 32. *nu.* 1. 2. *Auguſt. Barbos. de jur. Eccles. uni. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 51. mediis tamen licitis, & Eccleſiaſticis, *Caſtr. Palau. ubi supra nu.* 15. *Suar. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. *Bonac. disp.* 3. *decalag. præcept. disp.* 3. *qu.* 7. *de immun. §.* 1. *in princip.* nō autem armis, *Canon. miror* 17. *quæſt.* 4. *Abb. in cap. inter alia n.* 16. *de immun. Eccleſiaſt. Remig. d. quæſt.* 12. *Fagund. lib.* 4. *de præcept. Eccles. cap.* 4. *n.* 5. *Ciarlin. contr. for. cap.* 151. *n.* 37. *part.* 2. *Didac. Covarr. lib.* 2. *var. cap.* 20. *nu.* 18. *verſ. ſed & illud:* potiſſimùm abſq; expreſſa Sum. Pontificis facultate: *Trullench. ubi suprà dub.* 4. *n.* 1. nè graviora ſuborlantur ſcandala: *Remigii, Trullech,*
10 *& alii.* In criminibus autem exceptis, ſi Epiſcopus facultatem extrahendi confugam impertire renuerit, valere laicum Imperium eum extrahere, in vinculis tamen Epiſcopi emancipare edocent *Ricc. de public. Judic. quæſt.* 36. *nu.* 28. *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 1. *nu.* 80. *D. Giurb. conſ.* 100. *n.* 19. *Alex. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap* 11. *n.* 2. *Steph. Gratian. diſcep. for. cap.* 196. *nu.* 10. *Sebaſt. Guaz. defenſ. reor.* 1. *c.* 31. *n.* 4. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 6. *dub.* 4. *ſect.* 2. *nu.* 2. ſtatuitque Sacr. Congreg. in una Neapolit. 30. Sept. 1616. quam affert *Nicolius lucubrat. utriuſque jur. lib.* 1. *tit.* 8. *de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. ſub n.* 36. adnectitque ad veniam extrahēdi impertiendā, certitudinem delicti haud requiri, ſed ſufficere extra judiciale dubium: ut decrevit *Sacr. Congreg.* 1602. *Neapol.* 23. *April. & Meſſanæ* 4. *Maii* 1604. donec fuerit per eumdem Epiſcopum ſuper immunitate decretum: *Genuenſ. in*

prax.

prax. cap. 17. *n.* 5. *Bonac. de cenſ. diſput.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. §. 12. *n.* 7. *verſ. hoc tamē limitandum, Caſtr. Palau. d. to.* 2. *punct.* 11. *diſput. unic. n.* 2. *Farinac. de immun. in append. cap.* 2. *n.* 36. dummodò hoc fiat ſine ſcandalo, & tumultu ex iſtis ſubdit *Trullench. dict. dub.* 6. *nu.* 3. quibus in crimi-
11 nibus exceptis nequeunt Clerici, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ laico Imperio reſiſtere, ut probāt nuper laudati: immò valere hoc portas Eccleſiæ, per Clericos clauſas, omni meliori modo pandere, itidē eas frangendo, ſuſtinent de eorum more Cathalani *Bardaxi for.* 1. *n.* 37. & alii adducti per *Cortiad. deciſ.* 120. *nu.* 30. qui cum *Emman. Rodrig. quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 50. *art.* 2. & alii, itidem de jure hoc defendere conatur, quos acticè, mirèque objurgat *del Bene de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 16. *dub.* 33. *n.* 4. *verſ. qui-*
12 *nimò tom.* 2. Valere benè verùm laicum Imperium vinculis, & catenis confugam in Eccleſia alligare, itidem abſq; Epiſcopi facultate, inſinuat noſter Concivis *Franciſ. Anton. Coſta conſ.* 1. *lib.* 1. *Remig. de immun. qu.* 2. *Farinac. par.* 1. *qu.* 28. *nu.* 10. & *de immun. Eccleſ. nu.* 298. *Tuſc. pract. concluſ. lit. E. concluſ.* 10. *nu.* 13. *Jul. Clar.* §. *fin. qu.* 3. *n.* 21. *Azaved. l.* 3. *n.* 21. *verſ. quibus, tit.* 2. *lib.* 1. *recop. Hevia Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 3. §. 12. *n.* 32. *Bobadill. in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 92. *lit. E.* licèt diſſentiant, *ex Canon. diffinivit* 17. *qu.* 4. & *ex l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Sebaſt. Guazin. defenſ. reor.* 1. *cap.* 31. *nu.* 2. *Didac. Covarr. lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 17. *Farinac. in prax. par.* 1. *quæſt.* 27. *n.* 9. & *in append. de immun. Eccleſ. nu.* 297. *Mar. Itala de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *n.* 51. *Mart. Bonac. diſput.* 3. *quæſt.* 7. *de immun. punct.* 3. *Dian. reſol.* 26. *tract.* 1. *par.* 6. & *in ſum. verb. immun. Eccleſ. n.* 20. *part.* 1. *Fagund. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 55. *del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 27. *n.* 1. & *dub.* 23. *Caſtr. Palau. in d. oper. mor. tract.* 11. *diſp. unic. punct.* 11. *nu.* 6. *tom.* 6. *Cortiad. deciſ.* 21. *n.* 36. *Gambac. de immun. Eccleſ. cap.* 22. *lib.* 4. fusè *Ciarlin. contr. for. cap.* 154. *n.* 17. *par.* 2. magiſtraliter *Fontanell. deciſ.* 200. *n.* 17. 18. *par.* 1. nec diſcrepat *Calderò deciſ. crim.* 9. *n.* 66. *to.* 1. Attamen ſi non hæſitaretur delictum eſſet de exceptis, valere eum compedibus alligare inſinuant idem *Fontanell. nu.* 19. *Covarr. in d. n.* 17. *in fin. Paz. n.* 178. *Azaved. l.* 3. *tit.*

2

2. *n.* 21. *recop.* & *Sebaſt. Guazin. ubi deſuper nu.* 3. ſubdit quando delictum eſſet grave, & non adeſſet in loco tutus carcer, & ante eum dixere *Orland. conſ.* 54. *nu.* 11. *Card. Tuſc. d. concluſ.* 10. *n.* 16. alioquin Eccleſiæ Rector tenetur de culpa: ſubdit idem *Orland.* & ſequuntur *Tuſc. Guazin. Farinac. in append. num.* 198. *Matth. de regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4. *nu.* 146. potiſſimùm ſi crimen eſſet ſcandaloſum, & mali exempli: *Fontanell. deciſ.* 201. *n.* 11. *par.* 1.

37 *d. conſ. 100. nu. 70.* legitimè quoque extractus ab ipſa Eccleſia, & in fortiis laicæ poteſtatis, loco Eccleſiæ detentus, in eis ſi deliquerit, eâdem fruetur immunitate; etenim uti in ipſa Eccleſia commoraſſe præſumitur: quamobrem tàm pro primo delicto, quàm pro ſecundo, ſi non ſunt de exceptis, nequit laica poteſtas in eum irruere, quemadmodum de eo, qui, pendente immunitatis articulo, deliquit; firmavêre *Mar. Itala de imm. Eccleſ. cap. 15. nu. 25. Mart. Bonacin. de excommunic. in particul. extrà Bull. Cœn. diſp. 2. quæſ. 3. pun. 16. §. 3. nu. 13. tom. 3. Pat. Anton. Diani reſ. mor. tract. 1. reſ. 32. Sperell. deciſ. 48. nu. 68. Thomas del Bene de immun. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 27. nu. 6.* Et
38 ità ſimiliter paſſim cuncta conſueſcunt ferè tribunalia, ut de recenti notavimus in cauſa Nobilis D. Joſeph Bartirotti, detenti loco Eccleſiæ in carceribus Vicariæ, ibique de pluribus delictis attincti, ad ſolā capturam informationũ, eo incitato, Supremum M. C. Senatũ proceſsiſſe; quidquid aliàs priſcis tẽporibus referat, aliter per idem Senatũ fuiſse bis deciſum *D. Hieronym. Baſilic. deciſ. 5. à n. 1. ad 15.* nam fundamenta per eum adducta, tantùm reo delinquenti officiunt, non autem Eccleſię, quæ inceſſanter expetit eſſe reintegrandam per effectivam rei reſtitutionem, ratione confugii.

39 Hæſitant planè nonnulli in reo exiſtente in laicis carceribus, loco Eccleſiæ, ſi ab eis fugam arripuerit, & poſt aliquem temporis curſum, in loco prophano captus ſit: etenim putat *Mar. Ital. de imm. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 85.* legitimè ab Eccleſia extractum, & nomine Epiſcopi detentum, nequire eidem immunitati renunciare; meritò ſuſtinent, ex hac doctrina, *Reg. de Marin. reſol. quotid.*

Digitized by Google

cap. 180. *& P. Dian. reſol. mor. tract.* 1. *reſol.* 34. *verſ. notandum.* gaudere immunitate Eccleſiaſticâ talem Reum, è carceribus, loco Eccleſiæ detentum, effugientem, ſi extrà eam, & in loco prophano captus iterum fuerit: oppoſitam verò ſententiam veriorem, & magis juridicam eſſe autumamus *ex del Bene de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 31. *nu.* 17. & alijs infra, etenim congruunt Doctores, Eccleſia-
40 ſticę immunitati, verbo renũciare neminem poſse; ut inſinuãt *Pechius de arreſt. & jur. ſiſtẽd. c.* 9. *nu.* 3. *Layn. ad Gomeſ. tom.* 3. *var. c.* 10. *nu.* 2. *Viſch. de imm. n.* 56. *Ricc. deciſ.* 169. *lib.* 1. *Larrea deciſ.* 39. *n.* 2. *Sãfel. deciſ.* 242. *n.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 169. *à n.* 9. *lib.* 2. *D. Mar. Cutell. de imm. Eccl. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 14. *Barb. de jur. Eccl. un. p.* 2. *c.* 3. *n.* 57. 58. actu autẽ, ſeù facto, õnes firmãt poſſe renunciare, volũtariè nempè, & ſpontè ab ea egrediendo: *cap. inter alia de imm. Eccleſ. ibi, non eſt ab Eccleſ. violentèr extrahendus; cap. frater.* 17. *quæſt.* 4. *ibi: reluctantẽ, reclamanteinque violenter extraherent, & innuunt Remig. fall.* 11. *Trullench. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 13. *& dub.* 3. *nu.* 26. *Sperell. deciſ.* 59. *nu.* 1. 2. *Navar. in manual. cap.* 25. *Suarez. de ſtat. Religi. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 3. 6. *Mart. Bonac. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *de immun. punct.* 5. *Thom. del Ben. de imm. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 1. *nu.* 2. *D. Jacob. Pignatell. conſult. Canon.* 170. *nu.* 8. *in fin. Panimoll. dec.* 85. *adnot.* 5. *nu.* 18. Aufugiens ergo, cùm in ſua ſit libertate, iterùm
41 ad ipſam revertere Eccleſiam, ſi non redit, ab ejus immunitate prorſus ſe arcere maluiſſe, immò eidem immunitati facto, ſuoque proprio marte renunciaſse dicendum omninò eſt; edocent *Navar. conſ.* 1. *terſ. de immun. Eccleſ. Farinac. de imm. Eccleſ. n.* 306. *verſ. contra del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 31. *nu.* 17. *& poſt eos Panimoll. deciſ.* 95. *annot.* 1. *nu.* 28. ſibique imputandum eſt, ſi ad ipſam non redit Eccleſiam: inſinuant *Sanfelic. deciſ.* 241. *D. Raffael Vilos. de ſerv. fugit. cap.* 18. §. 5. *nu.* 71. *& ita* pluries deciſum affert *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 9. *ſub. nu.* 87. *& conſonant Mart.* Bonac. *de cenſur. diſp.* 3. *q.* 7. §. 2. *n.* 10. *tom.* 2. *Ægid. Trullench. in eſpoſ. decalog. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *n. fin.*

42 At ſi illegitima fuerit extractio, aliter dicendum eſſe cenſemus, quoniam Eccleſia, ob violentam receptam injuriam, nullo pacto ſatisfacta dici-

dicitur, niſi per veram, ac realem rei reſtitutionem, eo tamen modo, quo ſpoliatio, & offenſio proceſſit: innuunt ex *cap. miror*, 17. *qu.* 4. *Covarr. var. cap.* 20. *nu.* 6. *Dian. reſ. mor.* 32. *par.* 6. etiam ſi reus extractioni illegitimè factæ conſenſerit: *Trullench. in decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 14. 15. *del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 33. *num.* 5. quæ quidem reſtitutio, non ab ipſo Reo, ſed à Judice illegitimè extrahente facienda eſt: *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *à.* 2. *nu.* 49. *Farinac. in append. de immun. Eccleſ. cap.* 2. *n.* 49. & eodem immuni ſpoliato loco: *cap. reintegrandæ*, 3. *qu.* 1. *Gloſſ. in cap. ſi quis in atrio*, 17. *qu.* 4. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 54. *Dian. eodem tract. reſ.* 27. *par.* 6. laxè *D. Jacob. Pignatell. conſult. Canon.* 170. *ſub n.* 4. vel alteri

43 Eccleſiæ, ex Summ. totius Eccleſiæ Antiſtitis diſpenſatione, edocet, & reſolutum affert per Sacr. Congregationem immunitatis, idem *Pignatell. ubi nuper, ſub nu.* 10. Verùm enim verò, ſi Epiſcopo, ejuſq; Vicario liberè reſtitueretur extractus; legitima diceretur reſtitutio, cum ad ipſos ſpectat Eccleſiæ immunitatem conſervare: inſtruunt *ex cap. ſcire debes*, 7. *quæſt.* 1. *Epiſcop. Genuenſ. in prax. cap.* 17. *nu.* 8. *Bonacin. tom.* 2. *diſp.* 3. *qu.* 7. *punct.* 3. *nu.* 14. *cum ſeqq. del Bene ubi ſupra, à n.* 12. *& ſeqq.* ex qua illegitima extractione, competit Eccleſiæ ſpoliatæ remedium, de libero homine exhibēdo: annectunt *Genuenſ. n.* 6. *Reg. de Marin. reſol.* 180. *num.* 32. *P. Dian. reſol.* 34. *part.* 4. *tract.* 1. Queis igitur attentis, ſilet objectio renunciationis immunitati Eccleſiaſticæ, quam facto præſumitur feciſſe Reum, è carceribus fugiendo: etenim allata conſideratio haud militat, ubi per violentam extractionem, Eccleſię fuerit illata injuria: erudiunt nuper recenſiti, & ſic deciſum refert *Hieron. Baſilicò deciſ. Crim. Regn. Sicil.* 5. *à nu.* 21. & nos alibi melius expreſſabimus.

44 Illegitimā planè eſſe extractionē putamus, nō modo, ſi à laicis Miniſtris, ſed etiā ſi ab Eccleſia, alioq; ſacro loco exequuta ſit, ut apertè Canonica, ac Quiritum clamant jura, & pari innuunt conſortio DD. in *cap. inter alia de immun. Eccleſ.* & poſt omnes *Cæſar Panimoll. deciſ.* 56. *n.* 38. quibus Eccleſiæ violatoribus cenſurarum flagella parantur, ac ultimi pœna ſupplicii itidē plectuntur: *tex. in l.* 1. *& l. præſenti,* 6.

6. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Verum etiam ſi à privatis perſonis temerè eadem extractio per deceptionẽ exequuta fuerit; quo in caſu magnam excitant noſtrates, & Canoni-
45 ſtæ hæſitationem, an poſt hanc ſubdolam patratam extractionem, per privatos temerè exequutam, laico tamẽ inſcio Imperio, hunc taliter violenter extractum reſtituere teneatur, ſi cum privatis extractoribus cauſualiter tamen occurrerint Curiæ temporalis Satellites, qui ſic extractum, vinculis ſui temporalis Imperii devicerint? Pro cujus hæſitationis ſolutione, notavêre mox recẽſendi DD. temporale Imperium, quod de injuria Eccleſiæ, per ſubdolã, privatorumque extractionem illata, conſcium minimè fuit, non teneri reum taliter extractum Eccleſię reſtituere: quoniam ejus haud violavit immunitatem, ſed privati deceptionem intulentes, in enunciata extractione obnoxii ad reſtitutionem remanſêre: & ſi eis reſtitutio permiſſa nõ fuerit, ad expenſas, & damna per Eccleſiam ſpoliatam paſſa tenẽtur: magiſtraliter inſtruũt *Suarez de Relig. lib. 3. cap. 13. n. 17. Giurb. conſ. 100. n. 23. Ricc. prax. reſol. 327. num. 5. Thor. comp. deciſ. verſ. delinquentem*: etenim ceſſante dolo reſpectu temporalis Imperii, ceſſat contra eum interdictũ de libero homine exhibendo: inſinuat *Reg. Sanfelic. deciſ. 286. n. 8. tom. 2.* & immunitas, quæ loco indulgetur, ceſſat, ſi captura per Satellites tẽporales, in loco prophano fuerit exequuta: ut probãt *Sanfelic. del Bene eodem tract. tom. 2. cap. 16. dub. 25. ſect. 5. n. 14. 15.*

46 Oppoſitam verò ſententiã, tanquam ſolidiſſimis, legalibuſque fulcitam fundamentis, mordicùs tuentur: *Valent. tom. 2. diſp. 6. quæſt. 15. punct. 1. & 2. Epiſcop. Genuenſ. prax. d. cap. 17. n. 6. Martin. Bonac. de immun. diſp. 3. qu. 7. pun. 2.* ſi tamen violenter extractio ab Eccleſia fuerit exequuta: *del Bene d. cap. 16. diſp. 25. ſect. 3. n. 3.* etenim ſæculare Imperio non reſtituente, injuſta, violentaque extractio continuat, & proinde Eccleſiæ immunitas violatur: *Reg. de Marin. reſ. 175. nu. 3. lib. 1. Magal. par. 3. lib. 4. cap. 2. qu. 1. nu. 32. Farinac. de immun. nu. 324. Ital. eodem tract. lib. 1. cap. 6. ꝗ. 2. nu. 38. 39. Peregrin. eodem cap. 14. nu. 10. Dian. reſ. 16. par. 1. tract. 1. & par. 4. trac. 1. reſ. 12. & par. 9. tract. 7. reſ. 6. & in ſumm. verb. Judex:*

dex: nu. 31. *par.* 2. *Cortiad deciſ.* 79. *nu.* 2. *Baſilicò deciſ.* 5. *nu.* 19. & *ſeq. Panimoll. deciſ.* 85. *nu.* 1. 2. Crebrò enim aliàs tales confugas ſæculare Imperium præ manibus haberet, ſi hæc iniqua violentaque prævaleret extractio, ut mirè innuit *del Bene* ubi ſuprà; neque relevant recenſita *per Suarez*, ejuſque ſectatores *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 7. *Cutell. de imm. Eccl. lib.* 1. *qu.* 16. *nu.* 17. quos cumulat *D. Laur. Math. de re crim. contr.* 7. *nu.* 31. putantes legitimam fuiſſe carcerationem per ſæcularem Judicem exequutam, dū de illata injuria, violentia, ac de ſubdolis, blandiſque verbis non cogitavit, quoniam illegitima ſemper erit, potiſſimùm ſi per vim proceſſerit, & violenter extractus, moraliter in Eccleſia ſemper dicitur exiſtere, quamvis phyſicè, & corporaliter extrà eam ſteterit, ut mirè *ad Suarez* objectionibus reſpondet *Thomas del Bene d. dub.* 25. *cap.* 16. *ſect.* 3. *nu. fin.* meritò igitur Eccleſia, quæ paſſa hanc fuerit violentā extractionem, primitùs reficienda erit, cum effectiva confugæ reſtitutione, tanquam res furti, vitio effecta, quæ eū ipſomet vitio, penes ipſum ſæculare Imperium tranſivit: *Ciarlin. contr. forenſ.* 163. *nu.* 24. *par.* 2. *R. de Marin. reſ. cap.* 197. *nu.* 1. *par.* 2. *Cortiad. deciſ.* 79. nec herclè *D. Marii Cutelli* altera cavilloſa ratiocinatio convincit, dum putat, hoc in caſu, reum confugam revertere ad Judicem à jure pœnarum exactorem, contrà reorum laxationes cōſtitutum, quem ut ſuum, citrà violētiam, retinere valent, nec ad reſtitutionem tenētur: etenim verum non eſt ſuppoſitum, talem confugam violenter extractum, ſuum, & de ſuo Imperio eſſe, quia dum in Eccleſia commorat, & deinde ab ea violenter extrahitur; ſemper Divi Petri Imperio ſubeſt, eamdemque retinet qualitatem, donec reſtitutio perficiatur, uti res furtiva, quæ, licèt per mille tranſiret manus, cum onere reſtituendi, vero domino; penes, quemcumque tranſit, ut cuncti ſuperiùs citati congruunt; quorum ſolidiſſima doctrina, potiſſimùm corroboratur ex Gregorii XIV. conſtitutione, quæ non tantùm contrà extrahentes, verùm & capientes, ac in carceribus detinentes, loquitur: ut optimè advertit *P. Dian. d. reſ.* 6. *tract.* 1. *part.* 1. ſuppoſitā igitur violentā è laribus Eccleſiæ evulſione, nullum unquam lucratur

tur dominium ſæculare Imperium; immò ex nuper adductis, ad reſtitutionem tenetur, etiam ſi de violentia non cogitaverit, & tertius, vel Curiæ Satellites, ipſo inſcio, violentiam intulerint: ut, præter allatos, edocent *Epiſc. Sperell. deciſ.* 48. *part.* 1. & pluries deciſum affert *Fontanell. deciſ.* 339. *nu.* 33. *part.* 2. *Reg. de Vic. ad pragm. Regn. Sardin. tom.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12. *n.* 21. 22. abſque ulla interloquutoria remittatur, ſed per effectivam reſtitutionem, ad Eccleſiam: inſtruit *Cortiad. d. deciſ.* 79. *ſub n.* 3. Fiſcalibus juribus dein ſemper ſalvis, meritò S. Congreg. Cardinalium, in cauſa Dominici Fatinò, violenter ab Eccleſia Immaculatæ Conceptionis R. Palatii, Mutium del Gundo, extrahētis, ad ſe devoluta; decrevit eſſe reponendum in Eccleſia; & ſic per M. C. V. referente March. Miani Judice, contrario per eamdem M. C. pronunciato decreto, in eadem cauſa, non obſtante, & ſic me votante, fuit exequutum.

47 Augetur herclè difficultas, ſi ab Eccleſia non violenter evulſus, ſed blàdis amici ſuaſionibus fraudulētibus, & doloſis egreſſus fuerit, nulla tamen ſæcularis Imperii participatione, in ſuis redactus for-tiis, repoſitionem ad eamdem Eccleſiam intentare prætenderit. Pro cujus abſolutione, ut prædiximus, audacter nonnulli autumant, non eſſe reponendum. Etenim confuga ab Eccleſia, taliter egrediendo, de ſua tantùm ſimplicitate, ac ineptia conqueri debet, dum incallidè agendo, alienis, ſubdoliſque inimicorum machinationibus haud præcavēdo, illecebris, proditoriis ſuaſionibus allectus, forſitan ut novum perageret malum, uti crebrò accidit, ſe decipi permiſſerit, nec ipſa Eccleſiæ immunitas directè, ac indirectè, vel implicitè violata dici poteſt, ſi ſæcularis poteſtatis opera deceptus haud fuerit: ut elatè innuunt ex *Canon. ſi quis contumax*, 20. *Canon. definivit*, 33. *Canon. conſtituimus*, 34. *Filliuc. tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 6. *n.* 154. *Duard. in Bull. Cœn. lib.* 2. *cap.* 15. *qu.* 16. *n.* 34. *& ſequuntur Card. de Luc. in ſumm. miſcell. Eccleſ. tit.* 2. *nu.* 29. & ante eum, explicitè dixēre relati per *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 5. *n.* 1. cujus fines illæſi, ac illibati remansēre, inſinuant *Bonac. diſput.* 3. *qu.* 7. *de immun. punct.* 2. *verſ.* 6. *& de cenſur. tom.* 3. *diſp.* 2. *qu.* 3. *punct.* 16. *n.* 24. *Navar. cap.* 25. *n.* 22. *Suarez tom.* 1.

de

de Relig. lib. 3. *cap.* 13. *nu.* 4. & permixtè facit *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 10. *cap.* 9. *n.* 5. *Baſilicò deciſ.* 56. *n.* 30. potiſſimùm, ſi poſt fugam caſualiter in familiares ſecularis Imperii inciderit: *Sperell. deciſ.* 150. *n.* 60. 68. *to.* 2. & poſt omnes, ſolertiſſimus Ill. Præſ. *D. Joſeph Scoma in ſuo Patroc. R. Juriſd. fol. mihi* 27. *Panimoll. deciſ.* 56. *n.* 30. Parũ planè refert aſſerere, blanda, ac
48 fallacia verba aliquandò violentiæ ſimilia eſſe, ut ex *Hoſtienſ. in ſum. de immun. Eccl. nu.* 8. inſinuant *Divus Anton. in ſumm. par.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. §. 1. & alii, quos refert *Virmigl. conſ. Crim.* 101. *n.* 7. cum quibus reſidet *D. Jacob. Pignatell. conſult. Canon.* 37. *nu.* 38. *tom.* 2. *& tom.* 3. *conſult.* 99. Quoniam hæc conſidera-
49 tio ad imbecillẽ mulierũ ſexũ quoque abſque contradictione haud trãſit, quæ augetur in viro, in quo vera deſideratur violẽtia, veruſque metus, non vanus, ſed fundatus: innuit *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 5. *n.* 1. *Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *qu.* 26. *n.* 2. vel ſaltem ille metus, qui cadere debet in conſtantem virum: etenim in jure vanus timor non eſt in conſideratione, ut edocent ex *cap. cum dilectis, de his, quæ vi, & met. cauſ. fiunt, del Bene ubi ſupra n.* 7. 8. *Cutell. Panimoll.* & alii, & infra nos melius: immò quòd ſit à ſæculari Imperio impulſus, nempè quòd ab eo blandis verbis fuerit deceptus, pariter requiritur, & tunc Eccleſia per idem Imperium dicitur læſa, & hoc reſtitutioni obnoxium; quoniam moraliter non tantùm egredi, verùm, & per vim extrahi ab Eccleſia tunc cenſetur, ut atticè inſinuant contra *Sylveſt.* & alios relatos per *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.* 14. *nn.* 2. *ex Canon. definivit* 17. *qu.* 4. *ex Canon. conſtituimus* 17. *qu.* 4. *del Bene d. cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 4. *& dub.* 28. *Caſtr. Pala. tom.* 2. *tract.* 11. *diſput. unic. punct.* 11. *nu.* 2. *verſ. at idem, Bonac. de cenſur. diſput.* 2. *qu.* 3. *punct.* 16. §. 14. *nu.* 3. *Lezan. quæſt. regul. tom.* 3. *verb. immun. Eccleſ. n.* 18. *Cortiad. deciſ.* 78. *Sperell. deciſ.* 48. *nu.* 62. *Dian. reſol. mor. par.* 9. *reſ.* 6. *tract.* 7. *verſ. ad idem eſt, Giurb. conſ.* 100. *nu.* 23. *Maſtrill. deciſ.* 169. *n.* 13. qui ex *tex. in l. vani timoris, ff. de reg. jur.* autumant vani timoris nullam eſſe habendam rationem: quidquid dicant *Farinac. de immun. Eccleſ. n.* 55. *Ciarlin. contr. cap.* 163. *n.* 28. levem ſufficere metum exiſtimantes, & ſi non caderet in

Digitized by Google

conſtantem virum, quoties à Judice laico ſit illatus: *Maſtril. deciſ. 169. n. 13. par. 2. Villadieg. Giurb.* vel à ſua familia, *Thor. in compend. deciſ. par. 2. verb. immun. Eccleſ. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 14. n. 80. Paz. in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. nu. 167. Ciarlin. contr. for. cap. 167. nu. 17. par. 2.* vel à privato, cum ſua tamen intelligentia, prævio tractatu: *Paz. prax. cap. 22. n. 5. Suarez ubi ſupra lib. 3. d. cap. 13. nu. 17.* nam tunc actio Judicis eſt, & ipſe tenetur reum Eccleſię reſtituere: *Giurba d. conſ. 100. ſub n. 23.* attamen, ut verum fatear, aliter ſentirem, quoties de vero agitur metu, tam per ſæcularem poteſtatem, quàm per privatum aliquem indictum, quoniam ad hunc violationis immunitatis Eccleſiaſticæ effectum æqualance procedit metus verus, quam ipſa effectiva violentia: metus namque verus, mortis timorem influit, vel gravem: *Ciarlin. contr. for. cap. 108. n. 32. 33.* violentia verò non minorem producit effectum.

50 Ex quibus abſoluta ex integro remanet propoſita hæſitatio, firmumque neceſſariò ſubſiſtit extractum ab Eccleſia, ſubdolis amici ſuaſionibus, & extrà eam à ſæculari Imperio captum, remittendũ non eſſe ad Eccleſiam; ſi de ipſa deceptione, ſæculare Imperium nullum habuit cõcurſum. Undè altera pari formiter firmatur cõcluſio, nempè extractum ab Eccleſia ſub promiſſione ſecurè impunitatis guidatici, vel ſalvi conducti à laico Imperio impertita, ad eamdem Eccleſiam omninò reſtituendum eſſe, & ſi extrà eam, in meatu, vel remeatu captus eſſet, immunitatem haud perderet Eccleſiaſticam; etenim fidem, ac promiſſionem probi viri, ex naturalibus, ac divinis principiis ſemper ſervandam eſſe, inquit *Ulpian. in l. de pact. & in l. 1. de conſtit. pecun.* & advertit *Divus Thomas 2. 2. qu. 70. art. 1. ad prim. &* ſi renuit concedens, inſinuant *Azeved. lib. 1. tit. 3. leg. 3. n. 13. Didac. Covarr. var. lib. 1. cap. 2. nu. 16. Sanch. tom. 2. conſ. mor. lib. 6. cap. 1. dub. 12. Lezan. in ſumm. tit. de immun. Eccleſ. nu. 19. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 11. Leſſ. de juſt. lib. 2. cap. 19. dub. 9. nu. 52. Mart. Bonac. de cenſur. diſp. 2. qu. 2. punct. 16. §. 4. nu. 24. del Bene de imm. Eccleſ. tom. 2. cap. 16. dub. 25. ſect. 5. nu. 13. Trullench. de decalag. lib. 1. cap. 11. dub. 1. nu. 14. D. Mar. Cutell. de immu. Eccleſ. lib. 1. qu. 24.*

Giurb.

Giurb. conſ. 100. *nu.* 33. *Maſtrill. deciſ.* 169. *nu.* 13. *lib.* 2. *Ciarlin. contr. for. cap.* 163. *n.* 15. *part.* 2. *Cortiad. deciſ.* 73. *nu.* 2. 3. qui, aliorum ineptâ ſententiâ prorſus explosâ, ſic ſervari teſtatur.

51 Promiſſio planè ſalvi conducti, ac guidatici, ex purgatiſſimis politicę dogmatibus pro Reipublicę, ac humanæ ſocietatis conſervatione ſervanda eſt: meritò inquit *Appius Claudius* in oratione ad Tribunos, *cum fides abrogatur, omnis humana ſocietas tollitur*, & refert *Titius Liv. lib.* 6. *Hiſtor. cap.* 41. idemque firmavit *Cic. pro Quint. Roſci. Fidem vitam continere, eamque frangere perfidioſum, & nefarium eſſe*, eamque juſtitiæ fundamentum appellavit idem *Cic. lib.* 1. *de offic.* nec impar cecinere *Ariſtot. de ſecret. lib.* 1. *cap.* 26. ibi: *caveas nè frangas fidem alicui datam*: *Senec. in Epiſt.* 88. *ad Lucill.* eam humani pectoris bonum appellavit: quid turpiùs bono viro, quid dicam Judici, qui mentiri non ſolùm, ſed mendacio, & fraude illaqueare, ſi nõ innocentẽ, ſaltem improvidũ aſſolet? mirè aiunt *Brunneman. de proceſ. inquiſ. cap.* 8. *m.* 1. *nu.* 53. 54. *Grevius Trib. reform. lib.* 2. *cap.* 2. *Dambaudes prax. crim. cap.* 27. *nu.* 5. & ante eos *Covarr. d. lib.* 1. *var. reſ. cap.* 2. *num.* 16. *Clar. prax. crim. q.* 11. *n.* 8. 9. congruum, namque fidei humanæ eſt, ea quæ eis placuerunt ſervare. *l.* 1. *de pact.* cum grave eſt fidem fallere. *l.* 1. *de pecun. conſtit.* & ſemel data, itidem hoſti ſervanda eſt: *cap. noli æſtimare* 23. *qu.* 1. *cap. ad aures.* 10. *quodnet cauſæ*, & ſi dare fidem jus eſt; omninò datam ſervare oportet, ſi verò frangere fas eſt, dare nefas erit: ratiocinantur *Boxhon. l.* 1. *Polit. cap.* 11. *Jacob. Zevegot. obſer. ad Flor. lib.* 2. *cap.* 2. *Hugo Grot. de jure B. & P. l.* 2. *cap.* 15. § 8. *& ſeqq.* undè inviolabiliter ſervandam eſſe juſſit Imperator *Aurelian. in l.* 1. *C. de his qui veniam ætatis impetr.* etiamſi à non habente poteſtate indulta ſit, autumavêre *ex Bart. in l. bis qui reus n.* 12. *in fin. de public. judic. Paulus de Caſtr. cõſ.* 423. *Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *qu.* 51. *nu.* 12. *& caſu.* 336. *Farinac. lib.* 1. *qu. eſt.* 29. *nu.* 45. *& in conſ.* 59. *nu.* 16. *Petr. Surd. conſ.* 298. *nu.* 22. *Merlin. contr. cap.* 53. *nu.* 1. *Capic. Latr. deciſ.* 105. *nu.* 27. *&* 53. 54. 55. aut ſine debitis requiſitis, *Petr. Caball. reſ. crimin. caſ.* 118. *nu.* 12. & in caſu in quo dari non poterat firmat *Campan. reſ.* 10. *per tot.*

Cancer. var. lib. 2. *c.* 2. *n.* 314.
Caball. ibidem ſub qua ex om-
ni capite juſtiſſima ſanctione
per totum ferè Chriſtianum
Orbem agitur, ut præter lau-
datos inſinuant *Pręſ. de Frãch.
deciſ.* 258. *&* 415. *R. Tapp.
in comm. ad Rit. M. C. V.* 287.
*ſub tit. de Morat. & ſalv. con-
duct. nu.* 19. *lib.* 4. *Reg. Rovit.
ad pragm. de guid.* 1. *num.* 3.
Merlin. contr. cap. 53. *cent.* 1.
*Paſqual de vir. patr. poteſt.
part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 37. qui de
inveterata Neapolis praxi cõ-
muniter teſtantur; de noſtra
autem edocet *D. Mar. Giurb.
conſ.* 22. *nu.* 3. *& conſ.* 80. *n.*
52 12. 14. etiam ſi ab inferiore,
ex aliqua juſta cauſa talis pro-
miſſio indulta ſit, nam à Su-
periore omninò ſervandam
eſſe, ſuſtinet *Merl.* ubi proxi-
mè *nu.* 14. 15. etenim poſſe
Judicem ex cauſa, ſalvum
53 conductum concedere ſen-
tiunt ex noſtratibus *Hier. Ba-
ſilicò deciſ.* 2. *nu.* 25. *Menoch.
de arbitr. lib.* 1. *qu.* 8. *n.* 1. *Fa-
rinac. de carcer. & carc. qu.* 29.
licèt apertè diſſentiat *Fachin.
lib.* 9. *contr. cap.* 62. mordi-
cuſque *D. Chriſt. Creſp. de
Vald. tom.* 2. *obſer. deciſ.* 35.
n. 33. nec annuit *Gleſſer. apud
Arumæum tom.* 2. *de ſalv. con-*
54 *duct. vol.* 2. in utroque autem
Siciliæ Regno conceditur per
Judicem Supremi M. C. Se-
natus, facto priùs verbo, in
Tribunali, dein Principi;
impertitur inſuper ſalvus con-
ductùs itidem per epiſtolam,
Surd. conſ. 282. *Ramo. conſ.*
53. *nu.* 9. 10. *Danz. pugn. DD.
tit.* 3. *de guidat. cap.* 1. *nu.* 13.
immò ex ſola Judicis vocatio-
ne, pluries deciſum affert.
Cortiad. deciſ. 77. *n.* 8. 9. ubi-
que, tam de jure, quàm ex
particulari Cathaluniæ con-
ſtitutione hoc affirmat, ac ſer-
vandam eſſe concludit; ſicq;
55 ſignanter in hac immunitatis
Eccleſiaſticę materia edocent
Navarr. man. cap. 25. *nu.* 22.
*Farinac. in append. immun. Ec-
cleſ. cap.* 10. *n.* 301. *del Bene
eodem tract. cap.* 16. *dub.* 25.
ſect. 5. *n.* 13. *tom.* 2. uno con-
gruentes ore ſecuritatem, vel
impunitatem confugienti ad
Eccleſiam promiſſam ſervan-
dum eſſe; & ſi putavêre *Clar.
§. fin. q.* 55. *verſ. circa ſecun-
dum, & Farinac. de reo confeſſ.
& convinct. qu.* 81. *nu.* 281.
allatam ſententiam procedere
ſi à Judice habente poteſtatẽ,
aut facultatem fuerit conceſ-
ſa: attamẽ *Panimoll. deciſ.* 56.
n. fin. part. 2. inſinuat anno
1681. fuiſſe deciſum in Con-
56 gregatione criminali habita
coram Eminentiſſ. Urbis Car-
dinali Vicario, confugientem
ad Eccleſiã, & ex ea ſub ſecu-
ritate à birroariis Curiæ tem-
pe-

poralis data exeuntem; reſtituendum eſſe ad Eccleſiam, & procedendum contra extractores, idemque repetit *in deciſ. 95. n. 18. par. 2.* etiam ſi per nutum talis ſecuritas fuerit indulta, firmat *num. 19. & Creſpes de Valdaur. obſerv. 113.*
57 *par. 2.* cenſet ſervandam eſſe vocationem reo factam, ſi Princeps eum vocaverit: verùm pro immunitate Eccleſiaſtica excludenda, & Eccleſiæ præjudicio inferendo, hæſitarem de hac Creſp. & aliorum ſententia.

58 Ulterius nequire poteſtatẽ ſæcularem reum impedire, nè ab Eccleſia exeat, ut ſuum exoneret corpus ſtatutum fuit in *Canon. definivit, 17. qu. 4.* & faciunt *Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap. 11. n. 7. Ital. eodẽ tract. lib. 1. cap. 4. §. 7. n. 12. & cap. 6. §. 2. n. 28. & ſeqq. P. Dian. reſol. mor. part. 1. tr. 1. reſ. 26. Mart. Bonac. diſp. 3. quæſt. 7. pun. 5. n. 2. effect. 2. de immun. Eccleſ. Thom. del Bene eodem tract. tom. 2. cap. 16. dub. 25. ſect. 2. Fagund. in quinq; præcept. Eccleſ. lib. 4. cap. 4. nu. 56. Trullench. in eſpoſ. decalog. lib. 1. cap. 11. dub. 3. n. 26. Broya pract. Crim. cap. 8. n. 38. Panimoll. deciſ. 95. annot. 1. nu. 3. tom. 2. Baron. de citat. q. 42. n. 29.* ſicq; Meſſanę deciſũ fuit per M.C. Archiep. in cauſa D. Antonini Soliman, anno.... ſi tamen infra fines Eccleſiæ opportunus non extaret locus ad id peragendũ: *Baron. ubi ſupra, Guazin. defenſ. reor. 1. c. 23. n. 3. Ambroſ.* & alii, ubi deſuper, verũ in domo vicinorũ, ſed infra ſpatium triginta paſſuũ ſiſtente, & non ultra progrediatur: *Daniel. de Nobilib. contr. diſp. 23. n. 27. Cortiad. deciſ. 63. n. 14.*

59 Alimenta inſuper, aliaque ad victum neceſſaria confugæ ad Eccleſiã ſubminiſtrantur, nequitque ſæcularis poteſtas ea interdicere, abſque Eccleſiaſticæ immunitatis læſione: *tex. in Canon. definivit 17. qu. 4. & in l. præſenti C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & habetur *in cap. ſicut antiquitus 17. qu. 4. & in cap. de raptoribus 36. qu. 1. & melius in cap. inter alia de immun. Eccleſ.* ſicque in Regno deciſum affert *Gãbac. lib. 5. cap. 22. num. 5. del Bene tom. 2. cap. 16. dub. 29. nu. 1.* aliàs manifeſtam eſſe coactionem ſubdunt, & ſequitur *Henr. Zoëſ. lib. 3. decret. tit. 49. de immun. Eccleſ. n. 38.* etiam ſi delictum de exceptis eſſet, vel contraria adeſſet conſuetudo, quam damnant nuper laudati: & ſi non haberet confuga, undè ſe aleret, ipſa tenetur Eccleſia ei alimẽta præſtare innuũt al-

lati

lati per *Trallench. ubi ſupra dub.* 4. *n.* 2.

60 Liberè denique, ac gratis peragendam eſſe Eccleſiæ reſtitutionem, conveniunt omnes, abſque alia compoſitione, pacto, vel tranſactione, *Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap.* 13. *n.* 3. *Conſ. Giurb. conſ.* 80. *n.* 11. & alii, quos laudat *Reg. D. Raph. de Viloſ. de ſerv. fugitiv. cap.* 19. §. 5. *n.* 1. *Gonzal. de Reg. Cancell.* 8. *Gloſſ.* 53. *n.* 10, 51. *Petr. Fontanell. deciſ.* 583. *n.* 17. 18. *part.* 2. *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 24. *n.* 129. undè ſi liberè, ac gratis reſtitutus non ſit, ſed cum alia compoſitione, fidejuſſione, vel cum alio ligamine, tamquam non liberè reſtitutus, ſi de nòvo capiatur, reſtituendus eſt: dictat *Fontanell. ubi nuper n.* 11. ſicque deciſum refert *Cortiad. d. deciſ.* 24. *nu.* 137. qui unanimi conſenſu affirmant, etiam pro delictis patratis poſt reſtitutionem, non liberè factam, reſtituendum eſſe, pluraque aſtruit *Jo. Bapt. Thor. compend. deciſ. par.* 3. *ſect. verb. reponi.*

61 Verùm per Supremum M. C. V. Tribunal, ann. 1677. menſe Septembris, Dominicus Corcione, aliàs Strozza extractus ab Eccleſia, & in carceribus Vicariæ loco ejuſdẽ Eccleſiæ emancipatus, in Regia carceratorum viſitatione, fuit per Dom. Reg. D. Stephanum Carrillo ſub tuta fidejuſſione, ſic annuente ipſo Domino, excarceratus, dein ob tria alia patrata homicidia, iterùm in eiſdem carceribus devinctus; undè repoſitionẽ in Eccleſia expoſuit, quia non liberè ad eam fuit reſtitutus; undè extricato in dicta M. C. V. articulo, me aliter ſentiente, putavere Domini votantes, non eſſe remittendum, quod ratum habuit Supremum Collaterale Concilium: etenim convenêre tot ſapientiæ oracula, Eccleſiaſticam immunitatem verbo renunciare potuiſſe dictum Dominicum, ut ex *Viſquis de immun. Eccleſ. n.* 56. fundant *Suelves conſ.* 33. *n.* 21. *Conſil. D. Mar. Cutell. de immun. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 14. *in fin.* ſolam namque violentiam in extrahendis reis ab Eccleſia vetuêre jura Canonica, ut patet ex verbis ipſis *cap. inter alia, de immun. Eccleſ.* ibi: *non eſt ab Eccleſia violenter extrahendus*, & habetur in *cap. ſciēti de reg. jur. in* 6. *in cap. id conſtituimus*, *cap. definivit*, *cap. reum* 17. *quæſt.* 4. *Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 64. quod mordicùs, non ſine fundamento oppugnavêre *Pechi. de arreſt. & de jur. ſiſten-*

ſiſtendi, *Maſtrill. deciſ.* 169. *n.* 9. *Mar. Ital. de immun. Ecleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *nu.*84. *cum ſeqq. Reg. Donat. Ant. de Marin. reſ.* 180. *&* 181. *Laynez. ad Gomes var. cap.* 10. *n.* 2. *lib.* 3. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 26. *n.* 7. *& ſeqq. Urrutigoit. in paſtor. reg.* 3. *vot.* 4. *n.* 7. *& ſeq. Reg. Sanfelic. deciſ.* 242. *n.* 1. *Dom. Larr. deciſ.* 39. *n.* 2.

62 Etenim, ubi actus non tantùm renunciantis, ſed alterius favorem concernit, nequit alter ſolus renunciare, ut præter allegatos, inſtruit magiſtraliter *Surd. deciſ.* 194. *n.* 35. meritò autumavêre, *facto* tantùm immunitati Eccleſiaſticæ renunciare poſſe, nempè, ſi proprio marte egrediatur confuga ab ipſa Eccleſia: ut ex eodem *cap. inter alia*, inferunt, *Fontanell. d. deciſ.* 339. *nu.* 2. *par.* 2. *Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. ubi deſuper*, *Cortiad. ubi ſupra*, *& in deciſ.* 75. *n.* 4.

63 Verùm hæ Doctorum oppoſitæ ſententię conciliantur, nempè carceratum loco Eccleſiæ, immunitati ejuſdem Eccleſiæ renunciantem, eumdē ipſa Eccleſia, ſi ei libet, pro ſuo intereſſe revendicat, ea autem tacente, nec reclamante, tunc reus à ſæculari plectitur Imperio, & ſic opinio exiſtimàtium, *verbo*, immunitati Eccleſiaſticæ renunciari poſſe, militat quo ad renunciantis præjudicium, non ipſius Eccleſiæ; quod notavimus in cauſa cujuſdam Magni, ac Ill. viri Neapolitani inter Hiſpaniarum primi Ordinis majores, ac antiquiores adicti, in Caſtronovo Neapolis carcerati, qui in Fiſcalibus ſubitionibus, per me porrectis, cum præſentia ſolertiſſimi, ac oculatiſſimi Fiſci Patroni D. Januarii de Andrea, dein in Supremo Italiæ Concilio Regētis meritiſſimi, hodie in Collaterali Neapolis Senatu Regentis; aſſeruit, fuiſſe ab Eccleſia extractum; de qua immunitate ſe lætari noluit, attamen ad eum vendicandum navabat Eccleſia, nec ad ejus reſtitutionē diſcrepabat Tribunal, niſi ab Ill. Dom. Protege aggratiatus fuiſſet. Ex quibus omnibus rectè infertur conſenſum per Dominicum Corciona præſtitum in Regia viſitatione carceratorū per Reg. de Carrillo facta, ut excarceretur ſub fidejuſſione, futilem fuiſſe: minuſque relevare ejuſdem Regentis decretum, quod excarceretur ſub fidejuſſione Dominicus, qui loco Eccleſię devictus erat, ac conſentaneam fuiſſe putamus petitionem à Dominico factā, ut reſtituatur ad Eccleſiam, ubi

ubi extractus fuit, tamquam non liberè, ſed ſub fidejuſſione reſtitutus.

64 Cæterùm immunitatis Eccleſiaſticæ exceptio, in quacumque judicii parte adduci poteſt, itidem in ipſa ſententiæ exequutione: inſinuat *Aloyſ. Ricc. deciſ.* 274. ac in appellationis judicio: *Thor. compend. deciſ. tom.* 1. *verb. immunitatis exceptio*, & pluries deciſum affert *Cortiad. deciſ.* 9. *n.* 88. & ſic decrevit M.C.

65 V. anno 1678. die 16. Sept. in cauſa Joſeph Graſſo inquiſiti de furto magnæ quantitatis, cum homicidio in perſonam Notarii Antonii Alphano derubati, qui, datis defenſionibus, ſervatis ſervandis, fuit ad ultimum vitæ ſupplicium damnatus, & proinde Albis Confratribus traditus, pro ſuorum peccatorum confeſſione, ubi poſt biduum immunitatis Eccleſiaſticæ exceptionem oppoſuit; qua de cauſa M.C. affluenter diſcurſo articulo, cenſuit, non eſſe moroſam, nec intempeſtivā propoſitam exceptionem, & proinde fuit ad Eccleſiam reſtitutus, referente D. Joann. Bapt. Rocco Judice, & acta penès Joſeph Capibliaco, ſcribam Fiſcalē: meritò Domini votantes non intenderunt mentem ad ea, quæ adducunt *D. Laur. Matth. de re crim. in contr.* 7. *à nu.* 34. *ad finem*, & *D. Franc. Feloag. in ſuo Enchiridion jur. controver. cap.* 17. opinantes, quod Ju-

66 dices poſt condemnationem, & factam Principi relationem jam functi ſint officio ſuo; undè exequutionem differre nequeunt, Principe inconſulto, & ſic ratione impoſſibilitatis non teneātur ad reſtitutionē: verùm exiſtimavêre Domini Judices, inquiſiti moram officere non poſſe ipſius Eccleſię immunitati, quoniam immunitatem Eccleſiæ, & reo impertitā fuiſſe edocēt *ex Trullench. in præcept. decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 1. *n.* 13. *Farinac. de immun. Eccleſ. cap.* 2. *in append. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 39. *n.* 4. *Sperell. deciſ.* 59. & alias prædiximus.

LAUS DEO, BEATÆQUE VIRGINI MARIÆ.

SE-

Digitized by Google

SECTIO QUARTA

SVMMARIVM.

1 *CLerici pro eorũ bonis propriis, et patrimonialibus an immunitate fruantur?*

2 *Et an integrum reſtitutione gaudeant?*

3 *Et an fori electio eis competat? Et quando ſic. Vide num. 4.*

5 *Clericis an fori declinatoria competat, ſi uti venditores, in judicio evictionis pulſati fuerint? n. 6. 7.*

8 *Clericus pulſatus pro tuitione ſui Inquilini, vel Coloni, fori declinatoriam habet.*

9 *Auctoris diſtinctio circa Clericum pro tuitione in judicio evictionis accitum affertur.*

10 *Clerico diffamanti an fori cõpetat declinatoria?*

11 *Tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manum, exornatur. num. 12. 13.*

14 *Clericus diffamator ſi nõ poſſiderit, ſed laicus diffamatus poſſiderit, judiciũ diffamationis an intrat? n. 15.*

16 *Clericus coram laico Imperio laicum pulſantem, an queat laicus Clericum reconventionis via, coram eodem laico Judice convenire? n. 17. 18.*

19 *Reconventio ad hoc ut locum habeãt? quæ requiſita concurrere debẽt, eaq; recẽſentur. n. 20.*

21 *Inſtantiâ in judicio conventionis peremptâ, reconventio nũ militat, vel ſi tranſactione lis fuerit ſopita.*

22 *Et quid ſi Clericus ageret ex contractu quarantigio, exequutionem peractam habente?*

23 *Et quid ſi Clericus non proprio, ſed alieno nomine ageret?*

24 *Et quid ſi Clericus pro puro recuperando depoſito litem tentaverit?*

25 *Clerici perſona periclitante ob carcerationem, reconventio ceſſat.*

26 *Ita, etſi criminaliter fuerit actum.*

27 *Negativa affertur ſententia eorum, qui autumavère abſolutè Clericos nullo pacto, nulloque modo poſſe reconveniri.*

28 *Virtus tacitæ prorogationis juriſdictionis operari minimè poteſt, ut incapacitas Judicis tollatur.*

29 *Articulus cognoſcendi Clericos*

ricos per ſæculares Judices, via reconventionis in jure fundatus haud eſt, ſed ex conſuetudine ſic decidendi ſcatet. n. 30.

31 *Conſuetudo quamvis immemorabilis, & generalis contra Clericorum indulta privilegia inanis, ac futilis eſt.*

32 *Clericus ſi à ſua petitione deſiſtere quit, an reconventionis judicium ceſſare debeat?*

33 *Judex laicus ubi de Clericorum cauſis cognoſcere quit, exequutio ad Eccleſiaſticum Judicem relinquitur.*

34 *Sentẽtia eorũ, qui autumavêre in hiſce cauſis ubi laicus Judex cognoſcere poteſt Clericos, & ad ipſum laicum Judicem ſpectare exequutionem quo ad bona mobilia, cum aſſiſtentia brachii Judicis Eccleſiaſtici, Clerici perſona ſemper ſalva, affertur. nu.* 35. 36. 37.

38 *Hæc ſententia reicitur.*

39 *Reconventio, quibus in caſibus locum habeat remiſſivè?*

40 *Clerico an competit fori declinatoria in judicio intentato per hæredem, ut creditores in ſolutum tot bona hæreditaria recipiant, ſi juſtus non fuerit invenctus emptor, & Clericus creditor hæreditatis fuerit?*

41 *Laicus Judex in quocumque judicio, etiam reconventionis, nequit compellere Clericum, ut coram eo præſtet de judicio ſiſti, judicatum ſolvendi.*

42 *Poſſeſſionẽ omni ferè ævo partes adipiſci navaverunt armatorum hominum copia, tex. in l. fin. C. de edic. D. Adrian. toll. & l ſed ſi inter duos, ꝰ. æquiſſimum, ff. de uſufr. &c. perpenduntur.*

43 *Ad politicum ſpectat Imperium cuncta cognoſcere poſſeſſoria, tamquã temporalia in ſuo genere politico.*

Et quid de poſſeſſorio vertente inter Clericum, & laicum, aut inter Clericum, & Clericum? 44.

45 *Et quid ſi merita cauſæ de ſpiritualitate ſapiant. num.* 46. 47. 48.

Sed vide n. 49. *& n.* 52. 53.

50 *Judex laicus an cognoſcere queat de poſſeſſorio Matrimonii, & quando? n.* 51. 54.

55 *Auctoris ſententia, eſt nequire Judicem laicum cognoſcere de poſſeſſorio rei ſpiritualis Beneficialis, ac Eccleſiaſtici, licèt temporale ſit poſſeſſorium, quoniam qualitas ſpiritualitatis, temporalem abſorbet qualitatẽ. Conſuetudine in contrarium parum refrigante. n.* 56.

57 *Clericus à laica poteſtate poſſeſſionem, vel pecuniam obtinens ſub clauſula de reſtituendo (cui, quibus & quando, &c.) ſi novus inſurrexerit contradictor, non independenter ab alio, pulſatus, ab iſto coram laico eodem Judice, an reſpondere teneatur? n.* 58. 59. 60

60 *Auctoris ſententia negativa eſt, eaque variis ſolidiſſimis rationibus comprobatur. num.* 61. 62. 63.

64 *Hæres licèt privilegiatus in defuncti foro conveniendus eſt.*

65 *Intellige ſi particulari privilegio hæres munitus ſit, at ſecùs ſi generaliter ex privilegio in corpore juris clauſo.*

66 *Clericus hæres pro actionibus, aut juribus à laico teſtatore defuncto dependentibus, corã Eccleſiaſtico Judice vocandus eſt.*

67 *Gloſs. in l. hæres abſenſ.* 19. *ff. de Judic. eamque ſectantes refelluntur.*

68 *Et quid ſi judicium jam fuerit cum teſtatore inchoatum corã laica poteſtate? et an Clericus hęres teneatur id ſequi corã eadem poteſtate?*

69 *Binæ afferuntur opiniones nu.* 70. 71. 72. 73. 74. 75.

76 *Deciſiones pro affirmativa adducuntur.* 77. 78.

79 *Res efficitur litigioſa per ſolam partis citationem.*

80 *Intellige ſi inſtantia non fuerit perempta.* 81.

82 *Auctoris ſententia eſt, Clericos hæredes itidem poſt cæptũ judicium cum defuncto conveniendos eſſe coram Eccleſiaſtico Judice, quæ variis roboratur ſolidiſſimis rationibus. nu.* 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91.

92 *Hæreditas non adita, defuncti repræſentat perſonã, adita verò hæredis eſt, ejuſque refert perſonam.*

Judex defuncti conficit inventarium hæreditatis non aditæ. Ibidem.

93 *Judex Eccleſiaſticus inventarium hæreditatis Clerici defuncti non aditæ facit, etiam ſi laicus hæres inſtitutus fuerit, omneſque quæſtiones ſuper ea excitatis coram eodem abſolvuntur.*

94 *Ad laicum Judicem ſpectat de bonis laici defuncti inventarium conficere, etiam ſi Clericus hæres inſtitutus fuit, & non adiverit. n.* 95. 96. 97.

98 *Conſuetudo conficiendi inventarium in Hiſpania, Gallia, & utriuſque Siciliæ affertur, ac Feliciſſ. Urbis Panormi. nu.* 99. *ac Cathaloniæ. n.* 100. 101.

102 *Laicus, Clerici, vel alterius laici hæres, ſi pro confectione inventarii Clericum intereſſe habentem citare intendit; de cujus poteſtatis ordine talis citatio perfici debeat? nu.* 103. 104. 105.

106 *Citatio, quatenus ſua putaverit intereſſe, Clerico de laicis Judicis mandato confecta, Eccleſiaſticæ immunitati læſiva eſt.*

107 *Etiam ſi per edictum fuerit acta.*

108 *Laica poteſtas nequit citare*

Clericum in judicio concurſus, ut cum cæteris concurrat creditoribus. n. 109.

110 *Oppoſita refertur ſententia. n.* 111. 112. 113.

114 *Creditores vocati in judicio concurſus, ac ad confectionem inventarii, actores, non rei ſunt. n.* 115. 116. 117. 118.

119 *Clerici licèt, quatenus, citati ſi poſſiderint rei eſſent neceſſarii, & coram ſuo Eccleſiaſtico Prælato citandi ſunt. num.* 120.

121 *Intellige ſi ſponte nõ comparuerit, vel lite pendente, poſſeſſionem non acceperit.*

122 *Clericus debitor ſi adverſus ſuos creditores judicium concurſus intentare voluerit corã ſuo Eccleſiaſtico Judice vocare debet creditores, etiã ſi laici fuerint.* 123.

124 *Citatio per edictum, non artat ad comparendum, & ſi taliter citatus cõparuerit, actor voluntarius dicitur, non reus.*

125 *Cautela tamen eſt ut ex omni citatione Clerici coram ſuo Eccleſiaſtico Antiſtite citentur.*

126 *Inventarium per hæredem confectum non eſt judicium, ſed ſolemnitas.*

127 *Et an ſit neceſſaria Judicis præſentia? Et quid de conſuetudine?*

128 *Et an ſit neceſſaria citatio? n.* 129. 130. 131.

132 *Conſuetudo conficiendi inventaria nonnullarum Regionũ affertur.*

133 *Creditor an agere queat contra debitorem ſui debitoris Clerici, non audito, nec citato ipſo Clerico principali debitore? Laxè extricatur materia.*

134 *Clerico principali debitori, an competat remiſſio fori, ſi ſuus creditor agere intendit contra ſuum debitorẽ? Affluenter examinatur hæſitatio.*

135 *Debitor, qui creditori ſuo nomen ſui debitoris obligavit, eum procuratorem in rem ſuam conſtituit: et quã actionẽ ex hac obligatione creditor adipiſcatur?* 136. 137.

138 *Tex. in l. nomen 4. C. quæ res pign. obligar. poſſ. & l. poſt quam, 7. C. de hæred. vel activendi, explicantur.* 139. 140.

141 *Actio, quæ ex d. tex. in l. nomen 4. acquiritur an ſit perſonalis, an hypothecaria?* 142. *Gloſſ. in d. l. nomen, in prima parte non recipitur. in ſecũda veram eſſe demonſtratur.*

142 *Creditor hypotecarius, tribus concurrentibus, quit contrà nomen debitoris ſibi obligatum agere: & qua actione explicatur* 143. 144.

145 *Creditori cum clauſula, Cõſtituti, licitum eſt agere rectâ viâ contrà tertios poſſeſſores, non audito, nec citato principali debitore.*

146 *Tex. in l. C. de hæredit: action.*

actîon. per quampermittitur uxori pro dote repetenda agere contrà mariti hæredes: non verò perſonali actione contrà hæreditarios viri debitores, explicatur. 147. 148.

149 *Tex. in l. penult. C. de novat. interdicit Chirographario creditori agere contrà debitorē ſui debitoris; ex qua prohibitione permiſſionem inferunt DD. in hypothecario creditore.*

150 *Creditor utilem perſonalem ſibi quæſitam actionem exercēdo contrà nomen ſui debitoris rectà vià, abſque ulla principalis ſui debitoris citatione, ſuo utitur jure.*

151 *Eamque actionem, rei forū ſequendo, coram poteſtate ipſi debitori, ſui debitoris competente experiri valet n.* 152.

153 *Debitor creditori ſui creditoris ſoluendo, poſſeſſionem ſui creditoris non pervertit, ſed conſervat.*

154 *Creditor, qui jura intendit experiri ſua adverſus nomen ſui debitoris, non aliter agere, nec plus juris prætendere poteſt, quàm ipſe creditor principalis.*

155 *Fiſcus adverſus debitorem ſui debitoris jure ordinario agit, quemadmodum ejus debitor.*

156 *Creditor Clerici, ſi ſuam cederet actionem, vel inſolutum aſſignauerit, Clericus debitor sēper coram ſuo Eccleſiaſtico Judice conueniendus eſt.* 157.

158 *Clerico debitore condemnato, valet Eccleſiaſtica poteſtas ſuam exequi ſententiam contra debitores laicos ipſius Clerici.*

159 *Deciſio ſupremi Senatus S. C. Neapolis ad id affertur.*

160 *Patrimoniales cauſæ coram Cæſaris Tribunali abſoluebantur.*

161 *Et quid ſi Eccleſiaſtica in judicio adeſſet perſona? negatiuam ſequitur. Recens adducitur deciſio ibidem.*

162 *Clerici, aliæq; Eccleſiaſticæ perſonę in cauſis feudalibus abſoluendis coram Principe laico concedente pulſandi ſunt. Et quid ſi agitur pro feudi reparatione, aut pro ſatisfaciendo domino feudi? ibidem.*

Et quid ſi agitur de perſonali pignoratitia revendicatoria, vel alia extranea actione? ibid.

Privatus Baroniam reuendicare volens à manu Eccleſiaſticæ perſonæ, hanc coram Eccleſiaſtico Judice vocare debet. ibid.

A ſententia lata per Eccleſiaſticum uti Baronem ad feudi Dominum appellatur, non ad alium Eccleſiaſticum Prælatum. ibid.

163 *Diviſiones facienda ſunt coram Judice provocantis.*

Et ſi Eccleſiaſticus de medio adeſſet, coram Judice Eccleſiaſtico fieri debent. Intellige. ibid.

164 *Judex Laicus an compellere*

re quis Colonos, alioſque Eccleſiaſticorum conductores, ut penſiones depoſitent, ad finem eas repartiendi inter creditores.

Deciſiones nonnullæ Feliciſſ. Urb. Neapolis afferuntur.

165 *Judex laicus an queat ſequeſtrum mandare, ſuper fructibus Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ ab emphiteuta debitis?*

166 *Clericus pignoris emptor, pretio ſoluto, poſſeſſor legitimus efficitur. Et ſi de novo ad alterius inſtantia ſuper eadem repulſatur, coram ſuo Eccleſiaſtico Judice vocandus eſt.*

167 *Laicus inſimul cum Clerico delinquens, coram quo Imperio comprimendus ſit? Binæ recenſentur ſententiæ.*

168 *Quo ad eos, qui diverſi fori ſunt, haud inconſentaneū, eſt ut continentia cauſæ dividatur.*

169 *Recens Supremi M. C. Senatus deciſio adducitur.*

170 *Et quid in actionibus Civilibus in dividuis, petitione, et ſolutione, vel in dividuis petitione, & ſolutione dividuis?*

HUc uſque egimus de locali immunitate Eccleſiis, aliiſve locis ſacris ob eorum reverentiam debita, ac de delictis in eadem Eccleſia patratis, & de legitima, ac illegitima extractione ab ipſa Eccleſia confecta: hic aliqua agglutinare libet circà Clericorum fori privilegium quoad temporalia; etenim circà Eccleſiarum, eorumdem Clericorum immunitatem quoad tributa, vectigalia, ac cæteras impoſitiones, laxè in *cap.* 2. *hujus Codicis* cuncta opportuna exaravimus, & *in* 2. *tom. de Clericat. quandoq; amittendo crimina* ob quæ Clerici à Clericatu denudantur, ac fontes è Sacræ Aræ præſidio arcentur, Deo ſic annuente cuncta abſolvemus, his igitur ſuppoſitis, inquimus.

1 CLericos, alioſque Eccleſiaſticos Prælatos in eorū bonis propriis, & patrimonialibus fori immunitate haud gaudere cū non ſint deſtinata ad Divinum cultū, ſed uſibus inſerviant prophanis, ex oraculo *Abb. in cap. fin. nu.* 11. *de vit. & honeſt. Cler.* dixère *Navar. conſ.* 5. *n.* 1. *de immun. Eccl. Covarr. lib.* 1. *var. cap.* 4. *nu.* 3. *Guttier. pract. quæſt. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 8. *Menchac. de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 22. *ſub nu.* 43. *verſ. ſed contrarium. Diaz in pract. Canon. cap.* 18. *nu.* 14. *verſ.*

hoc

hoc verò Patrimonii. Gonzal. ad reg. 8. *Cancellar. gloſs.* 5. §. 10. *n.* 14. & poſt eos *Henric. Zoëſ. comm. decret. lib.* 3. *tit.* 49. *de immun. Eccleſ. num.* 3. *propè finem*, cuncti uno ore affirmantes Clericos pro eorum patrimonialibus bonis fori immunitatem haud retinere; undè fluit Clericos pro recenſi-
2 tis bonis patrimonialibus neque integrum reſtitutionem gaudere, ſed tantum in cauſis nomine Eccleſiæ per eos agitatis inſinuant *Galeſ. de reſtit. integr. ad cap.* 1. *de reſtit. in integr. in* 6. *Luc. ad Præſ. de Franch. deciſ.* 597. *Ant. Fab. in Inſtit. tit. de action.* §. *rur-*
3 *ſus verò in fine*, nec fori electionis privilegium habere pro eorum proprio patrimonio, ſubdunt *Faber, & de Luca, ac ex rit.* 229. *M.C.V.* ānectūt Neapolitani *Caravit. nu.* 1. *Novarr. in prax. ſect.* 1. *qu.* 31. *nu.* 1. *Paſqual. de vir. patron. poteſt. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 89. *Calà de mod. articul.* §. 1. *gloſs.* 1. *nu.* 87. *Viv. deciſ.* 27. *nu.* 1. 2. & alii quos laudat *Præſ. de Franch. deciſ.* 597. *n.* 1. & poſt eum *D. Thom. Carlevar. de jud. tom.* 1. *diſput.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 7. *num.* 587. 588. ubi gaudere hoc electionis fori privilegio Clericos pro injuria ipſis illata, & ſic in cauſa propria, & privata, ſuamque offenſa Deum tan-
4 git, ac Eccleſiam: *Reg. de Marin. reſ.* 47. *tom.* 2. & ſi oppoſitam ſuſtinent ſententiam *Barboſ. alleg.* 19. *n.* 91. *Bonac. in tit. de reſtit. in part. diſput.* 2. *qu.* 9. *punct.* 2. *nu.* 12. *tom.* 2. *Bellet. diſq. Cler. tit. de exempt. Cler. & eorum bon.* §. 5. *nu.* 9. *part.* 1. *Sperell. deciſ.* 37. *num.* 77. *par.* 1. *& deciſ.* 184. *nu.* 17. *par.* 2. ubi ita pluries declaraſſe Sacr. Congregationem affert, autumantes bona allata in locum beneficii ſubrogari, eamdemque aſſumi naturam; ſi tamen Clericus cum bonis in titulū patrimonii aſſignatis cum effectu promoveatur ad Sacros Ordines, aliàs nequaquam, declaravit eadem Sacra Congr. & refert *Corrad. in prax. diſpenſa. Apoſt. in addit. cap.* 5. *l.* 4. *nu.* 33. ideò donec non fuerint in Sacris conſtituti exemptionē non potiuntur, ut declaravit. Sacr. Congr. anno 1639. & refert. *Panimoll. deciſ.* 6. *adnot.* 3. *nu.* 4. *par.* 1. ita ſi ad Sac. Ordines attingerit, aliudve beneficium adoptaverit: nam allatam perderent immunitatem. *Barboſ. d. alleg.* 19. *nu.* 91. ex declarat. S. Congr. etiam ſi Beneficiū in locum patrimonii ſubrogatum ſit ſubdunt *Campanil. diverſ. rub.* 8. *cap.* 6. *num.* 9.

Ugol.

Ugol. de poteſt. Epiſcop. cap. 26. §. 13. *num.* 4. *Barboſ. nu.* 90. verum ſi fraus non adeſset, exemptionem ſemper dari probat *Panimoll. nu.* 9. undè inferũt *ſolertiſſimus Conſ. Petr. ad rit.* 229. *Rit. M. C. V. nu.* 3. *Maceratenſ. lib.* 1. *reſol.* 88. *Leonard. Durand. in Bull. Cænæ Dom. lib.* 2. *can.* 18. *qu.* 5. *nu.* 4. 5. *&* 8. *Steph. Gratian. diſcept. for. cap.* 166. *nu.* 27. *tom.* 1. *Cened. pract. lib.* 1. *qu.* 11. *Menoch. de recuperand. remed.* 15. *nu.* 21. pro bonis patrimonialibus competere Clericis fori variationem, ac electionem: immunitate verò fruuntur, quo ad gabellas, aliaſq; impoſitiones Clerici pro eorum patrimonio: *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 11. *nu.* 45. *Duard. in Bulla Cœnæ lib.* 2. *Canon.* 18. *qu.* 5. *nu.* 17. *Sãch. opuſc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 36. *Lotter de Benef. lib.* 1. *qu.* 2. *nu.* 27. 36. *Ciarlin. contr. cap.* 22. *n.* 48. *Vulpell. prax. cap.* 17. *nu.* 24. licet oppoſitum ſuſtinent mordicus ſuprà relati, & cum eis *Gonzal. regal.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 10. *nu.* 14. putans bona Clericorum patrimonialia non potiri privilegiis, bonis, Eccleſiarum indultis, quam ſentẽtiam veriorem eſse aſserit: in noſtro tamen Siculo Regno immunitate gaudent allata bona Clericorum patrimonialia, ideo non collectantur; gabellas, nec dohanas ſolvunt.

5 Nec fori inquam declinatoria utuntur Clerici, ſi uti venditores ab emptore in judicio pulſati fuerint; etenim venditorẽ ẽptoris Judicẽ ſequi ſolere, reſpondit I. C. *in l. venditor* 40. *de judic.* & ibi res tuenda eſt ubi cauſa agitur *tex. in l. jam tamen* §. *ultim. ff. de jud. ſol.* & disertè edocent *Steph. Aufrer. deciſ. Toloſ.* 361. *Didac. Covarr. prac. quæſt. cap.* 8. *nu.* 3. congruẽtes hoc in caſu Clericum ad tribunal laici Imperii non trahi, quoniam non ipſe, ſed emptor convenitur: quod pariter dixit *Buterus in cap. quoniam frequenter* §. *quod ſi ſuper, lite non conteſt. Panorm. in d. cap. quoniam* §. *in aliis n.* 27. *Ancher in cap. ea quæ, qu.* 17. *de reg. jur. in* 6. ipſeque tantum in judicio aſſiſtit, ut rectè cauſa agatur. *Abb. ubi nuper, & in cap. fin. nu.* 8. *de empt. & vendit. Gaill. lib.* 1. *obſerv.* 37. *num.* 7. *Aufrer. ubi deſuper, & de poteſt. jud. ſecul. ſuper Eccl. perſ. reg.* 2. *nu.* 6. *tom.* 11. *par.* 1. *tract. Pater Ludov. Molin. de juſtit. & jur. diſput.* 380. *nu.* 15. 16. ſicque deciſum refert *Miſyng. centur.* 5. *obſer.* 14. *& centur.* 6. *obſer.* 33. *nu.* 1.

Cancer.

Cancer. var. lib. 3. cap. 16.
de lit. conteſt. nu. 131. Carol.
de Graſſ. de effect. Cler. effect.
1. nu. 261. cum ſeqq. quam
ſententiam centum Doctorũ
oraculo probat Ant. Amat. reſ.
86. à num. 68. 69. tom. 2. &
poſt omnes edocet ſolertiſſi-
mus Nicolaus Burgũd. de evict.
queſt. 67. nu. 12. & annuere
Ciriac. contr. cap. 383. n. 19.
20. Sanleger. de prævent. jud.
par. 1. cap. 10. à nu. 18. &
ſeqq. alioſque cumulat D. Mi-
chael Cortiad. deciſ. 30. num.
49. & 50. par. 1. & deciſ.
178. nu. 3. & 4. par. 3. ubi
ſic pluries deciſum affert hoc
idem firmat ſub nu. 5. contrà
Familiares Sanct. Officii, &
poſt eos Henric. Zoëſ. comm.
ad decret. lib. 2. tit. 2. de for.
comp. nu. 28. ubi ſubdit hoc
non militare ſi prius Clericus
fuerit pulſatus pro evictione,
nam tunc coram Eccleſiaſti-
co ſuo Judice vocandum eſſe
firmat ex Covarr. ubi ſupra
Gaill. lib. 1. obſer. 37. num. 7.
Facchin. lib. 2. c. 38. quidquid
in oppoſitum teſtatur fuiſſe
deciſũ in S.C. Neapolit. Ca-
6 pic. deciſ. 197. & meminere
Thom. Gramm. deciſ. 21. Mu-
ſcatell. pract. civil. Gloſſ. inti-
matio nu. 36. 37. part. 1. &
Gloſſ. nominet num. 5. part. 3.
Boër. deciſ. 69. Novarr. in
prax. ſect. 1. qu. 31. num. 4.
Ricc. collect. deciſ. 2283. part.
6. cuncti unanimiter dictan-
tes Clericos in hoc evictio-
nis judicio, ubi ab emptore
pulſati fuêre, ad ſuum re-
7 mittẽdos eſſe forum: attamen
eis reſpondent Thom. Carle-
var. de judic. tom. 1. lib. 1. qu.
6. ſect. 8. num. 666. & conſ.
Franc. Mar. Prat. ad eumdem
Muſcatell. in Gloſſ. nominet,
ajẽtes in judicio adversùs em-
ptorem per evincentem præ-
poſito textus in d. l. venditor de
judiciis militare, meritò Cle-
rico, in auctorẽ pro evictione
laudato, nequaquam fori de-
clinatoriam competere; niſi
pro alia lite in exequutionem
primæ ab emptore contrà ip-
ſum Clericorum venditorem
inducta, pro recuperando nẽ-
pè pretio, vel expẽſis: ut edo-
cent Petrus Barboſ. in l. vendi-
tor 49. num. 192. ff. de Judic.
Pereyra de man. reg. par. 2. cap.
32. nu. 18. & alii per Cyriac.
contr. cap. 383. nu. 12. 17. &
poſt eos referendo firmat Cor-
tiad. deciſ. 178. nu. 10. par. 3.
ad quam materiam vide Ur-
ceol. conſult. 44. Card. de Lu-
ca de juriſd. & for. compet. tom.
3. diſcurſ. 60. n. 7. 8. 9. de Graſ.
8 d. effect. 1. n. 266. annecten-
tes, Clerico pro tuitione ſui
Coloni, vel Inquilini vocato,
fori declinatoriam competere:
etenim ut principalis, ac de-

ſenſor neceſſarius in hoc judicio eſt, & ad tuendam ſuam poſſeſſionem, ac dominium accedit: & ſequitur *Amat. d. reſol.* 86. *nu.* 72. autumant equidem *Dian. reſol. mor.* 25. *verſ. verum contrarium par.* 4: *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ.* Clericum venditorem coram laico Imperio pulſatum pro tollēda evictione, valere coram eo comparere ut emptorem tuatur, de licentia tamen Judicis Eccleſiaſtici; ſuſtinet nec diſcrepat *Panimoll.deciſ.* 14. *adnotat.* 3.
9 *à nu.* 34. *ad* 37. Nobis autem tantorum patruū, omni veneratione debita ſemper ſalva, haud parum arridet *Bartholi diſtinctio in l.* 1. C. *ubi in rem actio.* nempè tertio coacto, ac accito ad reum tuendū à quo laudatus fuit, ut quia de evictione, vel aliter tenebatur, fori declinatoriā competere, immò, & omnes exceptiones, ac beneficia in judicio deducere poteſt, quod *Bartholi* oraculum mirè concomitantur. *Chacher. Oſaſch. deciſ. Pepemont.* 38. *Cōſil. Rodoer. ad Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 108. *nu.* 33. *Cōſil.* Jo: *Bapt. Hodiern. ad Petr. Surd. deciſ.* 110. *nu.* 11. *Epiſc. Fermoſ. in cap. quod Clerici* 9. *quæſt.* 7. *&* *in cap. propoſuiſti* 19. *qu.* 11. *n.* 3. *& in cap. fin. qu.* 16. *de for. comp. P. Anton. Dian. reſ. mor.* 22. *p.* 3. *tr.* 1. *& p.* 4. *tr.* 1 *reſ.* 25. *Thom. del Ben. de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 11. *ſect.* 3. eo autem non pulſato, ſed ſpontè in judicium accedenti ad proponenda, ac ſua tuenda jura fori nō cōpetere declinatoriam, ut ex *Barth. Bald. in d. l.* 1. C. *ubi in rem actio, & in l. emptori* 1. *de judic.* inſinuant *Imol. in l. non ſolum,* ⁊. *quod vulgo, ff. de uſu capio, Speculat. tit. de primo decret.* ⁊. *reſtat verſ. quid ſi Dominus, & verſ. ſequent. Abb. Panorm. in d. cap. quoniam verſ. & faciunt, ut lit. conteſt.* quos laudat *Calà de reſtit. integr. quæſt.* 26. *nu.* 3. 4. ſi tantum ad tuendum emptorem, accitus fuerit coram laico imperio Clericus, nō autem ad condemnandum; erudiunt hoc in caſu Clerico haud competere fori declinatoriam *Fontanell. deciſ.* 202. *nu.* 15. *& ſeqq. par.* 1. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 110. *num.* 10. 15. 17. *Fab. in Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *diffin.* 39.

10 Hanc inquam fori declinatoriā Clerico diffamanti haud competere; nec diffamatus laicus corā Eccleſiaſtico Clerici diffamantis Judice jactantiæ judicium intentare tenetur: comprobat, & deciſum refert *Maſtrill. deciſ.* 239. & ante eum *Alex. conſ.* 103. *lib.* 5.

5. *Capyc. deciſ.* 18. *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 268. *Reg. de Marin. reſol. cap.* 6. *tom.* 1. *Calà d. quæſt.* 26. *n.* 53. 54. contra
11 planè diffamatores tertio inquietantes jactionibus, & moleſtiis pluries prætentiones, & lites proponentes, Quiritum ſedulitas opportunum adhibuit remedium, per *tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manū.*
12 quæ quidem lex quamvis de diffamatione illata ſuper ſtatu, libertate, & ingenuitate loquatur, diffamatoriq; tempus ad diffamationem clarificandam aſſignetur, quâ non probatâ, ſub pœna amplius non audiēdi, & ut perpetuum imponatur ſilentium, edoceant *Marant. de ordin. Judic. n.* 4. *diſtin.* 21. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 9. & 12. *Oliba. de act. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. & 7. ubi *Montener nu.* 11. *Fontanell. deciſ.* 328, *n.* 2. *par.* 2. *Ciarlin. contr. for. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 1. *Reg. Revert. deciſ.* 575. *Caſtill. contr. lib.* 5. *cap.* 93. ʒ. 14. *n.* 27. *Sanleng. de præven. Judic. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. niſi diffamator juſtam habuerit diffamandi cauſam, ſubdit *Faria ad Covarr. lib.* 1. *var. cap.* 18. *n.* 11. Tamen ex eadem legis ratione hoc idem in quacumque diffamatione, tam Civili, quàm Criminali, reali, aut perſonali generaliter practicatur: *Molin. de juſt. & jur. diſput.* 639. *Anton. Gomes var. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 18. 23. & ibi *Laynes Mareſca de reconvent. enarr.* 4. *n.* 13. & alii ubi ſupra, & poſt eos *Cortiad. deciſ.* 236. *nu.* 6. *part.* 4. Conveniunt inſuper
13 Canoniſtæ, ac Civiliſtæ in hoc jactantiæ judicio diffamantem eſſe actorem, diffatum verò reum, qui laceſſitus, & ob adverſarii jactātiam judicium *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* intentat, eſtque planè diffamatus reus, ex jactantia diffamatoris: quoniā diffamare nihil aliud eſt, quā ad judicium provocare, meritò reus haud actor dicendus eſt, ut ſecluſis aliorum oppoſitis ſententiis, firmant ex oraculo *Bald. in l. diffamari, n.* 9. *verſ. item, C. de ingen. & man. Trentacinq; var. reſ. lib. lib.* 1. *tit. de diffamat. reſ. unica, n.* 6. *Cyriac. contr.* 161. *nu.* 2. *tom.* 1. *Scialoja de for. comp. c.* 1. *n.* 18. *Fermoſ. allegat. Fiſc.* 13. *nu.* 2. 3. *Carocc. de for. privil. qu.* 20. *nu.* 6. *Maſtrill. deciſ.* 139. *n.* 13. *tom.* 2. *Card. de Luc. de for. compet. diſcurſ.* 69. *n.* 13. *Sanfelic. deciſ.* 168. *nu.* 2. *Giurb. deciſ.* 44. *n.* 2. *Conſil. Altimar. ad Rovit. obſer. ad deciſ.* 1. *n.* 14. *Manfrell. ad Capyc. deciſ.* 89. *n.* 4. 12. *Mart. de juriſd. part.* 4. *centur.* 2. *caſ.* 185. *per tot.* meritò uti reus

Digitized by Google

verè diffamantem, ad ſuum
trahit Judicem, *Alex. d. conſ.*
103. *vol.* 5. & magiſtraliter de
more inſinuant *Hieron. Leo*
deciſ. 208. *par.* 2. *nu.* 42. 47.
nec diſcrepat *And. Gaill. lib.* 1.
obſer. 9. ſicque deciſum refert
Joan. Bapt. Thor. compend. de-
ciſ. verb. Clericus, ſive Prælatus,
& ex eis *Salgad. de Reg. protect.*
par. 4. *cap.* 14. *n.* 77. 492. *to.*
2. *Ybañes Faria ad Covarr. lib.*
1. *cap.* 18. *n.* 33. 36. *Tondut.*
Sanleng. de præven. par. 1. *cap.*
8. *n.* 3. *Valeron. de tranſat. tit.*
2. *qu.* 2. *n.* 16. *Fermoſ. allegat.*
Fiſc. 16. *n.* 2. 3. *& ſeqq. par.* 2.
& in cap. cum ſit generale 8.
qu. 3. *n.* 2. *& ſeqq. de for. com-*
pet. Fontanell. deciſ. 328. *n*, 10.
& deciſ. 329. *n.* 8. aientes li-
cere ſæculari Imperio ora
Clericorum diffamantium ad
inſtantiã laici diffamati clau-
dere, & ſic deciſum referunt
14 contra quemdam Cardinalẽ
Præſ. de Franch. deciſ. 657. &
ibi *Luca Capyc. deciſ.* 18. con-
tra Epiſcopos *Alexand. conſ.*
103. *lib.* 5. *Cyriac. contr. cap.*
161. ſicque in noſtro Siculo
Regno fuiſſe exequutum plu-
ries notavimus, & deciſum
afferunt in Mag. Curiæ Su-
premo Senatu, *Amat. reſol.* 52.
n. 3. & per Conſiſtorium Sa-
cræ Reg. Conſcientiæ, *Ma-*
ſtrill. deciſ. 239. *à n.* 13. *tom.*
3. *Caracciol. de for. privileg. q.*
20. *per totum, & q.* 16. *n.* 20.
& generaliter hoc itidem edo-
cent *Anſald. de juriſdict. par.*
3. *tit. unico cap.* 8. *n.* 146. *&*
ſeqq. Eſcobar. de Pontif. et Reg.
juriſd. cap. 54. *nu.* 32. *Cancer.*
par. 3. *var. cap.* 1. *n.* 62. *Petr.*
Fontanell. deciſ. 321. *nu.* 11.
& deciſ. 328. *&* 329. *part.* 2.
ſi tamen Clericus diffamator
non poſſiderit, ſed laicus diſ-
famatus in poſſeſſione extite-
rit, ut advertunt *Valaſc. con-*
ſult. 184. *n.* 5. *Fontanell. deciſ.*
328. *n.* 21. *par.* 1. *Trentacinq.*
var. lib. 1. *de diffamator. reſol.*
1. *n.* 9. *Montaner. ad Olivan*
de action. par. 2. *cap.* 33. *n.* 8.
lib. 1. ſicque deciſum affert
Cortiad. deciſ. 238. *n.* 36. 37.
at ſi laicus diffamatus non
15 poſſiderit diffamationis, judi-
ciũ ſilet: *Valaſc. conſ.* 184. *n.* 5.
6. *Boër. deci.* 255. *Coſt. de remed.*
ſubſid. remed. 50. *nu.* 19. *Ga-*
briel. com. concluſ. tit. de action.
lib. 2. *concluſ.* 6. *n.* 8. *Cyriac.*
contr. 349. *nu.* 20. *Fontanell.*
de pact. nup. tom. 2. *clauſ.* 5.
Gloſſ. 8. *par.* 14. *n.* 48. *cum*
ſeqq. & deciſ. 321. *n.* 12. *&*
328. *n.* 21. *& deciſ.* 329. *n.* 4.
par. 2. *Ybañes Faria ad Covar.*
lib. 1. *var. cap.* 18. *n.* 6. porrò
probatur diffamatio per ſum-
marias informationes *Sanlẽg.*
de prævent. par. 1. *cap.* 8. *n.* 1.
Menoch. conſ. 366. *nu.* 1. &
ſufficit ſi diffamator ſuam ex-
pe-

Digitized by Google

periri actionem paratus ſe offert, ex *Covarr.* ubi ſupra erudiunt *Marant. de ord. Judic. par.* 4. *dinſtin.* 21. *n.* 15. *Seſſe deciſ.* 115. *n.* 27. *tom.* 2. laxèque hanc de more extricat materiam diffamationis, *Don Mich. Cortiad. deciſ.* 238. *per totum, tom.* 4. *ſub n.* 39. ſubdit ſi de rebus temporalibus, & non Eccleſiaſticis ageretur, & ita deciſum affert.

16 Controverſa admodum quæſtio eſt, an laicus poſſit aſtringere Clericum, eum coram laica poteſtate pulſantem reconventionis viâ coram eâdem? naviter annuunt Civiliſtæ ſuſtinentes omninò admittendam eſſe hanc reconventionem contra Clericum, ſuam fundantes ſententiam ex diſpoſitione *textus in Aut. & conſequenter, C. de ſen. & interloq. omn. Judic. ac in l. cum Papinianus,* 14. *C. eodem* Ete-

17 nim in Aut. & conſequenter, habetur ut utrumque conventionis, & reconventionis judicium pari agatur paſſu unà, eâdemque ſententià, unoque abſolvatur proceſſu: & facit *cap. cũ dilectus de ordin. cognit. & cap.* 1. *de mut. pecun. gloſſ. in cap.* 1. 3. *q* 8. *& d. l. cum Papinianus,* ex Papiniani ſententia dictat Juſtinianus: *dignari non debes ſi coram eodem quem elegiſti te reconveniam argument. cap. non accuſatores* 3. *qu.* 8. & faciunt *Petr. Barb. in l. qui prior.* 29. *nu.* 11. 79. *ff. de Judic. Reg. de Marin. reſ. cap.* 176. *nu.* 6. *tom.* 2. *Merlin. contr. centur.* 2. *cap.* 23. *nu.* 26. *Caracc de for. privil. q.* 16. *nu.* 4. *Manfrell. ad Capyc. Latr. ad dec.* 141. *n.* 1. actor au-

18 tẽ ſuo arbitrio Judicẽ eligendo, eum habere Judicẽ contra ſe in eodẽ negotio dedignari non debet, cum ea eſſet reconventionis virtus, ut ex ea illius prorogetur juriſdictio, & fiat Judex, qui aliàs eſſe nequiret: *tex. in l. ſi idem, §. ſi mutuæ, ff. de juriſd. omn. judic.* nec corà alio Judice agitari poſſe, quà coram eo, ubi conventio introducta fuit, innuunt *Steph. Aufrer. de poteſt. ſecul. in Eccleſ. reg.* 2. *fallent.* 3. *n.* 4. *Jacob. Menoch. de arbitr caſ.* 44. *cent.* 1. *Lap. alleg.* 118. affluẽter *Petr. Barboſ. in l. qui prior,* 29. *à n.* 8. *ff. de judic.* ſic publico favore ſuadente, ni in æternum lites tranſeant, *Caracc. n.* 5. & alii per *Mareſca de reconvent. enarrat.* 2. *n.* 104. & ni perturbaretur actor ex diverſis inſtantiis, ac coram variis judicibus, contra diſpoſitionem *d. Aut. & conſequenter, §. illud,* inſinuat *Bart. ibidem,* & conducit *cap. diſpendia §. reus, de præſcript. in* 6. *Speculat. tit. de reconvent. §.* 1. *in princ.*

princ. Abb. in cap. 1. *de mut. petitio.*

19 Si legalis tamen fuerit reconventio, nimirùm ante litis conteſtationem, aut paulò poſt adducta: etenim hoc in tempore, jure communi attento, proponendam eſſe edocent *ex Gloſſ. in allata Aut. & conſequēter, Vela diſſert.* 45. *n.* 91. *Manfrell. ad Capyc. Latr. in deciſ.* 141. *n.* 5. 6. *Mareſc. de reconvent. enarr.* 3. *n.* 12. *& ſeqq.*

Præſumitur equidem tunc Clericum prorogaſſe juriſdictionem: ut edocent nuper laudati, quibus adde *Anton. de Matth. Roman. in tract. de prorogatio. ſub n.* 60. *Marant. in prax. par.* 4. *diſtin.* 12. *nu.* 17. *Barboſ. in l.* 1. *art.* 1. *ex n.* 62. 158. *ff. de judic. Thom. Carlev. de judic. tom.* 1. *diſput.* 2. *qu.* 8. *ſect.* 2. *nu.* 976. *& tom.* 2. *tit.* 2. *diſput.* 7. *nu.* 3.

20 nō hominis prorogatione, ſed legis: *Gloſ. in Canon. denique, verb. præſumant,* 95. *diſtinct. Gloſſ. in Canon. convenior,* 21. *verb. Chriſtus* 23. *qu.* 8. *Gloſſ. in cap. at ſi Clerici, verb. non tenet, verſ. at ſi Clericus, de judic. cum concordantib. Ciarlin. contr. for. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 31. *D. Thom. Carlevar. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 956. 976. *Sanleng. de prævent. part.* 2. *cap.* 58. *n.* 12. & alii per *Mareſc. de reconv. enarr.* 2. *nu.* 6. & poſt eos *Don Mich. Cortiad. deciſ.* 242. *num.* 40. *tom.* 4. meritò Clerici ſub enarratis Imperialibus sāctionibus devincūtur, & ſi non vi coactivâ, ſaltem ex vi rationis, ut aliùndè prędiximus, & inſinuant *de Matthe. ubi nuper n.* 60. *Anſald. de juriſdict. par.* 3. *tit. unico, cap.* 9. *verſ. in omnib. ex n.* 53. 76. & alii autumantes hanc Clericorum reconventionem in jure eſſe fundatam, potiſſimū in civilibus: *del Bene de immu. Eccleſ. to.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *n.* 6. nec diſcrepant *Capyc. deciſ.* 18. *Præſ. de Franc. deciſ.* 191. 316. 349. *&* 376. *Ricc. collect.* 2287. *Reg. de Marcian. diſput.* 73. *&* 19. melius omnium *Merlin. contr. cent.* 1. *cap.* 23. *in fin.* ac *ferè per totū, Capyc. Latr. deciſ.* 141. *nu.* 1. *lib.* 2. *Boër. deciſ.* 69. *Mart. de juriſdict. part.* 4. *centur.* 2. *caſ.* 107. *nu.* 1. *& nu.* 4. ubi conſuetudinem reconveniendi Clericos coram Judice laico fundatā eſſe de jure, eamq; ſequendam eſſe quouſque per Sum. Pontificem aliud fuerit diſpoſitum, concludit *Anton. Fab. in Cod. tit. de judic. diffic.* 39. *Dom. Larre. deciſ.* 4. *n.* 11. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 747. *Squillant. de privil. Cler. cap.* 7. *n.* 61. *Gambac. de immun. Eccleſiaſt. lib.* 7. *cap.*

cap. 13. *n.* 2. *Donad. de renunc. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 91. *Reg. de Marin. in obſer.* 413 *nu.* 3. *ad Revert. tom.* 2. & *in ſuis reſol. cap.* 179. *n.* 6. *tom.* 2. *Duard. in Bulla Cœn. lib.* 2. *Canon.* 15. *quæſt.* 11. *nu.* 66. & ibi *Cæſar. frater addiction.* & ex particulari Rit. M. C. V. innuunt *Caravit. Conſil. Petr. ſub nu.* 12. *D. Domin. Manfrell. in obſer. ad Capyc. Latr.* 141. *lib.* 2. & deciſum refert *Jo. Bapt. Thor. compend. deciſ. par.* 3. *verb. reconventio, Afflict.* 173. & ibi *Urſill.*

21 Niſi inſtantia litis motę per Clericum in judicio conventionis eſſet perempta: nam quit Clericus judicium reaſſumere, nec reconventionis judicio ſubjacet: *Mareſca de reconvent. enarr.* 2. *nu.* 222. & quid ſi lis tranſactione ſopita fuerit? vide infra *n.* 81. *in fin.*

22 Vel ſi Clericus alieno ageret nomine Procuratoris nimirùm, vel Tutoris, aut Curatoris: nam tunc nomine haud reconvenitur proprio coram ſæculari Imperio: ceſſat namque reconventionis ratio, ut graphicè erudiunt *ex Carol. de Graſſ. effect. Cler.* 1. *n.* 768. *Maligner. de reconvent. qu.* 17. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *nu.* 149. *Cutell. deciſ.* 16. *n.* 19. *Franc. Leo in theſaur. for. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 38. *n.* 77. *Squill. de privileg. Cler. cap.* 7. *n.* 66. *Manfrell. n.* 10.

23 Aut ſi Clericus ageret ex contractu quarãtigio exequutionem paratam habẽte: *Mareſc. enarr.* 5. *n.* 56. 126. *Carlevar. de jud. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 7. *n.* 9. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 26. *nu.* 15. & 19. & poſt eos *Romaguera ad Conciol. inſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 3. *n.* 75. & *rub.* 15. *n.* 13.

24 Vel ſi Clericus pro puro ageret depoſito: nam quia ejus ſummaria, & exequutiva eſt actio, reconventionis merito non devincitur judicio: *Barboſ. in l. ſi quis* 11. *n.* 6. *C. de poſit. Hodiern. n.* 20. *Maligner. qu.* 43. *Mareſc. enarr.* 5. *num.* 110. *Maſtrill. deciſ.* 41. *nu.* 1.

25 Ita pari ſchemate erit ſi Clerici perſona in reconventionis judicio periclitetur ob carcerationẽ, tunc enim reconventionem nunquam admittendam eſſe edocent *Marant. de ord. jud. par.* 4. *diſtin.* 11. *nu.* 59. *Vela differt.* 45. *nu.* 91. *de Graſſ. d. effect.* 1. *n.* 773. 189. *Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 102.

26 Vel ſi criminaliter reconvenitur Clericus, & tunc futilẽ eſſe reconventionem autumãt cõmuni voto ſuperius relati, additis *Aufrer. ad Cappell. Toloſon. deciſ.* 95. *lit. B. Sanleng. de*

prævent. par. 2. *cap.*58. *n.*10. *Carac. de for. privileg. qu.* 16. *n.* 14. *Fermoſ. in rub. qu.* 6. *de mut. petit. Dian. reſ.* 65. *tract.* 1. *par.* 4. *& in coordinat. par.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 75. *nu.* 2. & alii, quos laudat *Cortiad. deciſ.* 242. *nu.* 86. *tom.* 4. etiam ſi civiliter, ſed de corporali, aut pecuniaria multa agatur: *de Graſſ. effect.* 1. *n.*763. *& ſeqq. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 13. *ſect.* 1. *n.*3.

27 Oppoſitam planè ſententiam ſtrenuè defendunt Canoniſtæ, abſolutè pari aientes conſenſu, nullo pacto poſſe reconventionis viâ Clericos cōpellere corā laico Imperio, abſq; excommunicationis incurſu: *Cardin. Florent. Anton. Butr. in cap. at ſi Clerici, de judic. Petr. Bellapert. & Jac. Butr. in d. Aut. & conſequenter, Cod. de ſent. & interloqu. omn. jud.* Mart. *in Sylim. Archidiac. in cap. unic. de Cleric. conjugat. in* 6. *Joan. de Lign. & Abb. in d. cap. at ſi Clerici, Gemin. in c. cujus agendo* 3. *q.* 8. ſicque deciſum refert. *Steph. Aufrer. deciſ. Tholoſ. quæſt.* 95. qui eum aliis infrà laudandis audacter negant volviſſe Juſtinianum piiſſimum Imperatorem in enarratis ſanctionibus Clericos devincere, itidē ex defectu poteſtatis: quoniam ſtatuta, ac leges Imperiales, ſi quæ ſunt, Clericorū perſonis, ac bonis officere nequeunt: *tex. in cap. quæ in Eccleſiarum, & cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitution. cum concordantib.* & inſinuant *Jul. Chart. deciſ.* 1. *n.* 66. 67. 68. *Sanch. in ſumm. lib.* 7. *cap.* 9. *à n.*4. *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 21. *Mart. de juriſd. part.* 4. *caſ.* 1. *& caſ.* 19. *Cened. collect. ad decret.* 2. *Auguſt. Barboſ. in dict. cap. quæ in Eccleſiarum, & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, Thomas del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. quam ſententiam magìs æquam eſſe autumat *Socc. in cap.* 1. *nu.* 17. *de mut. petit. & ſequuntur Morla empor. jur. par.* 1. *tit.* 2. *q.* 13.

28 *Larr. deciſ.* 4. *à n.* 15. nec juriſdictionis prorogationis virtus operari poteſt, ut tollatur de medio incapacitas, quæ funditus conſideratur in laico, contrà Clericos, ſed tantum in competentia, ut mirè edocet *Felin. in repet. verb. Clericus ſi convenit, Proſper Farinac. tract. crim. qu.* 8. *nu.* 99. *Reg. Marcian. d. diſput.* 73. *nu.* 6. immò elatè ſubdit *Bart. in d. Auth. & conſequēter*, eum reconveniri, ſi non reconventus de ſuo conſenſu cōveniri potuiſſet: quod *Bart.* dictum valdè extollit *Curt. in l.* 2. *§. ſed ſi agant ff. de judic.* Cle-

Digitized by Google

Clerici planè, ut prædiximus, ſi velint, nequeunt laici Judicis juriſdictionem prorogare, & confert *tex. in cap.* 1. *de mut. petit.* quam potiſsimam rationem fatentur Civiliſtæ, eamque juridicis fundamentis eſſe munitam affirmant, teſte *de Mattbeis Roman. loco indicato ſub nu.* 62. *Petr. Andr. Gammar. in tract. de offic. & poteſt. Legat. à Later. lib.* 10. *nu.* 78. ſubditque *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.* 4.
29 *gloſſ.* 13. *part.* 2. *nu.* 17. hanc hæſitationem in juris puncto non eſſe deciſam, affirmativà verò potiùs ex decidendi cõſuetudine ſuſtineri poſſe, cui deferendum eſſe putant in hoc reconventionis judicio: *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 162. *Caroc. de except. except.* 22. *qu.* 5. *nu.* 6. *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 120. *n.* 4. *&* 18. *Surd. conſ.* 22. *num.* 19. ex quadam Canonica æquitate, non ex juris rigore: *Mart. de juriſd. par.* 4. *centur.* 2. *caſ.* 107. *nu.* 2. donec Sum. Pontifex aliter ſtatuerit: agglutinat *Mart. ibidem num.* 3. *Afflict. deciſ.* 173. *nu.* 1. 2. 3. *& ibi Cæſar Urſill. Capii deciſ.* 18. *Viv. deciſ.* 49. *Gallup. in prax. S. C. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 6. *Apicell. alleg.* 4. *Reg. Marcian d. diſput.* 73. *ſub num.* 7. ac cæteri Parthenopæi patres ſuam fundant ſententiam ſuper Rit. ſpeciali M. C. V. 67. ubi *Caravit. ſub n.* 3. ſuper hâc decidendi conſuetudinem magnum inter Doctores eſſe diſsiduum affirmat, ad quod diluendum, novâ S. Pontificis deciſionẽ omninò neceſſariâ eſſe ſubdit *Petr. Auguſt. Morl. in empor. utriuſque jur. tit.* 2. *de juriſd. omn. judic. quæſt.* 13. *nu.* 2. meritò non abs re, minuſque ineptè, ſed potiùs graviter diſſertèque de more ſuo edocuit *Ant. Faber conject. jur. lib.* 20. *cap.* 5. 6. *& ſignanter* 7. *&* 8. erraſſe pragmaticos, reconventionem contrà Clericum coram ſæculari Imperio admittentes: quicquid cõtrà eũ, licèt malè ſe invehant *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 13. *num.* 50. *Dom. Larr. deciſ. Granat.* 33. *num.* 105.

30 De noſtrorum inſuper Supremorum Siciliæ ſubſelliorũ partili decidendi conſuetudine, teſtatur *Ant. Amat. var. reſol. cap.* 86. *ſub n.* 60. *par.* 2. ubi in M. C. Clericos reconventos fuiſſe affirmat, licèt de ea valdè dubitent nonnulli: etenim ea quantumvis immemorabilis, generalis, aut particularis, ſiquæ eſſet contrà
31 Clericorũ indulta privilegia dictans; inanis nulliuſque roboris reputatur: clamitant *An-*

Vuuu *ſald.*

ſald. de juriſd. part. 2. tit. 11. cap. 1. à nu. 30. Auguſt. Barboſ. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 3. & 4. & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. nu. 19. de conſtit. & in cap. Clerici nu. 4. & in addit. num. 10. de judic. D. Joſeph. Vela diſſert. 44. à num. 67. lib. 2. Pat. Dian. reſol. mor. part 1. tract. 2. reſ. 4. tract. 1. reſol. 4. & part. 4. tract. 1. & part. 6. tract. 1. reſ. 29. & part. 7. tract. 1. reſol. 18. latè *Thom. del Bene de immunit. Eccl. tom. 1. cap. 1. dub. 5. ſect. 2. nu. 5. & dub. 15. ſect. 1. cap. 5. dubit. 14. idem de parlament dub. 4. ſect. 19. ſub ſect. 4. nu. 10. & dub. 27. ſect. 4. & 5. ſub ſect. 1. nu. 1. Tõdut. Sanlenger. de prevent. jud. part. 1. cap. 20. nu. 3. Fermoſ. in cap. 2. quæſt. 3. nu. 1. 2. 3. idem in cap. Clerici quæſt. 2. de judic.* potiſsimùm ſi contradicta eſset talis conſuetudo: *Fontanell. de pact. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 18. partic. 5. à nu. 20. Sveles cons. 94. nu. 30. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1220. nu.* 44. vel diſpares cõcurrerẽt actus, tunc incaſsum alligatur conſuetudo: inſinuāt *Oſaſc. deciſ. 162. num.* 8. *Poſtius poſt tract. de manut. poſſeſſ. deciſ. 9. Caſſan. conſ. 38. nu.* 61. idem *Larr. deciſ. ubi ſupra idem allegat. 50. nu. 30. & allegat. 54. nu. 7. & alleg. 92. n. 5. & allegat. 94. nu. 9. Ferr. in conſtit. Ilerdenſ. hac noſtra tempeſtat. 3. declar. 1. n. 104. Fontanell. ubi ſupra, Reg. de Marin. reſol c.* 81. Benè verùm hâc Eccleſiaſticorū recõvẽtionẽ inRegno paſſim notavimus, & abſq; alia oppoſitione factitari in dies vidimus: etenim deſtituta legalibus rationibus haud eſt, ut apprimè *à n. 16. cū ſeq.* probavimus.

32 Malunt tandem Civiliſtæ, etiam ſi Clericus velit à ſua petitione, & conventione deſiſtere, adhuc reconventionis judicium perdurare: *Præſ. de Francb. deciſ. 193. Afflict. deciſ. 173. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. nu.* 748. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 13. partic. 2. nu.* 17. ſi poſt incœptum reconventionis indicium Clericus convẽtioni renunciaſſet: *Coſta de remed. ſubſidiar. remed.* 23. 24. *Rodulf. Schader. in Miſcell. cap. 4. nu. 6. cum ſeqq. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. par. 1: cap. 44. n.* 95. fortiùs ſi inſtãtiæ renũciaverit *Marcian. diſp. 73. n.* 8. latè *de Luca ad Oleam qu.* 36. hoc eſt poſt exequutã citationẽ: *Gallup. in prax. p. 2. c. 14. n. 6. Caſſar. Peregrin. quæſt. lib. 1. qu. 24. n.* 19. ſecùs verò eſt ſi precederet: nam tunc cauſa reducitur ad non causam: *Præſes de Franc. d. deciſ.* 193.

Aſ-

Afflict. d. deciſ. 173. *Marant. loco indicato diſtin.* 6. *in prax. nu.* 17. *verſ. item procedat &* alii, quos laudat, & ſequitur *Camill. Borrell. in ſumm. deciſ. tit.* 7. *nu.* 108. *Squillant. de privileg. Cleric. d. cap.* 7. *num.* 66. *Marcian. d. diſput.* 73. *nu.* 8. *Conſ. Petr. in d. cap.* 67. *Rit. M. C. V. num.* 14. *D. Domin. Manfrell. ad Capyc. Latr. obſervat.* 141. *nu.* 7.

33 Putant equidem nonnulli in hoc reconvẽtionis judicio, ac ubi Jud. laicus quit de Clericorũ cauſis cognoſcere ſolã executionẽ ad Eccleſiaſticum Judicẽ ſpectare, *Epiſc. Genuẽſ. in prax. Cur. Archiepiſc. cap.* 12. *Marth. de juriſdict. par.* 1. *cap.* 50. *n.* 34. *& par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 151. *nu.* 5. *Riginald. in prax. lib.* 9. *n.* 352. *Ant. Amat. var. reſ.* 86. *ſub n.* 60. *in fin. p.* 2. ubi ſic fuiſſe deciſũ ann. 1626. in Supr. Mag. Cur. Senatu affert, & refert deciſum *Maſtrill. deciſ.* 294. *Conſil. D. Mar. Giurb. conſ.* 15. *n.* 38. *Viv. deciſ.* 49. *n.* 6. *Cevall. de cognit. per viam violent. par.* 2. *qu.* 37. *n.* 5. *Molfeſ. ad conſ. Neapol. tom.* 2. *par.* 2. *tit. de perſon. in addit. ad quæſt.* 8. *nu.* 3. quos laudat *Carlevar. de judic. tom.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *n.* 926. & poſt eos *Cortiad. d. deciſ.* 242. *n.* 89. *tom.* 4. magiſtraliter tamen aſtruit *Parexa de inſtrum. edict. tom.* 2. *tit.* 6. *reſol.* 9. *à nu.* 30 *ad* 54. & refert *D. Didac. Anton. Fajard. allegat.* 33. *nu.* 430. qui excepto feudali judicio cum Parexa annuit, & nos infra fusè.

34 Exiſtimant planè aliqui executionem hujuſmodi ſententiæ latæ per Judicem ſæcularem contra Clericos in judicio reconvẽtionis, & in aliis caſibus permiſſis, quo ad bona ipſorum Clericorum, ad eum ſpectare, qui legitimè eam protulit: *ex Joan. Andr. in cap.* 1. *n.* 19. *de obligat. ad ratioc. in ordinand.* innuunt *Frider. de Sen. conſ.* 97. *n.* 5. *Marth. de juriſdict. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 27. ſibi de more contrarius, *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 212. *n.* 1. quos cumulat, & ſequitur *Carlevar. ubi ſupra n.* 927. ejuſdem namque juriſdictionis eſt ſententiam ferre, eamque exequutioni demandare ſentiunt *Surd. conſ.* 152. *n.* 21. 22. *lib.* 2. *Conſil. Giurb: deciſ.* 23. *n.* 2. & ſi forus mutetur: *Bald. in l. cum quædam puella, in principio, ff. de juriſdict. omn. jud.* & ibi *Alberic. n.* 1. *Angel. n:* 2. *Fulgoſ. nu.* 6. *Deci. n.* 7. *Jaſon. n.* 6. *Alex. n.* 6. *Cagnol. nu.* 23. *Anton. Fab. in rationalib. ibi in ratione decidendi.*

35 Quo ad bona immobilia

credunt Cathalani, ex quo propriam, diſtinctamque retinent conditionem, à Clerici perſona ſejuncta: undè inferunt laicum Judicem, qui ſuâ contra Clericum in permiſſis protulit ſententiam, eam contra Clerici bona immobilia executioni demandare, ratione territorii, ubi ſita ſunt Dominis ſubjecta temporalibus: *ex Canon. quo jure 8. diſtinct. Aut. de ſacroſ. Epiſcop. ʒ. ſi quis autem litigantium Oldrad. conſ.* 17. *Celſ. Hugo conſ.* 60. *n.* 51.

36 Cum brachii tamen Eccleſiaſtici aſſiſtentia, ibi conſuetum eſſe teſtantur: *Anton. Oliban. de jur. Fiſc. cap.* 11. *num.* 20. *Cancer. var. cap.* 2. *n.* 152. *par.* 2. *& part.* 3. *cap.* 16. *nu.* 117. *Hieron. Leo deciſ.* 141. *nu.* 3. *lib.* 2. *Fontanell. deciſ.* 310. *à n.* 2.5. ubi pluries refert deciſum, idem *in deciſ.* 314. *n.* 11. *& deciſ.* 336. *nu.* 33. *part.* 2. *Ripoll. var. cap.* 4. *nu.* 17. 18. Clerici perſonâ ſemper ſalvâ, *cap. fin. de vit. & honeſt. Cler. Guitter. de gabell. quæſt.* 94. *n.* 7. *Alex. Ambroſ. de imm. Eccl. cap.* 20. *nu.* 59. *D. Carol. de Graſſ. effect.* 1. *n.* 726. *& effect.* 2. *n.* 125. *Squillant. de privileg. Cleric. cap.* 7. *n.* 106. *Pereir. de irſtrum. edit. to.* 2. *tit.* 6. *reſ.* 9. *n.* 73. 77. *Vela diſſert.* 45. *n.* 91. *tom.* 2. *Barboſ. in cap. cæterum nu.* 4. *verſ. limit. etiam de judic. Fontanell. deciſ.*

37 341. *n.* 28. *par.* 2. quod non idem exiſtimant in bonis mobilibus, cum ſemper ſequantur qualitatem, ac conditionẽ, cujus ſunt: etiam ſi non habent deſignatam, ac diſtinctam naturam, ſecundùm perſonam regulantur: *tex. in leg. unica, Cod. de impon. lucrat. deſcript. lib* 10. *ʒ. adhuc in l. captivi, ʒ. expulſus, ff. de capt. & poſt. lim. rever. l. per Procuratorem, ff. de acquir. hæred. l.* 1. *ʒ. ex fundo, de hæred. inſtitut. ʒ. ad hæc, in Aut. de collat. l. fideicommiſſum, ʒ. tractat, ff. de judic.* quorum executio ad Eccleſiaſticum ſpectat Judicem, Judice ſæculari ſic inſtante, ut innuunt nuper laudati.

38 Attamen tantorum virorũ pace, quidquid ſit de eorum obſervantia, in jure tutiſſima Canoniſtarum ſententia eſt, affirmantiũ nullo modo, nulloque pacto via, vel remedio Imperium ſæculare poſſe cognoſcere Clericos, minuſque eos compellere, nec in perſona, nec in bonis: ut pluries explanatum eſt, addito *P. Ant. Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 18. *verſ. nec valet, & reſ.* 21. *& par.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 29. *& par.* 4 *tract.* 1. *reſ.* 77. ac ubi contingerit laicum Imperium de cauſis Clericorum

co-

cognoſcere ſẽper ejus ſententiã exequẽdã eſſe perEccleſiaſticum Antiſtitẽ,innuunt magiſtraliter *Ant. de Marin. reſ. cap.* 54. *n.* 8. *Dian. reſol.* 38. *par.* 4. *tract.* 1.*Panimoll. deciſ.* 14. *annot.* 13. *n.* 29. *del Bene de immun. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 7. *dub.* 13. *ſect.* 2. *n.* 2. 3. quidquid dicat *Salgad. de reg. protect. to.* 2. *par.* 4. *cap.* 14. *n.* 96.

39 Cæterum quibus in cauſis, & quãdo reconventio locum obtinet, vide *Gloſſ. in cap. accuſatores* 3. *qu.* 8. *Thor. compend. deciſ. verb. remiſſio cauſæ reconventionis, Conſil. D. Thõ. Carlevar. de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſput.* 7. *n.* 9. *Matth. in locis indicat. Merlin. contr. centur.* 2. *cap.* 23. & *cap.* 24. *per totum*, affluenter *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 242. *per totum, tom.* 4. *Conſil. D. Carol. Petr. ad cap. Rit. M. C. V.* 67. ubi

40 aliam abſolvit hæſitationem in judicio intentato per hæredes, ut creditores inſolutum tot bona hæreditaria recipiãt juſto non reperto emptore, ibique audacter ſuſtinent non cõpetere Clerico creditori fori declinatoriam: nec diſcrepat, *Reg. Marcian. diſput.* 73. *tom.* 2. fusèque cunctos cumulat caſus *Manfrell. ad Capyc. Latr. in obſerv. ad deciſ.* 141. *lib.* 2.

41 itidem ſi melius inſurrexerit creditor, *Fajard. allegat.* 33. *nu.* 277. & *n.* 1582. Cuncti benè verùm congruunt quod in hoc reconventionis judicio Clericos compellere nequit laicum Imperium, ut coram ipſo de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo præſtant, Juſtiniani reſponſione freti in §. *ſi quis autem pro pecunia Aut. de Sanctiſ. Epiſcop.* & faciũt *Reg. Capyc. Latr. d. deciſ.* 141. *Carol. Ant. de Luc. ad Præſ. de Franc. in deciſ.* 311. *n.* 4.

42 Actualem inſuper poſſeſſionem, quæ remedio *l. finalis, C. de edict. D. Adrian. toll.* Judicis miniſterio mediante adipiſcitur, armatorum copia hominum, maxima cum Reipublicæ jactura, ac Populorũ ſcandalo, omni ferè ævo partes ad nanciſcendam navavère, meritò *Julianus lib.* 38. 12. *digeſt.* pro regiminis tranquillitate tanto abuſui conſulere cupiens, hiſce clamitat verbis: *cur enim ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt juriſdictione ſua componere*, quod ratum habuit *Celſus lib.* 18. *digeſt.* annuitque Imperator *in l. ſed ſi inter duos,* §. *æquiſſimum, ff. de uſufruct. et quemadmodùm, &c.* ubi priuſquàm de vero teſtamentario hærede liqueret ſub ſequeſtro reduci, ac ſuſpendi per loci Imperium poſſeſſionẽ, eamq; pro vero hærede dicendo con-

conſervari juſſit; & concinuêre noſtri,ac exteri Pragmatici;
43 hoc igitur fulti principio,nõnulli autumavêre ex ſententia *Gloſſ. Canonicæ in regula poſſeſſor, verb. poſſeſſor, de reg.jur. in* 6. ad politicã omninò ſpectare auctoritatem cuncta abſolvere poſſeſſoria, tanquàm temporalia, & in ſuo genere politica: ut ex *Dec. in d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. col.* 5. *& in conſ.* 220. *Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, n.*19.*ff. de acquir.poſſeſſ.*firmãt *Steph.Aufrer. in addit.ad Clem. Pap. de offic. ordin. in* 2. *regul. fallent.* 24. *Marant. in ſpec. aur. diſtinct.* 13. *nu.* 3. *Guid. Pap.deciſ.*1.205.85.*et in conſ.* 49.quod de omni poſſeſſorio ſentit *Jo. Igne. in repet. l. neceſſarios, §. non alias, verſ. ſed cum, n.* 17. *ff. ad. S. C. Syllan.* nec diſcrepant *Dec. dict. conſ.* 220. *Specul. in tit. de ſecund. decret. §. reſtat, n.* 2. quem laudat, & ſequitur *Marc.Ant. Peregrin. de fideicom. art.* 48. *n.* 68. & ſi de re ſpirituali,vel quaſi, poſſeſſorium pẽdet,pariter *ex Gloſſa in cap. literas, de reſtit. ſpoliat.* annuunt aliqui *ex in cap. fin. extr. de Judici. Cravet. conſ.* 258. *Theſaur. deciſ.* 82. ſæcularem Judicem competentem eſſe putant nuper laudati, & innuit *Alceat. conſ.* 24. *lib.* 1. qui de Mediolanenſi praxi teſtatur, *Jacob.Menoch. de recup. poſſeſ. remed.* 15. *nu.* 211. *Theſa.deciſ.* 82. *&* 117. & ibi *ad d. n.*
44 1. ſentientes temporale eſſe poſſeſſorium, nec diſcrepat *Guid. Papa deciſ.* 1. 71. 207. 85. *& conſ.* 49. & ibi *Addentes*, aſſerentes inconſentaneũ haud eſſe, poſſeſſorium temporale, petitorium verò ſpirituale eſſe, quod ante eos dixit *Anton. Petruc. in l.*1.*ff. de jur. jurand. n.* 410. *Miſyng. obſer.* 67.*n.* 3. *centur.* 2. *And.Gaill. lib.* 1. *obſer.* 38. *Carol.de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *à num.* 975. *ad* 980. *Peregrin.ubi nuper n.* 62. 70. & ex quampluribus fundat *Cortiad. dec.* 241. *nu.* 26. *tom.* 3. *Adden. Ferrer. ad Guid. Pap. deciſ.* 1. *Afflict. deciſ.* 2. *&* 24. *&* 85. *Gaill. obſer.*38. *n.* 3.4.*Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 241. *tom.* 1. *Oſaſc. deciſ.*119.*n.* 1. *Marãt. de ord.Jud. part.* 4. *diſſin.* 13. *cap.* 17. *n.* 3. 4. *Martha de juriſd. par.* 2. *cap.* 39. *& par.* 4. *cap.* 38. concludentes poſſeſſorium nihil commune habere cum petitorio: *tex. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſ.* quod inficiari abſolutè videtur, *Gratian. diſcep. cap.* 238. *à nu.* 3. *& ſeqq.* edocens ſemper merita tituli eſſe in quolibet poſſeſſorio vannanda, ideò laicũ in-

incompetentem eſſe concludit: annuit verò *nu.* 12. in
45 poſſeſſorio Matrimonii, ubi factum extricandum eſſe ſolũ hoc idem aſſerit, & deciſum refert *Theſaur. d. deciſ.* 82. *& ex Gloſſ. in Canon. non eſt vobis, & in Canon.* 1. *de ſponſal. ubi Panormit. num.* 9. congruit *Valaſc. deciſ.* 93. *nu.* 5. contra quos ſtrenuè innuit *Franciſ. Molin. de rit. nupt. differ.* 10. *à nu.* 17. *ad fin.* verùm *Guid. Pap. d. deciſ.* 1. ſuperiùs adducta militare autumat, nè dum in poſſeſſorio vertente inter Clericum, & laicum, ſed inter Clericum, & Clericum, & ſic in cauſa Prioris Sanct. Roberti, ac Priorem Lancii per Parlamentum Gratiõnopolitanũ deciſum refert, petita declinatoria fori non obſtante. At-
46 tamen ſi poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis, ac Eccleſiaſticæ proprietatem annexam haberet, vel in eis titulum extricare opus eſſet; congruunt omnes tunc poſſeſſorium temporale haud eſſe, ſed ſpirituale, & laicam poteſtatem incompetentem: ut ex *cap. tuam,* 3. *de ord. cognit. cap. lator,* 5. *qui fil. ſunt legit. Abb. in cap.* 2. *n.* 6. *de juram. calumn. Bero. in Reg. de judic. n.* 5. *Didac. Covarr. pract. quæſt. cap.* 5. *n.* 1. *verſ. prima concluſ. Jacob. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed.* 15. *nu.* 211. *& conſ.* 268. *lib.* 3. *Ludolf. Scader. de feud. par.* 10. *ſect.* . *n.* 92. *Afflict. deciſ.* 24. *n.* 2. *Gaill. d. obſer.* 38. *n.* 3. 4. *Alex. Monet. de decim. cap.* 8. *n.* 3. idem *Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *à n.* 328. qui
47 cùm aliis hanc capeſſere conatur ſententiam, ſi principaliter cauſa ſpiritualis, vel quaſi, ejuſque titulus diſceptatur, putantes tunc poſſeſſorium merè non eſſe temporale, ſed potiùs mixtum cum ſpiritualitate, de cujus cognitione laica poteſtas incapax eſt, ac ſecùs ſi incidenter: nam tunc poſſeſſorium ſemper eſt temporale, cum principaliter de poſſeſſione cognoſcitur, incidenter verò de titulo, & de ſpiritualitate: quamobrem ad laicum ſpectare Judicem firmat idem *Menoch. ubi nuper,* & ſequitur *Viv. commu. opin.* 157. *n.* 3. *Præſ. de Franch. deciſ.* 52. *Miſinger. Gaill.* & alii
48 ubi ſupra, cum quibus non diſtat ſententia aliorum, autumantium ſæcularem valere poteſtatem cuncta abſolvere poſſeſſoria, etiam ſi de ſpirituali, ac Eccleſiaſtica re, non in juris, ſed facti articulo ſaperet: ut mirè ex allegato *cap. tuam, de ord. cognit. cap. lator,* 5. *qui filii ſunt legit. & ex Gloſſ. in d. cap. literas,* inſinuat *Didac. Covarr. d. cap.* 35. *concluſ.*

cluſ. 1. *&* 2. *Præſ. de Franch. deciſ.* 36. quos laudat, & ſequitur *Conſil. Prat. diſcept. for. cap.* 43. *n.* 19. *tom.* 1. & fatetur *Theſaur. d. deciſ.* 82. *Viv.* & alii *in locis indicatis*, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *qu.* 18. qui magiſtraliter hoc idem inſtruit *in tract. de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *à n.* 324. quam ſententiam crebriorem eſſe in Academia Canoniſtarum, ac Civiliſtarum inquit *Chacher. Oſaſc. deciſ. Pedem.* 116. *n.* 1. *& deciſ.* 30. & alii congeſti per *Franc. Molin. de rit. nupt. lib.* 2: *differ.* 10. *n.* 17. quoniam ea poſſeſſoria, in quibus ſpiritualitas, ejuſque titulus in mero facto extricantur, & negotii medulla principaliter non tangitur; temporalia ſunt: firmant *Boër. deciſ.* 2. *n.* 38. *& deciſ.* 69. *n.* 33. *Afflict. deciſ.* 24. *Menoch: d. remed.* 3. *n.* 328. *& remed.* 15. *num.* 211. licèt diſcrepet *Guid.* Pap. *deciſ.* 1. *& deciſ.* 85. *& conſ.* 49. generaliter ſuſtinens cuncta poſſeſſoria, itidē in ſpiritualibus, & beneficialibus cauſis, per ſæculare abſolvuntur Imperium, & cum eo ſui concordant Addictionantes, & annuit *Franc. Marc. deciſ.* 245. *n.* 3. *par.* 2. quia temporalia eſſe putant: Eccleſia-
49 ſtica, & ſpiritualia verò eſſēt, ſi in juris articulo merita ſpiritualitatis, ejuſq; titulus principaliter in poſſeſſorio judicio deducerentur, quorum cognitionē ad laicū nō ſpectare Judicem, inſinuat, ſed ad Eccleſiaſticum, *Afflict. deciſ.* 24. *& in Conſtit. utriuſque Sicil. lib.* 8. *rub.* 48. *n.* 6. 7. *&* 8. *Imol. in d. cap. literas, & in Clement. diſpendioſam*, *de judic.* & ibi *Card. Zabarell. quæſt.* 10. Imò nequire partes articulos, petitorium reſpicientes, coram laico deducere, inquit *Joann. Bapt. Ferret. conſ.* 10. *Farinac. d. quæſt.* 8. *n.* 23. *Covarr. dict. cap.* 35. *concluſ.* 1. *&* 2. *Menoch. d. remed.* 3. *n.* 328. ut in Matrimonii poſſeſſorio, in
50 quo medulla legitimę deſpōſationis neceſſario examinari debet: dixêre *ex cap. ex tranſmiſſa*, & ibi *Gloſſ. verb. & ab eo cognita, & ex cap. ex parte, de reſtitut. ſpoliat. Theſaur. d. deciſ.* 117. *Borrell. in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 43. *nu.* 104. *Præſ. de Franch. deciſ.* 36. *n.* 1. *Guitter. Canon. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 26. *Valaſc. conſult.* 93. *n.* 2. *Sperell. deciſ.* 9. *nu.* 22. *Ricc. collect. deciſ.* 1767. *Auguſtin. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 84. *n.* 3. *Molin. de rit. nuptiarum lib.* 2. *difficul.* 20. *n.* 19. ubi acriter urget contra *deciſ.* quam affert *Theſaur.* 28. *& deciſ.* 117. quam *Molinæ* ſententiā ſtrenuè tuetur *Dian.*

pau-

paulò antè *reſol.* 56. In Ma-
51 trimonii poſseſsorio tantùm valere laicam poteſtatem cõtrahentes compellere, ut ſponſalitia ſerventur, & advertit iterùm *in tract.* 2. *reſol.* 31. *part.* 1.

52 Oppoſitum tamen magiſtraliter de more ſuſtinet *Mart. de juriſd. par.* 2. *cap.* 8. *à n.* 38. edocens Judicem laicum valere cognoſcere de poſseſsorio, cauſa Matrimonii ſi agatur de exhibenda uxore, vel utiliter contra patrem detinentem, ibique *ſub n.* 19. cũ aliis de cõmuni, ac germana ab omnibus amplexa ſentẽtia, & ferè in omnibus Europæ ſubſellis recepta edocet; ubi poſseſsorium Matrimonii in mero facti articulo conſiſtit, quit Judex laicus rectè de eo cognoſcere, & ſic oppoſitas concordãdo opiniones firmat *Panimoll. deciſ.* 12. *annot.* 9. *nu.* 19. Cæteri verò abſolutè putant poſseſsorium rei ſpiritualis, quamvis ſpirituale non ſit, Eccleſiaſticus abſolvit Judex, ad quem proprietatis cognitionem pariter ſpectat, ratione connexionis, quæ conſideratur in poſſeſsorio ſpirituali, cũ proprietate: ſic edocent. *Joan. Azor. inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. 41. laxè. *Dian. reſol. mor.* 27. ⅁. *ſed his non obſtantibus par.* 5. *tract.* 1. *Belleſt. d.* ⅁. 4. *nn.* 144. *Rot. Rom. in Recenſ. part.* 6. *deciſ.* 42. *n.* 13. *Panimoll. deciſ.* 17. *annot.* 4. *nn.* 4. & *deciſ.* 12. *annot. n.* 20. & *ſeqq. p* 1. ſicq; regulariter edocent *Clar.* ⅁. *feudum, qu.* 90. *n.* 9. *Fachin. contr. jur. lib.* 7. *cap.* 100. *Mut. deciſ.* 70. *n.* 16. *D. Carol. de Mean tom.* 5. *obſervat.* 594. *n.*
53 20. 21. firmantes illum eſse poſseſsionis Judicem, qui cõpetens eſt in cauſa proprietatis.

54 Verùm enim verò ad rem noſtram Ferrerius eruditiſſimus, ac doctiſſimus Guidopape addictionator graphicè oppoſitum de jure ſuſtinet, innuens cuncta poſſeſsoria eſse abſolvenda per Judicem ſæcularem ex rationibus per nos in principio præsẽtis theſis adductis.

55 Nos autem, Dianæ, Belleſti, ac aliorum ſolidam ſectãdo ſententiam, inquimus; Judicem laicum abſolutè nequire cognoſcere poſseſsorium rei ſpiritualis, & Eccleſiaſtici, quamvis merè temporale, ac laicale ſit: qualitas namque ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis abſorbet, & ſic Eccleſiaſticus Judex, qui de petitorio Judex eſt, & poſseſsorium ſimiliter abſolvit, ut inſinuant *Dian. reſol. mor. par.* 5. *reſol.* 27. *tract.* 1. ⅁. *ſed his,*

& ex Rot. Rom. Recenſ. part. 6. deciſ. 42. *n.* 12. facit *Cæſar. Panimoll. deciſ.* 17. *annot.* 4. *n.* 4. *& deciſ.* 12. *annot.* 3. *n.* 20. *& ſeqq.*

56 At ſi contraria vigeret conſuetudo, ei deferēdū eſse ſubdunt *ex cap. fin. de judic. Rodrid. de ann. redd. lib.* 1. *q.* 17. *à n.* 55. *Gaill. obſer.* 28. *n.* 2. *lib.* 1. *Myſinger. cent.* 2. *obſer.* 67. *Oſaſc. deciſ.* 116. *num.* 1. *Theſaur. deciſ.* 82. *& deciſ.* 110. *&* 117. *&* 130. *nu.* 10. *Franc. Marc. deciſ.* 44. *par.* 1. *& deciſ.* 245. *nu.* 3. *part.* 2. quam conſuetudinem increpat *Panimoll. nu.* 7. & antecum affluenter *Garc. de benefic. cap.* 2. *à n.* 65. ad pluries *ſeqq. part.* 1. cum quibus pectoris ab imo annimus, & facit *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 1. *dub.* 15. *ſect.* 6. *nu.* 5. 6. ſubdens Rotam Romanā ſemper reſpuiſse haſce opiniones tanquam periculoſas, & crebò decreviſse poſſeſsoria beneficiorum, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum ad Eccleſiaſticum ſpectare forū: imò agglutinat, Gallos ex antiquiſſima conſuetudine, & privilegiis Apoſtolicis hoſce abſolvere articulos poſseſsorii rerum ſpiritualium, ex Martino V. privilegio: & edocent *Guidopap. conſ.* 49. *& deciſ.* 1. 207. *&* 85. *de Graſſ. lib.* 2. *Regal. Franc. art.* 5. *&* 7. ita pariter Principes Sabaudiæ ex Imperialibus privilegiis à Sede Apoſtol. approbatis; innuit *Oſaſc. deciſ.* 30. *n.* 45.

57 Putavēre rurſus nonnulli Patres non inferioris notæ, Clericū à laica poteſtate poſſeſſionem obtinentem cum clauſula (*ſalvo jure cujuslibet*) vel pecuniam ab ea recipientem ſub cautione *de reſtituendo, cui, quibus, & quando* coram eadem laica poteſtate accitum reſpondere debere, ſi novus, vel alter ex collitigātibus inſurrexerit cōtradictor non independenter ab alio, ſed ex cauſa recenſiti decreti, à quo gravatus revocare intēdit: etenim ex clauſula allata rem integram manere ajunt, prout ante immiſſionem, & judicium ad eamdem reducitur inſtantiam: inſinuant *Angel. in l. edicto ultima n.* 6. *verſ. ſed ego dico* C. *de edict.* D. *Adrian. toll. Bald. conſ.* 104. *nu.* 4. *vol.* 5. *Natt. conſ.* 653. *n.* 5. *tom.* 4. & ſtrenuè ſuſtinet *Peregrin. de fideicom. art.* 47. *nu.* 29. *& art.* 48. *num.* 47. 63. 66. *cum ſeqq. Auguſt. Barboſ. in remiſſion. de clauſ. clauſ.* 83. *nu.* 4. *Rot. Rom. deciſ.* 1013. *lib.* 3. & conferūt adducta per *Gratian. diſcept. for. c.* 317. *ex n.* 31. 2. cum quibus annuit *D. Thom. Carlevar. de judic. lib.* 1.

I. tit. 1. *diſput.* 2. *ſect.* 3. *nu.* 950. *Capyc. deciſ.* 123. ei planè eſt revocare, cui fuit concedere *tex. in l. nihil tam naturale ff. de reg. jur.* & ad
58 eum pertinet relevare, qui gravavit: ex quibus nequire inferunt Clericum judicis ſecularis cognitionem reſpuere, congruum, ac juſtum decretum pro parte ſibi proficua acceptare, & pro parte expellere, ut in terminis ſtatuti dixit *Bald. in l. omni invocatio-*
59 *ne C. de Sacroſ. Eccleſ. Alex. conſ.* 209. queis attentis, paſſim M. C. V. Regni Neapolis Supremum Tribunal hiſce in poſſeſſoriis, cauſas non remittit ad Eccleſiaſticum forum, ut noſtra tempeſtate inconcuſsè notavimus, ac factitavimus, & priſcis in temporibus teſtantur nuper laudati, qui hoc idem affirmant in pecuniarum diſtributionibus, ſub enunciata ſecunda clauſula, de reſtituendo, *cui, quibus,* & *quandò*, quoniã pecunia dicitur extare: ut inſinuãt *Salgad. labirint. credit. par.* 2. *cap.* 6. *nu.* 44. & *de Reg. poteſt. par.* 4. *cap.* 14. *num.* 125. *Anſald. de juriſd. p.* 3. *tit. unic. cap.* 16. *n.* 19. *Conſ. Rodoër. ad Marin. in obſer. reſ.* 206. *n.* 6. *Octav. Caracciol. de for. privileg. qu.* 18. *ſub nu.* 38. *D. Conſil. Blaſ. Altimar. ad Reg. Rovit. in deciſ.* 44. *nu.* 2. 9. *Reg. de Philip. diff. differt.* 9. quos cumulat *D. Domin. Manfrell. ad Capyc. in obſer. deciſ.* 123. *num.* 11. qui ad remiſſionem tantum deveniunt, ubi poſt judicis ſecularis decretum conventio inter partes orta fuit.

60 Nobis autem rationes per eos adductæ per ſinuoſos eũtes tramites nũquam placuêre, incongruum enim exiſtimavimus, prout omnes ſanæ minervæ exiſtimare debent: Clericorum cognitionem omni jure interdictam itidem ex Imperatorum, aliarumque ſæcularium ſupremarum poteſtatum placito indultã, valere inferiores judices iſtis mediantibus clauſulis, abrogare. Sunt porrò clauſulę prędictæ alienę juriſdictionis deſtructivæ, per quas judices manus in meſſem non ſuam apponere attentant, quæ nũquam in præjudicium juriſdictionis prorſus, ac omninò incompetẽtis militare poſsũt: undè eas apponere tantùm
61 abſolet Magiſtratus ad intercludenda litigantiũ ora: ut mirè dixit *Afflict. deciſ.* 33. *nu.* 8. & affirmavère *Reg. Rovit. in deciſ.* 44. *ſub nu.* 2. & meliùs omnium ſolidè *Conſ. Frãc. Mar. Pratus diſcept. tom.* 1.
62 *cap.* 42. & 43. quæ quidem noſtra nuper firmata opinio

legalibus haud eſt deſtituta principiis: etenim tritū apud õnes eſt quod per perſonę mutationē, mutatur res: *tex. ut in 2. cap. hujus Codicis pluries diximus in l.* Paulus, *ſivè Procuratorē ff. de acquir. hæreditate, l. 1. §. veteres ff. de acquirenda poſſeſſ.* & congruunt cõmuniter repetentes *in cap. accedentibus de privileg.* undè res non privilegiata ad privilegiatum deveniens primævam invertendo naturam, privilegiata efficitur, & in hiſce terminis deciſum refert *Reg. Valenzuel conſ. 71. num. 27.* & inſtruit *Jo: Batt. Ferrett. conſ. 258. n.* 10. ac in Supremo S.C. Senatu indicant deciſum cõtrà *Peregrini* ſententiam, *R. Sanfel. deciſ.* 210. *Reg. Rovit. d. deciſ.* 44. ulterius contradictore, poſt ademptā per Clericum poſſeſſionem, & receptam pecuniam itidem cum clauſulis prænarratis, inſurgente; denuò Clericus inexcuſabiliter citandus eſt, non tamen per judicem non ſuum, & omninò incompetentem, qui nec actualiter, nec potentialiter de Clerico ſuiſque bonis cognoſcere poteſt; ſed per ſuum Eccleſiaſticum Judicem, ut ſedulò annectit *Reg. de Marin. reſol.* 206. *tom.* 1. & ibi *Rodoër. & ex Zucchard. in repet. dict. l. fin.* C. *de edit. D. Adrian. toll. nu.* 308. innuunt *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *nu.* 476. *Gratian d. cap.* 238. *nu.* 93. *Marth. de jurisd. part.* 4. *caſ.* 159. *à nu.* 6. *ad* 22. & poſt eos fusè *Milazz. ſelect: aſſert. utriuſque Jur. aſſert.* 27. *n.* 8. *& ſeqq.* ut in puncto de recenſito depoſito per ſecularem Judicem Clerico tradito dixêre *Belleſt. diſquiſ.* §. 3. *nu.* 4. erudientes poſse ſæcularē Judicem Clerico ordinare, ut depoſitum reſtituat, ſed executionē ad Eccleſiaſticum ſpectare Judicem repetit *nu.* 6. *del Bene ibidem.* meritò tanquam verus poſſeſſor, & reus coram ſuo Eccleſiaſtico Judice pulſandus eſt, ut ex pluribus ſuſtinet *Conſil. Prat. d. cap.* 42. 43. nec impar cecinêre *Afflict. d. deciſ.* 173. & ibi *Urſill. Rovit. d. deciſ.* 44. *Valenz. d. conſ.* 71.

63 Si tamē tanquam reus pro ejuſdē rei dimiſſione coveniatur: *Mart. d. par.* 4. *cas.* 159. *Carlevar. nu.* 961. *Salgad. laboryn. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 43. *& seq. Sanfelic. decis.* 210. *Rovit. ibidem, Capyc. Latr. decis.* 123. *n.* 7. *de Marin. resol.* 206. *lib.* 1. *Card. de Luca de jurisd. par.* 1. *discept.* 58. *n.* 2. 3. etiam ſi Clericus poſseſſionem à Judice laico obtinuerit, abſque tamen ulla pręſervatione, & acquieſcente contradictore, alter in-

inſurrexerit, intereſsatus tunc itidem coram Eccleſiaſtico Judice pulſandus eſt. Oppoſitum verò putat *de Luca ibidem*, ſi poſſeſſionem Clericus à laico Judice receperit cum clauſula ſine præjudicio, &c. & tertius inſurrexerit, nam adhùc eſſet Judex laicus, & coram eo vocandum eſse Clericum edocet ex *Salgad. Capyc. et aliis.* Ita pari ſchemate cenſent ſi Judex laicus, nulliter laicũ ſpoliaſſet de ſua poſſeſſione, & iſte coram ſuperiore laico de nullitate sẽtẽtię dixerit poſt adẽptã per Clericum poſſeſſionem, & ſi nullitatem ejuſdem ſententiæ coram Eccleſiaſtico Judice proponendam eſse autumant ex celebri doctrina *Caſtrens. in l. à Divo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re judic. Reg. Rovit. decis.* 44. *n.* 5. *Prat. d. cap.* 42. *nu.* 46. tamen oppoſitum ſentiunt ex *Teſtay alleg.* 25. *à nu.* 17. *Salgad. de reg. protect. Carlevar.* & alii per *Milazz. aſſert.* 27. *n.* 8. cum quibus annuit *Card. de Luc. de juriſd. discurs.* 58. nam tunc ceſſat ratio terminationis primi Judicis: agglutinat *Card. de Luca ibidem.*

64 Extra noſtri inſtituti cancellos inſuper haud eſt ſcire, hæredem, & ſi privilegiatum in defuncti foro compellendum eſſe, ex *tex. in leg. hæres abſens* 19. *ff. de judic.* ibi. *nulloque ſuo proprio privilegio excuſatur*, & ex *Gloſſ. in verb. excuſatur*, explicitè tradũt *Bart. ſub n.* 1. *Bald. in prim. lectur. Alberic. n.* 1. *Angel. n.* 1. *Fulgoſ. n.* 1. *Paul. n.* 3. *Roman. n.* 1. & alii, quos cumulat *Barboſ. in d. l. hæres abſens Præſ. de Franch. deciſ.* 234. *num.* 2. *Carlevar. de judic. diſput.* 2. *q.* 5. *nu.* 298. *tom.* 1. attamen

65 hanc doctrinam recipiendam eſse cenſent nonnulli de ſaviori ſententia, ſi privilegium ex particulari Principis gratia hæredi indultum ſit: at ſi generaliter, & in juris communis corpore clauſum reperitur privilegium, ut eſt Clerici Militis, Pupilli, & Viduæ privilegium; tunc eo mediante impeditur, quin talis privilegiatus in defuncti foro vocetur, quòd depromitur ex eodem textu, dum de proprio hæredis privilegio loquitur, & edocent *Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 234. *n.* 2. & *deciſ.* 363. *n.* 4. *D. Mar. Giurb. deciſ.* 82. *nu.* 7. *Steph. Gratian. diſcept. for. cap.* 182. *n.* 27. *tom.* 1. & ante eos dixit *Didac. Covarr. pract. cap.* 8. *n.* 4. *verſ.* 3. *concluſio*, undè fluit Clericum lai-

66 ci hæredẽ ex actionibus, aut juribus à laico defuncto dependentibus, ſibique transfuſis coram Eccleſiaſtico Judice pul-

pulſandum eſse innuunt, *ex Gloſſ. in cap. Clericum nullus*, 11. *qu.* 1. *Archidiac. & Bart. ibidem, Mart. Bonac. de legib. diſput.* 10. *punct.* 1. §. 1. fusè *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. cap.* 39. §. 2. *nu.* 101. *lib.* 1. *par.* 1. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 278. *Marth. de juriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 33. *num.* 5. *Barboſ. in l. ſi conſtante*, 25. §. *fin. n.* 28. *ff. ſolut. matr. Gratian. diſceptat. for. cap.* 16. *nu.* 33. *Peregrin. de fideic. art.* 53. *nu.* 20. quoniam trãslata ad Clericũ laici
67 hæreditas, ejuſdem adeuntis Clerici patrimoniũ efficitur, ut meliùs infrà dicemus, *ex* §. *licet autem ex caus. manum. non licet*, §. 1. *Inſtit. de hæred. qualit. & different. gloſſ. in l.* 1. §. *veteres verb. per unum reliquorum ff. de acquirend. poſſeſſ. l. sed ſi plures* 10. §. *filio ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. pater familias* 12. *ff. de privil. cred. Guitt. lib.* 7. *de gabell. qu.* 88. *n.* 7. *Pereir. de man. reg. par.* 1. *cap.* 16. *n.* 20. & poſt eos *Belleƈt. diſq. Cler. par.* 1. §. 1. *n.* 5. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 124.

Et ſi contrarium ſentiunt ex eadem *Gloſſa*, & ex *Alberic. in dict. l. hæres abſens Rodoric. Suar. in repet. l. poſt rem, in declarat. leg. Regn. extent.* 1. *n.* 4. *ff. de re judic. Menchac. de ſucceſſ. lib.* 3. §. 22. *n.* 70. idem *Petr. Barboſ. in d. l. hæres abſens n.* 104. *Aloyſ. Ricc. part.* 4. *deciſ.* 218. *et Barboſ. in d. c.* 39. *num.* 103. contrariis reſpondere conatur. Attamen à priori firmata ſententia non eſt recedendum, tanquam ſolidiſſimis fulcita rationibus, & ab omnibus amplexa: inſinuãt *Covarr. de Franch. Mart.* & alii nuper relati, *de Pont. deciſ.* 18. *n.* 9. & alii, quos laudat, & ſequitur *Conſil. Thom. Carlevar.* ubi ſupra *ſub n.* 299. & 306. Etenim oppoſita procedunt in hærede, proprio privilegio munito: at ſecùs in hærede privilegiato ex privilegio clauſo in corpore juris, & toti ordini indulto, ut prædiximus.

68 Difficultas herclè non modica agnoſcitur, ſi poſt cœptũ judicium cum defunƈto Clericus hæres ſucceſſerit: circa quam hæſitationem noſtrates diverſimodè *Gloſſam in d. cap. Clericum nullus*, 11. *quæſt.* 1. expendunt: etenim aliqui autumavêre per Clerici additiõnẽ primũ periiſſe judiciũ, novumque inchoandum eſſe coram Eccleſiaſtico Judice, ut ex *Cagnol. in l.* 2. *à nu.* 249. *ad* 253. *Cod. de pact. inter empt. & vendit.* mordicùs inſtruit *Molfeſ. ſuper conſuet. Neapol. par.* 2. *tit. de perſon. q.* 8. *n.* 20. quam ſententiam veriorem,

ac

ac in omnibus ferè ſupremis ſubſelliis amplexam generaliter eſſe prædicat, & ſequuntur *Marth. de juriſd. cent.* 1. *part.* 4. *cap* 122. *n.* 11. *Conſil. Hodiern.in obſer. ad deciſ. Petr. Surd.* 110. *Alex. Trentacinq; var. reſ. lib.* 2. *reſol.* 4. *n.* 17. *de judic. Seraph. deciſ.* 957. *n.* 89. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 167. *Alex. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.* 20. *n.* 45. *Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 24. præventionem etenim Judicis laici, ei poteſtatē contra Eccleſiaſticos haud tribuēre concludit *Pelliz. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 119. Clericus planè ratione ſui privilegii, coram laico Judice nunquam convenitur, ut plu-

69 ries firmatum eſt, & hæreditas aliàs non privilegiata, à Clerico adempta, privilegiata efficitur, itidem explanatum eſt ex *Gutier. de gabell. q.* 88. *n.* 10. nec litis pendentia operatur contra privilegiatum, privilegium non procurantē, quemadmodum in fori electione notatur: etenim privilegium citrà actum voluntatis ſuperveniens à juriſdictione illius Judicis, coram quo judicium fuit cœptum, eximit, litis pendentia non obſtante: ſuſtinent ex *Gloſſ. in l. qui autem, ff. ſi quis caut. Gabr. tit. de judic. concluſ.* 4. *ſub n.* 20. *Aufret. deciſ. Capell. Tholoſ. deciſ.* 147. *Lancell. de attentat. lit. pend. lim.* 20. *n.* 21. & pro Viduâ deciſum referunt. *Conſil. Giurb. deciſ.* 82. *et Merlin. contr. cent.* 1. *cap.* 81.

70 Oppoſitam verò ſententiā ſtrenuè tuentur infrà laudandi autumantes Clericum, Eccleſiam aliaſque Eccleſiaſticas perſonas hæredes, aut univerſales ſucceſſores teneri inchoatum jam judicium coram primo judice laici defuncti perficere: *ex eo Reginald. lib.* 9. *nu.* 353. *Farinac. in prax. crim. quæſt.* 8. *num.* 46. *Caſtill. lib.* 3. *quotidian. contr. cap.* 25. *nu.* 49. *Menchac. de ſucceſſ. lib.* 3. *§.* 22. *nu.* 71. *to.* 1. *Gaill. pract. obſer. lib.* 1. *obſer.* 37. *nu.* 8. 9. *Petr. Barboſ. in l. ſi conſtante* 25. *§. fin. nu.* 27. *ff. ſolut. matrim. D. Joan. Franc. del Caſtill. deciſ.* 2. *&* *deciſ.* 200. *Amat. reſol.* 86. *n.* 46. *in fine* ubi ſic ſemper in Regno fuiſſe deciſum refert. *Gallup. in prax. S. C. Neapol. part.* 2. *cap.* 8. *nu.* 20. *Miſynger. centur.* 3. *obſer.* 45. *nu.* 2. 3. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 282. *cum ſeqq. Carlevar. de jud. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 309. *&* 315.

71 Judicium namque, ubi inchoatum ibi fieri debere concludunt *ex d. tex. in l. hæres*

res 19. *de Jud.* undè à Clerico ſucceſſore, ibi perficiendum eſſe firmant paulò ante adducti, & contrà *Abb. in cap. quia nu.* 11. 12. *de Jud. & ibi Felin. nu.* 3. cõcludũt *Covarr. pract. quæſt. cap.* 8. *nu.* 3. *Heur. Zoëſ. comment. ad decret. lib.* 2. *tit.* 2. *de for. compet. nu.* 26.

72 Tranſit planè, & continuatur in Clericum inſtantia ante ſuã poſſeſſionẽ inchoata, non ut Clericus, ſed tanquam ſucceſſor univerſalis, & hæres *Cevall. in prax. opin.* 26. *num.* 9. *& lib.* 1. *qu.* 36. *nu.* 9. *& ſeq. & lib.* 4. *quæſt.* 897. *nu.* 625. *idem de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 40. *nu.* 9. *ex textu in l. ſi is qui Romæ* 34. *ff. de judic. & in l. ubi cœptum eodem & ex regula l. nulli C. eodem titulo, & in l. ſi eum hominem* 34. *ff. de fidejuſſor. & in cap. quia V.* 11. *diſtin. firmant. Boër. deciſ.* 69. *nu.* 32. *Marant. de ordin. judic. part.* 4. *diſtin.* 11. *Queſſad. in ſuis quæſtionib. cap.* 4. *n.* 7. *Rodor. tom.* 2. *quæſt. regul. q.* 62. *artic.* 21. *Gaill. obſer.* 37. *n.* 8. 10. *lib* 1. *Barboſ. in d. l. ſi conſtante* 25. *§. fin. nu.* 27. 28. *ff. ſolut. matrim.* Carlevar. *ubi ſuprà n.* 310. *&* 315. ſubdẽs

73 non reperiri regulam legis *ubi cœptum, ac l. nulli*, limitatam in ſolo laico hærede, meritò indiſtinctè recipiendã

74 eſſe, ſucceditque inſuper Clericus per hæreditatis adictionem in univerſa defuncti jura activa, & paſſiva, quæ cuncta in eum transfunduntur, ideò defuncti obligationibus ligatur *ex tex. in l. cum à matre* 14. C. *de rei vendicat. l. nihil eſt aliud* 24. *ff. de verb. ſignif. l. hæreditas.* 63. *ff. de reg. jur.* & ſi valet argumẽtum à cõtractibus ad judiciũ, ut fatentur omnes, prout à contractibus ad quaſi contractus *per tex. in l. ſi pupilli* 6. *§. ſed ſi quis ff. de negot. geſt.* meritò devincitur Clericus cœptum per defunctum proſe-

75 qui judicium, coram eo Judice ubi ſuus contraxit defunctus innuit *ex Alb. Mandell. conſ.* 262. *nu.* 4. *lib.* 2. *Cortiad. deciſ.* 36. *n.* 56. 57. *lib.* 1.

76 Ex quibus omni ferè ævo per cuncta Europæ Palatia, ſic deciſum evolvitur, edocẽt ex Hiſpanis *Covarr. d. cap.* 8. *n.* 2. 3. 4. & alii quos laudat *Salgad. de ſupp. ad Sanctiſſ. cap.* 12. *nu.* 32. *& de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 8. *nu.* 303. ex Luſitaniis *Barboſ. in d. l. ſi conſtante §. fin. num.* 27. 28. *ff. ſolut. Matrim.* ex Gallis *Boër. d. deciſ.* 69. qui oppoſita extricat, ac abſolvit argumenta ex Italis *Surd. conſ.* 222. *& deciſ.* 110. *Cagnol. in d. l.* 2. 1. *de pact. inter empt. & vendit. nu.* 249. 252.

Digitized by Google

252. *Franc. Anſald. de juriſd.*
ſæcul. par. 3. tit. unico, cap. 10.
Scacc. de judic. cauſ. Civil. &
Crimin. cap. 11. n. 23. & de
appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 7.
n. 133. Farinac. deciſ. diverſ.
deciſ. 81. n. 5. Cardin. Tuſcut
lit. I. concluſ. 451. nu. 37. 38.
ex Parthenopæis Patribus cō-
ſcriptis, ſicque inconcuſsè de-
promitur, teſte *Caravit. in Rit.*
234. *Vivi. commun. opin. lib. 2.*
verb. Clericus, opin. 48. Gallup.
in prax S. C. par. 2. cap. 16. n.
20. *Hodiern. deciſ. ad Surd.*
110. *nu. 4. Carlevar. ubi deſu-*
per, n. 309. & ita ann. 1663.
refert deciſum *D. Dominicus*
Manfrell. in obſer. ad Reg. Ca-
pyc. Latr. lib. 2. obſer. 123. n.
24. & ante eum *anno* 1646.
& 1646. *Caſſar. ſpec. peregr.*
quæſt. lib. 1. qu. 25. ſub n. 5. 6.
7, 8. ubi cuncta abſolvuntur
objecta: in noſtris demùm
Supremis Regni ſubſelliis hâc
ſemper fuiſſe ſervatam ſentē-
tiam, inſinuant *Maſtrill. deciſ.*
239. *nu.* 2. idem ad *Petr. de*
Gregor. de ſucceſſ. feud. qu. 10.
Conſil. Giurb. deciſ. 82. D. Jo.
Franc. del Caſtill. deciſ. 2. &
deciſ. 200. Amat. ubi nuper, n.
46. *in fin. Mut. ſuper conſuet.*
Panor. cap. 3. n. 45. de Graſſ.
d. n. 281. nec diſcrepant *Petr.*
Cened. collect. jur. Canon. part.
2. *collect. 37. nu. 27. Emman.*
Suarez in theſaur. recept. ſen-
tent. opin: 404. verſ. Clericus,
Franc. Leo in ſuo Theſaur. for.
Eccleſ. par. 3. cap. 38. n. 80.
77 Quam ſententiam æquio-
rem autumat eſſe *Joach. My-*
ſinger. in d. obſer. 45. centur. 3.
ex tex. in l. ſi is, qui Romæ, 34.
ff. de judic. ſi lis coram laico
Judice fuiſſet conteſtata, eam-
que hoc tantùm in caſu ad-
mittunt *Franc. de Petr. Surd.*
& alii per eos in locis indicatis
laudati: attamē ſufficere ſolā
citationē exequútā, de com-
78 muni omnium Tribunalium
praxi firmant, ex ſimplicibus
verbis *textus in l. ſi petitor 13.*
ff. de judic. & in l. defunctus,
15. ff. de Procuratorib. Bald.
in l. 1. n. 2. Cod. ſi pendent, ap-
pell. mors interv. & ex §. fin.
inſtit. de pœn. temer. litigant,
Jason. in l. quædam puella, 19.
n. 8. ff. de juriſd. omn. jud. Ca-
ravit. rit. 134. n. 3. Cagnol. in
d. l. 2. Cod. de pact. inter empt.
& vendit. n. 253. Thom. Car-
levar. ubi ſupra n. 297. & ſub
n. 309. in fine, fusè *Parlador,*
lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. &
alii congeſti per *Morl. de ju-*
riſd. delegat. diſput. 7. difficul.
5. n. 32. efficiturque res liti-
gioſa per ſolam partis citatio-
79 nem, & res deſinit eſſe inte-
gra *ex Clement. 2. ut lite pen-*
dent. & ex cap. ſignificaſti, de
reſcript. inſinuat *Anſald. de*
juriſdict. Eccleſ. par. 2. tit. 9.

Digitized by Google

cap. 12.*n.* 104. *Maſcard. de probat. concluſ.* 987. & alii, quos laudat,& ſequitur *Caffar d. qu.* 25. *n.* 26. *ad finem*, ubi ſic per S. C. Neapolit. refert deciſum, & conſonant *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *à n.* 278. *Anton. Scapp. de jur. ſcrip. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 1. autumantes per ſolam citationem perpetuari, ac præveniri juriſdictionẽ, & ſequuntur *Caſtill. contr. tom.* 2. *cap.* 29. *Salgad. d. cap.* 12. *à n.* 31. *cũ ſeqq. Cortiad. n.* 56. ſententiæ tamen exequutione ad Eccleſiaſticum Antiſtitem relicta: *Cortiada ibidem*, & alii ſupra.

80 Congruunt porrò cuncti, dummodò inſtãtia perempta non ſit: nam eâ peremptâ Clericum hæredẽ coram ſuo Eccleſiaſtico Judice pulſandũ eſſe firmant *de Graſſ. d. effect.* 1. *n.* 291. *Anſald. ibidem, Salgad. in locis adductis, Carlevar. ſub nu.* 312. *diſput.* 5. idem *Caffar. qu.* 28. *nu.* 4. *Hodiern. ad Surd. d. deciſ.* 110. *nu.* 17. *D. Domin. Manfrell. ubi deſuper nu.* 21. eâ enim peremptâ inſtantiâ, extinguitur Judicis juriſdictio: *tex. in l. facta,* §. *ſi quis bonorum, ff. ad S. C. Trebellian. Bal. in cap.* 1. *colum. penult. ſi de inveſtit. inter Domin. & Vaſſallum, Petr. Surd. conſ.* 160. *n.* 22. affluenter *Salgad. d. cap.* 12. *à nu.* 60. *cum ſeqq.* ubi alios annectit caſus, ex quibus res deſinit eſſe integra: *Card. de Luca de juriſd. & for. compet. diſcurſ.* 7. affluenter *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 151. *n.* 22. *tom.* 3.

81 Spiritus vitæ in ſufflatione non obſtante: etenim hæc in tertii præjudicium, cui medio tempore jus fuit quæſitũ, non inſtauratur: *Thom. Gram. deciſ.* 103. *n.* 113. & de laico effecto Clerico iã perẽptâ inſtantiâ, dixêre *Mart. de juriſd. part.* 4. *caſ.* 141. *Minadous deciſ.* 5. *Rovit. in rub. de inſtant. cauſ. non reſtituend. num.* 14. *verſ. quæ omnia, Trentacinq; lib.* 2. *reſol.* 4. *n.* 40. *de judic. Paſqual. de vir. patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 218. *Gallup. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 16. *nu.* 38. *Carlevar. diſput.* 2. *q.* 5. *n.* 311. *Scyloja de for. compet: cap.* 7. *n.* 58. 124. *& cap.* 28. *n.* 16. *Manfrell. ad Capyc. in deciſ.* 123. *n.* 21. 23. *Fermoſ. in cap. ex parte* 15. *quæſt.* 9. *n.* 10. *& in cap. propoſuiſti* 19. *qu.* 17. *nu.* 2. 3. *de for. compet. Caracciol. de for. privileg. qu.* 42. *n.* 17. eique, etiam poſt peremptam inſtantiam conſentiẽti, fori declinatio competit: *de Graſſ. nu.* 291. *d. effect.* 1. *Carlevar. n.* 312. *Caffar. n.* 6. nec diſcrepat *Conſil. D. Carol. Petr. Rit. M. C. V.* 248. *num.* 45. *tom.* 2. qui de

Cle-

Clerico effecto hoc idē firmat: pari equidem ſchemate eſt, ſi prima lis tranſactione finita fuerit, nam ex hac innovatione, ac ſi fuiſſet per rem judicatam primum judicium terminatum habetur: ideò novum inchoandum eſſe judicium, & coram Eccleſiaſtica poteſtate dixère *Theſaur. lib.* 2. *qu.eſt.* 15. *n.* 11. *Fermoſin. in cap. ſi Clericus laicum, de for. compet. qu.* 1. *n.* 8. *Sperell. deciſ.* 98. *n.* 2. *Velaſquez in defenſ. monitorii contra Venetos, par.* 4. *n.* 30. *& conſ.* 38. *&* 42.

Immò & ſi de tranſactionis nullitate dicere contingerit, nullitatem coram eadem Eccleſiaſtica poteſtate proponendam eſſe edocuêre *Sanlēger. de prævent. par.* 1. *cap.* 33. *n.* 6. *Valeron. de tranſact. tit.* 5. *qu.* 1. *n.* 9. *&* 10. niſi ob tranſactionem conditionalem, adimpleta non fuerit condictio: *Sanlenger. n.* 7. *Valeron. nu.* 14. 15. Verùm Rot. poſt *Salgad. labyrint. credit. in deciſ.* 40. ait tranſactionem ſubſiſtere donec per conformes ſententias fuerit revocata, & ita *Barboſ. in l. ſi ex falſis, Cod. de tranſact. n.* 4. meritò corā Eccleſiaſtico nullitatem agitandam eſſe concludimus, ſed de hac re vide *Arias de Meſa lib.* 3. *var. cap.* 25. *Olea de ceſſion. tit.* 2. *q.* 2. *Caſtill. contr. cap.* 55. *n.* 30. 32. *par.* 4. *& par.* 5. *cap.* 109. *n.* 16.

82 Magna herclè pro principalis noſtrę theſis abſolutione tantorum virorum auctoritas adeò terret, ut in adversâ declinare ſententiam quaſi non licere videtur. Nullatenus ſi veritatem, ſublato affectionis velamine, puris oculis intueri velimus, fundamenta primæ ſententiæ validiora eſſe fatendum eſt. Etenim magis firmum eſt aſſerere inſtantiam cœpti judicii cum de-
83 functo, non ad hæredem tranferri ipſo jure, ſed cum altera nova citatione: *tex. in leg. edictum ff. de judic. l. oratione, ff. de fer.* & magiſtraliter probat *Marth. de juriſdiction. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 33. *n.* 11. *&* 12. ubi edocet recenſita pro primæ ſententiæ tuitione militare, quoties perſona hæredis in qua defuncti jura transfunduntur, non eſſet aliquo privilegii clypeo munita: at ſi privilegiata fuerit ex privilegio, ejus augetur jus, licèt à defuncto tranſlatum, non tamen auctum agnoſcitur à tranferente, ſed à proprio privilegio: ut *ex l. cum quidam §. debitores ff. de uſuris* elatè fundat *Mart. in loco indicato, & in cas* 11.
84 Magis herclè allata relevant,

vant, ſi privilegiatus, generali privilegio in juris corpore clauſo, hæres, aut univerſalis ſucceſſor eſſet; adeò ut novum, privilegii ratione, inchoandum eſt judicium, ut ſolidè tuentur quamplurimi non contemnendi Patres, inter quos ex multis fundant. *Abb. & Felin. in cap. quia G. 11 de jud.* & ibi *Deci. nu.* 37. *Butr. nu.* 12. *Imol. nu.* 3. *Bald. & Salicet. in l.* 1. *C. ſi pendent appell. mors interven.* & ſequuntur *Mart. de juriſd. cent.* 1. *p.* 4. *caſ.* 33. *nu.* 5. *Marãt. in prax. part.* 5. *n.* 13. *Mar. Anton. Macerat. lib.* 1. *reſol.* 49. *Didac. Perez in l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordina. gloſſ.* 2. *verſ. quid eſſet ſi Clericus Burgos de Paz. in l.* 3. *Taur. nu.* 792. fusè *Niger de laudim. lib.* 1. *quæſt.* 17. *art.* 4. *ex num.* 47. quam veritatē agnovit *Myſinger. d. obſerv.* 45. *cent.* 3.

85 ratio potiſſima hujus concluſionis eſt, quia tale privilegiū non procuratum, ſed motū proprio ob publicam utilitatem ex vivo legum fontè ſcatet; meritò innuūt nuper laudati Patres mulierem, lite pendente, viduam ob viri mortem effectam, fori habere electionem, ex quo primi judicii inſtantia peremit, & deciſū in noſtro M. C. Supremo Senatu refert *Conſil. D. Mar. Giurb. deciſ.* 82. & meliùs *deciſ.* 23. quod ante eum dixit *Præſ. de Franch. deciſ.* 544. *nu.* 17. & de recenti indicat deciſum *Merlin. centur.* 1. *reſ. cap.* 81. nec diſcrepat

86 *Niger ubi ſuprà* ceſſat planè tunc celebre Ulpiani reſponſum *in l. ſi quis poſtea quam, de judic.* ac *diſpoſitio tex. in l. cum quædā Puella ff. de juriſdic. omn. judic.* quoniam, ut prædiximus in litis motæ fraudem procuratum haud eſt; ſed motu proprio conceſſum, ut ad limitationem dictorum tex. ponderat *Angel. Alber. & fulgoſ. in d. l. ſi quis poſtea quam,* elatè erudit *Gratian. diſcept. for. cap.* 421. *nu.* 26. 27. 28. 62. *par.* 3. *Præſ. de Franc. d. deciſ.* 544. qui omnes idem innuunt in mi-

87 lite Principis juſſu in militia adſcriptus, qui itidem, lite inchoatā, militari privilegio gau debit. *Gratian.* & cæteri quos laudat, & ſequitur *Merl. d. cap.* 81. *ſub nu.* 6. ubi *ex Bellug. in ſpec. Princip. rub.* 20. §. *quia poſt Eccleſiam nu.* 30. & *Bald. conſ.* 70. generaliter edo-

88 cet privilegium fori, lite pendente, ſupervenientem reo, citrà ſuam voluntatem illum eximere è manibus Judicis, coram quo lis erat inchoatā; potiſſimùm in laico ef-

89 fecto Clerico, lite pendente

te; ob totalis ſtatus mutationem, optimè inferunt *ex Bart. in l.1. ff. de pœn. Alex. in d. l. cùm quædam puella n.3. ff. de juriſd. omn. judic. Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 7. n. 14. Ambroſ. de imm. Eccl. c. 19. nu. 4. Surd. d. deciſ. 110. Conſil. Giurb. deciſ. 23. nu. 12.* Quæ cuncta à fortiori procedere debent ad favorem Clerici hæredis inſtituti; etenim Cle-
90 ricus non ipſe, ut mulier effecta vidua, & ut laicus effectus miles, vel Clericus, lite pendente, in judicio contraxit, ſed defunctus ſuus auctor: & ſi iſtis competeret fori electio, ac etiam laico effecto Clerico lite pendente, ob talem ſtatus mutationem, fraude ſeclusâ *Mart. n.* 14. 15. fortiùs hæredi jam antea Clerico, qui ut homo novus in judicio principaliter nō contraxit, competere videtur.

91 Nec relevat aſſerere, per hæreditatis addictionem ſe ligaſse omnibus defuncti juribus itidem paſſivis, & exindè teneri jam cœptum perficere judicium, coràm eo Judice, ubi defunctus contraxit, ut ex mente aliorum ſupra expoſuimus: quoniam hoc nequit officere Clerico, nec in eū talis illatio procedere poteſt, ex eo quia prorſus, ac radicitus à laica poteſtate exemptus eſt: ideò ea jura, ad quæ per hæreditatis addictionem ligatur, validè poſſunt coram ſuo Eccleſiaſtico Judice experiri, nec jura aliter dictantia in utroque jure evolvuntur, immò cuncta Canonica pro hac ſententia certare videntur: clamitant inquàm: Clericos nullo pacto, nulloque modo coram laico Imperio nemo præſumat pulſare: *d. cap. Clericum nullus 11. quæſt. 1. cap. ſi diligenti, de foro compet.* annuuntq; Imperialia, *Aut. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cler.* nec *tex. in dict. l. cœtum, & l. nulli de judic.* cum aliis deſuper citatis, nunquam ſomniavêre Clericum ſub eorum edicto complicare, quod ex eorum Supremorum ſæculariū Pricipum placito interdictum evolvitur: meritò hanc ſic firmatam ſententiam veriorem, ac ſolidiſſimis rationibus fulcitā ſequēdā eſſe autumamus.

92 Exaratis planè convenit præſens explanatio, nempè hæreditas non adita defuncti repræſentat perſonam, adita verò hæredis eſt, ejuſque repræſentat perſonam: *tex. in l. ſi plures 10. §. filio, ff. de vulg. §. 1. inſtit. de hæred. qualit. & different. in l. 1. §. ſcævola, ff. ſi quis teſt. lib. l. hæreditas, ff. de acquir. rer. domin. Panimoll. deciſ.* 129. *n.* 1. *par.* 2. ubi, an

&

& quando hæreditas dicitur addita: & quid de hæreditate tranſmiſſa? ibidem.

Hinc eſt inventarium conficere, ad eum ſpectare Judicem, qui jus dicere debet in bonis, de quibus inventarium conficitur, & jacente hæreditate defuncti, Judex inventarium conficiet, ac ſi in humanis ageret: ad Eccleſiaſticam, inquàm, poteſtatem ſpectat inventarium conficere de bonis Clerici defuncti, quouſq; hæreditas non ſit adita, & ſi laicus inſtitutus fuerit: undè hæſitationes ſuper hac Clerici
93 jacente hæreditate ſuſcitatæ, diſcutiendæ ſunt coram Eccleſiaſtica auctoritate: innuit *Queſad. contr. for. cap.* 40. *nu.* 23. ibi: *ex hac ratione, dubia ſuſcitata ſuper hæreditate jacente Clerici illius perſonam repræſentante diſcutienda fore coram Judice Eccleſiaſtico, cum Mex. Barb. Laſſart. Bellug. & aliis Salgad. ad. labyr. cred. par.* 1. *cap.* 32. *nu.* 31. ibi: *prout vidi declarari in contentione mota de ann.* 1661. *per arbitros per utramq; Curiã electos ſuper hæreditate, &c.* fusè *Pereir. de man. reg. par.* 1. *c.* 16. *n.* 20. 21.

94 Sic è converſo per laicum Imperium conficitur inventarium de bonis laici, Clericũ in hæredem vocantis, hæreditate adhùc jacente: ſequuntur namque bona, conditionem, & privilegium perſonæ, ut pluries dictum eſt *ex l.* 2. *C. quib. & quand. lib.* 10. *de Marin. allegat. nu.* 23. hære-
95 ditate igitur jacente, per poteſtatem defuncto competentem uſquequo hæreditas jacet, conficitur: *Franc. Marc. deciſ.* 105. & 1058. *num.* 3. *part.* 1. *Mart. de juriſdict. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 122. *n.* 14. 15. *Pereira de man. Reg. part.* 1. *cap.* 16. *nu.* 22. 27. 28. *cum ſeqq.* nec in juris diſpoſitione diſcrepat *D. Thom. Carlevar. de judic. lib.* 1. *tom.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 5. *nu.* 342. & ante eos ex multis probat *Guttier. pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 49. *n.* 3. ubi valere ait argumentum à contrario ſenſu: nempè hæreditate jacente defuncti, Judex
96 inventariũ conficiet, eâ aditâ, ob ſtatus mutationem, ad hæredis adeuntis Judicem ſpectat inventarium conficere: annuitque *Phanuc. de inventar. qu.* 240. *n.* 24. 25. *Roland. conſ.* 61. *nu.* 9. *lib.* 4. idem *de invent. qu.* 31. *nu.* 10. & *per totum, Mart. de juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 122. *nu.* 14. *cum ſeqq. Aufrer. de poteſt. ſæcul. reg.* 4. *fallent.* 2. *n.* 3. *Cabet. deciſ.* 81. *part.* 1. *Guid. Pap. deciſ.* 561. & *deciſ.* 562. *Choker. de juriſd. par.* 2. *quæſt.* 20. *tom.* 1. *Bobadill. lib.* 2. *polit.*

cap.

cap. 18. n. 179. par. 1. Ciarlin.
contr. for. lib. 2. cap. 171. nu.
12. Coſt. tract. var. de remed.
ſubſid. n. 39. illat. 1. num. 9.
Cevall. de cogn. per viam viol.
quæſt. 78. nu. 14. Barry. de
ſucceſſ. ab inteſt. tom. 2. lib. 11.
97 tit. 8. n. 8. conveniunt quoq;
tradita per P. Dian. qu. moral.
part. 4. tract. 1. de immun. Ec-
cleſ. reſol. 110. Reg. Rovit. de-
ciſ. 58. & Conſil. Petr. ad Rit.
M. C. V. rit. 181. qui ad ſupra
relatos ſe remittunt, quidquid
98 de Hiſpano jure adducat, Ca-
bed. d. deciſ. 81. Mart. de juriſd.
Cevall. in locis ſuperiùs lauda-
tis, cum quibus impar non
cecinit Carlevar. n. 342. & de
conſuetudine Gallica Gugl. de
Benedict. in cap. Raynutius,
verb. & uxorem, deciſ. 2. nu.
132. & 170. 171. Rebuff. to.
1. in Conſt. Reg. tract. de ſen-
tent. prajudicialib. art. 3. Gloſſ.
3. n. 11. & edocet Pappon. ar-
reſt. 2. lib. 15. tit. 6. de invent.
ex l. Paulus reſpondit, §. 1. de
acquir. hæred. & l. Fiſcus, de
jur. Fiſc. & l. 2. C. de Epiſcop.
& Cler. ab hora mortis bono-
rum à Præsbytero relictorum
conditionem mutari, ideò ad
ſæcularem ſpectat poteſtatem
de eis inventarium conficere,
ſicq; bis deciſũ affert Matth.
& Ferrar. in addit. ad Guid.
Pap. deciſ. 261. Villadieg. polit.
99 cap. 5. §. 20. n. 106. ac de
Urbis Panormi conſuetudine
textantur Carol. de Graſſ. de
effect. Cleric. effect. 1. n. 1010.
& ante eum Mut. in conſuet.
d. Urbis cap. 50. nu. 37. ubi
inconcuſsè cuncta inventa-
ria coram ſæculari perficiun-
100 tur Imperio, licèt noſtra
tempeſtate, ac de recenti ali-
ter perfici notamus, & in
Principatu Cathaloniæ cun-
cta perficiuntur inventaria
101 coram Notario, & teſtibus,
omni ſolemnitate, ac Judicis
veniâ ſecluſâ: Cancer. par. 3.
cap. 2. n. 66. & ſeqq. Xamar.
de offic. Jud. par. 2. qu. 7. nu.
56. Fontanell. de pact. nupt.
tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 3. part.
2. nu. 45. & poſt eos D. Mi-
chael Cortiad. deciſ. 152. nu.
27. tom. 3.

102 Difficultas non modica
agnoſcitur in laico Clerici, vel
laici hærede, hæreditatem
adeunte, qui ad inventarii
confectionem Clericum inte-
reſſe habentem citare inten-
dit; hæſitatur, coram qua po-
teſtate Eccleſiaſtica, aut laica,
hanc citationem perficere va-
leat, & quomodò? Jus inquã
divinum laicum citare Cleri-
cum vetuit: Innoc. in cap. 2. de
major. & obedi. cap. ſi Impera-
tor 96. diſt. gloſſ. in cap. quam-
quam de cenſ. in 6. Innocent.
in cap. noverint de ſentent. ex-
comm. ita, & ſacri Canones
cap.

Digitized by Google

103 *cap. nullus Judicum de for. compet.* ibi: *Nullus ſæcularis adſtringit Clericos. cap.* 1. *de for. competent.* ibi: *ſi Clericus adverſus Clericum negotiũ habeat Epiſcopum adeat*) ita, & econtrà *cap. licèt ex ſuſcepto de for. compet. cap. qualiter, &*
104 *quando de judic.* annuere Imperiales cõſtitutiones *Aut. Clerici apud propr. Epiſcop. §. plurimas.* ibi: *& interpellat eum, nec trahat ad adjutoria civilia,* & ibi: *apud ſolos Epiſcopos conveniãtur pro qualibet pecuniaria cauſa, & in §. fin. Aut. de Eccl. §* 1. *& §. ſancimus cũ cõcordantib.* undè cõcludũt al-
105 latã Clerici citationẽ pro inventario faciendo, corã Eccleſiaſtico Antiſtite conficiendã eſſe: *Duard. Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 15. *qu.* 11. *n.* 50. *Dian. reſol. mor. par.* 1. *tract.* p. *reſol.* 20. *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 12.
106 Imo glomerant Moraliſtæ, citationem in Clerici perſonam, *quatenus ſua putaverit intereſſe*; licèt ex juriſdictionali fonte ſcateat, attamen immunitatẽ Eccleſiaſticã lædere: *Alex. Ambroſ. de imm. Eccleſ. cap.* 22. *nu.* 73. *Duard. ad Bull. Cœn. lib.* 2. *Can.* 15. *qu.* 11. *nu.* 50. *Martin. Bonac. de legib. diſput.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. *§.* 1. *num.* 27. *Pat. Dian. reſol. moral. tom.* 1. *de immun. Eccleſ. reſol.* 22. & antè eum ſtrenuè innuit. *Mart. de juriſdict. part.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 37. *num.* 77. ubi generaliter
107 quo ad omnes citationes itidem per edictum è laica poteſtate emanatas, hanc edocet veriorem eſſe ſententiam, quoniam ex eis Clericus citatus reus efficitur neceſſarius; quod pariter inferunt in creditorum concurſus judicio, credentes Clericum ad concurrendum cum cæteris creditoribus à laica auctoritate ci-
108 tari nequire incompetentiæ incapacitatis, ac individuitatis judicij ratione: quamobrem ad Eccleſiaſticam ſpectare poteſtatem talis concurſus judicii cognitionẽ, uti digniorem, inſinuant nuper laudati, *cum Mart. ubi ſupra, & par.*
109 4. *centur.* 1. *caſ.* 37. ubi generaliter hoc in omni citatione Clericis tranſlata de ordine laici Judicis edocet, aſſerens declinatoriam Clerico competere pro qualibet citatione coram laico Judice, &
110 repetit *caſ.* 122. *num.* 13. 14. *centur* 2. de qua re vide *Ambroſ. de imm. Eccleſ. cap.* 20. *nu.* 73. *Salgad. Laberyn. cred. p.* 1. *cap.* 6. *per totum Cutell. de immun. Eccleſ. par.* 2. *qu.* 23. *Fermoſin. in cap. propoſuiſti, qu.* 5. *nu.* 28. *de for. compet.* ubi audacter firmant Clericos

cur-

in univerſali creditorum concurſu à laico debitore citatos coram laico Judice comparere debere, & ſi oppoſitum ſuſtinere conetur *Marth. eodem loco caſ.* 123. attamen
111 *ſub num.* 18. ex equitate annuere videtur, ſi reconvẽtionis via debitor ad Clerici inſtantiam carceratus, eum in judicio concurſus citaverit: etenim tunc non provocatur Clericus, ſivè Regularis, ut reus, ſed ut Accuſator: *Pelizz. man. tom.* 2. *tract.*8.*cap.* 6.*nu.* 125.

112 Attamen quo ad citationem Clerico confectam pro inventarii confectione, oppoſitam ſententiam mordicùs tuentur ex *Felin. in cap. cum inter priorem n.* 12. *de except. & in d. cap. Eccleſ. S. Mariæ n.* 68. *de conſtit. Deci. in dict. cap. cum inter priorem nu.* 16. *Aufrer. de poteſt. ſæcul. in Eccl. reg.* 2. *fallent.* 12. *& ex tex. in* §. *ſancimus, alias* §. *ſine nobis, Aut. de hæredit. & falcid.* & ibi *Gloſſ. verb. dignitas, Imol. n.*4. *Monticulus de inventar. cap.* 7.
113 *nu.* 20. eamque veriorem cunctis in ſuperioribus totius Orbis ſubſelliis amplexam eſſe firmant *Bobadill. polit. lib.* 2. *tit.* 18. *n.* 168. 179 *par.* 1. *D. Franc. Vic. ad pragmat. Regn. Sard. tit.* 7. *pragm.* 15. §. 36. *tom.* 2. nec diſcrepat *Emman. Rodriq. quæſt. regul. concluſ.* 21 *quæſt.* 62. *art.* 12. ſicque deciſum in Supremo noſtro M. C. Senat. indicat *D. Garſ. Maſtrill. deciſ.* 79. quem ſequuntur infra laudandi, autuman-
114 tes hoſce Clericos creditores citatos, actores, in hoc inventarii confectionis, ac concurſus judicio eſſe: hæredes autem, & creditores reos, qui, nè creditores in propria urgent bona, & nè illis per cæteros creditores fraus aliqua moliatur, eos ad inventarii cõfectionem ut aſſiſtant, præventorio remedio monẽt: ut optimè, præter laudatos, inſinuant *Farinac. de Inquiſ. qu.* 8. *n.* 89. *Surd. deciſ.* 26. *n.* 15. *D. Mar. Cutell. de imm. Eccleſ. tom.* 2. *qu.* 21. *Ripoll. var. cap.* 1. *à n.* 199. *ad* 203. eſtque
115 pariter in hoc præventivo remedio debitor laicus, in effectu quo ad omnia reus, quãvis in priori actu, ac libello, actor appareat: edocent *Bart. in l. libertus, ff. de in jus vocando, Didac. Covarr. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 18. *n.*4. *Anton. Oliban. de jur. Fiſc. cap.* 15. *n.* 23. 24. *Deci. conſ.* 3. *n.* 9. 10. *Ludov. Roman. conſ.* 217. *Franc. Marc. deciſ.* 492. *n.* 9. *part.* 1. *Fab. Ann.* fusè *in conſ.* 59. *nu.* 9. 10. *Pont. deciſ.* 71. mirè *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 12 *tit. de act. & obligat. à n.* 53.

Bardell. conſ. 1. *n.* 1. *Coſt. de remed. ſubſid. remed.* 50. *à nu.* 13. *cum ſeqq. Præſ. de Franc. deciſ.* 657. *n.* 3. ex noſtratibus *D. Mar. Giurb. deciſ.* 44. *ſub n.* 1. multa tamen circa præventionem aſtruit *Joan. Bapt. Ciarlin. contr. cap.* 34. *per tot.*

116 uno tamẽ ſuperiùs allati fatentur ore, debitorem adverſus ſuos creditores ſe præventivo hoc remedio munientem ex *l. ſi contendat, ff. de fidejuſſ.* reum eſſe, nec talis deſinit eſſe verè, & realiter, licèt pro ſua exceptione tuẽda, ad evitandas moleſtias judicium moveat: *Bald. in l. accepta nu.* 24. *qu.* 13. *Cod. de uſur. Butreus in cap. quanta vallis, verſ. venio ad quartum, de jur. jurãd. Aymon. Cravett. conſ.* 182. *n.* 2. *Alex. conſ.* 103. *lib.* 5. *deciſ.* 3. *n.* 9. *Anton. Gabr. commun. concluſ. tit. de action. concluſ.* 6. *n.* 9. *Purpur. in l. fin. C. de edend. Cagnol. in l. diffamari, C. de ingen. & manum. nu.* 9. *Capyc. deciſ.* 18. *Amat. reſol.*

117 32. *in fine*, eſtq; concurſus judicium univerſale omnibus afficiens creditoribus, meritò ſub uno Judice abſolvendum eſſe putant *Tondut. de prævẽt. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 46. *Salgad. Laberyn. par.* 1. *c.* 4. *n.* 21. coram quo, & ſi laicus eſſet Judex, itidem & Clerici acciti comparere debent, ut ſuſtinet cont. a *Mart. de juriſd. part.* 4. *caſ.* 121. *Ambroſ. de immunit. Eccleſ. cap.* 20. *nu.* 71. *Dian. reſol.* 22. *par.* 1. *tract.* 2. *Urſill. ad. Afflict. deciſ.* 280. *Noguerol. allegat.* 19. *nu.* 130. 131. & alii, quos affert *Cortiad. deciſ.* 36. *num.* 42. 43. *Maſtrill. deciſ.* 79.

118 Potiſſimùm, ſi quatenus ſua putaverit intereſſe, fuerit citatus: ſubdunt *Oſaſcus Chacher. deciſion. Pedamont.* 151. *num.* 4. *Carolus de Graſſ. tract. de except. in prælud. num.* 155. & alii congeſti *per Salgad. de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 14. *n.* 72. fusè *de Laberynt. cred. part.* 1. *cap.* 2. & *cap.* 6. *à nu.* 9. *ad* 16. ſicque deciſum affert *Cortiad. deciſ.* 9. *nu.* 80. ubi remiſſivè alios cumulat, nec diſcrepat *del Bene de Immun. Eccleſiaſt. to.* 1. *cap.* 7. *dub.* 5. ſi poſt citationem, *quatenus*, ſponte comparuerit: debitori planè aliqua legitima exceptione ſecuro interdictum haud eſt, eam ex regula enarratæ legis, *ſi contendat*, adverſus ſuos cre-

119 ditores deducere, ut cõgruunt cõmuniter ſcribẽtes *in d. l. ſi contendat ff. de fidejuſſ.* & *in l. ſi Pater C. qui bonis ceder. poſſunt gloſſ. in l. Aurelius* §. *ſi certum, ff. de libert. leg. Cæſar Contardus in l. diffamari, num.* 103. *Cod. de ingen. & manum.*

Ri-

Ripoll. var. cap. 1. *n.* 199. *ad* 203. *Andr. Gaill. lib.* 1. *obſer.* 9. *nu.* 11. 12. *Peregrin. conſ.* 82. *vol.* 1. *& de fideicom. art.* 41. *n.* 7. Cavalcan. *deciſ.* 75. *nu.* 23. 24. *part.* 2. *& part.* 4. *deciſ.* 9. *n.* 3. *D. Mar. Giurb. d. deciſ.* 44. *nu.* 10. 16. *de Graſſ. & Amat. in locis indicatis*, non ideò dicitur actor *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 268. *n.* 2. *Franc. Marc. & Cancer. ubi ſupra*, & alii, quos indicat pleno exarato calamo *Salgad. Laberyn. d. cap.* 2. *à n.* 6. *ad* 25. *& cap.* 6. *per tot. part.* 1. meritò rectè concludendum itidem eſt, creditores teneri ſequi communis debitoris forũ, eos in concurſu, vel in præventivo remedio *d. l. ſi contendat* provocantis; firmant cum laudatis *Alphon. Guzman. de evictiion. qu.* 7. *nu.* 60. *Afflict.* & ibi *Urſill. d. deciſ.* 268. *Girond. de privileg. n.* 958. *Aloyſ. de Leo in l. cum ſoluto*, Cod. *qui bon. ceder. poſſ. n.* 11. & ſi Clerici eſſent, *Oſaſcus d. deciſ.* 151. *n.* 4. *Natta ad Alexand. conſ.* 103. *lib.* 5. *Soccin. conſ.* 94. *n.* 4. *lib.* 2. *Afflict. ibidem, n.* 2. *& Urſill. ad eum*, Cancer. *ubi ſupra dict. cap.* 1. *lib.* 1. *n.* 62. 63. *Amat. d. cap.* 32. *in fin.* alioſque adducit *Salgad. in locis indicatis*, quibus nec fori competit declinatoria, *Urſill. ad Afflict. d. deciſ.* 280. *nu.* 7. ubi ſic deciſum in S. C. Neap. refert *Vivi deciſ.* 38. *n.* 8. *Novar. in prax. elect. & var. for. ſect.* 3. *q.* 24. *Apicell. de dilat. quinquenn. tit.* 1. *n.* 97. & ibi *Addent. lit. C. Cevall. in cõmun. contra commun. tom.* 4. *quæſt.* 896. *num.* 623. 624. *& de cognit. violent. tom.* 5. *qu.* 72. ſicque deciſum refert in Regno *Maſtrill. dict. deciſ.* 79. *Caſtill. deciſ.* 2. *n.* 15. *Cortiad. deciſ.* 36. *n.* 42. *to.* 1. & de cujus inveterata praxi teſtantur *Amat. dict. cap.* 32. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 475.

120 Recẽſita verò militare autumamus ſi Clerici taliter citati non poſſiderint, qui licèt, *quatenus*, citati eſſent, actores ſunt, *Thom. Gramm. deciſ.* 61. *Tuſc. concluſ.* 239. *n.* 1. *lit. C.* reiq; forum ſequi debent *Caſtill. noſter. deciſ.* 2. *n.* 15. *Mar. Mut. Rit. M. C.* 97. *nu.* 45. *Amat. n.* 7. 8. *Muſcatell. pract. lib.* 1. *pract.* 2. *gloſſ. intimatio, n.* 34. *Rot. Genuenſ.* 143. *n.* 7. 8. *Giurb. deciſ.* 1. *nu.* 34. 35. *Anſald. de juriſd p.* 2. *tit. unic. cap.* 11. *n.* 15. *& cap.* 12. *à n.* 1. *Ripoll. var. cap.* 1. *nu.* 200. ſicque deciſum affert, & poſt eum *Cortiad. deciſ.* 179. *nu.* 7. *tom.* 3. at ſecùs ſi poſſiderint: nam tunc rei eſſent neceſſarii, quibus fori competit declinatoria: *Capyc. deciſ.* 8. *Ancheran. in regul. ea quæ, de regul. jur.*

in 6. quæſt. 28. *Roland. à Vall. conſ.* 29.*n.*18. *vol.* 2. *Farinac. qu.* 8. *n.* 88. *& deciſ.* 56. *n.*4. *part.* 2. *tom.* 3. *& deciſ.* 185. *n.* 2. *tom.* 1. *Gramm. deciſ.*61. *n.* 2. 3. *Alex. in l. pupillo, ff. de nov. oper. nunc. in fin.*idem *conſ.* 86. *n.* 5. *lib.* 2. *Tuſc.concluſ.* 239. *n.* 55. *lit. C. Baron. de citat. qu.* 24. *n.*19.26. *Sanlenger. de prævent. Jud. par.* 2. *cap.* 12. *nu.* 38. *Mutq rit.* 97. *n.* 47. *Caſtill. deciſ.* 2. *n.* 8. 9. 10. 11. *Anton. Amat. reſ. cap.* 32. *nu.* 4. 5. *cum ſeqq. Giurb. deciſ.* 1. *n.* 51. *Amat. deciſ.*48. *n.* 8. 25. *Præſ. de Franch. deciſ.* 523. *nu.* 15. 16. *& deciſ.* 524. *n.* 3. *Cortiad. deciſ.* 179. *n.* 2. *tom.* 3. *Salgad. Laberyn. ubi ſupra n.* 18. *cap.* 6. *par.* 1. *& de Reg. protect. par.* 4. *cap.* 8. *n.* 32. *ad* 80. *cum ſeqq.* ubi
121 hanc inficat ſententiam, ſi lite pendente, poſſeſſionem adeptus fuerit: vel ſi ſpontè, nulla præcedente citatione, Clericus tanquàm rei tertius poſſeſſor, ſuper qua lata fuit ſententia inter laicos per ſæculare Imperium, ejus exequutionem impedire intendit, & comparet: nam tunc tenetur coram eodem laico Imperio comparere, ut graphicè comprobat idem *Salgad. de Reg. protect. par.* 4. *cap.* 14. *a n.* 71. *ad.* 75. & ante eũ dixêre *Afflict. deciſ.* 380. *Ann. allegat.* 76. *n.* 8. *Caſtill. deciſ.* 200. *nu.* 2. *par.* 2. *Apicell. allegat.* 10. *n.* 12. *Gramm. deciſ.* 61. *Guſman. de evict. qu.* 7. *n.* 33. *Noguarol. alleg.* 19. *n.* 132. *D. Didac. Anton. Fajard. alleg.* 33. *n.* 561. *Cortiad. nu.* 5. 7. neque herclè obſtat Marthæ objectio ſupponentis hoſce creditores Clericos reos eſſe, itidem data judicii concurſus individuitate: quoniam hæc individuitas conſideratur, ubi plures conveniendi ſunt rei, ut mirè explicando reſpondet idem *Salgad. ibidem.*

122 A quibus, & aliis in principio recenſitis, hoc idem cõprobatur in Clerico debitore, qui ſi adverſus ſuos creditores, concurſus judicium introducere attentat, quia reus eſt ad ſuum Eccleſiaſticum Antiſtitem omnes trahere debet: ut edocet idem *Salgad. Laberynt. cap.* 2. *n.* 16. 47. *par.* 1.
123 ita, & ſi de Clerici defuncti hæreditate jacente tractatur, creditorum concurſus coram eadem Eccleſiaſtica poteſtate formandus eſt: etenim ut prędiximus hæreditas dum jacet defuncti rapræſentat perſonā: ut elatè inſinuat *Covarr. pract. cap.* 31. *n.* 3. *Felin. in d. cap. Sanctæ Mariæ, n.* 8. *de conſtit. Petr. Barboſ. in l. hæres abſens n.* 209. *ff. de judic. Leſſart. de gabell. cap.* 19. *n.* 44. *Marth.*

de

Digitized by Google

de juriſd. caſ. 122. *num.* 15. *Pereira de man. reg. tom.* 1. *cap.* 16. *n.* 20. 21. *Guttier. pract. lib.* 2. *quæſt.* 49. enodatè *Salgad. d. cap.* 2. *nu.* 47. 48. *par.* 2. ubi notabiliter *Guttier. de gabell. doctrinam in quæſt.* 88. explicat.

124 Inconcuſsè tandē nos reſpuimus hanc perſonalē citationem, in concurſus judicio, itidem pro conficiendo invētario in Clerico, eamque tantùm per edictū admittimus: quippè per primam arctatur Clerici perſona, ad comparendum: innuunt *Caſſador. deciſ.* 2. *n.* 1. *tit. de dolo, & contum. Paitell. poſt deciſ. Cauſ. Civil. Rot.* 28. *nu.* 8. 9. eamque initium contentioſæ juriſdictionis eſſe affirmant, *ex cap. gratum, de offic. leg.* & ibi *Scribentes, & in l. & quia de juriſd. omn. Judic. Gaill. obſer.* 48. & 74. *lib.* 1. *Monet. de commun. ult. vol. cap.* 9. *n.* 65. *Cujac. lib.* 9. *obſer.* 21. *Oterol. diſput.* 2. *qu.* 33. *nu.* 11. *Surd. deciſ.* 26. *n.* 16. 17. per ſecundam verò per edictum generaliter citentur omnes, qui ſua putaverint intereſſe, qui nō arctātur ad comparendum, & congruunt *Duard. Bull. Cœn. lib.* 2. *d. Canon.* 15. *qu.* 11. *n.* 50. *Dian. reſol.* 20. *tract.* 2. *par.* 1. & alii ab eis cumulatis, quos ſequitur *Pellizz. man. d. tract.* 8. *cap.* 6. *nu.* 123. *tom.* 2. agglutinant tamen aliqui, & ſi Clericos taliter citatos cōparerēt actores voluntarii, haud reos dici: ut quemadmodùm de citatione, quatenus dixit *del Bene, de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 5. ut in remediis conſervatoriis pro cōpeſcenda Eccleſiaſticorum vi, oppreſſis illata loquuntur *Afflict. deciſ.* 2. *n.* 9. idem *in deciſ.* 24. *nu.* 2. *Niger. Campan. in cap. Regn. Neapol. incipiente ad Regale faſtigium n.* 12.

125 Attamen aliis arridet ſententia, ut cautiùs agendo Clericus ab Eccleſiaſtico in omni citetur judicio: ut conſulunt *ex Bald. in cap. fin. n.* 5. *de Fide inſtrument. Jaſon. in cap. teſtamenta, n.* 5. 1. *de teſtam. Dec. conſ.* 700. *Surd. d. deciſ.* 96. *n.* 6. *Roland. de invent. qu.* 100. quam ſententiam mordicus defendit *Phanut. de inventar. qu.* 240. *n.* 22. 23. citationem enim, ac acta confecta coram ſæculari Judice pro confectione inventarii, Clerico nō officere creditori, dixit *Bart. ibidē*, & *Vulpel. prax. cap.* 4.

126 Denique ut de confectione inventarii expoſita magis lucidè explanentur, ſciendum eſt: inventarium per hæredē confectum nō eſſe judicium, nec judicialē actam, ſed ſimplicem ſolemnitatem à jure pio

pro hærede requiſitam, edocent *Steph. Gratian. diſceptat. for. cap.* 720. *n.* 2. *Caſtill. lib.* 8. *contr. cap.* 30. *num.* 42. 44. *Conſ. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 26. Undè nec Judicis deſiderat pręſentiam *Bart. conſ.* 154. *n.* 7. *Fachin. lib.* 4. *contr. cap.* 36. *Gugliel. de Bened. in cap. Raynutius, verbo mortuo itaq; teſtatore, n.* 398. *Cornel. Jaſò. & alii in l. fin. C. de jur. deliber. n.* 3. *Theſaur. quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 10. licèt conſuetudo invaluit, ut pro eo conficiendo Judicis interveniat auctoritas: *Caſtrenſ.* & alii rerelati per *Roland. à Vall. de inventar. par.* 3. *in quæſt. præſentia Judicis*: nec decretum, innuunt nuper laudati, confecitque id hæres non Judicis juſſu, ſed quia ipſe facere curavit: inſinuāt *Gratian. Caſtill. Surd. mox citati*, fusèque aſtruit *Phanut. loco indicato q.*

127 240. *n.* 7. 10. extrajudicialis ideò remanet ſimplex hęredis cautela, nè contra bona ſua propria creditores urgeant, probat *ex Bald. & Phanut. Gratian. diſcept. for. cap.* 797. *n.* 1. 12. 13. & ante eos *Angel. in d. l. fin. Cod. de jur. deliber. Put. deciſ.* 266. *n.* 6. *lib.* 2. nec citationem expetit; etenim citatio eſt juris experiendi cauſa vocatio, *l.* 1. & ibi *Gloſſ.*

128 *ff. de in jus vocand.* & in confectione inventarii jus nō habent dicendi creditores, nec ſe opponere poſſunt, nec contradicendo obſtant, *ex Bart. conſ.* 154. mirè explicat *Tepat. var. tit. de invent. cap.* 10. *verbo confectiones*, quoniā ex eo nō lædūtur: fundat *ex Dec. Put. d. deciſ.* 266. *n.* 8. meritò citationē non requiri, concludunt *Bald. deciſ.* 258. *Tepat. tit. de cit. c.* 8. *verſ.* 3. *limit.* licèt oppoſitum firmat *Baron. de citation. tom.* 1. *qu.* 17. *nu.* 93. *& in addit. tom.* 2. *n.* 54. *& ſeqq.* & ſi cautiùs agendo

129 fieret potiùs erit ſignificatio, & denunciatio, nè ignorantiam adducant creditores, annectunt *Addent. ad Dec. d. conſ.* 700. *Caſtill. d. cap.* 30. *lib.* 8. *n* 42. *Phanut. d. qu.* 240. *n.* 20. abſque tamen figura judicii, nec ad litem, ſed ad intereſſendum actui extrajudiciali, qualis eſt actus inventarii, & nō fori: edocent *Bald. in Aut. ſed cum teſtator, n.* 11. *Cod. ad leg. falc. & in l. fin. §. cum igitur, nu.* 13. *Cod. de jur. deliber.* & inſinuant *Porcell. de inventar. quæſt.* 3. *n.* 9. & alii, quos laudat, & ſequitur idem *Phanu. d. quæſt.* 240. *num.* 9. *Alv. Valaſc. conſ.* 57. *n.* 25. &

130 ſi coram Notario, & teſtibus fieret: *tex. in l. fin. C. de jur. delib. Aut. de hæred. & falc. Gratian. d. cap.* 797. *Caſtill. d. cap.*

30.

30. *nu.* 42.44. *Phan. d. quæſt.* 240. *nu.* 10. *Præſ. de Francb. deciſ.* 206. *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 66. *Theſaur. qq. for. lib.* 1. *quæſt.* 10. & antè eos magiſtraliter edocet *Bart. cõſ.* 154. *ſub nu.* 4. quem ſequũtur *D. Mar. Cutell. deciſ.* 19. *nu.* 15. *tom.* 2. *Hodier. contr. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 19. *P. Ludov. Molin. de juſt. & jur. tom.* 1. *diſput.* 218. *Card. de Lug. tom.* 2. *de juſt. & jur. diſp.* 24. *de teſt. fact. ſect.* 8. *n.* 23. *Coſt. de remed. ſubſidiar. remed.* 39. *illat.*
131 1. *n.* 11. attamẽ ſuſtinet, ex ſola notitia aliũdè habita, nulla particulari citatione, cõvocatione, ac proteſtatione adhibita: putavère *ex Cravet. conſ.* 348. *nu.* 24. *Gratian. d. cap.* 797. *Capyc. deciſ.* 34. *num.* 8. *Caſſad. deciſ.* 2. *tit. de jud. Balth. Thom. tract.* 7. *tit.* 8. *nu.* 102. quamvis certi adeſſent creditores: *Conſ. Hodiern. lib.* 1. *contr. cap.* 5. *num.* 22. *Roll. à Vall. conſ.* 9. *nu.* 10. *lib.* 1. *Cacciol. in l. cunctos populos* C. *de ſum. Trin.* immò ſola generalis ſufficit notitia per proclamam aſtruunt *Bart. in d. cõſ.* 154. *n.* 8. *Gratian. ubi nu-*
132 *per nu.* 18. & alii per eos adducti: meritò in Hiſpaniarum Regnis ad inventarii cõfectionem non citantur intereſſe habentes: indicant *Noguer. alleg.* 19. *n.* 102. *Fontanell. de pact. nupt. clau.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 2. *n.* 45. & in Principatu Cathaloniæ inſinuant *D. Mich. Cortiad. deciſ.* 179. *nu.* 7. *tom.* 3. & in noſtro Trinacriæ Regno ex priſca, ac vetuſta praxi, inventaria inconcuſsè per generalẽ citationem per edictum cuncta cõficiuntur. Cõprobata igitur ex allatis remanet ſecunda opinio ajentium, Clericos per hæredes ad invẽtarij cõfectionẽ per edictũ citatos coram laica poteſtate, in
133 ea cõparere debere. Adductis celebris alia ſuccedit hæſitatio: an liceat Creditori agere recta via contrà debitorem ſui debitoris Clerici, non audito, nec citato ipſo Clerico principali debitore?

Et an hoc in caſu eidem Clerico principali debitori fori competat remiſſio?

134 Pro cujus hæſitationis explanatione, inquimus ſub generali omniũ bonorum hypotheca facta à debitore ad ſui Creditoris beneficium, nomina debitoris comprehendi: *tex. in l. nomen* 4. C. *quæ res pign. l. ſi convenerit ff. de pignor. act.* ex qua comprehenſione creditori jus quodã acquiritur utile, agitque ac ſi actiones ei fuiſſent demandatæ: fundant *ex Aretin. conſ.* 124. *Steph. Gratian. diſceptat. cap.* 507. *nu.* 11. *tom.* 3. *Petr. Sard.*

Surd. conſ. 4. *nu.* 38. *Cyriac. contr. cap.* 47. *n.*4.*&* 5.*tom.*1. *&* *to.*2.*c.* 338.*n.* 7.8. *& cap.* 339.*nu.* 12.13. & alii *per No-*
135 *guarol. infrà*:ex hac namque utili actione ceſſionis effectus lucratur ad ſui beneficium creditor, & quemadmodum in ceſſionario utilis transfertur actio, ità & in ipſo creditore, cui nomẽ debitoris à ſuo debitore obligatum fuit: mirè inſinuant *Anton. Fab. rationali. ad l. ſi convenerit* 18. *ff. de pignor. action.* latè *Noguarol. allegat.* 35. *nu.*4. inanis porrò aliàs eſſet talis hypotheca, ſi hunc ceſſionis effectum non produceret: edocent *Bart.* & cõmuniter ſcribentes *in l. nomen* 4.*C.quæ res pign. obligar.*
136 *poſſ.*etenim licèt ipſa hypotheca tãtùm permittatur cõtrà poſſidẽtẽ,ac cõtrà dolo deſinẽ
137 tẽ poſſidere;& nomina tanquam incorporalia non poſſideantur, nec pignus, nec hypotheca ſuper ea cõſtitui poſſit: *Ant.Fab. lib.*8. *conject cap.* 15. *&* 16. idem *in rationalib. ad dictam l. ſi convenerit* & ſi permittitur ex eadem diſpo-
138 ſitione tèxtus *in d. l. nomen*, ibi *nomen quoque debitoris pignorari, & generaliter, & ſpecialiter poſſe*; id jure ſtatutum à principio non fuiſſe depromitur *ex tex. in l. poſtquã* 7. *C. de hæred. vel action.vend.* ibi *Poſtquam eo decurſum eſt, ut cautiones quoque debitorum pignori debitori dentur.*Attamẽ ſubdit textus *in d. l. ſi convenerit*: *contra juris ſtricti rigorem tuendam eſſe à Prætore hanc cõventionẽ* lepidè aſtruit *An. Fab. in d. lib.*8.*conject.cap.* 15. *&* 16. *& in rational. ad dictam l. ſi convenerit*, quem laudat *Oſuald. ad Donell. in d. l.* 3. *C. de obligat. & action. cap.* 43.

139 Hoc eſt quatenus debitor mandaſſet creditori ſuo actiones, ut exigeret, quod ſibi debetur, non hypothecaria, ſed utili perſonali actione, ac ſi vendidiſſet, vel nomen ceſſiſſet; innuit *Bart. ibidem* ubi contrà *Gloſſ.in d. l. nomen* tan-
140 tum utilem perſonalem actionem admittit, quod repetit *in l.* 3.*C.de hæred. action.* quam *Bart.*ſententiam ſequũtur *Alex. conſ.* 51. *num.* 6. *lib.* 6.*Petr. Surd. d. conſ.* 4. *num.* 23.*ad* 38. *Durand. lib.* 4. *in ſpecul. tit. de pignor. part.* 3. *n.* 14. eamque comunem eſſe prædicant *Steph. Gratian. d. cap.* 109. *tom.* 3. *& cap.*356. *nu.* 32.*tom.* 2. *Noguarol.alleg.* 35. *Thepat. var. tit.* 501.*de pignor. cap.* 18. *verſ. nomen*, *Cyriac. contr. lib.* 3. *cap.* 430. *nu.* 1. 8. *& lib.* 1. *contr.* 47. *nu.* 3.*& lib.*2. *controver.*339. *nu.* 11.*Jacob.Cancer.var.part.* 2.

2. *cap.6. n.83.Hyeron.Leo de-*
ciſ. 163. *lib.* 2. *Ant. Fab. in*
Cod. tit. de compenſat. diffin. 3.
Montan. controverſ. 47. *Mer-*
cur. Merlin. de pign. qu. 30. *à*
nu. 20. & melius *num.* 22. *lib.*
2. edocetque pariter *Bart. in*
d. l. 3. *C. de hæred. action. ac*
in l. grege 13. *§. cum pignori*
ff. de pignor. & *in d. l. ſi con-*
venerit 18. *ff. de pignor. action.*
hanc actionem de qua *in d. l.*
141 *nomen.* 4. *C. quæ res pignor.*
obligar. poſſ. eſſe utilem perſo-
nalem non hypothecariam,
quâ mediante nomina debi-
torum poſſunt directè conve-
niri: quem ſequitur *Angel. in*
l. à Divo Pio 15. *§. ſic quoque*
ff. de judic. Imol. & *Alexand.*
ibidem, non audito nec citato
principali debitore, firmant
Alberic. in d. l. nomen Butrigar.
Jacob. de Belviſ. Cyn. & cæte-
ri ſcribentes unanimiter *Gra-*
tian. d. cap. 507. *nu.* 3. 4. 5.
tom. 3. *Seſſe deciſ.* 123. *par.* 2.
Rota in Recenſ. deciſ. 179. *nu.*
10. *tom.* 5. *Thomat. deciſ.* 51. *n.*
69. & *deciſ.* 60. *num.* 15. &
alii *per Noguarol. nu.* 4. nec di-
ſcrepat *Paul. de Caſtr. in d. l.*
ſi convenerit ubi nomina, &
bona debitoris ſunt ſub hy-
potheca ſuppoſita contrà de-
bitoris perſonam, utilem com-
petere perſonalem, & ſuper
bonis utilem hypothecariam,
idemque ſentiêre *Petr. Surd.*
d. conſ. 4. *nu.* 23. *ad* 38. *Ne-*
guſanſ. de pignor. par. 8. *membr.*
1. *n.* 19. & *par.* 2. *membr.* 3.
n. 24. & ante eos *Aretin. conſ.*
24. *Alexand. conſ.* 17. *tom.* 1.
& *conſ.* 15. *n.* 6. *tom.* 6. *Pariſ.*
142 *conſ.* 107. *n.* 74. *lib.* 3. pari di-
ctantes conſortio hanc utilem
perſonalem eſſe actionem ra-
tione hypothecæ competen-
tem, ut cum *Bart.* & aliis *Gloſ.*
in l. 3. *Cod. de hæred. vel act.*
vend. declarando firmat *de*
*Luca ad Olea*m, *qu.* 44. *n.* 4. 5.
haud verò hypothecariam:
quapropter principalis debi-
toris excuſſionem non eſſe
neceſſariam, *Leo deciſ.* 133.
par. 2. *Caſtill. contr. tom.* 4. *cap.*
61. *à n.* 88. ubi ſic deciſum
afferunt *Merlin. de pign. lib.* 2.
tit. 1. *qu.* 30. *n.* 37. 38. *in fin.*
Marant. conſ. 51. *Cyriac. dict.*
contr. 338. *n.* 9. *Rot. in recenſ.*
deciſ. 760. *n.* 2. *par.* 2. *Steph.*
Gratian. d. cap. 507. *n.* 11. &
12. *ac ferè per tot. tom.* 3. nec
citationem aliquam autuma-
vêre *Gratian. ibidem, Nogua-*
rol. d. allegat. 35. *n.* 4. 5. 8. *ad*
11. ubi ſic deciſum refert *A-*
lex. Trentacinq. var. lib. 3. *tit.*
de ſolution. reſol. 29. *nu.* 5. &
8. *Jacob. Cujac. lib.* 8. *obſer. cap.*
19. *idem in d. l.* 3. *C. de hæred.*
action. tom. 3. *Hug. Donell. lib.*
15. *commentar. jur. Civi. cap.*
ultim. & *in comment. ad leg.*
Cod. ad dictam l. ſi nomen. Ant.

Fab. in Cod. lib. 4. tit. quand. fiſc. vel privat. diffinit. 2. idem in eodem tit. de compenſ. diffin. 3. & in rational. ad dictam l. ſi convenerit, etiam in judicio hypothecario, ſentit *ex Alexand. conſ. 85. vol. 2. & aliis Baron. de citat. tom. 1. quæſt. 19. nu. 79.* niſi quando fit diſcuſſio contrà Principalem, ſubdit *Baron. n. 80. Paul. Staiban. tom. 2. reſol. 156. nu. 12. 17. Montan. d. contr. 47. Capyc. deciſ. 78.*

143 Solida ſanè hujuſce sētētię fundamenta agnovit doctiſs. *D. Alphonſus Olea de ceſsion. jur. tit. 4. quæſt. à n. 26. ad 38.* licèt ſe involuit cum *Jo. Bapt. Thor. compend. deciſ. verb. creditor agere an poſſit, tom. 3. Anton. Fab.* ſibi contrario *de error. decad. 5. error. 10. Gait. de credit. cap. 4. num. 367.* ac *Hjeron. Leo lib. 1. deciſ. 26.* autumantes creditorem hypothecarium, tribus occurrentibus requiſitis, nempè ut debitor principalis ſit condemnatus, ut ſit excuſſus, & non ſolvendo, & quod debitoris debitor, debitum fateatur; poſſe adverſus debitorem nominis ſibi obnoxii agere, contra quē perſonalē haberet actionem, ſi ceſſio, delegatio, aut conſtitutum interveniret: inſinuat *ex Cujac. in d. l. 3. C. de obligat. & action. Anton. Fab. in rational. ad dictam l. ſi convenerit, ff. de pignor. action.* & cū eo *Olea ubi nuper*, inſtruens adverſus debitorem debitoris mei, cum quo non contraxi, nullam mihi poſſe competere actionem: attamen ipſe *Olea* primam noſtram deſuper firmatam ſententiam veriorem communem, ac ab omnibus ferè ſine hæſitatione receptā eſſe teſtantur, eamque nec turbant aliæ ſuæ hæſitationes *ſub n. 38.* adductæ, exiſtimās

144 privari principalem debitorem in ſuis exceptionibus, ſolutione nempè, falſitate, vel ſimilibus, ſi eo inſcio, permitteretur agere contra nomen ſui debitoris obnoxium: quamobrem in praxi de ea valdè hæſitare videtur: attamen abſolvuntur *Oleæ* hæſitationes: nimirùm alienum in jure haud eſſe, adverſus debitorem debitoris recta via agere, principali debitore non audito, nec citato; quoniam hoc

145 idem indultum eſt creditori cum clauſula conſtituti, qui recta via contra tertios poſſeſſores agit, inaudito prorſus, nec citato principali debitore: depromitur *ex tex. in l. perſecutione, 22. Cod. de pignor. & in l. fin. Cod. de obligat. et action.* in quo creditore cum clauſula conſtituti pariter ſolutionis, falſitatis, & ſimulationis motiva

tiva

tiva conſiderantur, quæ itidē nec ceſſant inter creditorem, & ærumnoſum,calamitoſumque debitorem: attamen ex *Aut. nè quis cogatur bonis cedere, Novell.* 135. ubi *Math. Steph. Cujac. & Mancin. patrocin. deb. decad.* 2. *quæſt.* 2. *à n.* 44. *ad* 83. annuit ipſe *Olea* poſſe agere contra debitorem debitoris ærumnoſi, actione perſonali,recta via pro ſubſidio, & ſi Chirographarius eſſet.

146 Nec eidem noſtræ firmatæ ſententiæ inficitur *textus in l.* 3. *Cod. de hæred. action.* ubi mulieri pro dote repetenda agere contra mariti hæredes permiſſum eſt; perſonalis verò contra hæreditarios viri debitores denegatur ibi: *Perſonalem actionem contra debitores hæreditarios tibi decerni fruſtrà poſtulas*: etenim Imperatores Diocletianus,& Maximinianus in enunciato textu de tacita hypotheca mulieri competenti loqui haud poſſunt, nam ipſa à Juſtiniano Imperatore inducta fuit: deſumitur *ex textu in l. C. de rei uxor.act.* undè innuunt ſupra laudati Patres,de ea hypotheca alloquutos fuiſſe Imperatores, de qua *in l.penultima, C. de novation.* ubi interdicitur Chirographario creditori contra debitorem debitoris agere: nec refragatur pariter *Oleæ* cōſideratio, ſcilicet Dio-

147 cletiani ſanctiones in Juſtiniani Codice ſutas fuiſſe:quoniam multæ aliẹ adſunt leges expreſsè oppoſitum dictātes, quæ exornantur, ac ſedulò vannantur per tot eruditiſſimos, ac conſumatiſſimos viros nullam rationem de eo textu habentes: pro cujus ſolidiſſimæ doctrinæ corroboratione, conducit quoque hypothecarum diſtinctio, nam tacita in ſubſidium introducta à jure fuit, itidem ante inductum excuſſionis beneficium: etenim eam habentes, ſi eis aliàs conſultum nō erat, quia debitor aut ejus hæredes ſolvendo non erant; poterant eam contra tertium exercere poſſeſſorem: *tex. in l. moſchis,* 47. *ff. de jur. Fiſc. l.* 1. *Cod. de conven. Fiſc. deb. lib.* 10.quod non ita omni fuit ævo in hypotheca expreſſa: dictant *tex. in l. diſtractis* 14. *l. perſecutione* 24. *Cod. de pignor.* & benè inſinuant *Anton. Fab. tom.* 1. *err. decad.* 5. *err.* 9. *nu.* 8. 10. *& err.* 10. *n.* 6. *Accurſ.in d.l. nomen,* 4. *Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. Cyn. & Azon. ibidem, Angel. in d. l.* 3. *Cod. de hæred. action. Alex. conſ.* 15. *ſub n.* 6. *lib.*6. ſubditque idem *Fab. ad dictam l. ſi convenerit, ff. de pignor. actio.* illam inter-

148 dictam fuiſſe perſonalem, jure perſonalis actionis ſcatẽtem, quaſi competentem ex propria perſona, non autem perſonalem jure hypothecæ, & ex propria debitoris perſona.

149 Scatet inſuper noſtra ſupra firmata ſententia ex vivo juris fonte, *in textu* autem *d. l. nomen* 4. *C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* ubi diſponitur poſſe pignoratitium creditorẽ utili actione agere adverſus debitorem ſui debitoris ibi: *ille, cujus nomen tibi pignori datum eſt, niſi ei, cui debuit ſolvit, non dum certior de obligatione ſua factus, utilibus actionibus ſatis tibi facere uſque ad id, quod tibi deberi à creditore, ejus probaveris compellatur*: Et ſi *in tex. l. penult. Cod. de novat.* Chirographario creditori interdicitur agere contra debitorem ſui debitoris ibi: *alioquin adverſus eum experiri, pro Chirographario debitore tuo fruſtrà conaris*: Attamẽ ex hac textus diſpoſitione, ob reſtrictã prohibitionẽ ad Chirographariũ creditorem, inferunt pari voto Doctores permiſſionem in hypothecario, teſte *Cujac. in dict. l. 3. C. de hæred. action.* habetur rurſus *in l. ſi cõvenerit* 18. *ff. de pignor. acti.* quod per obligationem nominis permittitur facultas creditori exigendi pecuniam debitam ſuo debitori ibi: *ſi convenerit, ut nomen debitoris mei pignori tibi ſit, tuenda eſt à Prætore hæc conventio, ut, & te in exigenda pecunia, & debitorem adverſus me, ſi cum eo experiar tueatur*: undè ſi ex obligatione nominis transfertur in creditorẽ facultas exigendi, opus eſt dicere ut vim habeat ceſſionis, per quam utili actione valeat creditor debitorem compellere renitẽtem: Et demùm *in l. poſt quam* 7. *& in l. ex nominis* 8. *Cod. de hæred. vel acti. vend.* conceditur emptori nominis, & creditori, cui nomen fuit obligatum utilis actio: ut in *d. l.* 7. ibi: *utiles emptori, vel ipſi creditori poſtulanti dandas actiones, & in d. l.* 8. ibi: *utilis exemplo creditoris perſecutio tribuitur*: undè ſi emptor nominis actionem habet conveniendi recta via nomen ipſi venditum, rectè eamdem actionem concedẽdam eſſe creditori contra nomen ſibi obligatũ arguit *Ant. Faber. in d. l. ſi convenerit in Rational.* ex quibus omnibus concludendum eſt, licere creditori adverſus nomen debitoris ſibi à debitore ſuo, ſive generaliter, ſive ſpecialiter obligatum agere recta via, nõ audito nec citato, nec prius condemnato, principali debitore

tore, etiam ſi actio ſecūdi creditoris liquidam haud eſſet, innuit & deciſum refert per S. C. Neapol. *de Luca ad Oleam qu.* 44. *n.*9. *in fine* ad relationem tunc Reg. Conſiliarii D. Joan. Franc. Marciano, nunc in Supremo Italiæ Concilio meritiſſimi Regentis, ex omni Capite digniſſimi, Sanguine, virtute, ac integritate præclariſſimi.

150 Explanatis igitur attentis, pro ſolutione ſecundæ hæſitationis dicimus, actorē, utilē perſonalem, ſibi acquiſitam exercendo actionem, contra nomen debitoris ſui debitoris, rectâ viâ, abſque ulla principalis debitoris citatione, ſuo uti jure, talemque actionem rei forum ſequendo, neceſſariò experiri debere coram Judice ipſi debitori competente: & ſi principalis debitor cōpareret, jura ſui debitoris tuēdo, ex quo citandus non eſt; actor autumandus eſt voluntarius, cui remiſſio ad ſuum

151 Judicem non competit: ad fundandam, etenim Judicis juriſdictionem tantùm ſufficit, ut dirigatur actio contra eum, qui ſub ſuo ſubeſt Imperio, nulla adhibita conſideratione, ſi alter, quamvis alienæ juriſdictionis, in eodem judicio intereſſe haberet, qui neceſſariò citandus non eſt: ut communiter edocent Doctores: nec relevat aſſerere ex hoc judicio rectâ via contra debitoris nomen intentato ſpoliari principalem debitorem à ſua quaſi poſſeſſione exigendi: quoniam ut prædiximus debitoris nomen tanquam quid in corporeum non poſſidetur, nec ſuper eo hypothecaria datur actio, ſed tantùm pro avocanda poſſeſſione: *tex. in l. ſi cum venditor in princip. ff. de evict.* dixitque *Bart. in d. l. nomen* 4. *C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* undè pro tali nominis obligatione utilis permittitur perſonalis, virtute hypothecæ: ut ex *Bart.* & aliis *in d. nomen, & dict. l. ſi convenerit nuper probavimus*, & ſi ſpolia-

152 retur, quod utique talis debitor creditori ſui creditoris ſolvendo, tutus per Prætorem nō eſſet, contra ſuū creditorē ſi ab eo conveniretur, cū ante omnia reſtituendus erit, quod eſt contra id, quod dictat *textus in d. l. ſi convenerit*, & quod edocuêre tot graviſſimi Patres ſuperius laudati, qui communi conſortio firmaverunt, principalem debitorem in hoc judicio non eſſe audiēdum, nec citandum, ut mirè ratiocinantur *ex Specul. in tit. de procurat. §. ſequitur num.* 8. *Natt. conſ.* 300. *Steph. Gratian. diſcept. for. d. cap.* 507. *nu.*

Digitized by Google

nu. 11. *Noguarol. d. alleg.* 35. *nu.* 4. 5. & alii quos cumulat *Baron. d. citat. d. tom.* 1. *quæſt.* 19. *nu.* 79. Ulterius hæc quaſi poſſeſſio, quæ forſitan conſiderari poſſet, secūdùm nonnullorum ſententiam, in creditore contrà ſuum debitorē; eſt reſpectu ejuſdem debitoris, ne per debiti negationem ſubverteret ſuā quaſi poſſeſſionem exigendi, in qua poteſt petere, ut conſervetur & interdicta poſſeſſoria intentare valet: attamē debitor creditori ſui creditoris ſolvendo, ſui creditoris non pervertit
153 poſſeſſionem; ſed potiùs eā conſervat, dum per talem ſolutionem ipſimet creditori ſuo ſolvere videtur: indicat *tex. in d. l. ſi convenerit*, & notat *Surd. deciſ.* 187. *Capyc. deciſ.* 194.
154 *n.* 43. Inſuper creditor, qui jura intendit experiri ſua, adverſus nomen ſui debitoris non aliter agere, nec plus juris pretendere poteſt, quàm ipſe creditor principalis: *ex Jacob Cancer. var. cap.* 3. *n.* 137. *part.* 2. tradit idem *Olea d. quæſt.* 4. *tit.* 4. *num.* 15. quod quoque procedit ſi in cauſam judicati, & pignoris judicialis convenitur, & ſi laicus eſſet debitor, & debitum non privilegiatum, ordinario modo, & corā ſuo Judice laico pulſandum eſſe inſinuāt *Hermoſ. ad Gregor. Lop. in l.* 52. *tit.* 5.
155 *part.* 5. *gloſſ.* 7. *nu.* 49. *Ant. Fab. in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 10. *diff.* 6. taliter quod Fiſcus adverſus debitorē ſui debitoris jure ordinario agit, quēadmodū ejus debitor, firmat *Guitter. de Gabell. quæſt.* 164. *num.* 8.
156 & Clerici creditor ſuā ſi cederet actionē, vel inſolutum aſſignaret, Clericus debitor ſemper coram ſua Eccleſiaſtica poteſtate compellendum eſſe infert ex nuper traditis, idem *Olea n.* 16. ſic igitur debitor laicus ad ſui creditoris inſtantiam conveniendus eſt coram ſuo laico Imperio, & ſi Eccleſiaſtica eſſet perſona,
157 coram Eccleſiaſtica poteſtate; idem herclè dicendum eſt ſi eſſet laicus, ut coram laico imperio conveniatur; quidquid in oppoſitū declinaverit *Ciarlinus controverſ. cap.* 44. *tom.* 1. ubi aſſerit Clerico debitore condemnato, valere Eccleſiaſti-
158 cum ſuam exequi ſententiam contrà debitores laicos ipſius Clerici, quod non ex juris diſpoſitione, ſed potiùs ex priſco, vetuſtoque ſtylo, ac conſuetudine immemorabili illius Eccleſiaſtici Tribunalis edocet, meritò, omni poſtpoſita hæſitatione, concludendū eſt; remiſſionem ad Eccleſiaſticum Judicem hoc in caſu non

non competere, tùm ratione
perſonę, tùm rei; ratione per-
ſonæ; quoniam utilis iſta
actio perſonalis non dirigitur
contrà Clerici perſonam, ſed
laici, contrà quem Eccleſia-
ſticus non judicat; quamvis
Clerici debitor eſſet; ratione
rei; etenim actio realis ſuper
re à Clerico poſſeſſa non ex-
peritur, & ſi Clericus nõ cõve-
nitur, & ſua non ſubvertitur
poſſeſſio & ſi citandus nõ eſt;
judiciũ exerceri õninò debet
corã judice laico nullà admiſ-
sâ fori declinatorià per Clericũ
forſitan tentandà. Et ità de-
crevit S. C. Neapolitanum
159 in cauſa Ducis Salandræ
cum Archiepiſcopo Licienſi,
in qua Dux utilem intentavit
actionem, in ipſum transla-
tam ex contractu, cũ Archie-
piſcopo inito; ideò ſibi tan-
quã creditor inſtrumentarius
ſatisfieri petiit, ſuper quanti-
tatibus, quæ eidem Archie-
piſcopo debebantur ſuper pa-
trimonio Minorbini, quamvis
Archiepiſcopus varias addu-
cebat exceptiones, & ſpecia-
liter negabat Ducẽ eſſe cre-
ditorem; meritò ad ſuum Ec-
cleſiaſticum Judicem remitti
ſtrenuè inſtabat: attamẽ afflu-
ẽter diſcurſo negotio, S.C. de-
crevit, eſſe procedẽdũ in S.C.
petita remiſſione nõ obſtante.
160 Patrimoniales rurſus cau-

ſę in Tribunali Procuratoris Cæſaris abſolvũtur: *ex tex. in l. 2. Cod. ſi adverſ. Fiſc. l. 1. 2. & 5. Cod. ubi cauſæ Fiſcal. l. 1. Cod. de off. Procur. Cæſar. Farinac. frag. crim. part. 1. lit. F. à nu. 180. Peregrin. de jur. Fiſc. lib. 7. tit. 1. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. nu. 28. ac per totum, Guzman. de evictiou. qu. 8. Alex. Ambroſin. de imm. Eccleſ. cap. 20. nu. 44. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. n. 14. Gaill. lib. 1. obſer. 20. n. 1. 2. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 3. tit. 12. diff. 40. n. 3. Alfar. de off. Fiſcal. gloſſ. 6. n. 21. gloſſ. 18. n. 7. 8. gloſſ. 34. n. 208. Theſaur. deciſ. 213. n. 1.* alioſque cumulat *Carlevar. de judic. lib. 1. diſp. 2. ſect. 9. n. 698. Xamar. de offic. Jud. par. 2. quæſt. 6. n. 71. D. Mich.* Cortiad. *deciſ. 10. n. 148.* ſive Fiſcus ſit actor, ſive reus, *Carraſc. poſt leg. recop. tract. 1. de caſib. Curiæ n. 166. cum ſeqq.* Calicius *in Margar. Fiſc. dub. 3. num. 28. Oliban. de jur. Fiſci cap. 15. n. 15. Ripoll. var. cap. 1. n. 546.* Peguer. *deciſ. 177. par. 1. Ferrer. par. 3. obſer. 23.* Jacob. Cancer. *var. cap. 2. nu. 305. par. 2. & cap. 16. n. 45. Hjeron. de Leo deciſ. 105. n. 8. 9. lib. 1. & deciſ. 3. n. 10. cum ſeqq. lib. 3. Matth. de regimin. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 4. n. 9. Xamar. d. quæſt. 6. nu. 73. &*

qu.

qu. 8. *n.* 1. *part.* 1. *Salgad.Laberyn. credit. par.* 1. *cap.* 7. *nu.* 14. 15.*&* *de Reg. proteƈt. par.* 3. *cap.* 10. *à nu.* 190. *&* *de ſupplic. ad Sanƈtiſſ. par.* 1. *cap.* 1. *à n.* 133. *&* *ſeqq.* etiam ſi contra Clericos, vel Eccleſiaſticas perſonas directè ſint actiones: autumant *Oliban. d. cap.* 14.*n.*20. 123.*&* *cap.*15. *n.* 14. *Calic.in Margar. d.dub.* 8. *verſ.* 172. *Ripoll. de regal. cap.* 11. *n.*19.*&* *var cap.* 1 *.n.* 179. *ad* 183 *Xamar. ubi deſuper d.q.* 6. *n.* 76. 77.*&* *diff.* 8. *n.* 4. *par.*1. *Noguarol.alleg.*19. *n.* 141. *Salgad.de ſupp.ad Sanƈtiſſ. par.* 1.*cap.*1. *n.*131.idem *de Reg. proteƈt. par.* 3. *cap.* 10. *nu.* 188. *&* *Laberyn. credit. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 17. *Caſtill.de tert. cap.*12.*n.* 38. fusè *Pereir. de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſol.* 9. *n.* 64.*&* *tom.* 2. *tit.*6. *reſol.* 9.*n.*71. *Cabed. deciſ.* 15. *par.* 2. *Conſt. de rat. qu.* 227. *Galeot. de alien. & ſucceſſ. off. n.*248. *Marth. de juriſd. par.*4. *cap.* 44. *n.* 18. 19. *Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 59. *Fajard. alleg.* 37. *n.* 19. *&* *ſeqq.* 161 *par.* 2. quam quidem nuper firmatam ſententiam nō ſine fundamento increpant nonnulli ſuperioris lineæ, putantes Fiſcum Eccleſiaſticas perſonas ad ſuos haud avocare Judices: ut elatè probant *Xamar. d. defin.* 8. *&* *quæſt.* 6. *n.* 75 *par.*2. *Peregrin. de jur. Fiſc. d. lib.* 7. *n.* 15. *Afflict. deciſ.* 2. *Jacob. Cancer. loco indicato n.* 32. & alii, quos cumulat *Pat. Dian. reſol. mor. par.*4. *traƈt.*1. *reſol.* 66. idem *in ſumm. verb. Judex laicus n.* 27.& poſt eos *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.*4.Clericorum planè exemptio, ut pluries probavimus, à jure ſcatet Divino, eamque ex totius Orbis conſenſu Romanorum nempè Pontificum, Imperatorum,ac Regum conceſſam fuiſſe demonſtrant, *del Bene ubi proximè to.*1. *c.*1. *dub.* 1. *ſeƈt.* 2.*n.*11. *et* 12. *Dian.loco indicato, Covarr. ſtatim citandus,* quam tollere, revocare, ac aſtringere Principes nequeunt ſæculares: inſinuant *Covar. praƈt. cap.*31.*n.*3. *verſ. quarta concluſio, Cevall. de cognit. per viam viol.in proem. cap.* 6. *Seſſe deciſ.* 113.*à n.*79. 84. *lib.* 2. *Salgad. de Reg. proteƈt. par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *n.* 127. *Farinac. in prax. par.* 1. *quæſt.* 8.*n.* 4. *Dian. reſ mor. par.* 1. *traƈt.*2. *reſol.*2. *D.Mar. Curell. de priſc. ac recent.imm. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 2. & alii, quos cumulat *del Bene d. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 2. *ſeƈt.* 2. *ferè per totam*, nec adverſus eam ſtatuere: edocent ex *Alexand. conſ.* 145. *n.* 4. *lib.* 7. *Decian. conſ.* 80. *n.* 27. *lib.* 3. *Guttier.*

praƈt.

pract. lib. 1. *qu.* 1. *n.* 9. 11. *&* 12. *Covar. lib.* 2. *var. cap.* 20. *n.* 3. *Gernion. de ſacr. immunit. lib.* 1. *cap.* 11. *Bobadill. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 68. *Mar. Ital. de imm. Eccleſ. lib.* 1. *in proem. n.* 2. 3. *Sperell. deciſ.* 59. *n.* 32. *Chart. deciſ.* 29. *n.* 41. *Dian. & del Bene in locis adductis*: nec ex dictarum legum diſpoſitione Imperatores Antonius, & Severus contra Clericos ſtatuere ſomniavêre, ut ex ipſis evolvitur ſanctionibus; meritò hanc ſententiam ſolidiſſimis rationibus fulcitã veriorem eſſe putamus: licèt menſe retroelapſo Februarii 1700 notavimus, Supremum Patrimoniale Concilium ſtatuiſſe urgium exortum inter Ill. & Reverendiſs. Meſſanæ Archiepiſcopum, & Ill. Principem Lardariæ ſuper nivis fodiis in floreſta Lardariæ ſiſtentibus: abſolvatur, in ipſo Tribunal. Regii Patrimonii: quoniam R. C. devictione ſoviarum allatarum tenebatur, ſicq; exequutũ vidimus.

162 Congruunt equidẽ DD. cunctos Eccleſiaſticos quacũque dignitate, itidem Epiſcopali prçditos teneri fidelitatis præſtare juramentum Principi ſæculari, ſi ab eo feudalia retinent: ut elatè fundant ex *Barboſ. in collect. ad tex. in cap. verum, de for. compet. n.* 4. *&* 5. *Parexa de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 5. *reſol.* 9. *n.* 64. etenim de feudi natura eſt allatum præſtare juramentum: *Mager. de Advocat. armat. cap.* 9. *à n.* 188. *ad* 190. quod itidem aſtipulare conantur in temporalibus, ex quibus Eccleſiaſtici utilitatem, ac commodum, ob Principis ſecularis largitatem, retinent, & ſunt *Oliban. de Regalibus, verb. argentaria, n.* 8. *propè fin. D. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect.* 3. *n.* 376. & alii, quos affert magiſtraliter *Senator Arias Maldonat. in Reſponſ.* edocẽs urgente neceſſitate, Eccleſiaſticos teneri ex bonis tẽporalibus Rempublicam juvare: *concluſ.* 1. *nu.* 22. & ante eos *Klochius de contrib. cap.* 4. *n.* 162. citans *Petr. Petrand. Cardinalis de origin. juriſdict. qu.* 3. agglutinantes ex *D. Auguſtini aurea doctrina in tract.* 6. *ad cap.* 1. *Joannis, relatus in cap. quo jure diſtin.* 8. quam afferunt *Cutell. de immun. lib.* 2. *qu.* 8. *nu.* 20. 28. *Ulter. de feud. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 31. Eccleſiaſticos teneri colere, & venerare Principes ſæculares, à quibus temporalia recepêre: quidquid ſit circa deoſculationem manus, quam conficere tenentur, ſuſtinet *Borrell. de Regis Cathol. præſtant. cap.* 54. *nu.* 15. 16. ibiq; acriter ſe invehit contra

Pelagium de plant. Eccleſiæ lib. 2. cap. 18. *Larath. in Theſaur. feud. tom. 2. par.* 12. *dilucid.* 4. *n.* 2. *Olea de ceſſi. jur. tit.* 3. *q.* 6. *n.* 25. 26. pluraque aſtruit *Cyriac. controverſ.* 26. *n.* 16. 17. 20. *to.* 1. Verũ noſtri piiſſimi Reges hoc non admittunt, imò Prælatos, & Sacerdotes amplectuntur, ac honorant: *Solorzan. in memorial. jur. Conſiliarior. honorarios, y jubilat. n.* 316. 320.

Undè fluit, hoſce Eccleſiaſticos omnes pro feudalibus judiciis cognoſci à ſæculari Principe feudi Domino, quoniam competens eſt Judex; *ut ex cap. cæterum* 5. *de Judic. cap. ex promiſſa* 6. *cap. verum* 7. *de for. compet. Abb. in d. cap. cæterùm, n.* 6. *&* 22. ferè omnes ſcribentes, quos aſſequuti fuêre *Marant. de ordin. Judic. par.* 5. *diſtin.* 11. *nu.* 75. *Myſing. cent.* 1. *obſer.* 22. *nu.* 3. *Giurb. de feud. §.* 2. *gloſſ.* 4. *nu.* 45. *& conſ.* 80. *n.* 31. *F. Emman. qu. regul. tom.* 2. *qu.* 62. *art.* 10. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 16. *Soar. defenſ. fid. contr. Angelic. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 12. *Ambroſ. de immun. Eccl. cap.* 20. *nu.* 56. *Bonac. de leg. diſput.* 10. *qu.* 2. *pun.* 1. *§.* 4. *nu.* 4. *& de cenſur. diſp.* 1. *qu.* 16. *ſect.* 1. *pun.* 6. *n.* 6. *del Bene de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 3. *Caſtr. Palau. tract.* 12. *diſp. uni. pun* 7. *n.* 3. P. *Franc. Bordon. de privileg. Cler. cap.* 16. *nu.* 37. 38. *Merlin. contr.* 13. *nu.* 37. *par.* 1. *de Marin. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 54. *n.* 8. 9. alioſque latè citat *D. Didac. Anton. Fajard. par.* 2. *allegat.* 33. *nu.* 400. pulſantur planè tunc nõ uti Eccleſiaſticæ perſonæ, ſed uti Proceres, laici, Barones, & Vaſſalli: ut, reprobato *Squillant. de privileg. Cler. cap.* 7. *dub.* 14. *n.* 105. ſuſtinet *del Bene ubi ſupra tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. *ſect.* 8. *nu.* 1. *ad* 11. *Coſta noſter conſ.* 2. *Baron. de citat. tom.* 2. *in addit. ad q.* 29. *n.* 21. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 31. & alii per *Fajard. ibid.* addito *Pellizzar. man. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 121. quæ quidem expoſita procedũt tam ſi de feudi proprietate, quã ſi de ejus agitur poſſeſſione, ut agglutinando edocent *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 732. *Merlin. d. cap.* 13. *n.* 38. ſicq; deciſum affert *Thor. compend. deciſ. verb. Clerici, Barboſ. de jur. Eccleſ. uni. lib.* 1. *cap.* 39. *de privil. Cler. §.* 2. 132. imò ſuam executioni demandant ſententiã ſæculares Principes feudi Dñi contra Eccleſiaſticos: *Belleſt. diſq. Cler. par.* 1. *tit. de favor. Cler. real. §.* 3. *n.* 4. *verſ. hic infertur.* At ſi de feudi reparatione, aut ſatisfactio-

ctione Dñi agitur, tunc Eccleſiaſticos pulſandos eſſe corā Eccleſiaſtica poteſtate ſubdunt *Caſtro Palau. ibidem, n.* 3. *Vela differt.* 45. *nu.* 91. *del Bene tom.* 1. *cap.* 7. *dub.* 3. vel ſi de perſonali, pignoraticia, revendicatoria, vel alia extranea actione: *Hoſtienſ. in cap. cæterùm* 6. *de Judic. Fermoſin. ibidem qu.* 5. *n.* 5. *Sanlenger. de prævent. par.* 1. *cap.* 14. *n.* 6. à privato tamen intentata: *Ripoll. de regal. cap.* 1. *à n.* 203. *Matth. de regim. Valent tom.* 1. *cap.* 8. § 8. *nu.* 280. ſicque deciſum affert *Cortiad. deciſ.* 9. *n.* 4. *in fine*. Cæterùm à ſententia lata ab hiſce Eccleſiaſticis Baronibus, non ad alium Eccleſiaſticum Prælatum, ſed ad Principem ſæcularem feudi Dominum appellatur: adnectunt *Fontanell. deciſ.* 341. *nu.* 16. *par.* 3. *Mart. de juriſd. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 198. *n.* 1. *Giurb. de feud.* §. 2. *gloſſ.* 4. *n.* 45. *Belleſt. n.* 9.

Et nos in Regno crebrò in Supremo M. C. Senatu ſtatuimus in cauſis per Illuſtr. & Reverendiſſ. Monrealenſem Archiepiſcopū uti Principem ſæculare ex privilegio abſolutis: ita pariter in cauſis agitatis per Illuſtr. & Reverendiſs. Epiſcopum Syracuſanum ex ſpeciali E.S. ordinatione Delegatum.

Notandum tamen ad noſtram præſentem theſim neceſſariò eſt: Superioritatem Imperatoris, Regis, ac ſæcularis Principis Regalia concedentis, quamvis Coronæ oſſibus adhærere, nec ab ea arceri poſſe, inſtruunt *Covarr. pract. cap.* 4. *nu.* 1. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 17. *Mager. de Advocat. armat. cap.* 16. *num.* 79. enodatè *del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 47. *ſect.* 2. *num.* 6. *Salgad. de Reg. protec. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. 34. 35. Neque ipſi eam alienare queunt, ut ſubdunt *Vaſquez lib.* 1. *illuſtr. controver. cap.* 5. *nu.* 25. *del Bene nu.* 16. quippè in eorum non eſt Marſupio *Peregrin. conſ.* 1. *nu.* 7. *Mager.* ubi nuper *cap.* 9. *nu.* 830. *& ſeqq. Spad. conſ.* 5. *nu.* 2. *lib.* 1. *Lud. Theſaur. in alleg. pro Duce Sabaud. par.* 1. *nu.* 17. *Kloch. de contrib. cap.* 4. *n.* 326. ideò incommunicabilis, ac inabdicabilis, & in alterum non tranſitoria eſt: *Peregrin. ibidem nu.* 7. 8. *Kloch. ibid. cap.* 3. *nu.* 1. 2. Attamen ſi conceſſio horū regalium collata fuerit ad beneficiū Romanæ Eccleſiæ, & de bonis extrà cōcedentis dictionem, & in terris Eccleſię prædictæ ſitis; liberè, & abſq; ſuperioritatis reſervatione cēſetur collata. Eſtque porrò in-

de:ēs à Romana Eccleſia aliquem, ut Superiorem recognoſcit: ſenſit *Mager. ubi ſuprà cap.* 16. *num.* 68. *& pluribus ſeqq.* quod fuit de mente *Paul. de Caſtr. conſ.* 70. *nu.* 7. *lib.* 1. *ex oraculo Bald. conſ.* 59. *n.* 1. *lib.* 3. *Jaſon. conſ.* 123. *vol.* 1. & ſequuntur *Tuſch. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 689. *nu.* 31. *& ſeqq. Theſaur. in d. alleg. nu.* 24. ubi abſolutè *in par.* 2. *nu.* 55. hoc ad favorem Romanæ Eccleſiæ expendit; cūcti hoc ſuſtinentes ob varias differentias, quas conſiderât inter Eccleſiam Romanam, & & cæteras inferiores, eaſque recenſet *Fajard.* ubi ſuprà *à n.* 1490. *et ſeqq.* mirè tamē hoſce allatas adducentes differentias refellunt, *Spad. conſ.* 5. *&* 6. *tom.* 1. *Card. Alba conſ. nu.* 15. 16. *& conſ.* 64. *Dian. reſ.* 4. *par.* 7. *tract.* 10. quibus pariter ſe opponunt *Hermoſil. ad Lop. l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſ.* 1. *à nu.* 12. 64. *Cabed. deciſ.* 13. *part.* 2. *Vela diſſert.* 44. *nu.* 42. *tom.* 2. *Cutell. tom.* 2. *deciſ.* 5. *& in Cod. ad leg. Martin. & in concord. cap.* 4. *à n.* 40. 43. & melius omnium *Fajard. ibidem, del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dub.* 35. *ſect.* 8. *n.* 7. *&* 8. inſuper Princeps ſæcularis feudi Dños hoſce animadvertit Eccleſiaſticos feudatarios ſuos, ratione feudi deficiētes, pecuniaria multa, ac feudi privatione: adnectunt *Suar. defenſ. fid. cap.* 34. *n.* 26. *lib.* 4. *Borrell. de præſt. reg. c.* 71. *n.* 34. & alii per *Eſcobar de ratiocin. cap.* 7. *n.* 7. Judicis Eccleſiaſtici ſententia ſuper feudi privatione præcedente: erudiūt *Innocenſ. in cap. verum de for. compet. & Abb. n.* 17. cum quibus annuit *del Bene ubi nuper n.* 17.

Hoc demùm idem dicendum eſt, quo ad Regalia per Eccleſiaſticos poſſeſſa; etenim hæc Imperatoris, Regum, & Principum propria ſunt, eiſq; jure competunt proprio: *Vult. de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *ſub n.* 7. *Peregrin. de jur. Fiſci lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. Undè eſt Eccleſiaſtici ea poſſidentes, ut Principes Romani Imperii retinēt, quoniam eorum ſumma auctoritas ad temporalia non extenditur: *Klocber. de contribut. cap.* 4. *n.* 154. 157. *& cap.* 1. *à n.* 150. *& ſeqq. Sixtin. de Regalib. lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 119. *& ſeqq. Giurb. de feud. ꝗ.* 1. *gloſſ.* 3. *nu.* 2. & pro eis reputantur ut laici, *Kloch. d. cap.* 4. *n.* 158. *& ſeqq. Cuſa Cardinal. de concord. Cathol. lib.* 3. *c.* 33. *Franc. Marc. deciſ.* 454. *n.* 5. *par.* 1. Principique Regalia eis concedēti ſubjectos eſſe ſubdunt, *ex cap. ſolita de major. & obedient. Parexa de* in-

inſtrum. edict. tom. 1. *tit.* 5. *reſol.* 9. *nu.* 71. 72. *Kloch.* ubi nuper, & alii, quos lato exaratoque calamo comptè, ac magiſtraliter affert *D. Didac. Anton. Fajard. par.* 2. *alleg.* 33. *à nu.* 436. *& plurib. ſeqq.* Pro quibus Regalibus Eccleſiaſticos coram Principe concedente pulſandos eſſe agglutinant adducti *per Alfar. d. offic. Fiſcal. gloſſ.* 16. *nu.* 216. *Guſman de evict. qu.* 7. *nu.* 40. 41. *Galeot. reſp. fiſc. reſp.* 12. *Gaill. lib.* 1. *obſer.* 30. *nu.* 2. *& obſer.* 37. *nu.* 11. *Oſaſc. cõſil.* 3. *nu.* 15. *Myſing. obſerv.* 58. *cent.* 5. *Salgad. de reg. protect. part.* 3. *cap.* 10. *nu.* 188. *& ſeqq. & de ſuppl. ad Sanctiſs. par.* 1. *cap.* 1. *à nu.* 134. *& ſeqq. Parexa* ubi ſupra *nu.* 64. 69. *Kloch. ibid. nu.* 148. 169. *Maſtrill. de Magiſt. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 31. *Cutell. deciſ.* 5. *nu.* 11. *par.* 2. *Merlin. contr. cap.* 13. *num.* 42. 43. *par.* 1. *Fajard ibidem*, ubi oppoſita mirè abſolvit, contrariiſque reſpondet: meritò ad eumdẽ Principem concedentem appellationes deferuntur: *Surd. conſ.* 275. *n.* 11. *Gaill. d. obſer.* 30. *nu.* 2. *Montan de regal. cap.* 1. *num.* 6. *Pont. deciſ.* 2. *nu.* 20. *& ſeqq. Roland. conſ.* 1. *nu.* 141. *vol.* 1. etenim ſuperioritas ſemper penès remanet concedentem, & juriſdictio circà ea cumulativè cẽſetur tranſlata: *Giurb. conſ.* 59. *nu.* 2. *Oſaſc. ibid. num.* 9. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 38. *& lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. *Parexa. d. reſol.* 9. *num.* 69. 70. *Magetus de Advocatia armat. cap.* 808. *Cyriacus contr.* 552. *num.* 4. 5. *par.* 4.

163 Diviſiones demùm faciẽdæ ſunt coram Judice provocantis: inſtruit *Fab. in §. quædam inſtit. de act.* contra quẽ innuit *Valaſc. de partit. cap.* 22. *nũ.* 16. *Soccin.* autem *in conſ.* 14. *lib.* 4. autumat tanquam actus mixtus, & indiviſibilis coram Eccleſiaſtico Judice perfici debere, ſi Clericus de medio adeſſet, cui annuit *Maxill. de conſuet. Barenſ. rub. de judic. diviſor. in conſuetud. ſi frater, n.* 29. quorum ſententia tunc herclè procedit, ſi antè confectam diviſionem de Judice fuit hæſitatum, at ſi poſtea Clericus de ea conqueſtus fuit, tanquam actor ſuos debet vocare fratres coram eorum Judicibus, edocent nuper laudati.

164 Judex rurſus laicus Colonis, aliiſque Clerici conductoribus, & debitoribus præcipere nequit, ut penſiones depoſitent, ad finem ſatisfaciendi Dño cenſus pro cenſibus decurſis, & non ſolutis: ſuſtinet *Reg. de Marin. tom* 2.

reſol.

reſol. cap. 75. *per totum*, niſi ageretur de ſolvendo tributo Principi Supremo: ſentit idẽ *Reg. de Marin. ibidem.* Attamẽ Sacr. Concil. Neapolitanũ ex doctrina *Conſil. Joan. Bapt. Hodiern. obſer. ad deciſ. Petr. Surd.* 1. *nu.* 5. contra inquilinos domorum Monaſterii S. Birgidæ ad inſtantiam Don Hectoris Pignatelli Domini directi decrevit: Expediantur literæ exequutoriales, pro faciendo depoſito: & conducũt ad rem tradita per *Cutell. orat.* 3. *ſub n.* 29. *Ricc. prax. t.* 3. *reſ.* 493. *&* 578. *& par.* 3. *deciſ.* 160. *n.* 3. *Baron. infrà* ubi edocẽt de jure valere Clerici debitorem depoſitũ cõficere penès laicam poteſtatem, idque Clerico creditori intimare, abſque cenſurarũ incurſu: verũ ſi Eccleſiaſticus fuerit laudatus, ad tuendum ſuum inquilinum, fori ei competeret remiſſio: *Salgad. de Reg. protect. par.* 4. *cap.* 8. *à n.* 146. *Bellect. diſq. Cleric. par.* 1. *de fav. Cler. real.* §. 3. *n.* 20. 24. *Carac. de for. privileg. remiſſ. quæſt.* 19: *n.* 7. *& ſeqq. Mangil. de evict. qu.* 6. *n.* 30. quos affert *Baron. de cit. tom.* 2. *in addit. ad qu.* 23. *n.* 3.

165 Nequit pariter ſæculare Imperium ſequeſtrum mandare ſuper fructus ab emphiteuta, aliiſque debitoribus, & conductoribus Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticę perſonę debitos, ex nonnullorum Patrum oraculo, inſinuat, & deciſum refert per Supremum Conciſtorii S. Conſcientiæ Senatum *Baron. de citatione in addit. ad quæſt.* 18. *n.* 36. *tom.* 2. & probant ſcribentes per eum adducti *in tom.* 2. *in addit. ad q:* 17. *n:* 26. & ex Regni aſſueto ſtylo ſequeſtrum ab Eccleſiaſtico ordinatur Judice, cum exequatur laici Imperii:

166 Clericus rurſus pignoris emptor, pretio ſoluto, poſſeſſor legitimus, ex juſto titulo, Judicis auctoritate efficitur, undè, & ſi de novo pro eadẽ re pulſatur, ex quo novum dicitur judicium, novaque inſtantia, & primus jam deſinit eſſe Judex: *tex. in l. poſtea quã, ff. de re judicat. cap. in literis, de offic. Delegat.* coram ſuo Eccleſiaſtico Prælato compellẽdus eſt: *tex. in cap. cum ſit generale, de for. compet.* & facit *tex. in l. à Divo Pio,* §. *ſi poſt addictum, ff. de re judic.* cunctæque controverſiæ poſt vẽditionem ortæ abſolvuntur coram Judice ordinario, nempè nequaquàm coram eo, qui addictionis ſententiam protulit, ſed coram eo, qui Judex erit emptoris: mirificè edocent, *Paul. de Caſtr. in d.* §. *ſi poſt addictum, Guzman. de evict.*

evict. quæſt. 7. n. 67. cum ſeqq. Viv. deciſ. 527. n. 7. lib. 4. ſi exequutioni demandata ſit ſententia, per actualem addictionem, quoniam tunc lis dicitur finita: inſtruunt *Bart. & Jaſon. in l. fidejuſſor, §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſdar. cogant. Guzm. d. quæſt. 7. n. 64. Vivian. de jur. patron. deciſ. 25. n. 5. D. Franc. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 14. à nu. 250. Coccin. deciſ. 184. nu. 3.* alioquin eà non exequutà, victus à poſſeſſione haud privatur, & lis minimè finita dicitur: ſubdunt *Ludoviſ. deciſ. 223. n. 4. Seraph. deciſ. 937. n. 2. Pacific. deciſ. 144. poſt tract. de Salvian. interdict. Rot. Rom. Recenſ. deciſ. 225. n. 2. par. 1. Ludoviſ. Poſt. de manut. obſer. 12. à n. 160.* & poſt eodem *tract. deciſ. 167. n. 761. Stephan. Gratian. diſcept. for. to. 1. cap. 66.* & alios, quos affert idem *D. Franc. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 18. à n. 11. ad 19.*

167 Laicum planè cum Cleco delinquentem per Eccleſiaſticum Imperium objurgandum eſſe firmant *ex l. nulli C. de Judic.* ni continentia cauſæ dividatur: *Boſſ. de for. compet. nu. 46. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 20. nu. 9. & ſeqq. Scacc. de Jud. lib. 1. cap. 11. nu. 24.* quam ſententiam veriorem eſſe autumant *del Bene de immun. Eccleſ. tom. 1. cap. 6. dub. 13. & tom. 2. cap. 10. dub. 17. & de parlam. dub. 4. ſect. 19. & ſect. 39. ſub corol. 25. nu. 1. Dian. reſ. mor. 1. par. 3. tract. 1. & par. 4. reſ. 7. & in ſum. verb. Judex Eccleſiaſticus Sperell. deciſ. 19. nu. 1.* & alii quos cumulat *Baron. de cit. tom. 3. adnot. ad ſingul. 60. num. 4. & poſt eos Panimoll. deciſ. 17. adnot. 1. nu. 36. tom. 1.*

168 Attamen oppoſita germana eſt ſententia, & abſque alia hæſitatione cunctis ferè in ſubſelliis communiter inſectata: etenim quo ad eos, qui diverſi fori ſunt, inconſentaneum haud eſt, quod cauſæ continentia dividatur; elatè ex pluribus *Didac. Covarr. pract. cap. 34. num. 1. Ricc. Collect. 368. Guitier. pract. lib. 1. qu. 6. Oſaſc. Pedem. deciſ. 103. n. 10. Proſp. Farinac. in prax. part. 1. quæſt. 8. nu. 151. Tódur. Salinger. de prævent. judic. part. 2. cap. 12. num. 35. Thom. Carlev. de judic. lib. 1. tit. 2. diſput. 2. nu. 19. tom. 2.* & faciunt *Anton. Gomez. var. tom. 3. cap. 10. num. 6. Salgad. de ſupplic. ad ſanctiſs. part. 2. cap. 14. num. 28. Caſtill. contr. lib. 6. cap. 165. nu. 47. Maſtrill. deciſ. 138. lib. 2. Reg. Sanfelic. deciſ. 305. num.*

Thor.

Thor. compend. deciſ. part. 3. ſect. 3. verb. remiſſio, *& ſupplem. verb. remiſſio cauſæ*, *Fræſ. de Franc. deciſ.* 426. *Capyc. conſult.* 55. *Capyc. deciſ.* 273. *Gramm. deciſ.* 21. *Jul. Clar. qu.* 36. *nu.* 46. *Grivell. deciſ. Dolan.* 30. *n.* 14. fusè *Cancer. var. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 144. *Roderiq. quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 2 *art.* 4. *Cevall. de cognit. per viam vilent. lib.* 2. *quæſt.*

169 69. Quæ quidem ſententia paſſim in ambobus Siciliæ Regnis practicatur, ibique incócuſsè notavimus, potiſſimùm de recenti in cauſa Andreæ lo Valvo mandatarii, qui per laicum Imperium fuit ad ſuſpédia furcarũ ad mortem damnatus; mandans verò Hjeroſolymitanus Eques ad ſuum fuit obſignatus forum, me in Sup. M. C. adjuncto, ſic votante: quod pariter priſcis téporibus factitare notavit *D. Carol. de Graff. de effect. Cler. effect.* 1. *à nu.* 134. *cum ſequ.*

Allata ſanè itidem procedunt in civilibus cauſis dividuis, pro quibus unumquemque eorum coram ſuo Judice compellendum eſſe dictant *Mart. de juriſd. part. caſ.* 118. *Trentacinq. var. lib.* 2. *de judic. reſol.* 3. *num.* 3. *Guzman. de evict.ion. quæſt.* 7. *num.* 47. *Urſill. ad Afflict. in addit. ad deciſ.* 213. *Capyc. Latr. conſult.* 55. *n.* 9. *Thor. compend. deciſ. part.* 1. *verb. Cleric. litigans*, *& verb. perſonæ privilegiatæ*, *Alex. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap.* 2. *nu.* 3. *Steph. Gratian. diſcept. for. cap.* 115. *n.* 6. *& in cap.* 461. *num.* 1. *&* 2. *Sallinger. Tondut. de prævent. Judic. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 9. *& cap.* 18. *n.* 45. 46. *Gaill. lib.* 1. *obſer.* 37. *n.* 2. *Proſp. Farinac. part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 151. *Jacob. Cancer. part.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 149. *Fermoſin. in cap. ſi Clerici, quæſt.* 10. *de foro competent.* fusè *Seſſe de inhibit. cap.* 1. *§. num.* 10. *Caſtill. contr. tom.* 6. *cap.* 165. *n.* 147. at ſecùs eſt

170 in cauſis Civilibus individuis, pro quibus cunctos corã Eccleſiaſtica poteſtate, ratione majoritatis conveniendos eſſe edocent *Auguſtin. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *nu.* 95. *Sperell. deciſ.* 19. *à nu.* 21. *Virmigliol. conſ.* 210. *n.* 3. quam ſententiam veram autumamus, in actionibus individuis petitione, & ſolutione, in legato ut putà, & in hypothecaria actione, quæ abſque alia diminutione tranſit: inſinuant *Virgil. de legit. perſonæ, cap.* 20. *n.* 38. *verſ. iſta regul. fallit*, *Anton. Faber. de errorib. pragm. err.* 7. *&* 8. *decad.* 80. *D. Alph. Olea de ceſſ. jur. tit.* 4. *qu.* 6. *n.* 17. *Ant. Gomez var. tom.* 2. *cap.* 10.

de

de individ. explicitè *Rot. Rom. poſt Merlin. de pignor. deciſ.* 127. *à nu.* 13. in actionibus verò, quæ licèt petitione individuæ ſint, ſolutione autem dividuæ, ut eſt evictionis actio: *Valent. illuſt. jur. quæſt. lib.* 2. *tract.* 4. *cap.* 5. *nu.* 25. 26. *Merlin. ibidem*, & alii *ubi nuper*, pro qua unuſquiſque hæredum pro ratha devincitur: *Gomez ibidem, Rot. Rom. Valent. n.* 26. conſentaneum eſſe, ut coram ſuis Judicibus ſeorſim pro conſequutione damni unuſquiſq; conveniatur ad ſuam ratham perſolvēdam: demùm,

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitioſa libellis,
Excuſata ſuo tempore, Lector habe.

LAUS DEO, BEATÆQUE VIRGINI MARIÆ.

FINIS.

Digitized by Google

HELENCUS

RERUM, VERBORUMQUE OMNIUM.

A.

Ab.

A*bbas* minores ſuis non ſudditis, ac ſęcularibus cōferens Ordines abſque Epiſcopi cōſenſu, plectitur; & quomodo? cap. 6. nu. 85. pag. 435.

Abbas licèt exemptus mitram auriphrygiatam, nō autē aureas, argenteas laminas, gemmaſq; geſtare valet: ratio affertur. cap. 6. num. 200. pag. 505.

Abbas, diſtinctum habens territorium, ac loca pleno iure, cum juriſdictionis ſpiritualis, temporaliſque exercitio ſubjecta, ab Epiſcopo loci Ordinario exemptus eſt. cap. 6. num. 201. pag. 505.

Abbas iſte exemptus reſignationem beneficii ſibi proximè ſubjecti admittit. cap. 6. nu. 203. pag. 507. Sed quando; & quomodo? Vide Reſignatio beneficii.

Abbas prædictus in alienationibus, per Eccleſias ſibi ſubjectas confectis, auctoritatem præſtat, ultimaſque voluntates ad pias cauſas executioni demandat. cap. 6. num. 209. in fin. pag. 521.

Abbas idem alterum Catholicum convitare poteſt Epiſcopum, ut Confirmationis Sacramentum conferat, ac Pōtificalia exerceat. cap. 6. num. 210. pag. 521.

Abbas plenam, ordinariamque juriſdictionem habens, ea, quę per Conciliū facienda; ac per Ordinarium exequenda committuntur, executioni demādare valet. cap. 6. num. 211. pag. 522.

Abbas, ad hoc ut ordinandi lucretur poteſtatem, ab Ordinario neceſſariò benedicendus eſt: & ſi tertiò ſupplicaverit, & abſque cauſa ab eo benedici nequiverit; ſuos benedicere, in minoribus Monachos ordinare, aliaque ad ſuum munus ſpectantia exercere poteſt. cap. 6. num. 212. pag. 522.

